VIRGILIO MARÓN, Publio
[Obras completas]
Publii Virgilii Maronis Opera / cum annotationibus Johannis Min-ellii. -- Editio ceteris hispanicis longè castigatior / nunc vero a D. Paullo Antonio Gonzalez et Fabro... exactè correcta. -- [Matriti] : In Typographia Regia..., 1773
XVI, 782 p., *8, A-Z8, 2A-Z8, 3A-3C8 ; 8º
Contiene: Vita Publii Virgilii Maronis / auctore Sebastiano Corrado
1. Virgilio Marón, Publio-Biografías 2. Virgilio Maron, Publio -Biografiak I. Mineli, Giovanni II. Gonzalez y Fabro, Pablo Antonio III. Corrado, Sebastián IV. Título

R-5072 R.100135. -- Ejemp. falto de 4 p. del cuaderno de 782 p. -- Enc. perg.

PUBLII VIRGILII MARONIS OPERA,

CUM ANNOTATIONIBUS JOHANNIS MIN-ELLII.

Editio ceteris Hispanicis longè castigatior.

NUNC VERO

A D. PAULLO ANTONIO GONZALEZ ET FABRO, Grammatices, Rhetoricesque Præceptore Academico Numerario, & à Secretis Regiæ Latinæ Matritensis, &c. exactè correcta.

SUPERIORUM PERMISSU.

In Typographia Régia, vulgo de la Gazeta.

ANNO M. DCC. LXXIII.

HISPANÆ JUVENTUTI REGIA SOCIETAS *TYPOGRAPHORUM, BIBLIOPOLARUMQUE* SALUTEM.

ROmani carminis summum auctorem tibi mittimus, Hispana Juventus, à nobis denuò typis descriptum, & tamquam novo cultu in publicum prodeuntem. In ea re nec temeritatem nostram accusabis nec imprudentiam; quum & tu soleas magni facere elegantissimum Poëtam, quem certatim omnes tam veteres quàm recentiores summis laudibus evehunt, & qui certè per se ipse est dignus, quem colant Poëtices plane divinæ studiosi. Scilicet is est Publius Virgilius Maro, qui summum ingenium adtulit ad Poëticem, & eam magis exegit ad sanæ rationis normam, quam ad furorem aliquem indomitum, quo se efferunt, qui videri volunt plus debere agitanti alicui Deo quàm sanæ menti. At, quid, quæsumus, illud est, quod homines illi jactant? An danda est opera Poëtæ, ut insaniat? Minimè vero. Ii enim demum poëtarum nomine censendi sunt, qui res quascumque gestas non solum, sed etiam loca, ac homines summa arte nec

minori gratia ita ante oculos ponunt legentium, ut res non legi sed agi videatur. Talis poëta flectit legentium animos, & facit ut flenti adfleant, ridenti arrideant, ut alibi dixit Horatius, qui in suo genere etiam principatum obtinuit. Nusquam in Virgilio reperies tumorem illum, qui adeo Lucano & Statio apud Latinos, Nonno apud Græcos placuit, ut non veriti fuerint falsæ sublimitatis caussâ vim inferre rectæ rationi. E contrario solet Virgilius nihil proferre, quod non undiquaque exactum est. Magno labore ajunt eum producere versus fuisse solitum, at tales sunt qui laude Poëtæ semper crescente propagentur ad posteros. E latina lingua si transferas versus tam bonos in aliam linguam quamvis, aut parum aut nihil eorum bonitati decedet, quia non verba, quæ vestimenti loco sunt, sed res, id est ipsum corpus, veram eorum pulchritudinem efficiunt. Quod in aliis, quos modo diximus, poëtis longe aliter se habet, quum omnis eorum pulchritudo unà cum verbis soleat aufugere, si coneris ipsorum cogitata transfundere in aliam linguam.

Hinc factum est, ut Virgilius sit habitus apud Romanos non tantum, sed apud omnium pænè gentium aliarum eruditos, in honore summo, nec tot sæcula, quot elapsa sunt ab ejus tempore, potuerunt nomen, quod sibi immortale promiserat, delere. Scilicet ubique sequitur Naturam, optimam rerum magistram, ducem: & lectorem tam rerum varietate quam

similitudine veri ita tenet attentum, ut ille vix Poëtam tam suavem, tam blandientem animis specie veri, possit de manibus deponere. Neque id solum accidit iis, qui mediocri rerum cognitione instructi ad eum legendum accedunt, sed etiam doctissimis quibusque, qui ibi reperiunt, quo animos suos possint pascere.

Quum tamen VIRGILIUS tanta eruditione, tam ingenti varietate rerum, atque etiam multis scitu dignis fabulis ex antiquissimis Poëtarum scriptis, carmina sua ornaverit, non potuit fieri, quin quibusdam in locis evaserint ejus scripta intellectu difficilia, non ipsius vitio sed nostro, qui non satis intelligimus ea, quorum notitiâ opus est ad plenum intellectum carminum Virgilianorum. Illud viri quidam docti videntes jam ante aliquot sæcula cœperunt suis commentariis lectori minus in scriptis veterum versato ostendere, quid præsertim Poëta, ut per excellentiam vocari solet, respexerit, quid eum moverit, ut magis ita quàm alio modo diceret, ad quid in universo opere animum intenderit, & quædam alia, quæ scire lectoris intererat. Hinc nata sunt integra commentariorum volumina, non sine tædio evolvenda, eo quod interdum aut eruditi ipsi in suis commentariis à scopo aberrent, aut res nimis notas lectori ad nauseam inculcent. Ideo vir eruditissimus Johannes Min-ellius, tam ex aliorum laboribus quam sua ipsius diligentia, præcipua collegit, quæ prodesse possunt legenti. Ex iis quasi florum aliquod corpusculum fecit,

atque ea subjecit ubique textui, ut vocant, Virgiliano.

Illos ejus labores, nostris impensis renovatos typis, tuo nomini inscribendos duximus, tam quia officii ratio id à nobis videbatur exigere, quàm quia nullum invenimus, qui tanti Virgilium faceret quanti tu eum soles & debes æstimare, tuorum exemplum imitatus. Nunc accipe hunc, ut potè Principem Poëseos; ceteros tam poëtices quàm linguæ latinæ Patres, Deo volente & te auspice, quam citius tribuemur. Vale.

VITA

VITA

PUBLII VIRGILII MARONIS,

AUCTORE

SEBASTIANO CORRADO.

Virgilii vitam multi, sed admodùm negligentèr scripserunt. Quod à nemine hactenùs animadversum miramur: quàn dolemus interdùm, Virgilium, & Ciceronem linguæ Latinæ principes, & in scribendo diligentissimos omnium, rerum suarum scriptores tàm negligentes habuisse. Sed aliàs de Cicerone: *nùnc aliqua, quæ de Virgilio paullò negligentiùs scripta sunt, ipsi nos paullò diligentiùs, & accuratiùs considerabimus: deindè pauca quædam, quæ sunt à ceteris omissa, nos addemus.*

Ut igitur à Suida Οὐεργίλιος *Græcè, sic à multis Virgilius Latinè scribitur: quasi verò qui primus Vergilius est dictus, à Vergiliis stellis, vel à vere sit appellatus. Et si non desunt qui dictum à verendo suspicentur: & Virgilium scriptum in veterum monimentis se vidisse testantur: nec eis credunt qui nomen hoc à virga deductum putant: vel potiùs somniant. Certè Virgilii matrem nescio quid de virga somniasse scribunt. Et sanè non videtur iis esse credendum: cùm multò anteà Romæ Virgilii essent, ut in Ciceronis libris, & in veterum monimentis videre licet: & Servius Virgilium Poëtam natum Virgilio patre testetur: quod simile vero ex eo videri potest, quòd tum mos esset ut filii (præsertìm primo loco nati) non solùm nomina, sed etiam prænomina patrum sequerentur: ut M. Tullius Cicero, M. Tullii Ciceronis filius est appellatus. Pater autem Virgilius, vel colonus deduci, vel civitate donatus, nomen alicujus Virgilii sequi potuit. Pierius certè noster, postquàm quæ dici contra solent, levi brachio (quod ajunt) confutavit, Virgilium scribendum esse facilè convincit, sive sit à virgâ, sive à virendo (ut quidam putant) dictus. Nec enim desunt qui mordicus illud teneant, à virgâ dictum: in quâ sententiâ fuit Cæcilius Minutianus, Apulejus, & Calvus ille, qui carmen hoc scripsit:*

Et vates, cui virga dedit memorabile nomen.

Nos, qui non libentèr in levissimis hisce rebus versari solemus, si modò credimus huic Paëtæ nomen hoc præter morem ob aliquam causam impositum, Antonio Thylesio præceptori nostro potiùs assentimur: qui putabat à virginali (sic enim loquebatur) modestiâ, & verecundiâ, Virgilium dictum fuisse. Hanc ego sententiam eò libentiùs sequor, quòd Poëta (ut Ausonius, vitæ scriptor, & Servius affirmant) ex moribus etiam Græcè cognomen accepit. Nam Parthenias est appellatus. Hinc in libris manu scriptis pænè omnium, illa est inscriptio: P. PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS LIBER.

Et sanè quidem Virgilium, virum modestissimum fuisse, vel ipsius scripta demonstrant: in quibus nihil omninò reperias, quod in virginum choro legi non possit. Nec est cur hoc loco quisquam mihi vel Alexin vel Priapeia carmina velit objicere, cùm jam satis constet, nèc amplius ea carmina Virgilio tribui, & de Alexide doctos homines inter se dissentire. Sunt enim qui Cæsaris eum puerum fuisse putent, quem Virgilius ita laudarit ut Cæsari gratificaretur: quod si verum est, hic jam Virgilius nullam culpam sustinet. Vitæ scriptor Alexandrum vocat, & credit eum, cùm servus esset, ab Asinio Pollione Virgilio donatum fuisse: nec videt (quod omnes videre possunt) neque Alexandrum nomen esse servile: neque causam fuisse, cur Virgilius eum, quem jam donatum accepisset, & cogere posset, tàm multis versibus obsecraret. Ille verò sempèr (ut opinor) anteà vocatus est Alexis: nec Cæsaris, aut Pollionis, sed Mæcenatis servus fuit: qui cùm pulcherrimus esset, ut eum Virgilius amaret, Mæcenas concessit, non eum donavit: ut Martialis libro octavo sic ad Flaccum scribens ostendit:

Jugera perdiderat miseræ vicina Cremonæ,
Flebat, & abductas Tityrus æger oves:
Risit Tuscus eques, paupertatemque malignam
Reppulit, & celeri jussit abire fugâ:
Accipe divitias, & vatum maximus esto:
Tu licet & nostrum dixit Alexin ames.

Et dixit, Licet ames nostrum Alexin: non dixit, Licet habeas tuum. Cùm Virgilius igitur Alexin non haberet, eum tamen (quod licebat) amabat: non ille quidem turpitèr, sed ut Alcibiadem Socrates, & Alexin suum Plato, & suum T. Pomponius Atticus: quos Cicero, & Virgilius imitari voluerunt. Valeant igitur qui scribunt Virgilium, & impudicum fuisse, & olim à femina, si Diis placet, ad mediam turrim pertractum, tamdiù suspensum fuis-

fuisse, donèc ab omnibus videretur. Est enim, cum sine auctore dicatur, tàm falsum, quàm quod Servius, vitæ scriptor, & Franciscus Petrarcha, litteris etiam mandarunt: Ciceronem, cùm versus quosdam ex ejus Bucolicis audisset, & eum etiam aliquandò vidisset, medium carmen illud, quod Æneidi postea Virgilius inseruit, MAGNÆ SPES ALTERA ROMÆ, *protulisse, quod fieri nullo modo potuit: cùm inter Ciceronis mortem, & tempus illud, quo vel ipsi scribunt Virgilium Romam venisse, & Bucolica scripsisse, anni minimùm duodecim numerentur: tantùm abest, ut Cicero, vel ejus carmina ex Bucolicis audire, vel ipsum videre potuerit. Quìn in Bucolicis ipse Poëta Pollionem Consulem vocat: & is anno tertio post Ciceronis mortem Consul fuit. Quòd si quis id omninò verum esse contendat, illud agnoscat falsum necesse est, eum tùm demùm Romam venisse, cùm in agrorum divisione, quæ post Antonium, & Cleopatram (C. Cæsare Octaviano tertiùm, & M. Valerio Messalâ, Consulibus) victos, est facta, suos amisisset. Ego certè cum eo libentiùs sentiam, qui hoc falsum putet, præsertim cùm sibi non constent qui hoc scribunt. Nam quidam opinantur, eam divisionem post Philippensem victoriam, alii post Antonium in Epiro victum factam fuisse: alii utramque victoriam complectuntur.*

Quare res ipsa sic dubia relinquitur, ut nos quoque jam aliquid comminisci, & dicere possimus: videri nobis eam divisionem significari, quam Decemviri (quorum unus fuit Cicero) post D. Brutum obsidione Mutinensi liberatum fecerunt: nam sic omnia quadrant: quòd fieri potuit, ut Virgilius eâ divisione suos agros amiserit: deindè Romam profectus, eos vel Pollionis (qui tùnc aberat) litteris, vel Octaviani (qui Romam redierat, certè tùnc erat in Italiâ, & multum, quamvis esset juvenis, poterat) gratiâ recuperarit: atque, ut aliquam gratiam referret, Bucolica scripserit, in quibus illud dixit: Hic illum vidi juvenem. *Accedit, quòd Virgilius tùnc annum vigesimum octavum agebat, quo tempore Bucolica cæpit (ut Servius refert) scribere. Ita Cicero versus aliquos ex Bucolicis audire, & ipsum etiam Virgilium videre potuerit: quamvis adhùc eâ de re dubitemus: quòd Eusebius ante bellum civile, quod inter Cæsarem, & Pompejum fuit, eum Romam venisse propè demostret: & nos ita ratiocinari soleamus: Si Virgilius ante Ciceronis mortem Romam venit, agrum recuperavit, Bucolica scripsit, & ab ipso Cicerone tantoperè commendatus est: verisimile non est, eum posteà sic ignotum fuisse, ut diù stabuli minister esset: sin post Ciceronis mortem venit, Cicero ne-*

que

que versus ex Bucolicis audire, neque ipsum videre potuit, præsertim cùm vitæ scriptor (quisquis ille fuit) affirmet, eum magistro stabuli servisse, & Octavianum, jàm tùm Augustum, & principem fuisse: qui tamen neque princeps, neque Augustus (nisi multò post Ciceronis mortem) fuit appellatus. Quìn si Cicero illum vidit, & commendavit, necesse est, ea, quæ de pullo, de canibus, de panibus, & de Octaviani dubitatione scribunt, falsa judicare, & dicere, eos contraria scribere: ut illud est contrarium, Virgilium multò post Antonium ad Actium victum, pro recuperato agro Bucolica scripsisse: & eumdem Octaviano ab Actiacâ victoriâ reverso Georgica recitasse: quasi verò Bucolica post Georgica scripserit. Respondeat fortassè quispiam, in vitâ scriptum esse, divisionem agrorum post Philippensem victoriam factam fuisse. Esto: pugnat quoque: nàm fuit ea multò post Ciceronis mortem: ita ut nihil eorum, quæ de illa referunt, fieri potuerit. Certè Servius apertè dicit, Virgilium post agrum amissum Romam venisse: sed vitæ scriptor non tam dicit quàm significat, eum priùs Romæ fuisse, & Augusti familiaritate suoque carmine fretum, Arrio Centurioni resistere voluisse.

Quàm porrò illud absurdum, Virgilium res Romanas inchoasse, & offensum materiâ, & nominum asperitate, ad Bucolica transiisse? Nam quæ materia major, aut pulchrior, quam quæ res Romanas] comprehendit? quæ nomina minus aspera, quàm Romana? Quìn nec offensus est, & de rebus Romanis tam multa in hisce libris scripsit, ut ita Servius dicat: **In antiquis invenimus, opus hoc appellatum esse non Æneïdem, sed gesta populi Romani.** *Idem Servio dicenti, Virgilium res Albanas jam cœptas omisisse, respondemus. Quid quòd vitæ scriptor ille refert fuisse qui existimarent eum, si diutiùs vixisset, quattuor & viginti libros usque ad Augusti tempora scripturum, æque alia quidem percursurum, Augusti verò gesta diligentissimè exsecuturum? Quæ quidem opinio, etsi (quod paullò post ostendemus) falsa fuit, vel potiùs ab illo scriptore ficta, ostendit tamen magis quod diximus, Virgilium nec materiâ, quam vellet percurrere, nec asperitate nominum, quæ scribere cogitasset, offensum fuisse. Illa igitur opinio de viginti quattuor libris, & rebus Augusti, vel falsa vel ficta cognoscitur ita. Si de rebus Augusti plura scripturus fuisset, tàm multa de illo, libro primo, sexto, & octavo non dixisset, sed integram sibi rem servasset. Quod verò ad viginti quattuor libros pertinet, Virgilius Homerum sic imitatus est, ut illum brevitate, & gravitate potissimùm superarit. Homerus enim τὸν βίον*

θεω-

πλάνην in Ulysse viginti quattuor libris, & τὴν πραγματικὴν in Achille totidèm libris expressit, & in Hectoris morte rem terminavit, ne, si ulteriùs fuisset progressus, Achillis mortem satìs ignobilem persequi cogeretur. Virgilius verò hæc omnia duodecim libris, & in uno homine complexus est, & in Turni morte terminavit, ne & ipse cogeretur ea, quæ de morte Æneæ non satis speciosa dicuntur, referre.

Diversa quoque de Virgilii morte scribunt. Periit (inquit Servius) Tarenti in Calabriæ civitate. Nam dum Metapontum cupit videre, valetudinem ex Solis ardore contraxit. Vitæ verò scriptor ad hunc modum refert: Cum Megara, vicinum Athenis oppidum, visendi gratia peteret, languorem nactus est, quem non intermissa navigatio auxit ita, ut gravior indies tandèm Brundusium adventarit: ubi diebus paucis obiit, X. Kal. Octobr. Illum tamen ego scriptorem libentiùs, quam Servium sequor: quandoquidem Eusebius etiam illum Brundisii obiisse scribit, & ipse epigrammate se à Calabris raptum testatur, in quibus Ptolemæus Brundisium reponit.

Neque verò minus in eo, quod ad Æneida cremandam pertinet, dissentiunt: quòd Servius affirmet, cum morientem incendi jussisse, sed Augustum, ne tantum opus periret, Tuccam, & Varum emendare voluisse. Scriptor autem vitæ sic ait: Virgilius, cum gravari morbo sese sentiret, scrinia sæpè & magnâ instantiâ petivit, crematurus Æneida: quibus negatis, testamento comburi jussit, ut rem inemendatam, imperfectamque: verùm Tucca, & Varus monuerunt, id Augustum non permissurum. Tunc eidem Varo, ac simul Tuccæ, scripta sub eâ conditione legavit, ne quid ederent quod à se editum non esset, & versus etiam imperfectos, si qui erant, relinquerent. Nec ita multò post idem confirmat, Varum, & Tuccam Æneida post obitum, prout petiverat, jussu Cæsaris emendasse, atque enim Cæsarem ipsum illa carmina scripsisse. Ergone supremis potuit vox improba verbis. Tàm dirum mandare nefas? & quæ sequuntur. Miror majores nostros non animadvertisse, hæc cùm absurda, tùm etiam inter se contraria esse. Quid enim tam absurdum, quàm dicere, vivo cuiquam sua scrinia negari? at dixerat, Æneida se crematurum. Faceret igitur ut Ovidius nihil diceret, & ipse suis manibus cremaret, præsertim cùm Varus, & Tucca monerent, Augustum, ut posteà cremaretur, non permissurum: qui tamen, meo quidem judicio, vel ibi non aderant, (cur enim illùc tàm longè venissent?) vel si aderant, numquam eâ de re illum monuissent, ne sententiam mutaret, & ipsemet cremaret. Quid verò tàm contrarium, quàm testamento Æneida comburi

(quod

(*quod tamen etiam Plinius, & Macrobius affirmant*) *jussisse: & Varo, ac Tuccæ legasse ut eam emendarent? nam si legavit ut emendarent, eam noluit comburi: nec opus fuit ut Cæsar illa Carmina scriberet: aut Varo, & Tuccæ imperaret ut eam emendarent, quam jure legati, & mandati emendare quasi tenebantur. At exstant Cornelii Galli, & Sulpicii Carthaginensis carmina, quibus apparet, Virgilium, quæ diximus, aboleri jussisse. Ea carmina Plinius, Gellius, & Macrobius secuti videntur. Sed ego quæro, quis iste Cornelius Gallus? is certè non est, quem Virgilius ità dilexit, ut ejus laudes in fine libri quarti Georgicorum fuerit olim complexus: siquidem ille multò antè Virgilium* (*quod Eusebius ostendit*) *obierat: nec, si tum vixisset, ea scripsisset ad Augustum, quem sibi tantoperè iratum sciebat. Verùm fuerit alter Gallus etiam doctissimus, & Sulpicius iste Carthaginensis inter optimos Poëtas sit numeratus: an ego propterèà rem somno persimilem non credam? Credam potiùs esse somnium Grammaticorum, qui tùm, Cæsare consentiente, id totum finxerint, ut major auctoritas huic operi pararetur. Hæc omnia majores nostri videre potuerunt, nec illud dissimulare quod idem scriptor affirmat, Virgilium adeò gloriæ contemptorem fuisse, ut, cùm quidam quosdam versus ipsius sibi adscriberent, eâque re docti haberentur, non modò non ægrè tulerit, sed gratum etiam habuerit: cùm tamen idem dicat, eum æquo animo non tulisse quod Bacillus, sivè Bacillus sibi duos versus, quos ipse composuerat, adscripsisset.*

Illud item est animadvertendum, an credi debeat, Virgilium Augusto consilium dedisse ut imperaret: cùm Dion ad Mæcenatem referat, nec ullus scriptor, quod ad hanc rem pertineat, de Virgilio meminerit, scripturus, si quid ille umquam omninò eâ de re dixisset. Quin ne videtur quidem dicere potuisse. Virgilius enim post amissum agrum, hoc est, aliquantò post Antonium victum, ut isti dicunt, Romam venit, at Octavianus post oppressum statim Antonium de Republica reddendâ cogitavit, cùm princeps adhùc non posset appellari. Virgilius autem dicitur in ipsâ vitâ, cùm adhùc in stabulo serviret, illum, & Augustum, & principem nominasse. Nec mirum est, eum scriptorem (si modò illa sunt ab uno scriptore scripta, & non ex pluribus potiùs collecta) totiès errare, cùm scribere non dubitarit, die tertio Iduum Martiarum (ut ipse loquitur) C. Cæsarem occisum fuisse, cum scriptores omnes testentur, ac lippi, & tonsores etiam sciant, Idibus Martiis interfectum. Illum tamen Servius hac in parte maluit, quàm reliquos scriptores, imitari. Quamquam non desunt qui putent, eam vitam ab eo-

dem

dem Servio scriptam fuisse; quod verum esse non potest, cùm Servius alitèr sæpè sentiat. Alii Donato malunt adscribere. Id ego minùs credo, qui sciam, Donatum (quem Servius etiam nominet) virum doctissimum fuisse: eum verò qui hanc vitam scripsit, vel indoctissimum; qui neque Latinè loqui sciret, & ea scriberet, quæ neque vera, neque verisimilia videri possent. Quæ si velimus omnia colligere, simus multò, quàm par sit, longiores. Quare potiùs ea, quæ sunt ab eo relicta, paucis colligamus. Virgilium (*inquit Seneca*) illa felicitas ingenii in oratione solutâ reliquit: *vitæ tamen scriptor illum causam unam egisse, & Symmachus apud Macrobium, epistolas scripsisse testantur: ut mittamus, quod idem vitæ scriptor ait, quosdam tradere, Virgilium Æneida prosaicè priùs oratione formatam, digestamque in duodecim libros, particulatim componere instituisse. Non negamus ipsi tamen, eum faciendis carminibus feliciorem fuisse: quæ tamen ille quàm paucissima singulis diebus faciebat, ut Quinctilianus, & Gellius affirmant.*

Nullum Præceptorem Virgilio legimus (*inquit Franciscus Petrarcha*) *malè: nam Macrobius auctor est, eum Parthenio Grammatico in Græcis litteris usum fuisse; Servius autem Staronem ejus doctorem in rebus Epicureis agnoscit. Nec video, quem secutus auctorem Franciscus idem Petrarcha scripserit, Marcellum, Octaviæ filium, à Virgilio reprehensum, vel irrisum fuisse, quòd avibus delectaretur. Hunc Poëtam quanti fecerit Augustus, notum: quanti populus Romanus, hisce verbis Cornelius Tacitus ostendit.* Populus Romanus, auditis in theatro versibus Virgilii, surrexit universus, & fortè præsentem, spectantemque Virgilium veneratus est sic quasi Augustum. *Quem quidem honorem paucis tribui solitum Plutarchus ostendit. Hunc Alexander Severus Imperator Platonem Poëtarum vocabat, ipsiusque imaginem cum simulacro Ciceronis in secundo lararío* (*ut loquitur Lampridius*) *habuit. Sic Homerus & Virgilius Alexandrum, uterque suum, sortiti videntur.*

Hujus opera Græci (*quod Ovidio quoque, & præterea nemini, vel certè paucis contigisse videmus*) *in suam linguam converterunt. Huic tantum veteres tribuerunt, ut nullus pænè bonus scriptor reperiatur, qui non illum* (*si fortè locus occurrat*) *commendet, & Poëtis omnibus anteponat. Ovidius certè, cùm sempèr, & ubicumque datur occasio, Virgilium laudat, tùm ex illius versibus tragœdiam confecisse dicitur: ut Ausonius, Proba, Pomponius, & alii posteà multi centones confecerunt. Silius Italicus diem Virgilii natalem quotannis celebrabat: quod & Jacobum*

bum Sanazarium superioribus annis fecisse ferunt. Natus est autem Idibus Octobris, ut libro duodecimo Martialis ostendit:

Majæ Mercurium creastis Idus:
Augustis redit Idibus Diana:
Octobres Maro consecravit Idus:
Idus sæpè colas, & has, & illas:
Qui magni celebras Maronis Idus.

Statius suam Thebaida monet, ut Æneida longè sequatur, & ejus vestigia sempèr adoret. Lucanus Virgilii elegantiam, ut conatus est, ita quibusdam videtur satìs exprimere: doluit ipse tamen sibi multum ad Culicem restare. Quid multa? virum planè divinum fuisse Virgilium licet credere: cum, quæ scripsit, ea divinitùs scripsisse videatur: quippè cùm versus illius veteribus oraculorum instàr fuerint (undè Sortes Virgilianæ *dicuntur) & satis constet, Secundianum, Verianum pictorem, & Marcellianum oratorem, homines à nostrâ religione prorsùs alienos, cùm versus illos legissent:*

Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo,
Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna:
Jam nova progenies cœlo demittitur alto,

(quibus Christum significari multi putant) protinùs ad hanc ipsam nostram religionem transiisse. Verùm nullus erit finis, si cuncta velim, quæ de Virgilio dici possent, persequi. Quare nos illis, qui vitas scribunt, cetera, quæ dici possent, relinquamus; & illud, quod Suetonius ait, referamus: Q. Cæcilium Epirotam Grammaticum, primum fuisse, qui Virgilii libros publicè sit interpretatus.

TES.

TESTIMONIA DE *PUBLIO VIRGILIO MARONE*, ET EJUS SCRIPTIS.

OVIDII DE ÆNEIDE.

Tityrus, & segetes, Æneïaque arma legentur,
Roma triumphati dum caput orbis erit.

EJUSDEM.

Et profugum Æneam altæ primordia Romæ,
Quo nullum Latio clarius extat opus.

EJUSDEM AD AUGUSTUM.

Et tamen ille tuæ felix Æneïdos auctor
Contulit in Tyrios arma, virumque toros.
Nec legitur pars ulla magis de corpore toto,
Quàm non legitimo fœdere junctus amor.
Phyllidis hic idem, teneræque Amaryllidis ignes
Bucolicis juvenis luserat antè modis.

EX STATIO, ubi Thebaïdem suam alloquitur.

Vive precor: nec tu divinam Æneïda tenta,
Sed longè sequere, & vestigia semper adora.

EX JUVENALE, Sat. XI.

Conditor Iliados contabitur, atque Maronis
Altisoni dubiam facientia carmina palmam.

EX AUSONIO.

Te præeunte, nepos, modulata Poëmata Flacci,
Altisonumque iterum fas est didicisse Maronem.

ALCIMI DE VIRGILIO, ET HOMERO.

Mæonio vati, qui par aut proximus esset,
Consultus Pæan risit, & hæc cecinit:
Si potuit nasci quem tu sequereris, Homere,
Nascetur qui te possit, Homere, sequi.

EX

EX SILIO Lib. VIII.

Mantua Musarum domus, atque ad sidera cantu
Evecta Andino, & Smyrnacis æmula plectris.

VELLEJUS, *lib.* 1. Princeps carminum Virgilius.

MARCELLINUS, *lib.* 15. & 19. Excelsum, eminentissimum vatem, Poëtam præclarum nominat.

MACROBIUS, *lib.* 1. *Somn. Scipion. cap.* 1, 2, & 7. Homericæ perfectionis per omnia imitator: nullius disciplinæ expers, & quem nullius disciplinæ error involvit.

IDEM *Saturn. lib.* 5. *cap.* 18. Fuit Virgilius ut scrupulosè, & anxiè, ita dissimulanter & quasi clanculo doctus: ut multa transtulerit, quæ undè translata sint, difficile sit cognitu.

D. HIERONYMUS, Virgilius alter apud nos Homerus.

D. AUGUSTINUS, Virgilium pueri legant, ut Poëta magnus omniumque præclarissimus, atque optimus, teneris imbibitus annis, non facilè oblivione possit aboleri.

LACTANTIUS, Latinorum Poëtarum primus Virgilius.

QUINCTILIANUS, *lib.* 1. *cap.* 14. Cetera admonitione magnâ egent: in primis, ut teneræ mentes, tractaturæque altius quicquid rudibus & omnium ignaris insederit; non modo quæ diserta, sed magis quæ honesta sunt discant. Ideòque optimè institutum est, ut ab Homero, atque Virgilio lectio inciperet: quamquam ad intelligendas eorum virtutes, firmiore judicio opus esset.

TACITUS, *in Dialog. de Orat.* Exercetur enim jam ab Oratore etiam Poëticus decor, non Accii, aut Pacuvii veterno inquinatus: sed ex Horatii, & Virgilii, & Lucani sacrario prolatus.

PUBLII VIRGILII MARONIS

BUCOLICA.

Ecloga I. cui nomen TITYRUS.

ARGUMENTUM.

CUm Virgilius, cujus personam hîc sustinet Tityrus pastor, agrum vicinum Cremonæ amisisset, Romam venit: ubi cum sua eum carmina Mæcenati commendasset, Mæcenas autem Augusto, agrum recuperavit. Tityrum igitur felicem esse prædicat pastor Melibœus, (sub cujus nomine ceteri quoque pastores Mantuani intelliguntur) & suam contra calamitatem deplorat, finibus suis à milite veterano pulsus. Ipse autem Tityrus se tanti beneficii auctorem colere & semper culturum esse profitetur.

MELIBŒUS, TITYRUS.

ME. TItyre, tu [3] patulæ [4] recubans sub tegmine [5] fagi,
[6] Silvestrem tenui musam meditaris [7] avenâ.
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva:
Nos [8] patriam fugimus: tu, Tityre, [9] lentus in [10] umbrâ
Formosam resonare doces [11] Amaryllida silvas.
TI. O [12] Melibœe, [13] *Deus nobis* [14] *hæc otia fecit*:

1 Subintellige ἴσην à βουκόλος, *bubulcus*: q. d. carmina pastoralia. *Bucolica* ergo dicta sunt à custodia boum. 2 Ab ἐκ & λέγω, quasi selectus pastorum de rebus caprinis sermo. 3 Latè patentis. 4 Otiosus & securus jacens. 5 Arboris tuæ glandiferæ. 6 Rusticum carmen μιλετᾶν, exerces ludis. 7 Fistula. 8 Τὴν πατρίδα φαγομὲν, agris exuti patrium solum exsilio mutamus, infra vers. 65. Pathos à loco. Vide Macrob. Sat. l. 4. c. 3. 9 Securè & otiosè recubans. Sic Æn. 12. *quorum* lenti *consedimus arvis*. 10 Fagi tuæ. 11 Nomen amicæ tuæ, vel carmen de amica tua formosa compositum: *Alleg.* Romam, id est, sonitu per Echò representare, id est, canis, ut silvæ resonent. 12 Ω μέλι τῶν βοῶν, id est, cura boum. 13 Octavius Cæs. qui mihi propter beneficentiam in reddendis agris, indulto otio ac libertate, numinis instar est, eritque & post mortem, & dum vivit. Alii enim Imperatores post mortem referuntur in numerum Deorum: Augusto autem viventi divini honores habiti; Horat. Ep. 1. l. 2. *Præsenti tibi maturos largimur honores, Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.* 14 Hanc quietem & securitatem.

Namque erit ille mihi semper [15] Deus: [16] illius aram
Sæpe tener nostris ab ovilibus [17] imbuet agnus.
[18] Ille meas [19] errare boves (ut cernis) & ipsum
[20] Ludere, quæ vellem, [21] calamo permisit agresti.
ME. Non equidem [22] invideo, miror magis: undique totis
[23] Usque adeò turbatur agris: en ipse capellas
[24] Protenùs æger [25] ago, hanc etiam [26] vix, Tityre, duco.
Hic inter densas corylos [27] modò namque [28] gemellos,
[29] Spem gregis, ah! silice in [30] nudâ, connixa reliquit.
Sæpè [31] malum hoc nobis, si mens non [32] læva fuisset,
[33] De cœlo tactas memini prædicere quercus,
[Sæpè [34] sinistra, cavâ [35] prædixit ab ilice cornix.]

15 *Deus* unde dictus sit, varie hîc sese offerunt eruditorum sententiæ: Alii enim à *dando* deducunt, quod Deus *det* omnia, tamquam bonorum omnium fons. Alii à Græco Δέος, quod *timorem* significat, tamquam sit res aliqua, cui debeatur timor. Hinc illud Statii: *Primus in orbe Deos fecit timor.* Plerique à Græco vocabulo Θεὸς deducunt, quod quidam derivant vel à θεάομαι, id est, *video*, quòd Deus omnia *videat*: vel à θέω pro quo usitatius est τίθημι, id est *dispono*, quod Deus omnia ritè & suo quæque ordine *disponat*. Cetertum solent Latini scriptores vocem *Dei* etiam iis tribuere, qui in re aliqua eximie multumque supra ceteros velut Dii quidam excellunt. Item qui nobis auxilio, præsidio ad salutem, libertatem, ad res denique magnas, nobisque necessarias, singulari ac divino fuerunt: ita ut hîc Tityro Augustus vocari *Deus* rectè possit ob magnitudinem collati in ipsum beneficii. Tert. Adelph. *Laudarier te audit libenter; facio te apud illum* Deum. 16 In honorem ejus ædificatam. 17 Sanguine suo respergeret. 18 Vide Senecam de beneficiis, l. 4. c. 6. 19 Liberè vagari ac pasci. Ut Ecl. 2. *Mille meæ Siculis* errant *in montibus agnæ.* Horat. Ode 2. Epod. *Aut in reductâ valle mugientium prospectat* errantes *greges.* 20 Versibus scribere. Sic Georg. 4. *Carmina, qui* lusi, *pastorum.* Sciendum est, legem fuisse latam, ut nullus aliquid componeret, ni priùs ad ædiles accessisset, & scribendi veniam, cum illi prius scriptoris vires perpendissent, moxque secundum ingenii capacitatem, & doctrinam dabant componendi potestatem, impetrasset; deindè præerant recitandis, & recitata emptitabant. 21 Fistula, sive cantilena rustica. Supra vocavit *tenuem avenam.* 22 Prosperitati tuæ. 23 In tantum, ut meritò admirari queam tantum te otii agitare. 24 Longè hinc, vel prægredientes longè: quasi porrò tenus. Serv. à *Protinus*, id est, valdè, & apponit τῷ *æger.* 25 Impello. 26 Non sine difficultate. 27 Paulò ante. 28 Binos fœtus uno partu. 29 Nempè marem, & feminam. 30 Sine foliis, & virgultis. 31 Exsilium hoc, fugam hanc. 32 Stulta, & vesana, sibi adversa. 33 Fulmine afflatas. 34 Malum portendens. 35 Nobis sc. hoc malum.

Sed

Sed tamen, [36] iste Deus qui sit, [37] da, Tityre, nobis.
TI. [38] Urbem, quam [39] dicunt Romam, Melibœe, putavi
[40] Stultus ego [41] huic nostræ similem, [42] quo sæpè solemus
Pastores ovium teneros depellere fœtus.
[43] Sic canibus catulos similes, sic matribus hædos
Noram, sic parvis componere magna solebam.
Verùm [44] hæc tantùm alias inter caput [45] extulit urbes,
[46] Quantùm lenta solent inter viburna cupressi.
ME. [47] Ecquæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?
TI. [48] Libertas: quæ sera, tamen respexit inertem;
[49] Candidior postquam [50] tondenti barba cadebat;
Respexit tamen, & [51] longo post tempore venit,
[52] Postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit.
Namque (fatebor enim) [53] dum me Galatea tenebat,
Nec spes libertatis erat, nec cura [54] peculi:
Quamvis multa meis [55] exiret [56] victima [57] septis,

36 Qui sit tuus, cujus mentionem facis, Deus. 37 Dicit Ter. *Nunc, quamobrem has partes didicerim, paucis* dabo: uti *accipe* pro *audi*. Accipe *nunc Danaûm insidias*, 1. Æneid. 38 Cum potiùs cœlum dici mereatur. Interrogatus autem de Deo Tityrus, rustica simplicitate locum præscribit, ac longo intervallo ad interrogata respondet. 39 Omnes ferè homines. 40 Ego rusticus. 41 Urbi Mantuæ. 42 Ad quam agnos lacte depulsos agere venales solemus. 43 In tali proportione, in qua Mantuam Romæ similem putavi. 44 Roma. 45 Levavit. 46 Quantum cupressi solent extollere caput inter frutices flexibiles, ac tenellos. 47 Al. *Et quæ.* 48 Fuit causa. 49 Cum Virgilius Bucolica scripserit juvenis, τὸ *Candidior* alii ad libertatem detorquent: alii *lanuginem primam* intelligi volunt. Quoniam verò eum postea Melibœus senem vocat. Turnebus, l. 2. c. 26. sentit poëtam (cum se fingat servum, libertatis desiderio Romam profectum) respexisse ad imaginem servorum, qui jam ætate grandiores, vel etiam peculio suo, non rarò libertatem consecuti sunt. Græci autem servos, etiam senes, appellabant παῖδας. 50 Erant abradenti, id est, tonsori: id est, postquam primam barbam mihi abradi feceram, cum tamen eam liberta em junior impetrare potuissem. 51 Quam barbam radere cœperam. 52 Ex quo Romam veni, relicta Mantua. 53 Dum Mantuæ quidem agerem, non pauca ingenii mei specimina edidi, cùm tamen nullo apud rudes meos municipes in pretio esset ars mea, deplorata jam omni honoris, quæ artes alit, spe, languore confecta Musa tacuit, excidit mihi carminis studium, & cura. 54 Lucri. 55 Depelleretur ad urbem. 56 Agnus, aut viculus dignus qui victima fieret pro victis hostibus. 57 Ovilibus.

Pinguis, & [58] ingratæ premeretur caseus urbi,
Non umquam [59] gravis ære domum mihi dextra redibat.
ME. [60] Mirabar, quid mœsta Deos, [61] Amarylli, vocares:
Cui pendêre sua patereris in arbore poma.
Tityrus hinc aberat: ipsæ te, Tityre, pinus,
Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant.
TI. [62] Quid facerem? neque servitio me exire licebat,
Nec tam [63] præsentes [64] alibi cognoscere [65] Divos.
[66] Hic illum vidi [67] juvenem, Melibœe, [68] quot annis
Bis senos cui nostra dies altaria fumant.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
[69] Pascite, [70] ut antè, boves, pueri: [71] submittite tauros.
ME. [72] Fortunate senex! ergo tua rura [73] manebunt?
Et tibi magna satis: [74] quamvis lapis omnia nudus
Limosoque palus [75] obducat pascua junco.
Non insueta [76] graves [77] tentabunt pabula [78] fœtas:
Nec [79] mala vicini pecoris [79] contagia lædent.
Fortunate senex, [80] hic inter [81] flumina nota
Et fontes [82] sacros [83] frigus captabis [84] opacum.

58 Parum aut nihil mercedis pro sumtu, & laboribus pendenti. 59 Onusta pecunia. 60 Apostrophe ad urbem Romam. Mirabar quisnam is esset, cujus nomine Romani Augusto supplicarent, ut sui illi manerent agri, video jam fuisse Virgilium, cui omnes ordines summis studiis favent. 61 Per hanc Roma intelligenda, quam mœstam, absente Tityro, Melibœus ait, quo amico gratificetur. 62 Apud Galateam, seu Mantuam. 63 Propitios, faventes, ad opem ferendum paratos. Præsentia enim favorem, & animum adjuvandi magis declarat. 64 Quam Romæ. 65 Heroas, ac principes viros. 66 In urbe Roma. 67 Augustum, quo nullum numen præsentius, qui tamquam ex oraculo responsum dedit. Juvenem se vidisse ait: ea enim ætas fuit Augusti, cum rerum potitus est, anni undeviginti. 68 Cujus immortale beneficium singulis annis duodecim dies, id est, singulis mensibus unum diem sacrificiis colo, id est, cujus præsentissimo potentissimoque numini singulis Kalendis rem facio divinam. 69 Possessiones vestras recipite, & Musis vacate. 70 Ut pavistis antè priusquàm agri vestri ablati essent. 71 Jugo ad arandum. 72 Tityro, fortunate senex futuræ, ut ad tempus futurum, non ad ætatem Virgilii referatur. 73 In possessione tuâ. 74 Ut quæ à saxoso monte ad Mintium se extendant, ut Ecloga IX. 75 Obsideat. 76 Gravidas, prægnantes. 77 Corrumpent. 78 Oves, quæ jam pepererunt, partu levatas. 79 Nociva, & infectiva scabies. 80 In hoc loco, ne molestum sit proficisci. 81 Padum, & Mincium. De hoc 3. Georg. *Tardis ubi flexibus errat Mincius, & tenerâ prætexit arundine ripas.* 82 Nymphis Najadibus consecratos. Omni enim fonti numen præfuisse credebatur propter perennem scaturiginem. 83 Refrigerium. 84 Sub densis arboribus.

Hinc

[85] Hinc tibi, quæ semper vicino ab limite [86] sepes,
[87] Hyblæis apibus [88] florem depasta salicti,
Sæpè levi [89] somnum suadebit inire susurro.
[90] Hinc altâ sub [91] rupe canet [92] frondator [93] ad auras,
Nec tamen intereà raucæ, tua cura, [94] palumbes,
Nec [95] gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.
TI. Antè [96] leves ergo pascentur in [97] æthere cervi,
Et freta [98] destituent [99] nudos in litore pisces:
Antè, pererratis [1] amborum finibus exsul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tigrim,
[2] Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
ME. [3] At nos [4] hinc, alii [5] sitientes [6] ibimus Afros;
[7] Pars Scythiam, & [8] rapidum [9] Cretæ veniemus Oaxen,
Et [10] penitùs toto divisos orbe Britannos.
En umquam patrios longo post tempore [11] fines,
Pauperis, & tugurî [12] congestum cespite culmen,

85 Ex una parte, sc. à palude parvo, seu dulci apum murmure commemorat Melibœus aurium oblectamen a, quibus manente sibi rusculo suo, fruiturus sit Tityrus securissimè. 86 Ponens terminum inter te, & proximum. 87 Synecdoche. *Hybla* aute m mons erat Siciliæ, thymo ad mellificia clarus. 88 Habens florem multarum salicum depastum ab apibus optimum mel conficientibus, ut faciunt Hybleæ apes. 89 Horat. Epod. 2. *Fontesque lymphis obstrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves.* 90 Ex alia parte. 91 In qua vites consitæ sunt. 92 Rusticus mercenarius decerpens frondes. 93 Sublimi, & alta voce. 94 Columbæ silvestres. 95 Querulosè canere. 96 Veloces. Quoad vixerit se Augustum, ut de se quam optimè meritum, grata memoria prosecuturum, & ante oculos nunquam non habiturum, congestis aliquot ἐκ τῶν ἀδυνάτων, pollicetur. 97 Summo aëre. 98 Derelinquent. 99 Numquam tegi solitos. 1 Ἀλλήλων, id est, permutatis sedibus Arar Parthiam, Tigris Germaniam alluet, vel Germani patriâ ejecti Parthiam incolent, Parthi Germaniam. Ex detioro autem insciticæ pastoralis Gallicum fl. pro Germano positum, Armenium pro Parthico. 2 Quam vultus illius munificentissimi juvenis Augusti decidat à memoria nostra. 3 Melibœus securitati, & otio Tityri exsilium suum objicit. Parthos à loco. Macrob. Sat. l. 4. c. 2. 4 A patria nostra. 5 Frequenti siti laborantes ob calorem. 6 Adibimus. 7 Aliis. 8 Velocitèr currentem. 9 Cretæ regiones fluvium. 10 A continenti divisos insulares. 11 Limites, quibus ejectus sum. 12 Compositum.

Post aliquot mea [13] regna videns, mirabor [14] aristas? 70
Impius hæc tam culta [15] novalia miles habebit?
[16] Barbarus has segetes? en [17] quò [18] discordia cives
Perduxit [19] miseros! en queis consevimus agros!
[20] Insere nùnc, Melibœe, pyros, [21] pone ordine vites:
[22] Ite, meæ, [23] quondàm infelix pecus, ite, capellæ: 75
Non ego vos posthac viridi [24] projectus in antro,
[25] Dumosâ pendêre procùl de rupe videbo:
Carmina nulla [26] canam: non, me [27] pascente, capellæ,
Florentem [28] cytisum, & salices [29] carpetis [30] amaras.
Tit. [31] Hîc tamen hac mecum poteris requiescere nocte 80
Fronde super viridi: sunt nobis [32] mitia poma,
Castaneæ [33] molles, & [34] pressi copia lactis.
Et jam summa procul villarum culmina [35] fumant,
[36] Majoresque cadunt altis de montibus umbræ.

13 Meos agros, possessiones meas. Cic. *Id nisi in* tuo regno essemus, *non tulissem*, id est, in tua villa. Melibœus ergo ex affectu, quo plerumque agricolæ sibi regum fortunas superare videntur, cum illis proprio agello frui licet, procul negotiis, proculque discordibus armis, sua regna vocat, pauperis tugurii culmen, agellumque suum; quæ sibi satis magna, quibusque se fortunatum putabat, cum ea retineret. Sicut de Tityro, sua tutò possessuro, ait: *Fortunate senex*, &c. 14 Spicas, messes, annos. Metalepsis. 15 Innovata arva. 16 An miles alienigena habebit has segetes tam cultas? 17 Ad quem statum, ad quam miseriam. 18 Bellorum civilium. 19 Quorum coloni expelluntur. 20 Apostrophe & Epitrope ad se, suosque cives amara. Q. d. Agite Mantuani, arbores serite, agros colite, vites maritate & disponite, ut alieni tandem, vobis ejectis, fructus percipiant. 21 Ut melius solem excipiant. 22 Discedite à me. 23 Quæ aliquando fuistis pecus diligenter curatum & pastum. 24 Recubans. 25 Dumis plena. 26 Ut solebam. 27 Pastore vestro exsistente. 28 Florem illum succi plenum, unde multum lactis oves effundunt, à Cytiso insula dictum. 29 Abrodetis. 30 Hominibus sc. sed vobis dulces. 31 In his tuguriis meis. 32 Matura & mollia. Horat. Od. 2. Epod. *Vel cum decorum* mitibus *pomis caput Autumnus arvis extulit.* Eadem translatione utitur 1. Geor. *Mites uvæ, mitis vindemia.* 33 Maturæ, ac recentes. 34 In caseum coacti, id est, copia casei est nobis. Ovid. Met. 8. *Lactis massa coacti.* 35 Propter adventum noctis. Sole enim occidente, fumi apparent crassiores, umbræ montium majores. 36 Id est, noctescit. Sic Ecl. 2. *Et Sol crescentes decedens duplicat umbras.*

Ecloga II. cui nomen [1] Alexis.

Argumentum.

Corydon Pastor, Alexidis pueri amore captus, nihil eorum prætermittit, quæ ad puerilem animum demulcendum, mutuumque amorem conciliandum, possunt pertinere: verum ubi se neque querelis, neque blanditiis, aut munusculis quidquam proficere intelligit, tandem ad se rediens, dementiamque suam agnoscens, ad intermissam rei familiaris (qui ferè ex otio nasci solet) tædium discutiat. Sub Corydone autem (si Donato credimus) Virgilium: sub Alexide Alexandrum intelligimus, Pollionis puerum: quem ab eo posteà dono accepit.

FOrmosum [2] pastor Corydon [3] ardebat Alexin,
[4] Delicias [5] domini, [6] nec, quid speraret, habebat.
[7] Tantûm inter [8] densas, umbrosa cacumina, fagos
Assiduè veniebat: ibi hæc [9] incondita solus
Montibus, & silvis [10] studio jactabat [10] inani.
[11] O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,
[12] Nil nostri miserere: mori me [13] denique [14] cogis.
[15] Nùnc etiam pecudes [16] umbras, & frigora captant;

1 Mœcenatis fuisse puerum innuit Martialis, l. 8. Ep. 56. Alii tamen Cornelium Gallum significari volunt: alii Augustum. Apud Theocritum autem, (quem sibi imitandum in Bucolicis proponit noster) Æpolis se ab Amaryllide spretum queritur 3. Idyl. 2 Ovium. 3 Deperibat. Sic Horat. l. 4. Od. 9. *Non sola* (Helena) *comptos* arsit *adulteri crines.* Hellenism. Hujusmodi verba Em. Alvarez appellat *Neutroactiva.* 4 Hominem qui nobis singulari oblectamento est, & in quem propendere plurimum solemus, scriptores *delicias* nominant. Cic. Ep. l. 7. Deliciæ *verò tuæ Æsopus ejusmodi fuit.* Ad Att. l. 1. *Tulliola* deliciæ *nostræ.* 5 Patroni sui Asinii Pollionis. 6 Nec Corydon habebat, unde ejus potiundi spem haberet. 7 Tantummodò hanc spem habere videbatur, quod inter densas, &c. 8 Habentes densa, & umbrosa cacumina. 9 Indigesta, temerè effusa, abrupta, & inculta, quæ sequuntur carmina. 10 Conatu stulto. 11 Ab hoc loco ad fidem usque carmen amatorium ipsius Coridonis. Habet autem partes septem: 1. expostulationem: 2. sui accusationem: 3. sui commendationem: 4. invitationem: 5. munerum oblationem: 6. rursùs sui reprehensionem: 7. commonitionem sui, & consolationem. 12 Nulla in re. Q. d. Non reddis ereptos mihi agros. 13 Ut uno verbo crudelitatem tuam explicem. 14 Al. *coges.* 15 Cum ceteri omnes, pecudes, lacerti, messores refrigerium suum & requiem nacti sunt adversus meridiani solis rabiem: ego solus, nisi quando concinant cicadæ, dum te inquies quærito, foris æstu: intus amore ardeo. 16 Frigus umbrarum. Sic Ecl. 1. *Frigus opacum.*

Nùnc virides etiam occultant [17] spineta [18] lacertos:
[19] Thestylis, & rapido fessis messoribus [20] æstu.
Allia serpillumque, herbas contundit olentes.
[21] At mecum raucis, tua dum vestigia [22] lustro,
Sole sub ardenti resonant arbusta cicadis
[23] Nonne fuit [24] satiùs tristes Amarillidis iras,
Atque [25] superba pati [25] fastidia? [26] nonne Menalcam?
Quamvis [27] ille niger, quamvis [28] tu candidus esses:
O formose puer, *nimiùm ne* [29] *crede colori*:
Alba [30] ligustra [31] cadunt, [32] vaccinia nigra [33] leguntur.
[34] Despectus tibi sum, nec, qui sim, quæris, Alexi:
[35] Quam dives pecoris nivei, quam lactis abundans.
Mille meæ Siculis [36] errant in montibus [37] agnæ:
Lac mihi non æstate [38] novum, [39] non frigore defit.
Canto, quæ solitus, si quandò [40] armenta vocabat,
[41] Amphion Dircæus in [42] Actæo Aracyntho.

17 Spinarum copia, & multitudo. 18 Serpentes. 19 Mulier rustica moretum apparat pransuris, & interquiescentibus messoribus. 20 Solis. 21 Sed arbusta referunt cantilenam meam cum cicadis, assiduo cantu raucescentibus, id est, referunt cantum meum, & cicadarum. 22 Inquiro. 23 Quod Amaryllida propter Alexandrum reliquerit, sese arguit. 24 Melius 25 Superbum contemptum. 26 Nonne fuit satiùs pati Menalcam, pastorem nigrum & deformem? 27 Menalcas. 28 O Alexi. 29 Confide. Quam hic mutationem formæ in deterius Corydon Alexidi, eamdem Ligurino proponit Horat. l. 4. Od. 10. *Speranda tuæ cùm veniet pluma superbiæ*, &c. Sic Ovid. Trist. l. 3. El. 7. *Ista deceus facies longis vitiabitur annis*, &c. 30 Ligustri fruticis flores, qui candidi. 31 In terram decidunt, quia inutilia sunt, nemine ea colligente. 32 Alii mora agrestia statuunt vaccinia, alii nigras violas, & hyacinthos. 33 Colliguntur, quia utilia sunt. 34 Contemptus à te sum, nec inquiris, qualis sim. 35 Multis deinceps versibus Corydon suas opes laudat, quæque in Alexin paratus sit conferre præmia, omnia diligenter enumerat. Idem Galateæ facit Polyphemus apud Ovid. Met. 13. *Sunt mihi per montes vivo pendentia saxo Antra*, &c. 36 Pascuntur. 37 Oves famellæ. 38 Recens mulsum. 39 Nec hieme deest. 40 Majora animalia; quibus armi eminent, ut sunt boves, tauri, & vaccæ. 41 Filius Jovis, & Antiopæ, arte musica insignis, utpote qui citharæ sono Thebana mœnia struxit *Dircæus*, Thebanus, à *Dirce* fonte Bœotiæ. 42 παραθαλλασσίῳ. litorali promontorio prærupto, scopuloso, ab ὤκτη *litus*: ut 5. Æn. *At procùl in solâ secreta Troades actâ*. Aracynthum autem agnoscimus Bœotiæ montem.

Nec

Nec sum adeò [43] informis: [44] nupèr me in litore vidi,
Cùm placidum ventis [45] stare mare: [46] non ego Daphnim,
Judice te, metuam, si numquàm fallit imago.
O tantùm libeat mecum tibi sordida rura,
Atque humiles habitare casas, & [46] figere cervos,
Hœdorumque gregem viridi compellere [47] hibisco!
Mecum unà in silvis imitabere [48] Pana canendo.
Pan primus [49] calamos cerâ conjungere plures
Instituit: Pan curat oves, [50] oviumque magistros.
Nec te [51] pœniteat calamo [52] trivisse labellum.
[53] Hæc eadem ut sciret, quid non faciebat [54] Amyntas?
[55] Est mihi [56] disparibus septem [57] compacta [58] cicutis
Fistula, [59] Damœtas dono mihi quam dedit olìm,
Et dixit moriens: Te nùnc habet ista [60] secundum.
Dixit Damœtas: [61] Invidit stultus Amyntas.
Prætereà duo, [62] nec tutâ mihi valle reperti
Capreoli, [63] sparsis etiam nunc pellibus albo,
Bina die [64] siccant ovis ubera: quos tibi servo.
[65] Jampridèm à me illos [66] abducere Thestylis orat:

43 Sine forma, ut ob id repudiandus sim. 44 In aqua, tamquam speculo, contemplatus sum. Ex rusticorum more, qui speculo artificioso, vitreo, aut crystalino uti non solent. 45 Immotum maneret. 46 Ego non timeam contendere cum Daphni, pastore Siculo, & filio Apollinis, de formositate. 47 Ελάφοις βάλλειν, venari, venando transfigere. 48 Ad Hibiscum malvam silvestrem, pastum scil. 49 Deum pastorum. 50 Fistulas. 51 Pastores. 52 Parum videatur. Cic. 1. Offic. *Tamdiu autem velle debebis* (sc. audire Cratippum) *quoad te, quantum proficias, non pœnitebit.* 53 Frequenti inflatione fistulæ. χίλια θλίβων, Theocr. 24. Idyl. *Dum labro calamos percurrit hiantes.* Lucret. 4. lib. 54 Ad quæ te invito, ut se. sciret terere labellum frequenti calami inflatione. 55 Pastor ille Musicæ parum peritus. 56 Invitat Alexin Corydon ad munera accipienda, quæ ille parata habet. Ergo disparibus, id est, diversæ quantitatis & soni. 57 An quia ad internodia qua junguntur cera cannæ, quæ excipiunt superiores cannas? an quia junctæ ex septenis cannis ad alæ figuram, aliæ aliis longiores essent ad discrimina vocum, qualem videmus Organorum seriem? Tibul. 2. l. 5. El. 58 Conjuncta. 59 Internodiis cicutæ, herbæ fistulosæ. 60 Pastor Musicæ peritus. 61 Possessorem sc. 62 Perdite eam amans fistulam. 63 Periculosa. Munus commendat à difficultate. 64 Habentes pelles sparsas adhuc maculis albis. 65 Exugunt. Sic Horat. Od. 12. Epod. *Claudensque textis cratibus lætum pecus, Distenta* siccet *ubera.* 24 Jam à plusculo tempore. 66 Ut abducat.

Et

[67] Et faciet: quoniam [68] sordent tibi munera nostra.
[69] Hùc ades, ô formose [70] puer: tibi lilia plenis
Ecce, [71] ferunt Nymphæ [72] calathis: tibi [73] candida [74] Naïs
[75] Pallentes violas, & [76] summa papavera carpens,
[77] Narcissum, & florem [78] jungit [79] benè olentis anethi.
[80] Tùm casia, atque aliis intexens suavibus herbis,
Mollia [81] luteola [82] pingit vaccinia caltha.
Ipse ego [83] cana [84] legam [85] tenerâ lanugine mala.
Castaneasque nuces, mea quas Amaryllis [86] amabat.
Addam [87] cerea pruna: [88] honos erit huic quoque [89] pomo.
Et vos, ô lauri, carpam, & te [90] proxima myrte:
[91] Sic positæ quoniam suaves miscetis odores.
[92] Rusticus es Corydon, nec munera curat Alexis:
[93] Nec, si muneribus certes, concedat [94] Iölas.
Eheu! [95] quid volui misero mihi? [96] floribus [97] Austrum
Perditus, & [98] liquidis immisi fontibus apros,
Quem fugis ah [99] demens? [1] habitarunt [2] Dî quoque silvas,
[3] Dardaniusque [4] Paris. [5] Pallas, quas condidit [6] arces,

67 Et abducet. 68 Videntur tibi sordida. 69 Rursum Alexin pluribus modis allicere conatur Corydon, cùm & Nymphæ sibi obsequantur. 70 Alexi. 71 Adferunt. 72 Vasculis vimineis. 73 Formosa. 74 Nympha aquæ. 75 Λευκοΐα: *tinctus viola pallor amantium.* Horat. 76 Summitatem papaverum. 77 Florem illum, in quem Narcissum puerum transformatum fabulantur Poetæ. 78 In sertum colligit. 79 Suavitèr. 80 Insuper. 81 Lutcoli, seu rufi coloris. 82 Diversarum herbarum coloribus more pictoris componit. 83 Μῆλα χρυσόμηλα: vel cotonea, sive cydonia. 84 Carpam. 85 Quibus adhæret tenera lanugo. 86 Cum à me amaretur. 87 Flava, cerei coloris, vel mollia. 88 Decor. 89 Pruno, corticem molleni habenti. 90 Quæ proxima lauro es. 91 Circum mala, & poma. 92 Rerum imperitus, iners. Se ipsum ignaviæ arguit Corydon, cum animadvertat meliora Alexin ab altero accipere posse. 93 Nec Iölas, pastor ille dives, & rivalis tuus, concedet te potiri optato, si contendas per munera Alexin allicere. 94 Augustum innui volunt, dictumque Iölam quasi Iulum. 95 Nisi maximum malum, dum tales amores inceptarem. 96 Tranquillum statum maximè turbulentum reddidit. 97 Hortis inimicum. *Pubentesque rosæ primùm moriuntur ad Austrum.* Papin. 3. Silv. 98 Claris. 99 Perversæ mentis Alexi, qui silvas fugis? 1 Incoluerunt. 2 Pan, Apollo, Liber, Fauni, &c. 3 Trojanus. 4 Propter Hecubæ somnium expositus silvis. 5 Ἀρχιτεκτονικὴς inventrix. 6 Athenas.

Ipsa

Ipsa colat: [7] nobis placeant ante omnia silvæ.
[8] Torva leæna lupum sequitur, lupus ipse [9] capellam.
Florentem cytisum sequitur lasciva capella;
Te Corydon, ô Alexi, *Trahit sua quemque voluptas.* 65
Aspice, [10] aratra jugo referunt suspensa juvenci,
[11] Et sol crescentes [12] decedens duplicat umbras:
Me tamen urit amor: *Quis enim* [13] *modus adsit amori?*
[14] Ah Corydon, Corydon, quæ te dementia [15] cepit!
[16] Semiputata tibi [17] frondosâ vitis in ulmo est. 70
[18] Quin tu [19] aliquid saltèm potiùs, quorum indiget usus,
Viminibus, mollique paras detexere junco?
[20] Invenies [21] alium, si te hîc [22] fastidit Alexis.

7 Pastoribus. 8 Epithetum ab oculorum sævitia, quæ summa in hac fera est. Neque verò ægrè feres, si te amore captus persequor, quia *torva leæna*, &c. 9 Quâ libentissimè vescitur. Est autem similis locus apud Ovid. Meram. 4. de animalibus se odio quodam prosequentibus: *Sic agna lupum, sic cerva leonem. Sic aquilam pennâ fugiunt trepidante columbæ.* 10 Adveniente nocte, solis ardor remittitur, jugo solutis bobus adest quies: meus amor tamen non defervescit, non novit finem, non modum. 11 Et advesperascit. 12 Occidens. 13 Finis. Ter. in Eun. Act. 1. Sc. 1. *Here, quæ res in se neque consilium, neque modum habet ullum, eam consilio regere non potes.* 14 Increpatio sui, cum adhortatione ad opus faciendum; potentissimum remedium amoris: qui *gignitur luxu, otio nutritur*, &c. Senec. Hippol. 15 Invasit! 16 Ad dimidium refecta. 17 Plena frondium: quam oportebat dudum frondibus nudatam, quò meliùs aprici maturescerent racemi. 18 Cur non. 19 Corbes, fiscellas, calathos, ad vinum ferendum, aut uvas decerptas. 20 Εὑρήσεις γαλάτειν ἄλλον καὶ καλλίον' ἄλλεν. Theocrit. Cycl. 21 Alexin: quia *Successore novo vincitur omnis amans.* 22 Cum fastu aspernatur.

Ecloga III. cui nomen PALÆMON.

ARGUMENTUM.

MEnalcas & Damœtas, pastores, mutuis primùm inter se conviciis certant: mox, interveniente Palæmone judice, Amœbei carminis lege disceptant: ubi neuter vincitur, sed uterque alteri, Palæmonis sententia, exæquatur.

MENALCAS, DAMOETAS, PALÆMON.

ME. [1] Dic mihi, Damœta, [2] cujum pecus? [3] an Meliboei?

DA. Non, verum Ægonis: nuper mihi [4] tradidit Ægon.

ME. Infelix ô semper [5] oves pecus! [6] ipse [7] Neæram
Dum [8] fovet, ac ne me sibi præferat illa veretur;
[9] Hic alienus oves custos bis [10] mulget in hora:
Et [11] succus pecori, & lac subducitur agnis.

DA. [12] Parciùs [13] ista [14] viris tamen objicienda memento.
[15] Novimus & qui te, [16] transversa tuentibus hircis,

1 Εἰπέ μοι, ὦ Κορύδων, τίνος αἱ βόες ἦ ῥα φιλώνδα. Οὐκ. ἀλλ' Αἰγῶνος. Βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἐδίδοκεν. Theocrit. 4. Fidyl. 2 Cujus est hic grex ovium? 3 Nonne est Melibœi, quod Melibæo surreptum est? 4 Credidit, commisit. 5 Oves, grex ovium. 6 Ægon Dominus. 7 Amicam nobis communem. 8 Dum amores Neæræ sequitur assiduus, eamque molliter amplexatur. Metaphora ducta ab avibus, pullos alarum volumine foventibus: aut ovis incubantibus: quæ vox plerumque à Poëta in re amatoria adhibetur. Æn. 4. *Hiemem inter se, quam longa*, fovere. Item Æn. 1. *Oculis & pectore toto Hæret, & interdum gremio* fovet. 9 Damœtas exsistens mercenarius. 10 Surripit domino imprudenti. 11 Naturalis humor clam subtrahitur, matribus & lac agnis adhuc lactantibus. *Subducere*, est clam tollere. Mart. Subduxit *mappas quattuor Hermogenes.* Est etiam sursùm, vel in terram ducere: ut in Æneid. 1. *Quassatam ventis liceat* subducere *classem.* 12 Modestiùs: *Ego tamen vir sum*, inquit Vesp. Suet. 13. cap. cave cui maledicas viro, ne, si pergas, quæ vis, dicere, ea, quæ non vis, audias. Respondet enim ad objecta Damœtas. 13 Turpia facinora. 14 Non effeminatis, qui ulcisci possumus. 15 Novi enim qui te (scin' quid velim?) inclinarint, ac stupraverint: & quid passus sis ipsis hircis advertentibus: quod nisi ad ignoscendum benignas montium, aut aquarum expertus fuisses Deas, violati sacelli protinùs dedisses pœnas Pathos per ἀφοσιώπησιν: de quo Macrob. Sat. l. 4. c. 6. 16 In transversum, transversim. Hellenism. id est, non dignantibus te aspicere: aut angulis oculorum tuorum libidinosè se circum agitantibus.

Et

Et quo, sed faciles Nymphæ [17] risêre, sacello.
ME. [18] Tùm credo, cùm [19] me [20] arbustum vidêre Myconis,
Atque [21] malâ vites incidere falce novellas.
DA. [22] Aut hîc ad veteres fagos, cùm Daphnidis arcum
Fregisti, & calamos: quæ tu, perverse Menalca,
Et cùm vidisti [23] puero donata, dolebas;
Et, si non [24] aliquâ nocuisses, [25] mortuus esses.
ME. [26] Quid domini faciant, audent cùm [27] talia [28] fures?
[29] Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum
[30] Excipere insidiis, multum latrante [31] Lycisca?
Et cùm clamarem: Quò nùnc se proripit [32] ille?
[33] Tityre, [34] coge pecus: tu post [35] carecta latebas.
DA. An mihi, cantando victus, non [36] redderet ille,
Quem mea carminibus meruisset fistula caprum?
Si nescis, [37] meus [38] ille caper fuit: & mihi Damon
Ipse [39] fatebatur, [40] sed reddere posse negabat.
ME. [41] Cantando tu [42] illum? aut umquàm tibi fistula cerâ
[43] Juncta fuit? non tu [44] in triviis, [45] indocte solebas

17 Riserunt turpitudinem tuam. 18 Risisse Nymphas. Non diluit objecta, sed alia Damœtæ objicit, idque ironicè sua persona. 19 Quod tamen ego non feci, sed tu. 20 Novellas arbores vicini nostri. 21 Ad usum malum applicata, qua tu malè uteris. Sic, *inutile ferrum cingitur.* 22 Aut si tunc non riserunt, hîc riserunt. 23 Daphnidi. 24 Ratione sc. 25 Sc. *invidiâ.* 26 Quid tandem fiet de nobis qui domini sumus, si modo, &c. *vel*; quid non ausurus est tuus herus Ægon, ubi servus ejus conductitius, atque idem furax audeat talia? 27 Sc. *fingere & dicere.* 28 Furaces servi. Furta enim specialitèr servorum sunt. Sic Plaut. de servo: *Homo es trium litterarum*, id est, fur. 29 Plaut. Trucul. *Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem. Qui audiunt audi'tu dicunt: qui vident, planè sciunt.* 30 Furari. 31 Cane, ex lupo & cane nato. 32 Fur. 33 Eho, pastor, observa, ne quid tibi depereat de grege. 34 Compelle in unum. 35 Loca caricibus plena. 36 Reddere debebat. 37 Victoriæ meæ præmium. 38 Quem abstuli. 39 Quòd cum lucratus eram. 40 Ne suo judicio superatus esse videatur. 41 Quasi verò tu indoctus & imperitissimus illum viceris. Menalcas enim indignatus, quod Damœtas Damonem vicisse gloriaretur, dicit cum imperitum artis cantandi: ex quo datur Damœtæ occasio provocandi Menalcam ad certamen Musicum. 42 Damonem virum peritissimum. 43 Compacta. 44 In locis vulgaribus, quò tres viæ ducunt. 45 Imperitè cantandi.

Stri-

[46] Stridenti [47] miserum stipulâ [48] disperdere carmen?
DA. [49] Vis [50] ergo inter nos quid [51] possit uterque [52] vicissim
Experiamur? Ego hanc vitulam, ne fortè [53] recuses,
[54] Bis venit ad [55] mulctram, [56] binos alit ubere fœtus,
[57] Depono: tu dic, [58] mecum quo pignore certes.
ME. [59] De grege non ausim quidquam deponere tecum:
Est mihi namque domi pater, est [60] injusta noverca:
Bisque die numerant [61] ambo [62] pecus, [63] alter & hœdos.
Verùm id, quod multò tute ipse fatebere [64] majus,
([65] Insanire libet quoniam tibi) [66] pocula ponam
Fagina, [67] cælatum [68] divini opus Alcimedontis;
[69] Lenta [70] quibus torno [71] facili superaddita vitis,
[72] Diffusos, hederâ [73] vestit [74] pallente [75] corymbos.
[76] In medio duo signa: [77] Conon, & [78] quis fuit alter,
Descripsit [79] radio totum qui gentibus orbem,
Tempora quæ messor, quæ [80] curvus arator haberet?
[81] Nèc dùm illis labra admovi, sed condita [82] servo.

46 Dissonè crepitanti, non dulcem, jucundumve auribus sonum reddenti. 47 A te imperito effusum, aut flebile. 48 Inanitèr effundere. 49 Χρήσεις δ' ὦν ἐπιεικὲς, Χρήσεις καὶ αὐτίνα ἄεθλον. Theocr. 7. Eidyll. 50 Quia imperitus tibi videor. 51 In carmine. 52 Per vices canendo. 53 Quia dixi *vitulum*. 54 Manè & vesperi. 55 Vas, in quod mulgetur. 56 Singulis diebus duos fœtus suos. 57 In arbitrium certaminis à me pono. Veteres sponsionibus contendebant, & earum arbitros constituebant, apud quos pignora quoque deponebant. 58 Quid velit deponere, ut mecum certes. 59 Quia non meus est grex, sed Ægonis. Menalcas provocatus ad certamen Musicum, se quidem certare paratum ostendit, sed non habere quod deponat. 60 Sæva. 61 Tàm pater, quàm noverca. 62 Gregem ovium. 63 Alter eorum, scilicèt noverca. 64 Quam vitulam. 65 Quoniam ἄμουσος musicum, asinus equum in campum provocare vis, & mecum certare, cui minimè comparandus es. 66 Deponam vasa potoria ex fago cælata. 67 Exsculptum. 68 Præstantissimi artificis, & divino ingenio præditi. 69 Flexibilis. 70 In quibus poculis. 71 Mollitèr sculpenti. 72 Hederæ corymbis & vitis pampinis inter se mutuò implicatis. 73 Amplectitur. 74 Albâ. 75 Fructus hederæ. 76 In medio poculorum duæ imagines exsculptæ sunt. 77 Insignis Mathematicus. 78 Quam exscidisse, vel ignotum esse, pastori ex decoro tribuit Poëta: videtur fuisse Archimedes, aut Aratus, Eudoxus vel Hipparcus, vel Anaximander Milesius, qui primus terræ, marisque circuitus descripsit. 79 Virga Geometrica. 80 Incurvatus, dum arat. 81 Et non adhuc. 82 Recondita, tamquam rem pretiosissimam.

DA.

DA. Et nobis idem Alcimedon duo pocula fecit,
Et [83] molli [84] circum est ansas amplexus acantho;
[85] Orpheaque in medio posuit, silvasque [86] sequentes.
Nèc dùm illis labra admovi, sed condita servo.
[87] Si ad [88] vitulam spectes, nihil est quod [89] pocula laudes.
ME. [90] Numquàm hodiè [90] effugies: veniam [91] quocumque vocaris:
Audiat hæc tantum vel qui venit, eccè, [92] Palæmon.
Efficiam, posthac ne quemquam [93] voce lacessas.
DA. Quin age, si [94] quid habes: in me mora non erit ulla,
Nec quemquam fugio: tantum, vicine Palæmon,
Sensibus hæc imis [95] (res est non parva) [96] reponas.
PA. [97] Dicite: quandoquidem in molli consedimus herba:
Et nùnc omnis ager, nùnc omnis parturit arbos:
Nùnc frondent [98] silvæ, nùnc formosissimus annus.
Incipe Damœta, tu deindè sequêre Menalca.
[99] Alternis dicetis: amant [100] alterna * Camœnæ.
DA. [1] Ab Jove principium [2] Musæ: [3] *Jovis omnia plena*:
Ille [4] colit terras, illi mea carmina curæ.
ME. Et me Phœbus amat: Phœbo [5] sua semper apud me
[6] Munera sunt, lauri, & [7] suave rubens hyacinthus.

83 Flexibili. 84 Circumdedit ansas, quibus pocula manu tenentur. 85 Orphei imaginem, & fabulam, satis notam. 86 Tàm graphicè cælatas, ut ipsum sequi viderentur. 87 Mittamus pocula laudare, & deponamus uterque vitulam. 88 Quam deponam. 89 Quantumvis artificiosa. 90 Artificiosè præ se fert fiduciam, quasi verò Damœtas occasionem effugiendi quæreret, & ob id pocula vituperaret, ut certamen evitet. 91 Elaberis, quò minùs tecum certem. 92 Ad quemcumque locum, sive judicem. 93 Dicacitate tua. 94 Artis. 95 Cum de vitula simùl agatur & gloria. 96 Recondas ad benè disquirendum hanc litem nostram. 97 Per artem eloquimini. 98 Arbores silvarum. 99 *Μουσάων θ' ἁὶ ἄειδὲν ἀμειβόμεναι ὀπὶ λαλῇ.* Homer. Il. ά. 100 Carmina alternatim dicta. * Musæ, quæ cantantibus præsunt. 1 *Ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα.* Theocr. 2 O Musæ sumamus principium ab Jove. 3 Nam omnia præsentiâ numinis sui juvat, & conservat. Similis sententia est Æn. 6. *Principio cælum ac terras, camposque liquentes, &c.* Lucan. *Jupiter est, quodcumque vides, quocumque moveris.* 4 Amat, curat, habitat. 5 Propria. 6 Quibus me donavit. 7 Suavitèr, Hellenism.

DA. [8] Malo me Galatea petit, lasciva puella,
Et fugit ad salices, & [9] se cupit [10] ante videri.
ME. At mihi sese offert ultrò, meus [11] ignis [12] Amyntas;
Notior ut non sit canibus jam [13] Delia nostris.
DA. Parta meæ [14] Veneri sunt munera: namque notavi
Ipse locum, aëriæ quo [15] congessêre [16] palumbes.
ME. [17] Quod potui, [18] puero [19] silvestri ex arbore [20] lecta
[21] Aurea mala decem misi: cràs altera mittam.
DA. O quotiès: & quæ nobis Galatea locuta est!
[22] Partem aliquam venti [23] Divûm referatis ad aures.
ME. [24] Quid prodest, quod me ipse animo [25] non spernis, Amynta,
Si, dùm tu sectaris apros, ego [26] retia servo?
DA. [27] Phyllida mitte mihi, meus est natalis, Iöla:
[28] Cùm faciam vitulâ pro frugibus, [29] ipse venito.
ME. Phyllida amo [30] ante alias: nam [31] me discedere flevit,
Et, [32] longum formose vale, vale, inquit Iöla.
DA. [33] Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres,
[34] Arboribus venti: nobis Amaryllidis iræ.
ME. [35] Dulce satis humor, [36] depulsis [37] arbutus hœdis.

8 Ultrò ad amoris commercia à Galatea alicior: id enim est Græcis μᾶλλον βάλλειν. 9 Non sine grata quadam protervitate. 10 Antequam fugit, ut sequar. 11 Cujus amore ardeo. 12 Puer ille. 13 Diana venationis Dea, vel vetus amica mea. 14 Amicæ meæ. 15 Nidum suum simùl gesserunt, posuêre. Nidamenta congessêre. Plaut. in Rudent. 16 Columbi silvestres. 17 Quantum. 18 Amyntæ. 19 In silva reperta. 20 Collecta. 21 Chrysomela, aurei coloris, *vel* cydonia, citria. 22 Hæc ô venti intermuntii ad Deos ferte; grata, sc. iis futura. 23 Deorum. 24 Quid te juvant verba ut ut aurea: si ego, vel alius quispiam veri amoris usufructum capiat? 25 Me complecteris & charum habes. Litotes. Sic Æn. *Munera nec sperno*, id est, mihi grata sunt. 26 Quod in venatione minimum habes voluptatis. 27 Amicam meam. Alterius amicæ amores recenset Damœtas. 28 Cùm Cereri, frugum Deæ, vitula cæsa pro frugibus sacrificia fecero, sacrificavero. 29 Quia tunc amicæ operam dare non potero. 30 Plus quàm alias. 31 Quandò ego discedebam. Hellenism. 32 Per longum tempus. 33 Tristis res est, & incommoda iis, quæ sunt in stabulis. Hellenism. Damœtas, quia vidit Menalcam paratum in amore narrando sequi, transfert se ad contrarium amoris, sc. ad iram. 34 Nam rami dejiciuntur, ac flores pereunt. 35 Irrigatio, seu pluvia recens est res dulcis segetibus. 36 A lacte materno remotis, & jam ablactatis. 37 Virgultum arboris vitiferæ.

Len-

[38] Lenta salix [39] fœto pecori, mihi solus Amyntas.
DA. [40] Pollio amat nostram, quamvis [41] est rustica, Musam,
[42] Pierides [43] vitulam [44] lectori pascite vestro.
ME. [45] Pollio & ipse facit [46] nova carmina: [47] pascite taurum,
[48] Jam cornupetat, & pedibus qui [49] spargat arenam.
DA. Qui te, Pollio, amat, [50] veniat, quo te quoque gaudet:
[51] Mella fluant illi, ferat & rubus asper amomum.
ME. [52] Qui Bavium non odit, [53] amet tua carmina Mævi.
Atque idem jungat vulpes, & mulgeat hircos.
DA. Qui legitis flores, & [54] humi nascentia fraga.
[55] Frigidus, ò pueri, fugite hinc, latet anguis in herbâ.
ME. [56] Parcite oves nimium procedere, non benè [57] ripæ
Creditur: ipse aries etiam nùnc vellera siccat.
DA. Tityre, pascentes à flumine [58] rejice capellas:
Ipse, ubi [59] tempus erit, omnes in fonte lavabo.
ME. [60] Cogite oves, pueri: [61] si lac præceperit æstus,
Ut nuper, frustrà [62] pressabimus ubera palmis.

38 Flexibilis. 39 Prægnanti. 40 Asinius Pollio, vir consularis, quo intercessore Virgilius agrum suum recuperaverat. 41 Tractat de rebus rusticanis. 42 Musæ filiæ Piëri: vel propter amœnitatem & solitudinem Piërii montis Thessaliæ. 43 Bucolicis vitula, epicis taurus, tragicis hircus proponebatur carminis præmium. 44 Pollioni. 45 Asinius Pollio tragœdiam, & historias de bello Civili scripsit, teste Horat. 2. lib. 1. Od. 46 Admiranda, aut insolito artificio. 47 O Piërides. 48 Non quidem pusillum aut macrum: sed qui jam aggrediatur quemlibet cornu utroque. 49 Dum animosus ingreditur. 50 Veniat quoque ad eum statum, ad quem gaudet te venisse. Pervenerat autem ad Consulatum, & triumphum victis Salonis, oppido Dalmatiæ. 51 Omnia felicitèr cedant iis, qui Pollioni benè volunt. 52 Contra qui malis & trivialibus delectatur Poëtis, Bavio & Mævio, delectatur æquè rebus absurdis, ita ut jungat aratro, seu currui vulpes, animalia illa astuta, & veloci pede currentia, ut difficillimum sit ea conjungere, mulgeatque hircos, qui nihil lactis, sed plurimum fœtoris habent. 53 Luat eam pœnam, ut cogatur pessima tua carmina amare. 54 Mora humili loco ad terram nascentia. 55 Venenosus. 56 Ne sinite, prohibete ac videte ne nimium procedant. 57 Margini fluviorum. 58 Arce. 59 Opportunitas. 60 Compellite in unum locum sub umbras. 61 Quia si fervens calor solis præripuerit, ac consumpserit lac. 62 Sæpè comprimemus.

DA. [63] Eheu, quàm [64] pingui macer est mihi taurus in [65] arvo!
Idem [66] amor exitium pecori, [67] pecorisque magistro est.
ME. [68] His certè neque amor causa est: [69] vix ossibus hærent:
Nescio, quis teneros [70] oculus mihi [71] fascinat agnos.
DA. [72] Dic, [73] quibus in terris (& [74] eris mihi magnus [75] Apollo)
Tres pateat cœli spatium non ampliùs ulnas.
ME. Dic quibus in terris [76] inscripti nomina regum
Nascantur flores, & [77] Phyllida solus habeto.
PA. [78] Non nostrum inter vos tantas [79] componere lites.
Et [80] vitula tu dignus, [81] & hic; & quisquis amores
Aut metuet [82] dulces, aut experietur [83] amaros.
Claudite jam rivos, pueri, sat prata biberunt.

63 Rursum carpit Menalcam, qui se amoribus potitum dixit, docens ipsum, & pecus ejus ob eos perire. 64 Pinguem facere solito. 65 Prato. 66 Cujus culpa meas planè res omnes negligo. 67 Id est, mihi. 68 Meis ovibus, ut emacerentur. 69 Et tamen vix habent ossa cohærentia. 70 Urens, malus, invidus, *βάσκανος*, ut qui è corde infensu per oculos emittat spiritus venèficos radios. 71 Inficit. 72 Quia Menalcam respondere paratum videt, ne perpetuum esset carmen, proponit ænigma, quod indissolubile putat. 73 Sc. in omnibus puteis profundis, & caminis, quorum orificia sunt tantùm trium ulnarum. Verè dicit quòd refert Criticus, respondisse Virgilium, se hanc Grammaticis crucem fixisse. Alius enim est cibanus, aut puteus Syenes, qui totus illuminatur solstitii æstivi die medio, ver alius quispiam puteus. Aliis, Cælii sepulcrum. Aliis fossa in urbis Romæ centro, qui Mundus dictus, tres tantum dies per annum patebat. 74 Reputaberis à me. 75 Cui reliqui Dii concesserunt, ut præter ceteros divinaret, id est, conjector peritus, qui ænigma solvat. 76 Habentes inscripta nomina regiorum puerorum, sicut in Hyacintho inscriptum videtur nomen pueri in ipsum versi, ex fab. Hyacinthi, 10. Metam. Ovid. & fab. Ajacis, l. 11. Alii intelligi hoc volunt de numis sub Augusto, cusis à Floro Triumviro, & flore vario inscriptis. 77 Quæ prius nobis amica communis. 78 non sine utriusque laude neutrum pronunciat victorem Palæmon: Cum tamen Menalcas difficiliores sustinuerit partes, quem oportuit ex lege Amœbæi vel prius distichon æquasse, vel etiam superasse. 79 Dirimere, seu finire. 80 Præmio victoriæ. 81 Damœtas quoque est dignus vitulâ. 82 *γλυκυπικρους*. 83 Nolite amplius derivare aquas in prata. Allegoricè, ut Catullus: *Claudite ostia, virgines, lusimus satis.*

Ecloga IV. cui nomen POLLIO.

ARGUMENTUM.

ASinius Pollio, ductor Germanici exercitûs, cum post captas Salonas, Dalmatiæ civitatem, primò meruisset lauream, pòst etiam consulatum adeptus fuisset, eodem anno suscepit filium, quem à capta civitate Salonium vocavit: cui nunc Virgilius Genethliacum dicit. Hæc Servius. Hîc autem detorquet, quæ, Sibylla de futura aurei sæculi felicitate cecinerat. Obiter tamen & Pollionis patris, & ipsius etiam Augusti laudes admiscet. Nam quod dicit, Pacatumque I. p. v. o. de Augusto quidam intelligunt, qui à C. Jul. Cæs. fuit adoptatus. Alii hoc quoque ad Salonium referunt: & intelligunt principium magni anni, quem cecinit Sybilla, procedere consulatu Pollionis, quo ille puer nascitur: ut magni menses sint magni anni menses.

SIcelides [1] Musæ, paulò [2] majora canamus.
[3] Non omnes arbusta [4] juvant, humilesque myricæ,
Si canimus [5] silvas, [6] silvæ sint consule dignæ.
[7] Ultima Cumæi venit jam carminis ætas:
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.
Jam reddit & [8] virgo, redeunt [9] Saturnia regna:

1 Siculæ, aut Sicilienses, quæ Theocrito Siculo Bucolica carmina dictitastis. *Sicelides* est patronymicum femininum, à nominativo singulari *Sicelis*, *idos*, à nomine *Sicelia*: sic enim Græci dicunt, cùm Latini dicant, *Sicilia*, quæ est insula, in qua habitavit Theocritus, qui primus Græcè Bucolica scripsit, & quem Virgilius imitatus est. Undè *Sicelides Musæ*, sunt carmina Bucolica, quæ in Sicilia primò sunt composita. 2 Altiora, quam Bucolici carminis stilus exigat. 3 Non omnes delectantur legendo res merè pastorales, quales hactenùs scripsimus. *Myricæ* sunt brevia virgulta, de quibus scopæ fiunt. 4 Delectant. Horat. l. 1. Od. 1. *Multos castra* juvant, *& lituo tubæ Permistus sonitus.* 5 Carmina silvestria seu pastoralia. 6 Bucolicum ut ut sit carmen, & ipsum tamen consule Pollione, qui *amat nostram, quamvis sit rustica, musam*, non indignum sit, & tale sit, quod honestè legi possit à consule. Alludit Poëta ad veterum Romanorum consuetudinem, apud quos cautum erat, ut Consules ipsi curam collium, & silvarum haberent, nè ullo modo ligna deficerent ad conficienda publica navigia. 7 Adimpletum est tempus Sibyllæ Cumanæ vaticiniis jam olim prædictum, quo siderum in ortum suum redeuntium confectis spatiis de novo incipiat magnus annus Platonicus, novusque ineat orbis ab ætate aurea. 8 Astrea, quæ terras priùs reliquerat. Justitia. 9 Ætas aurea, seu aurea sæcula, quæ lia sub Saturno fuisse perhibentur.

Jam [10] nova [11] progenies cælo [12] demittitur alto.
Tu modò nascenti puero, [13] quo ferrea primùm
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
[14] Casta fave [15] Lucina: tuus jam regnat [16] Apollo.
Teque [17] adeò decus hoc ævi, te consule, inibit
Pollio, & incipient [18] magni procedere menses.
[19] Te duce, si qua [20] manent sceleris vestigia [21] nostri.
[22] Irrita [23] perpetuâ [24] solvent formidine [25] terras.
[26] Ille Deûm vitam accipiet, [27] Divisque videbit
Permistos heroas, & ipse [28] videbitur illis;
Pacatumque reget [29] patriis virtutibus orbem.
[30] At tibi prima puer [31] nullo munuscula [31] cultu
[32] Errantes hederas passim cum [33] baccare tellus,
Mistaque [34] ridenti colocasia [35] fundet acantho.
Ipsa lacte domum referent [36] distenta capellæ
Ubera: [37] nec magnos [38] metuent armenta leones.
Ipsa tibi [39] blandos fundent [40] cunabula flores:

10 Heroës; vel ipse Salonius. Quæ de Christo vaticinata est Sibylla, transfert Poëta ignarus ad filium Pollionis jam natum. 11 Generatio Deorum. 12 Deorsum mittitur. 13 Quo puero gens dura & immanis desinet esse, ac primùm exterminabitur, & gens, multis virtutibus prædita, orietur per totum mundum. 14 Perpetua virgo. 15 Diana, à juvando dicta, partus Dea. *Juno Lucina fer opem.* Ter. And. 16 Augustus. 17 Certè, omninò hoc ornamentum aurei sæculi initium capiet in consulatu tuo. 18 Menses magni anni, sc. Julius & Augustus, quorum tunc perpetuus erit proventus. 19 De Salonio hæc ab aliis intelliguntur: ab aliis de Augusto. 20 Reliqua sunt. 21 Qui in ferreo sæculo nati sumus. 22 In nihilum redacta. 23 Ita ut nemo formidet ea aliquandò reditura: quod verum fuit: nam post Actiacum bellum clausum est Jani templum, pace terra marique parta. 24 Liberabunt. 25 Terrigenas. 26 Qui nunc regnat, Apollo, id est, Augustus Cæsar transformabitur in Deum. 27 Iis, qui in Deorum numerum relati sunt. 28 Ab illis, seu inter illos. 29 Militaribus, quæ in Julio Cæsare, patre tuo adoptivo, & in patria tua Roma præcipuè sunt, & fuerunt. 30 Ut mundi quasi ver, & infantia nascendi puero conveniat. Jam vertit sermonem ad Salonium jam natum, Pollionis filium, laudans eum à bonis ejus gratia futuris. 31 Non colendo terram, sed sponte sua. 32 Per obliquum rebus, ad quas nascuntur, adhærentes. 33 Herba illa contra fascinum apta. 34 Semper florenti, & amœno. 35 Germinando abundè tibi producet. 36 Extensa propter copiam lactis. 37 Vide Esaiæ cap. 11. 38 Et armenta pascentur liberè. 39 Moles in attactu. 40 Cunæ, in quibus reponuntur infantes.

41 Occidet & serpens, & 42 fallax herba 43 veneni
Occidet: Assyrium 44 vulgò nascetur amomum.
45 At simùl heroûm laudes, & 46 facta parentis
Jam legere, & 47 quæ sit, poteris cognoscere, virtus:
48 Molli paulatìm flavescet campus arista,
Incultisque rubens pendebit sentibus uva.
Et duræ quercus 49 sudabunt 50 roscida mella.
51 Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis,
52 Quæ tentare 53 Thetin ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ jubeant telluri 54 infindere sulcos.
Alter erit tum 55 Tiphys, & altera, quæ vehat, 56 Argo
57 Delectos heroas: erunt etiam 58 altera bella:
Atque iterùm 59 ad Trojam magnus mittetur 60 Achilles.
61 Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas,
62 Cedet & ipse mari 63 vector, nec 64 nautica pinus

41 Interibit. 42 Difficultèr cognoscibilis. 43 Venenata. 44 Passim, ita ut etiam vulgò ejus copia fiat. 45 At ubi ad ætatis tuæ æstatem adoleveris, Poësi, Historiæ, Philosophiæ initiandus: tum demum ætas aurea virtutes longius ac latius exercebit. 46 Gesta parentis Pollionis. 47 Cùm incipies imitari virtutem parentis. 48 Maturâ. 49 In morem sudoris effundent. 50 Flagrantia, antè floribus rore cœlesti aspersis. 51 Tametsi & fruges, & vina & mella spontè nascentur, tamen paucæ reliquiæ prioris ævi fallaciæ & vitii, scil. ambitionis, & avaritiæ, latebunt in quibusdam. 52 Quæ vestigia navigationem, urbium munitionem, agriculturam, militiam exerceant. 53 Per mare navibus navigare, id est, quæ impellent ob avaritiam navigare. 54 Findendo impingere fossas aratro factas. 55 Fabricator, & gubernator navis illius, quâ vecti aureum perebant vellus delecti Argivi. 56 Navis oblonga similis Argo. *Argo* erat illa navis, quâ Jason cum multis proceribus navigavit in Colchos pro aureo vellere. 57 Sicut Argo vexit olim Argonautas, qui erant heroës, scilicèt Herculem, Castorem, Pollucem, &c. 58 Æqualia Trojano bello. 59 Ad aliquod grave bellum, quale fuit Trojanum. 60 Aliquis vir forti similis Achilli. *Achilles* filius fuit Pelei, regis Thessaliæ, vir fortissimus, sine quo non potuit Troja capi. Occidit Hectorem, & multos Trojanos. Tandèm per insidias occisus est à Paride in templo Apollinis. 61 Ex hoc tempore quo hæc fient, postquam Salonius in virum evaserit: perfecta ætatis aureæ ἀκμὴ artibus & laboribus periodum addat, tamquam non necessariis, postquam omnis feret omnia tellus. 62 Discedet è mari, non amplius navigaturus. 63 *Vector* dicitur & qui vehit, & qui vehitur navi. Hìc accipi potest utrovis modo. 64 Navis ex pinu facta & nautis servire solita.

[65] Mutabit merces : omnis feret omnia tellus.
Non [66] rastros patietur humus, non vinea [67] falcem:
Robustus quoque jam [68] tauris juga solvet arator,
Nec varios discet [69] mentiri lana colores :
Ipse sed in pratis aries jam [70] suave rubenti
[71] Murice, jam croceo mutabit vellera [72] luto :
[73] Sponte suâ [74] sandyx pascentes vestiet agnos.
[75] Talia sæcla, suis dixerunt, currite, fusis,
Concordes stabili fatorum numine Parcæ.
Aggredere, ô [76] magnos (aderit jam [77] tempus) honores,
Cara [78] Deûm suboles, magnum [79] Jovis incrementum.
[80] Aspice [81] convexo [82] nutantem pondere mundum,
Terrasque, [83] tractusque maris, cœlumque profundum:
Aspice, venturo lætentur [84] ut omnia [85] sæclo.
O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ,
[86] Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta:
[87] Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus
Nec Linus : huic mater quamvis, atque huic pater [88] adsit:

65 Ad commutationem transvehet merces peregrinas. 66 Instrumenta dentata, quibus terra radatur. 67 Quâ putetur, id est, terra non fodietur, & vinea non putabitur. 68 Non amplius utetur tauris ad arationem. 69 Mendaciter repræsentare. 70 Cum suavitate odoris, aut suavitèr: ut Eclog. 3. vers. 63. 71 Purpurâ. 72 Croco lutei, & subrubri coloris. 73 Sine tinctoris officio. 74 Color flammeus; sed factitius, quam tamen Virgilius herbam esse exsistimavit, inquit Plinius, 35. l. 6. cap. 75 Tres illæ Deæ fatales (originem, medium, & exitum omnium rerum disponentes, quarum prima Clotho colum gestat, Lachesis trahit, Atropos occat) consentientes firmâ & irrevocabili potestate fatorum, jusserunt dicentes suis instrumentis, quibus filum circumfunditur, dum nent, ò fusi, celeri cursu vestro adducite tam aurea, & tam felicia sæcula. *Parcas* autem per Antiphrasim dictas volunt, quòd nemini parcant. 76 Divinos. 77 A Parcis constitutum. 78 Alumne Jovis. Διογενὴς, διοτρεφὴς. 79 Progeniei Jovis augmentum. 80 Nutanti mundo succurrat tua virtus. 80 In humeros ejus devoluto. 82 Vacillantem pondere malorum præsentium, aut exultantem lætitia bonorum futurorum. 83 Regiones. 84 Quomodò. 85 De felicitate sæculi venturi, seu aurei. 86 Et utinam spiritus Poëticus sit mihi tantus, quantum satis erit ornatè persequi inclyta facinora tua. 87 Quæ res si mihi erit, *non me*, &c. 88 Auxilio sit.

Or-

Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo.
Pan etiam [89] Arcadiâ mecum si judice certet,
Pan etiam Arcadiâ dicat se judice [90] victum.
Incipe, [91] parve puer [92] risu cognoscere matrem: 60
[93] Matri longa decem tulerunt fastidia menses.
Incipe, parve puer: [94] qui non risêre, parentes,
Nec Deus hunc mensâ, Dea nec dignata cubili est.

89 Musicæ peritâ, quæ tamen Deo suo faveret. *Pan Deus Arcadia.* 90 A me, tua facta canente, id est, tanta erit gestorum tuorum gloria, ut etiam ab humili Poëta describta, omnem Pöësim superent. 91 Saloni. 92 Non id vult, ut puer arrideat matri, sed ut cognoscat matrem ex ejus risu. Expeditior tamen videtur Jos. Scaligeri explicatio, quâ confirmat illud Catulli: *Torquatus, volo, parvulus Matris è gremio suo porrigens teneras manus dulce rident ad patrem.* Manifestè, inquit, hortatur Virgil. puerum ut ad matrem rideat: non contra ut illi parentes: sic Plaut. in Capt. *quasi muti silent, neque me rident.* 93 Risu tuo compensa fastidia, quæ tulit mater tua, jam decimo inchoante mense partum enixa: quæ abierint, si arriseris. 94 O parentes, facite ut rideat, quia nec Deus Genius dignatus est hunc eorum qui non risêre, mensâ, nec Dea Juno cubili, id est, vitalis non fuit, quisquis alienus natus est risu, vitalitatis quippe omen erat, si pueri ad parentes viderent. Al. *cui.*

Eclog. V. cui nomen DAPHNIS.

ARGUMENTUM.

Menalcas & Mopsus pastores Daphnidis, pastoris Siculi, quem Mercurius genuit, Pan Musicam docuit, mortem deflent: alterque ejus epitaphium, alter apotheosin canit. Sunt qui per Daphnim Cæsarem Dictatorem intelligi putent, paulò ante quam hæc scriberet poeta, tribus & viginti vulneribus in curia confossum. Alii Quinctilium Varum accipiunt, in Germania cum tribus legionibus cæsum. Alii Flaccum Maronem intelligi malunt, Virgilii fratrem: de quo exstat pervulgatum quidem illud, sed incerti auctoris, distichon:

Tristia fata tui dum flês in Daphnide Flacci
Docte Maro, fratrem Dis immortalibus æquas.

Salonium alii, cujus Genethliacon superiore Ecloga cecinit, nunc verò ejusdem fato functi Apotheosin canit: ad primum verò & undecimum Theocr. Idyll. expressit hanc Eclogam noster.

MENALCAS, MOPSUS.

ME. CUr non Mopse ([1] boni quoniam convenimus ambo,
[2] Tu calamos inflare leves, ego dicere versus)
Hic corylis mixtas inter [3] consedimus ulmos?
MO. Tu [4] major: tibi me est æquum parere Menalca,
Sive sub [5] incertas Zephyris [6] motantibus umbras,
Sive antro potiùs succedimus: aspice, ut antrum
[7] Silvestris raris [8] sparsit labrusca racemis.
ME. Montibus in nostris solus [9] tibi certet Amyntas.
MO. Quid si [10] idem certet [11] Phœbum superare canendo?
ME. Incipe, Mopse, prior, si quos aut [12] Phyllidis ignes,
Aut [13] Alconis habes laudes, aut jurgia [14] Codri.
Incipe: pascentes servabit Tityrus hædos.
MO. [15] Immò hæc, in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina descripsi, & [16] modulans alterna notavi.
Experiar: tu deinde jubeto certet Amyntas.
ME. [17] Lenta salix quantum [18] pallenti cedit olivæ,
[19] Puniceis [20] humilis quantum saliunca [21] rosetis:

1 Periti & docti, εἰδότες ἄμφω. Ἄμφω συρίσδω δεδαυμένω ἄμφω ἀείδειν. Theocr. 8. Idyll. 2 Tu bonus ac peritus ad inflandum calamos graciles. 3 Locum ad sedendum cepimus, ut cantu nos oblectemus. 4 Ætate es provectior. 5 Instabiles. 6 Frequenter moventibus ramos arborum, ex quo fiunt incertæ umbræ. 7 Inculta. 8 Sparsim ornavit. 9 Tecum contendat de laude cantilenarum. Græca loquendi figura, μάχομαί σοι, quam & Catullus imitatus est, *noli pugnare duobus*; & Virgilius noster 4. Æneid. *Placidone etiam pugnabis amori?* 10 Amyntas certet. 11 Musicorum principem. 12 Amores Phyllidis, id est, argumentum de amoribus, quales erant Phyllidis, reginæ Thraciæ, erga Demophoontem aut pastoritiæ alicujus feminæ. 13 Cretensis sagittarii usque adeò periti, ut serpentem, Phalero filio implicitum, sagittâ confixerit, illæso filio. 14 Regis Atheniensium, *pro patriâ non timidi mori.* Hist. notat. Val. Max. l. 5. c. 6. 15 Immò ego faciam experimentum, an benè condita sint hæc carmina, &c. 16 Modò fistula, modò voce componens ad certas mensuras notavi alternatim, ut ex varietate deprehenderetur concentus. 17 Flexibilis. 18 Ab oliva pallenti vincitur. 19 Rubicundus. 20 Non multum assurgens. 21 Frutricibus rosiferis.

Ju-

Judicio nostro tantùm tibi cedit Amyntas.
MO. Sed tu [22] desine plura, puer : [23] successimus antro.
[24] Exstinctum [25] Nymphæ crudeli funere [26] Daphnim
Flebant : vos coryli [27] testes, & flumina Nymphis,
Cum [28] complexa sui corpus miserabile [29] nati,
Atque [30] Deos, atque astra vocat crudelia mater.
Non [31] ulli pastos [32] illis [33] egêre diebus
[34] Frigida, Daphni, boves ad flumina : nulla neque amnem
[35] Libavit quadrupes, [36] nec graminis attigit herbam.
Daphni, tuum [37] Pœnos etiam ingemuisse leones
Interitum, [38] montesque feri silvæque [39] loquuntur.
[40] Daphnis & Armenias curru [41] subjungere [42] tigres
[43] Instituit : Daphnis [44] thiasos inducere Baccho,
Et [45] foliis lentas [46] intexere mollibus hastas
[47] Vitis ut arboribus [48] decori est, ut vitibus ubæ,

22 Sc. *obloqui*. 23 Pervenimus sub antrum, ubi cantare delegisti. 24 Occisum vulnere crudeliter ab iis illato, quibus ipse pepercerat. Postquam Menalcas, & Mopsus consederant, incipit Mopsus experiri ea carmina, quæ se descripsisse in cortice fagi prædixerat, quibus deflet necem Daphnidis. 25 Deæ fluminum, & allegoricè matronæ Romanæ. 26 Allegoricè Cæsarem. Respice argumentum hujus Ecl. 27 Scitis quam tristitiam Nymphæ inter Corylos & ad flumina exercuerint. 28 Lugentium est, ut & corpori inhæreant. Insigne exemplum patet 9. Æn. de Niso, qui super exanimem sese projecit amicum Euryalum, l. 10. Mezentius corpori Lausi exanimis inhæret. Et l. 11. Evander super Pallantis, filii sui cadaver procumbit, atque hæret lachrymansque gemensque. De Thisbe, super corpus Pyrami ruente, Ovid. Met. 4. *Et laniata comas, amplexaque corpus amantis, Vulnera supplevit lachrymis, fletumque cruori Miscuit.* 29 Daphnidis. 30 Quibus permittentibus interfectus sit Daphnis. 31 Scilicèt *armentarii*. 32 Quibus te Nymphæ materque flebant. 33 Compulerunt. 34 Refrigerativa. 35 Modicè degustavit. 34 Vide Sueton. c. 81. Jul. Cæs. de equis pabulo abstinentibus à cæde Cæsaris. 37 Punicos leones, qui ferocissimi sunt, id est, ipsos sicarios, qui te trucidaverunt. 38 Allegoricè proceres immites & conjurati. 39 Attestantur. 40 Hæc ad Jul. Cæs. referunt, quem Bacchi sacra ex Armenia Romam primum transtulisse volunt, sed non ego credulus illis : longe enim antè Cæs. scelerum hæc seminaria Romæ investigata à Coss. & vindicata refert Liv. 4. 9. 41 Subjugare ad currum. 42 Tigribus vehebatur Bacchus. 43 Ordinavit. 44 Saltationes, cælestes Crioros Orgia celebrantium vociferatione & saltu. θίασοι. 45 Thyrsos, hastulas pampinis ac hederæ foliis vestitas. 46 Vestire. 47 Recitat adhuc carmina sua de Daphnidis interitu Mopsus. 48 Ornamento.

Ut

Ut gregibus tauri, [49] segetes ut pinguibus arvis:
[50] Tu decus omne tuis: [51] postquam te fata tulerunt,
Ipsa [52] Pales agros atque ipse reliquit Apollo.
[53] *Grandia sæpè quibus* [54] *mandavimus hordea* [55] *sulcis,*
[56] *Infelix lolium*, & [57] *steriles* [58] *nascuntur avenæ.*
Pro molli violâ, pro purpureo narcisso
Carduus, & [59] *spinis surgit paliurus acutis.*
[60] Spargite humum foliis, [61] inducite fontibus umbras,
Pastores: mandat fieri sibi talia Daphnis:
Et tumulum facite, & tumulo superaddite [62] carmen.
[63] Daphnis [64] ego in silvis, hinc usque ad sidera notus,
[65] Formosi pecoris custos, formosior ipse.
ME. [66] Tale tuum carmen nobis, [67] divine poëta,
[68] Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere rivo.
[69] Nec calamis solùm æquiparas, sed voce Magistrum.
Fortunate puer, tu nunc eris [70] alter ab illo.
Nos tamen hæc quocumque modo tibi nostra vicissim
Dicemus, Daphninque [71] tuum [72] tollemus ad astra:
Daphnin ad astra feremus: amavit nos quoque Daphnis.
MO. An quicquam nobis [73] tali sit munere [74] majus?

49 Agris aratis. 50 Ita, ô Daphni, es tu tuis amicis omne ornamentum, id est, Romanis: quorum ditionem valde Cæsar auxit. 51 Quia postquam mors abstulit nobis te. 52 Pastorum Dea. 53 Magna, respectu avenæ. 54 Commisimus. 55 In fissuris aratri. 56 Zizania infelicitatem colonis inferens. 57 Inanes. 58 Vi sua oriuntur. 59 Habens spinas acutas. 60 E more funerum, in quibus spargebantur flores, tumulis inferebantur virentes arbores, fontibus injiciebantur corollæ. 61 Facite lucum circum fontes. 62 Inscriptionem, ac epitaphium sequens. 63 Ἐπιτάφιον Daphnidis. 64 Ego, qui hic sepelior, sum Daphnis. 65 Boni populi optimus Imperator. 66 Tam suave Menalcas, ut minimè invidus Poëta, laudat Mopsi junioris amici carmen, ut ipsum ad majora incenderet. 67 Mopse. 68 Quam suave. 69 Nec te æqualem facis Magistro Bucolici carminis, sc. Theocrito, non solum fistulis tenuibus ex calamo factis, sed etiam voce tua plurimum vales. 70 Secundus & proximus ab illo magistro Theocrito, atque adeò proxima laus in canendo Bucolico carmine debetur tibi. 71 Quem tantopere amas. 72 Extollemus & transferemus, id est, ostendemus ipsum receptum esse in numerum Deorum. 73 Quali Daphnis meus feretur ad astra. 74 Præstantiùs?

Et

Et [75] puer ipse fuit cantari dignus, & ista
Jampridem [76] Stimichon laudavit carmina nobis.
ME. [77] Candidus insuetum miratur limen Olympi,
[78] Sub pedibusque videt nubes & sidera Daphnis.
Ergo alacres silvas, & [79] cetera rura voluptas,
Panaque pastoresque [80] tenet, [81] Drydasque puellas.
Nec lupus insidias pecori, nec retia cervis
Ulla [82] dolum meditantur: amat bonus [83] otia Daphnis.
[84] Ipsi lætitiâ voces ad sidera [85] jactant
[86] Intonsi montes: [84] ipsæ jam carmina rupes,
[84] Ipsa [87] sonant arbusta, Deus, Deus [88] ille, Menalca,
Sis [89] bonis, ô felixque tuis: en quattuor aras:
Ecce duas tibi, Daphni, duas altaria Phœbo.
[90] Pocula bina novo spumantia lacte quotannis,
Craterasque duo statuam tibi [91] pinguis olivi:
Et multo in primis [92] hilarans convivia Baccho,
Ante focum, si frigus erit, si [93] messis, in umbrâ,
Vina novum fundam [94] calathis [95] Ariûsia [96] nectar.
[97] Cantabunt mihi Damœtas, & [98] Lyctius Ægon:
[99] Saltantes satyros imitabitur Alphesibœus.
[1] Hæc tibi semper erunt, [2] & cum [3] sollemnia vota

75 Cùm adhuc puer esset, nedum modò in cœlum translatus. 76 Pastor quispiam cantandi peritus. 77 Bonus, ac deificatus. sequitur jam Apotheosis seu Deificatio Daphnidis. Allusum fortè ad circulum lacteum: ubi Heroas suos post fata habitare opinabatur antiquitas. 78 Id est, exaltatus est supra nubes, & sidera errantia. 79 In quibus Daphnis solitus est conversari. 80 Occupat. 81 Nymphas arboreas. 82 Dolosam captionem ob Daphnidis seu Cæsaris Apotheosin. 83 Cessationem à bellis & insidiis. 84 Polyptoron *ipsi, ipsæ, ipsa*, ut Ecl. 1. 85 Extollunt præ gaudio. 86 Silvosi. 87 Referunt ac canunt mihi. 88 Daphnis, quem exstinctum credebam. 89 Propitius & beneficus tuis deditiis. 90 Στάσω δὴ πρυτῆρας μίγαν λευκοῖο γάλακτος. Idyll. 5. tamquam Lari. 91 In quibus fit pingue oleum. 92 Lætificant. 93 Calor, qualis solet esse in messe. 94 Corbibus aut calicibus. 95 *Ἀρισσία χαρα*, Ager Chius ins. optimi vini feracissimæ. 96 Vinum Nectaris, seu Deorum potus æmulum. 97 Ἀυλησουντι δὲ μοιδύο ποιμένες, &c. Idyll. 6. 98 Cretensis. 99 Alphesibœus saltabit ad cantum Damœtæ & Ægonis ad mortem Satyrorum. 1 Sacrificia jam dicta cum cantu, & saltatione. 2 Ubi pro frugibus faciemus hostiâ An barvali. 3 Quæ omnibus annis persolvere solemus.

Red-

Reddemus Nymphis, & cùm [4] lustrabimus agros.
[5] Dùm juga montis aper, fluvios dùm piscis amabit;
Dùmque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ,
Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.
Ut [6] Baccho, [7] Cererique, tibi sic vota quotannis
Agricolæ facient: [8] damnabis tu quoque votis.
MO. Quæ tibi, quæ tali reddam pro carmine dona?
[9] Nam neque me [10] tantum venientis sibilus Austri,
Nec [11] percussa [12] juvant fluctu tam litora, nec quæ
Saxosas inter decurrunt flumina valles.
ME. Hæc te nos fragili donabimus [13] antè [14] cicutâ.
Hæc nos, [15] Formosum Corydon ardebat Alexin:
Hæc eadem [16] docuit, [17] Cujum pecus? an Meliboei?
MO. Ac tu sume [18] pedum, quod, [19] me cùm sæpè rogaret,
[20] Non tulit [21] Antigenes, (& erat tum dignus amari)
[22] Formosum [23] paribus nodis, atque ære, Menalca.

4 Lustrando piabimus agros. 5 Quamdiu. 6 Deo vini. 7 Deæ frugum. 8 Tu etiam potens præsensque numen obligabis, obnoxiosque reddes Agricolas ad vota persolvenda, postquam præstiteris, pro quibus impetrandis voverint. 9 Ἄδιον ὠπωιμᾶν, τὸ τὺν μέλος, ἢ τὸ καλαχὲς τὴν ἀπὸ τὰς πίτρας καλαλείβεται ὑψίθεν, ὕδωρ. Theocr. Idyll. 7. 10 Quantum tua carmina. 11 Resonantia. 12 Delectant. 13 Priusquam aliquid muneris in nos contuleris. 14 Fistula ex cicuta compacta. 15 Secundam & tertiam Eclogam, supra. 16 In eâ modulati sumus. 17 Baculum pastoralem, quo pedes ovium à pastoribus comprehenduntur, dum eas ad se trahere volunt. 18 Quamvis peteret sæpè à me. 19 Non abstulit à me. 20 Pastor. 21 Ornatum. 22 Pari distantia distinctis.

Eclo-

Ecloga VI. cui nomen SILENUS.

ARGUMENTUM.

Silenum in hac Ecloga inducit, ebrium quidem illum, ut Bacchi educatorem decebat, sed tamen perite secundum Epicureorum opinionem de rerum primordiis canentem, idque in gratiam Quinctilii Varique (teste Donato) una cum Virgilio huic sectæ sub Solone Philosopho operam dedit. Cetera quoniam hæc Bucolici Carminis humilitati non satis conveniebant, statim ab initio Veniam precatur: neque ita multum argumento illi immoratus, statim ad fabulas transit.

PRima [1] Syracusio dignata est ludere versu
Nostra, nec erubuit silvas habitare Thalia.
Cum [2] canerem reges, & prælia, [3] Cynthius aurem
Vellit, & admonuit: Pastorem, Tityre, pingues
Pascere oportet oves; [4] deductum dicere carmen.
Nunc ego ([5] namque super tibi erunt, qui dicere laudes,
Vare, tuas cupiant, & tristia [6] condere bella)
[7] Agrestem tenui meditabor arundine Musam.
[8] Non injussa cano: si quis tamen hæc quoque, si quis
Captus [9] amore leget; te nostræ, Vare, [10] myricæ,
Te nemus omne canet: nec Phœbo gratior ulla est,
[11] Quàm sibi quæ Vari præscripsit pagina nomen.
[12] Pergite, Pierides. [13] Chromis & Mnasylus in antro
[14] Silenum pueri [15] somno vidére jacentem,
[16] Inflatum hesterno venas, [17] ut semper, Iaccho:

1 Theocritum, qui Syracusanus, Musa mea imitata, Bucolica canere non erubuit. 2 Scribere vellem, Heroïca carmina, quibus reges, & eorum prælia decantari solent. 3 Apollo admonuit: auris verò Memoriæ dicata est, ut frons, vel os Pudori, dextra Fidei, genua Misericordiæ, nasus Irrisioni, &c. atque hinc, credo, excitandi, monendique aliquem ad res agendas mos. 4 Tenue, humile, quale est Bucolicum. Translatio à lanâ, quæ deducitur in tenuitatem. *Deductum*, ait Macrob. Sat. I. 6. c. 4. *pro tenui & subtili eleganter positum est.* 5 Nam supra quam satis erunt tibi. 6 Perfectè describere. 7 Meditando canam agresti stilo rusticum carmen, seu Bucolicum. 8 Immò jussa ab Augusto. 9 Nostri aut Musæ nostræ. 10 Pastoritiæ Eclogæ, Bucolica carmina. 11 Quam ea charta, quæ in fronte aut titulo scripsit sibi nomen Vari. 12 O Musæ, perseverate canere. 13 Fictitia Satyrorum nomina, sub quibus latent Varus, & Virgilius Philosophiæ Epicureæ sub Sileno operam dantes. 14 Nutritorem Bacchi. 15 Propter somnum. 16 Habentem venas inflatas Baccho, seu vino, quod pridiè ejus diei biberat. 17 Scil. solitum jacere inflatum.

Ser-

[18] Serta procul tantùm capiti delapsa jacebant;
Et [19] gravis [20] attritâ pendebat cantharus ansâ.
[21] Aggressi (nam sæpè [22] senex spe carminis ambos
[23] Luserat) injiciunt ipsis ex [24] vincula sertis.
Addit se sociam, [25] timidisque supervenit Ægle,
Ægle [26] Naiadum pulcherrima: jamque [27] videnti
[28] Sanguineis frontem moris, & tempora pingit.
[29] Ille, [30] dolum ridens: Quò vincula nectitis? inquit;
Solvite me, pueri: satis est potuisse [31] videri.
Carmina, quæ vultis, cognoscite: [32] carmina vobis;
[33] Huic, aliud mercedis erit: Simul [34] incipit ipse.
[35] Tum verò [36] in numerum [37] Faunosque, ferasque videres
[38] Ludere, tùm [39] rigidas motare cacumina quercus.
Nec [40] tantùm Phœbo gaudet [41] Parnasia rupes:
Nec tantùm [42] Rhodope miratur, & [42] Ismarus [43] Orphea.
Namque canebat, [44] uti magnum per [45] inane coacta
[46] Semina, terrarumque, [47] animæque, marisve fuissent,
Et [48] liquidi simul ignis: ut [49] his [50] exordia primis
Omnia, & ipse tener mundi [51] concreverit [52] orbis.

18 Coronæ ex pampinis jacebant longè ab ipso tantum capitis ebrii, & somno obruti delapsa: alioqui illæsæ & non ruptæ. 19 Magnæ capacitatis. 20 Frequenti usu, aut potu. 21 Pueri eum adorti. 22 Silenus promiserat eis sæpè carmen, quod reddere recusaverat. 23 Fefellerat. 24 Neque enim nisi vincti vaticinabantur, Silenus, Proteus, Faunus, cetereque Semidei. 25 Pueris. 26 Nympharum aquarum. 27 Expergefacto, vigilanti. 28 Sanguinei coloris. 29 Silenus. 30 Quia per dolum, cum dormiret, ipsum vinxerant. 31 Quod, invitis ipsis semideis, rarum, & difficile: nisi deprehensis. 32 Sc. *erunt*. 33 Venerea merces stuprum Nympham, seu puellam *Æglen* manet. 34 Carmen suum canere. 35 Recitat carmen ipsius Sileni. 36 Secundum modum, seu modulos carminis: quamvis *modus* proprie ad carmen: *numerus* ad saltationem pertinet. 37 Deos Silvestres. 38 Saltare. 39 Duras. 40 Quantum omnis mundus gaudet, dum Silenus cantat. 41 Quæ est in Parnasso monte. 42 Mons uterque Thraciæ. 43 Qui silvas & saxa post se dulcedine cantus sui, traxit. 44 Quomodò. 45 Chaos spatium corporum capax. Lucret. I. *Magnum* per *inane soluta*. 46 Rerum primordia, elementa: sic Lucret. I. 1. *Exigui, terræ, atque animæ procrescere, & imbri*, licet Epicurus, Lucretii magister, ex atomorum concursione gigni omnia censuerit. 47 Aëris. 48 Elementaris, & puri. 49 Seminibus, atque elementis. 50 Principia, & origines rerum. 51 Consolidatus sit. 52 Globus.

Tum

[53] Tum durare solum, & discludere [54] Nerea ponto
Cœperit, & rerum paullatim sumere formas.
[55] Jamque novum [56] terræ stupeant lucescere [57] Solem,
Altiùs atque [58] cadant [59] summotis nubibus imbres.
Incipiant silvæ [60] cùm primùm surgere, cumque
[61] Rara per ignotos errent animalia montes.
[62] Hinc [63] lapides Pyrrhæ jactos, [64] Saturnia regna,
[65] Caucaseasque refert volucres, [66] furtumque Promethei.
His adjungit, [67] Hylam [68] nautæ quo fonte relictum
Clamassent: ut litus, Hyla, Hyla, omne [69] sonaret:
Et [70] fortunatam, (si numquàm armenta fuissent)
[71] Pasiphaën nivei [72] solatur amore juvenci.
Ah! [73] virgo infelix, quæ te dementia [74] cepit?
[75] Prœtides [76] implerunt falsis mugitibus agros:
At non tam turpes pecudum tamen [77] ulla [78] secuta est
Concubitus: quamvis collo [79] timuisset aratrum,

53 Deindè canebat, ut orbis mundi inceperit duram efficere terram. 54 Aquas fluviales ab aquis salsis, & marinis. Nereus enim Ponti, vel ut alii, Oceani, & Tethios filius. 55 Et alia cœlestia corpora canit: Meteora, plantas, animalia, &c. 56 Genita in terris. 57 Recens ortum ac formatum. 58 In terras decidant. 59 Sublatis: quia vapores trahuntur sursum, unde nubes fiunt. 60 Quo tempore. 61 Nondùm per propagationem multiplicata. 62 Post dictam rerum genesin. Post physicam narrationem, Poëticam, ac fabulosam interserit. 63 Diluvium, & genus humanum reparatum. 64 Aurea secula, qualia erant tempore Saturni. 65 Aquilas, aut vultures exedentes jecur Promethei, Caucaso, Scythiæ monti, alligati, idque Jovis imperio à quo ignem furto abstulerat. 66 Quia (ut diximus) ignem de cœlo furatus erat, Horat. Od. 3. l. 1. *Audax Japeti genus. Ignem, fraude malâ, gentibus intulit. Post ignem ætherea domo Subductum, macies, & nova febrium terris incubuit cohors: Semotique prius, tarda necessitas Lethi corripuit gradum.* 67 Fabulam de Hyla puero, ab Hercule dilecto, Nymphis rapto, fonte submerso, & ab Hercule inclamato. 68 Argonautæ. 69 Per sonum Echo referret. 70 Quæ fortunata, seu felix fuisset. 71 Reginam Cretensem, Minoïs conjugem, & Solis filiam. 72 Silenus tàm graphicè canit, ut solari eam videatur de amore tauri candidissimi. 73 Virginis nomen συνεκδοχικῶς παταχρηστικῶς tribuitur, quarum jam ligata virginitas, ex auctoritate Euripidis in Jove, Terentii in Hecyrha, & nostri. 74 Invasit. 75 Protei ex Sthœnobœa filiæ, quas à βουμανία, seu παραπληξία sanæ menti restituit Melampus. 76 Crediderunt quidem se vaccas esse. 77 Prœtidum, quæ tres erant. 78 Ut tu. 79 Scil. *quælibet illarum trium.*

Et

Et sæpe in [80] levi quæsisset cornua fronte.
Ah! [81] virgo infelix, tu nunc in montibus [82] erras:
[83] Ille, latus niveum molli fultus hyacintho,
Ilice sub [84] nigra [85] pallentes [86] ruminat herbas:
Aut [87] aliquam in magno sequitur grege. [88] Claudite, Nymphæ, 55
[89] Dictææ Nymphæ, [90] nemorum jam claudite [91] saltus,
Si [92] qua fortè ferant oculis sese obvia nostris
[93] Errabunda bovis vestigia: Forsitan illum
Aut herbâ captum viridi, aut armenta secutum
Perducant aliquæ, stabula ad [94] Gortynia, vaccæ. 60
Tùm canit [95] Hesperidum miratam [95] mala [96] puellam:
Tùm [97] Phaëtontiades [98] musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.
Tùm canit errantem [1] Permessi ad flumina [2] Gallum,
[3] Aonas in montes [4] ut duxerit una sororum: 65
Utque [5] viro [6] Phœbi chorus assurrexerit omnis:
Ut [7] Linus hæc [8] illi divino carmine pastor,
[9] Floribus, atque apio crines ornatus amaro,
Dixerit: Hos tibi dant calamos (en [10] accipe) Musæ,
[11] Ascræo quos [12] antè seni: quibus [13] ille solebat 70
Cantando rigidas [14] deducere montibus ornos.
[15] His tibi [16] Grynæi nemoris dicatur origo:

80 Æquali, in qua nihil exstabat, neque asperum erat. 81 O Pasiphaë. 82 Erras. 83 Taurus, scil. quem quæris ejus amore captus. 84 Obsitâ. 85 Semicoctas in alvo. 86 Remandit. 87 Vaccam. 88 Verba sunt Pasiphaës. 89 Cretenses. *Dicte* mons Cretæ. 90 Qui sunt in nemoribus. 91 In quibus feræ saliunt. 92 Aliqua viâ. 93 Errabundi bovis. 94 Cretensia. *Gortyna* Cretæ oppidum. 95 Poma aurea, quæ Hesperides in horto Atlantis in Æthiopia custodiebant. Fab. Atalantæ, ab Hippomene cursu victæ, dùm 3. aurea mala ab illo projecta declinans tollit. Ovid. Metamorph. 10. 96 Atalantam. 97 Phaëtontis sorores cortice circumdatas, & in alnos versas canit, propter mœrorem submersi fratris, Metam. 2. 98 Lanugine. 1 Fl. ex Helicone, monte Bœotiæ, profluentis. 2 Cornelium Gallum Oratorem, & Poëtam clarum: de quo infrà Ecl. 10. 3 Montes Bœotiæ. 4 Quomodò. 5 Gallo. 6 Musæ in honorem assurrexerint. 7 Poëta eximius, Apollinis filius. 8 Varo. 9 Hederaceis. 10 O Vare. 11 Hesiodo oriundo Ascrâ, Vico Bœotiæ. 12 Prius, sc. *dederunt*. 13 Hesiodus. 14 Deorsum ducere de montibus. 15 Per hos calamos. 16 In finibus Ioniis Apollini consecrati juxta Clazomenas.

Ne

Ne quis sit lucus, quo se [17] plus jactet Apollo.
Quid loquar, [18] aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est.
[19] Candida succinctam latrantibus [20] inguina [21] monstris
[22] Dulichias [23] vexasse rates, & [24] gurgite in alto,
Ah! timidos nautas canibus lacerasse marinis?
[25] Aut ut mutatos [26] Terei narraverit artus?
Quas [27] illi [28] Philomela [29] dapes, quæ dona pararit?
Quo cursu deserta [30] petiverit, & quibus [31] antè
[32] Infelix sua [33] tecta supervolitaverit alis?
Omnia, quæ, Phœbo quondam [34] meditante, beatus
Audiit [35] Eurotas, jussitque [36] ediscere lauros,
[37] Ille canit: [38] pulsæ [39] referunt ad sidera valles:
[40] Cogere donec oves [41] stabulis, [42] numerumque referre
[43] Jussit, & [44] invito [45] processit vesper [46] Olympo.

17 Quam de Grynæo nemore. 18 Aut ut Silenus narraverit fabulam de Scylla, Nisi, Megarensium regis filia. 19 Propter fluctuum spumam. 20 Partes pudendas. 21 Canibus. 22 Ulyssis, Dulichii insulæ ducis. 23 Molestando frequentèr vexasse. Poëta videtur allusisse ad etymon Scyllæ, à σκυλμω, *vexo*, *infesto*. 24 Maris. 25 Aut quid loquar, ut Silenus narraverit mutatos, &c. 26 Fab. trita, Ovid. Metam. 6. 27 Tereo. 28 Soror Prognes uxoris Terei. 29 Ex ipsius filio Iti decoctas. 30 Philomela aut Tereus. 31 Priusquam deserta peteret. 32 Tereus. 33 Regia. 34 Exercente musam suam. 35 Flu. Spartæ, juxta cujus ripas, lauris consitas, Apollo luxit Hyacintum à se percussum disco. 36 Memoriæ mandare. 37 Silenus. 38 Verberatæ ex impulsu vocis Sileni. 39 Vocem aut cantum ejus. 40 Pueros, Chromyn & Mnasylum, compellere. 41 Ad ovilia. 42 Ovium, illis à parentibus aut heris commissum. 43 Silenus. 44 Ut qui plura audiendi studio ægrè ferat vesperum properare. 45 Apparuit. 46 Cœlo.

Ecloga VII. cui nomen MELIBOEUS.

ARGUMENTUM.

SUmptum est Eclogæ hujus argumentum ex Bucoliastis Theocriti. Inducit autem hic Poëta Melibœum pastorem referentem certamen Corydonis & Thyrsidis, cui (dum caprum, qui à grege deerraverat, quæreret) fortè interveneral, accersitus à Daphnide certaminis judice: quem secundum Corydonem pronunciasse innuit, cum ait ad finem Eclogæ: Hæc meminì & victum frustra contendere Thyrsin. *Per Corydonem autem Virgilium intelligi volunt: Per Thyrsin, Theocritum, aut alium quempiam.*

MELIBOEUS, CORYDON, THYRSIS.

FOrtè sub [1] argutâ consederat ilice [2] Daphnis:
[3] Compulerantque greges Corydon & Thyrsis in unum:
Thyrsis oves; Corydon [4] distentas [5] lacte capellas:
Ambo florentes ætatibus, [6] Arcades ambo,
Et cantare [7] pares, & respondere parati.
Hic mihi, dùm [8] teneras [9] defendo à frigore myrtos,
[10] Vir gregis ipse caper deerraverat: atque ego Daphnin
Adspicio: ille ubi me contra videt, Ocius, inquit,
Hùc ades, ô Melibœe, caper tibi salvus, & hœdi;
Et si quid cessare potes, requiesce sub [11] umbra
Hùc [12] ipsi potum venient per prata [13] juvenci:
Hic viridis tenerâ [14] prætexit arundine ripas

1 Stridula susurranti, ex leni vento crepitante: de quo Auson. *Est & arundineis modulatio musica ripis, Atque arguta suis loquitur coma pinea ventis, Incubuit foliis quoties levis Eurus acutis.* 2 Per hunc Augustus intelligi videtur. 3 Coëierant. 4 Habentes ubera distenta. 5 Εἰς ἕνα χωρὸν Τὰν ἀγελαν πομ' ἄρατι συνάγαγον. Theocr. Idyl. 6. 6 Musica adeò præstantes, & periti, ut Arcades putentur. *Musicam*, inquit Polybius, *universis utilem esse constat, Arcadibus necessariam:* & noster Eclog. 10. *Soli cantare periti Arcades.* 7 Pari forma. 8 Recentèr plantatas. 9 In tegumento quodam munio. 10 Princeps. Τῶν αἰγῶν ανηρ Catachresis, ut Hor. Od. 17. l. 1. *deviæ olentis uxores mariti.* 11 Ilicis. 12 Sponte suâ. 13 Juniores pecudes, ut capri aut boves. 14 Abscondit.

Min-

[15] Mincius, eque [16] sacrâ resonant [17] examina quercu.
Quid facerem? [18] neque ego Alcippen, nec Phyllida habebam,
[19] Depulsos à lacte domi quæ clauderet agnos:
Et certamen erat, [20] Corydon cum Thyrside, magnum:
[21] Posthabui tamen illorum mea [22] seria [23] ludo.
Alternis igitur contendere versibus ambo
Cœpêre: [24] alternos Musæ meminisse volebant.
Hos Corydon, illos referebat in ordine Thyrsis.
CO. [25] Nymphæ, [26] noster amor [27] Libethrides, aut mihi carmen,
Quale [28] meo Codro, concedite: ([29] proxima Phœbi
Versibus ille facit) aut, si non [30] possumus omnes,
Hic [31] arguta [32] sacrâ pendebit fistula pinu.
TH. Pastores hedera [33] crescentem ornate [34] Poëtam,
[35] Arcades, invidiâ rumpantur ut ilia [36] Codro:
Aut, si [37] ultra placitum laudarit, [38] baccare frontem
Cingite, ne vati noceat [39] mala lingua futuro.
CO. [40] Setosi caput hoc apri [41] tibi, Delia, parvus;

15 Fluvius juxta Mantuam, incidens in Padum. 16 Jovi, vel Nymphæ Dryadi. 17 Convolatus apum. 18 Neque amicam, aut uxorem, ut habuit uterque certantium quæ clauderet, &c. 19 Remotos à lacte, id est, ablactatos. Sic Eclog. 3. *Dulce satis humor*, depulsis *arbutus hœdis*. 20 Corydon quippe certator erat: Sic Æn. 5. nunc *tertia palma Diores*, & in Culice: *Fama vetus numquam moritura per ævum Curtius*. 21 Minoris feci, & postposui. 22 Capri desiderati investigationem. 23 Cantilenæ. 24 Versus suos alternatim canere. Ecl. 3. *Amant alterna Camœnæ*. 25 Quaternis versibus contendunt, ut in Damœta binis. 26 Quæ estis peculiares deliciæ nostræ. 27 Libethram, fontem Bœotiæ, Musis sacrum, frequentare solitæ. 28 Amico. 29 Quam proximè accedentia. 30 Scil. *tale carmen facere*. 31 Sonora. 32 Tamquam effœtus, & emeritus professionis hæc arma fistulam hanc suspendam in hac pinu Cybelæ, matri Deorum, consecrata. Nam qui ab arte gladiatoria, militari, aut alia discedebant, ejus instrumenta Diis suspendebant, sacrabantque ipsius potissimum artis præsidibus. 33 Nondum perfectum. 34 Me Thyrsin. 35 Qui *soli cantare periti*. 36 Quia videbit se à me superatum. 37 Ultra quam ipse placeam aut merear; aut ultra quam ipsi placet, & eâ tantum mente, ut me fascino urat. 38 Herba illa, quæ valet contra fascinum. 39 Nociva & fascinatoria. 40 Setis multis obsiti. 41 Tibi, Diana, venationis Dea, ex more & voto.

Et [42] ramosa [43] Mycon [44] vivacis cornua cervi :
Si [45] proprium hoc fuerit, [46] lævi de marmore tota
Puniceo [47] stabis suras evincta [48] cothurno.
TH. [49] Sinum lactis, & [50] hæc te liba, [51] Priape, quotannis
Exspectare sat est : custos es [52] pauperis horti.
Nunc te marmoreum pro [53] tempore fecimus; at tu,
[54] Si fœtura gregem suppleverit, aureus esto.
CO. [55] Nerine Galathea, thymo mihi dulcior [56] Hyblæ,
Candidior [57] cycnis, hederâ formosior albâ :
Cùm primùm pasti [58] repetent præsepia tauri,
Si qua tui Corydonis habet te cura, venito.
TH. Imò ego [59] Sardois videar tibi amarior herbis,
[60] Horridior rusco, [61] projectâ vilior algâ,
Si mihi non [62] hæc lux toto jam longior anno est.
Ite domum pasti, si quis pudor, ite juvenci.
CO. [63] Muscosi fontes, & [64] somno mollior herba,
Et quæ vos rarâ viridis tegit arbutus umbrâ,
[65] Solstitium [66] pecori defendite : jam venit æstas
[67] Torrida; jam [68] læto [69] turgent in palmite gemmæ.
TH. Hic [70] focus, & [71] tædæ pingues; hic plurimus ignis

42 Multis ramis ornata. 43 Sc. *dedicat.* 44 Diu viventis. Τετρανερώνου. V. Virg. epigr. de ætatibus animalium. 45 Peculiaritèr datum, perpetuum & firmum, ut solus tali carmine, aut tali venandi arte, te juvante excellam. 46 Polito. 47 Erigeris in statua. 48 Alto calceamento genuum tenus fere protenso. 49 Vas mulctrale, Græcè *δίνη*. 50 Ejusmodi placentas. 51 Horrorum Deus. 52 Atque adeò si plura possem, plura darem. 53 Egestate hujus temporis. 54 Si tot agnos habuero, quot oves, esto ex solo auro formatus. 55 Nerei filia. 56 Nato ad Hyblam, Siciliæ oppidum. 57 Oloribus. 58 Iterùm petent & adibunt. 59 Herbam quamdam in Sardinia nasci ferunt apiastro similem, quæ comesa nervos contrahat, labiaque in rictum deducat, ita ut quasi ridentes moriantur. 60 Asperior. 61 Abjectior juncis marinis à procellis ad litus appulsis. 62 Hæc dies, quâ Nerinen exspecto. 63 Musco tecti. 64 Ὑπνῳ μαλακώτερος, Theocr. Idyl. 5. 65 Solis in Cancro summi æstum. 66 A pecore arcere, repellite, avertite. Horat. Od. 27 I. 1. *Velox amœnum sæpè Lucretilem Mutat Licæo Faunus & igneam* Defendit *æstatem capellis usque meis, pluviosque ventos.* Plaut. Rud. *Ut illas serves, vim* defendas. 67 Omnia torrens. 68 Viridi. 69 Inflantur, tument. 70 Locus ad ignem fovendum aptus. 71 Pinguia ligna picis plena.

Sem-

Semper, & assiduâ postes [72] fuligine nigri.
Hic tantùm Boreæ curamus frigora, quantum
Aut [73] numerum lupus, aut [74] torrentia flumina [75] ripas.
CO. [76] Stant & Juniperi, & castaneæ hirsutæ:
Strata jacent passim [77] sua quæque sub arbore poma:
Omnia nunc [78] rident: At, si formosus Alexis,
Montibus his abeat, videas & flumina sicca.
TH. Aret ager: vitio moriens [79] sitit aëris herba:
[80] Liber pampineas invidit collibus umbras:
Phyllidis adventu nostræ, nemus omne virebit,
[81] Juppiter & læto descendet plurimus imbri.
CO. Populus [82] Alcidæ gratissima, vitis Iaccho,
Formosæ myrtus Veneri, [83] sua laurea Phœbo.
Phyllis amat corylos: illas dum [84] Phyllis amabit,
Nec myrtus vincet corylos, nec laurea Phœbi.
TH. Fraxinus in silvis pulcherrima, pinus in hortis,
Populus in fluviis, abies in montibus altis:
Sæpiùs at si me, Lycida formose, revisas,
Fraxinus in silvis [85] cedet tibi, pinus in hortis.
ME. Hæc [86] memini, & victum [87] frustra contendere Thyrsin;
[88] Ex illo Corydon, Corydon est tempore nobis.

72 Nigredine pinguis fumi. 73 Neque enim parcit numeratis, neque timet numerum. 74 Aquis abundantia. 75 Quod nihil est. 76 Plenæ sunt. Ut 12. Æn. *Jam pulvere cœlum* stare *vident*. Sic apud Horat. l. 1. Od. 9. *Vides, ut altâ* stet *nive candidum Soracte?* 77 Propria ipsi arbori. 78 Lætitiam præ se ferunt. 79 Desiccatur. 80 Bacchus per invidiam abstulit collibus umbras pampinorum, quæ vitium frondes sunt, id est, etiam vites frondibus propter ariditatem spoliatæ sunt. 81 Pluvia è media regione aëris, quæ Jovi tribuitur, descendet abundantissima cum imbri omnia lætificante. Descendere Jovem in nubes, cùm tonaret, fulminaret, pluerer, credebant veteres. 82 Herculi, ἀπὸ τῆς ἄλκης, id est, *à robore*, aut ab *Alcæo* avo sic dicto. 83 Propria. 84 Quamdiu. 85 Vincetur. 86 Memoriæ mandavi. 87 Quia licet fateri nolebat, manifestè tamen victus erat. 88 Post illud tempus Corydon est reputatus à me Corydon, id est, dulcis cantor, & victor nobilis ante omnes. Proverbium in eos, quos in aliqua re victores admiramur.

Eclog. VIII. cui nomen PHARMACEUTRIA.

ARGUMENTUM.

DUæ sunt Eclogæ hujus partes. In priore Damon Pastor, Nisæ puellæ amore captus, cum illa sibi Mopsum prætulisset, impatientiæ amoris in varias erumpit querelas. Posterior pars pæne tota sumpta est ex Theocriti ejusdem nominis Idyllio, in quo veneficæ quædam pharmacis & incantationibus animam viri, à quo spernebatur, ad sui amorem conatur revocare.

DAMON, ALPHESIBOEUS.

PAstorum [1] Musam Damonis, & Alphesiboei,
[2] Immemor herbarum [3] quos est mirata juvenca
Certantes, quorum stupefactæ carmine linces,
[4] Et mutata suos requierunt flumina cursus:
Damonis Musam dicemus, & Alphesiboei.
[5] Tu mihi, seu magni superas jam saxa [6] Timavi,
Sive [7] oram Illyrici [8] legis æquoris; en erit umquàm
Ille dies, mihi cùm liceat tua dicere facta?
En erit, ut liceat totum mihi [9] ferre per orbem
Sola [10] Sophocleo [11] tua carmina digna cothurno?
[12] A te principium; tibi desinet: accipe jussis
Carmina cœpta tuis, atque hanc sine [13] tempora circum

1 Cantilenam amorum, quos cecinerunt. 2 Suæ Musæ adscribit Poëta quicquid de Orpheo fingitur feras carmine detinuisse, rapidos fluminum cursus moratum esse, &c. 3 Pastores. 4 Et flumina mutata in natura, quæ stare, & quiescere nescit, quiescendo retinuerunt, sive retardarunt suos cursus. 5 O Auguste, faveas, ubicumque es. Qui jam in Illyrico bella gessisse videtur. 6 Venetæ regionis fluvii. 7 Extremitatem. 8 Navigando prætervehetis. Sic 3. Æneid. *Litoraque Epiri* legimus. Et, *crebris* legimus *freta consita terris.* 9 Efferre. 10 Grandi, ac sublimi carmine, æmulato Sophoclem Scriptorem tragœdiarum: Tragœdi autem grande locuturi nitebantur cothurnis, id est, calceamentis, sublevato altiùs subere, ut heroas æquarent, & grandiores apparerent. 11 Quæ res à te gestas tuasque laudes canent: non quæ tu condidisti. 12 Initium carminum nostrorum erit à laude suâ, & desinet in laudem tuam. Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σὺ δ' ἄρξομαι, Homer. 9. Il. Sic Horat. l. 1. Ep. 1. *Primâ dicte mihi, summa dicende Camœnâ.* 13 Capitis tui.

In-

[14] Inter [15] victrices [16] hederam tibi serpere [17] lauros.
[18] Frigida vix cœlo noctis decesserat umbra,
Cùm ros in tenerâ pecori gratissimus herbâ:
[19] Incumbens [20] tereti, [21] Damon sic [22] cœpit, olivæ.
DA. [23] Nascere, [24] præque diem veniens [25] age, [26] Lucifer, [27] almum:
[28] Conjugis [29] indigno Nisæ deceptus amore
Dùm queror, & divos, ([30] quamquàm nil, testibus illis,
Profeci) extremâ moriens tamen alloquor horâ.
[31] Incipe [32] Mænalios mecum, mea tibia, versus.
[33] Mænalus [34] argutumque nemus, pinosque [35] loquentes
Sempèr habet; sempèr pastorum [35] ille audit amores,
Panaque, [36] qui primus calamos non passus [37] inertes.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
[38] Mopso Nisa [39] datur: quid non [40] speremus amantes?
Jungentur jam [41] gryphes equis [3] ævoque sequenti,
Cum canibus timidi venient ad pocula damæ.
Mopse novas [42] incide [43] faces: tibi ducitur uxor.

14 Tenuem hanc Musam meam comitari tuos triumphos. 15 Victoriæ & triumphi significatrices. 16 Coronam, quæ Poëtis debetur. 17 Laureas coronas. 18 Vix erat diluculum. Circumlocutio temporis matutini. Nox frigida est propter absentiam Solis. Peracta invocatione, Poëta ad narrationem descendit. 19 Incumbendo fulciens se præ animi ægritudine. 20 Rotundo. 21 Pastor ille, cujus amica alteri nupserat. 22 Queri & lamentari. 23 O stella matutina, orere. 24 Præveniens diem. *Tmesis.* 25 Impelle. 26 Omnia moderantem, ac nutrientem. 27 Sponsæ, quam sperabam quidem mihi conjugem futuram. 28 Ejus, quæ amari indigna erat. 29 Quamquam nihil mihi profuit invocasse illos testes fidei, mihi à Nisa datæ. 30 Scil. *dicere.* 31 Arcadicos, seu Bucolicos, quales Arcades faciunt, qui *soli cantare periti, à Mænalo,* monte Arcadiæ. 32 Arcadiæ mons. 33 Sonorum, in eo canentium sonitu crepitans. 34 Loquelas eorum referentes. 35 Mænalus. 36 *Pan primus calamos, &c.* Ecl. 2. 37 Simplices, & sine arte factos. 38 Indignatur, scil. iniquas conjugum formas, & sic mitti sub juga aenea. 39 Nuptum. 40 Timeamus. 41 Aves illæ aduncis naribus, & leonibus in posteriore parte perquam similes & equis infestissimi. 42 Inspice formam ut iguem concipiant. 2. Georg. *ferroque faces inspicat acuto.* 43 Nuptiales, quæ à pueris quinque præferebantur, dum uxor domum duceretur.

Sparge marite [44] nuces: [45] tibi deserit [46] Heperus Oetam.
Incipe Mœnalios mecum, mea tibia, versus.
O [47] digno conjuncta viro! dùm despicis omnes:
Dùmque tibi est odio mea fistula, dùmque [48] capellæ,
Hirsutumque supercilium, promissaque barba:
Nec [49] curare [50] Deûm credis mortalia quemquam.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
[51] Sepibus in nostris, parvam te [52] roscida mala
(Dux ego [53] vester eram) vidi cum matre legentem:
[54] Alter ab undecimo tùm me jam [55] ceperat annus:
Jam fragiles poteram à terrâ contingere ramos.
[56] Ut vidi! ut perii! ut me malus abstulit error!
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Nunc scio, quid sit amor: [57] duris in cotibus [58] illum
[59] Aut Tmarus, aut [59] Rhodope, aut [60] extremi Garamantes,
Nec [61] nostri generis puerum, nec sanguinis [62] edunt.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
Sævus amor docuit, natorum sanguine [63] matrem
Commaculare manus: [64] crudelis tu quoque, mater;
Crudelis [65] mater magis, an puer [66] improbus ille?

44 Missilia nuptiarum sollemnia: boni ominis, juglandes scil. Plin. 15. l. c. 22. Ne exaudiatur nova nupta corrupta, vel ut valedicat puerilibus lusibus & concubinis maritus. Catull. in Epithalamio. 45 Tibi, scil. in tuam gratiam appetit nox: quam, ut & diem, prospicere Oetam, montem Thessaliæ, atque è montibus Orientalibus advenire volunt Poetæ. Ironicè. 46 Stella vespertina. 47 Scil. *te*, id est, qualem digna es habere, cùm turpis & effeminatus sis. 38 Divitiæ meæ. 39 Aspicere, & ita non punire perjuria. 50 Deorum. 51 Docet, quomodo ejus amore primùm captus sit. 52 Rore perfusâ. 53 Matris & filiæ. 54 Secundus, id est, decimus tertius. 55 Acceperat. 56 Ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, Idyl. 7. 57 Usitatum est, ut quorum immanem crudelitatem execrantur, eos è rupibus, efferisvè animantibus natos dicamus. In 4. Æn. Dido sic Æneam alloquitur: *Nec tibi Diva parens, generis nec Dardanus auctor Perside, sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus, Hyrcanaque admorunt ubera Tigres.* 58 Amorem. 59 Montes Thraciæ asperrimi. 60 Remotissimi à nobis, utpote ultra Getulos. 61 Humani generis, id est, nihil habentem humanitatis. 62 Generant. 63 Medeam. 64 Nisi enim crudelis fuisses, non potuisset te amor ad tantum facinus induxisse, ut filios occideres. 65 Medea, quæ facinus commisit. 66 Cupido.

Im-

Improbus ille [67] puer : crudelis tu quoque, mater.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
[68] Nùnc & oves ultrò fugiat lupus : [69] aurea duræ
[70] Mala ferant quercus : narcisso floreat [71] alnus :
Pinguia corticibus [72] sudent electra [73] myricæ :
Certent & [74] cycnis ululæ : sit [75] Tityrus Orpheus :
Orpheus in [76] silvis, inter [77] Delphinas [78] Arion.
Incipe Mænalios mecum, mea tibia, versus.
[79] Omnia vel medium fiant mare : [80] vivite silvæ :
[81] Præceps [82] aërii [83] speculâ de montis in undas
[84] Deferar : extremum hoc munus morientis habeto.
Desine Mænalios, jam desine, tibia, versus.
[85] Hæc Damon : vos, quæ [86] responderit Alphesibœus,
Dicite Piërides : *non omnia possumus omnes.*
AL. [87] Effer [88] aquam, & molli cinge hæc altaria [89] vitâ
[90] Verbenasque adole pingues [91] & mascula thura :
[92] Conjugis ut magicis sanos [93] avertere sacris
[94] Experiar sensus : nihil hic, nisi [95] carmina desunt.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
[96] Carmina vel cœlo possunt [97] deducere Lunam :

67 Qui te, ô Medea, ad hoc induxit. 68 Optat omnia contra naturam immutari, per impatientiam amoris sibi exitium destinans. 69 Aurei coloris. *Omnia natura præhostera legibus errent*, postquam *Mopso Nisa datur.* 70 Quæ in tenerrima arbore nascuntur. 71 Arbor amari corticis. 72 Sudando emittant. 73 Humillimi frutices. 74 Quibus moribundis præcipuè est suavissimus cantus. 75 Pastoralis & rudis cantor fit optimus Musicus. 76 Quas ad se traxisse fingitur. 77 Pisces illos marinos, inter quos modulatus dicitur tam suavitèr, ut eum salvum in dorso suo ad litus perveherent. 78 Citharædus nobilis notusque ex Agellio 16. lib. 19. c. Plin. 9. l. 8. & aliis. 79 Me moriente mergantur omnia. 80 Valete, æternum valete. 81 Præcipitabor. 82 In aëre exaltati. 83 De alta rupe, ut de speculari liceat. 84 O Nisa. 85 Scil. *carmina cecinit.* 86 Contra cecinerit. 87 O Amarylli. Vide Argumentum Eclogæ. 88 Lucretiam, ad magica sacra aptam. 89 Sertis ex herbis aut floribus. 90 Sacras herbas incende & ure, oleo, ut incendi possint, perfusas. 91 Thus quod ex rotunditate guttæ pendet, masculum vocatur : cum tamen alias non vocetur mas, ubi non sit femina, Plin. 12. l. 14. c. 92 Mariti mei Daphnidis. 93 Ab usurationis. 94 Experiendo coner. 95 Magica, scilic. incantationes. 96 Incantamenta. 97 Deorsum ducere de cœlo in terram.

Car-

Carminibus [1] Circe socios [2] mutavit Ulyssis:
[3] Frigidus in pratis, [4] cantando, rumpitur anguis.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
[5] Terna [6] tibi hæc primum triplici diversa colore
Licia circumdo, terque hæc altaria circum
[7] Effigiem duco: [8] Numero Deus impare gaudet.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
[9] Necte tribus nodis ternos, Amarylli, [10] colores:
[9] Necte, Amarylli, modo, & [11] Veneris, dic, vincula [9] necto.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
[12] Limus ut hic durescit, & hæc ut [13] cera liquescit
[14] Uno eodemque igni: sic nostro [13] Daphnis amore.
Sparge [16] molam, & [17] fragiles incende [18] bitumine lauros.
[19] Daphnis me malus urit: ego hanc [20] in Daphnide laurum.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Talis amor Daphnim, [21] qualis cùm fessa [22] juvencum

1 Venefica illa celeberrima, Solis filia. 2 In varias feras. 3 Nocens, ac veneni, quod frigidum est, plenus, frigus, timoremque inducens. 4 Per incantamenta, dùm incantatur. 5 Tangit modum, quo sacra magica hæc peragerat. 6 O Daphni. 7 Daphnidis imaginem ad vivum effictam traho. 8 Quia Deus amat numerum ternarium. Olim numerus ternarius in sacris adhibebatur, quia perfectissimus, utpotè in quo numero est principium, medium, & finis. Ex opinione Pythagoreorum. Τὸ πᾶν, καὶ τὰ πάντα τοῖς τρίσιν ὥρισται, &c. Arist. 1. de cœlo. 9 Liga. Epanalepsis Polyptoto permutata. Licia discoloria necti nodis jubet ad ligandum in amoribus Daphnidem. 10 Qui sunt in liciis, id est, tria licia trium colorum. 11 Conciliandi amoris. 12 Effigies ex limo efformata durescit. Metonymia materiæ: ut mox in *cera*. Duas imagines, è cera unam, è limo alteram ad ignem statuit. 13 Imago cerea fit liquida per unum & eumdem ignis calorem. 14 Synecphonesis est, qualis etiam 12. Æn. Uno eodemque *tulit partu*. 15 Durescat in amore sui, & liquescat in amore mulieris urbanæ. 16 Sacrificium ex sale & farre confectum. 17 Crepitantes in igne, desiccatas. 18 Sc. *illitas*. 19 Daphnidis votis meis repugnans efficit ut amore ardeam. 20 Super effigiem Daphnidis. 21 Scil. *amor tenet buculum*. 22 Taurum.

Per

Per nemora, atque altos quærendo [23] bucula lucos
[24] Propter aqueæ rivum viridi [25] procumbit in [26] ulva
[27] Perdita, nec [28] seræ meminit decedere nocti:
Talis amor tenet, nec sit mihi cura [29] mederi.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Has olim [30] exuvias mihi [31] perfidus ille reliquit,
[32] Pignora chara sui: quæ nunc ego, [33] limine in ipso,
[34] Terra, tibi [35] mando: debent hæc pignora [36] Daphnim.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Has herbas, atque hæc [37] Ponto mihi [38] lecta venena,
Ipse dedit [39] Mœris: nascuntur [40] plurima [37] Ponto.
[41] His ego sæpè [42] lupum fieri, & se [43] condere silvis
Mœrin, sæpè animas [44] imis [45] excire sepulcris,
Atque [46] satas [47] alio vidi [48] traducere [46] messes.
Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
[49] Fer cineres, Amarylli, foras, [50] rivoque fluenti,
Transque caput [51] jace: ne respexeris: [52] his ego Daphnim
Aggrediar: nihil ille Deos, nil [53] carmina curat.

23 Juvenis vacca. 24 Juxta, probè. 25 Prosternitur, amplius stare, aut currere nequiens. 26 Herba Palusin. 27 Amore afflicta, languens. 28 Serò & tarde adventanti, aut aliquantulum progressæ, id est, serâ nocte domum redire. 29 Medendi, succurrendi ejus amori. Hellenismus. 30 Vestes suas, quas exuit. Æneid. 4. *Arma* vim exuviasque *omnes, lectumque jugalem, Quo perii, super imponas.* 31 Infidelis Daphnis. 32 Monumenta chara, ut me sui reditus admoneant. 33 In ingressu domus meæ. 34 Apostrophe. 35 Committo. 36 Scil. *mihi restituere, reducere.* 37 Virosâ, venenorum feraci regione Asiæ, cui olim Mithridates imperavit, de quo Martialis: *Perfecit poto Mithridates sæpè veneno, Toxica ne possent fæva nocere sibi.* 38 Collecta in Ponto. Simplex pro composito. 39 Artis magicæ peritissimus. 40 Venena. 41 Virtute horum venenorum. 42 Ex homine in lupum mutari. 43 Abscondere in silvis. 44 Profundis. 45 Evocare. 46 Seminatas fruges. *Cantus vicinis fruges traducit ab agris.* Tibul. 1. l. 8. El. 47 In alium agrum. 48 Transferre. 49 Effer. Februa & purgamenta lustrationis, & incantationis post tergum abjiciebant in aquas, quæ respicere nefas. 50 In fluvium. 51 Projice eos. 52 Sacris amatoriis & magicis. 53 Incantationis.

Du-

Ducite ab urbe domum, mea carmina, ducite Daphnim.
Adspice! [54] corripuit [55] tremulis altaria flammis
Sponte sua, dùm [56] ferre moror, cinis ipse: [57] bonum sit!
[58] Nescio quid certè est: & [59] Hylax in limine [60] latrat.
[61] Credimus? an, qui amant, [62] ipsi sibi somnia fingunt?
[63] Parcite, ab urbe [64] venit, jam parcite carmina, Daphnis.

54 Latior illuxit ignis, felix πυρομαντία, omen, inquit ancilla, vel ipsa maga. 55 Scintillantibus ac micantibus. 56 Efferre cineres differo. 57 Precor, ut sit bonum omen, signum. Fausti ominis formula. 58 Nescio quid sit, certè est aliquid magnum. 59 Canis noster, ab ὑλάω, *latro*. 60 Ubi infoderat exuvias Daphnidis, & per quod venire debeat. 61 An credam ipsum Daphnin ab urbe domum venire? 62 Quæ cupiunt, in somnis vident? Undè Publius Syrus: *Amans, quod suspicatur, vigilans somniat.* Terent. Andr. *Num ille somniat ea, quæ vigilans voluit?* 63 O carmina mea desistite, cessate jam. 64 Redit domum.

Ecloga IX. cui nomen MOERIS.

ARGUMENTUM.

POst Philippensem victoriam, cùm in distributione agrorum, qui Triumvirorum jussu trans Padum dividebantur, sua quoque prædia Virgilius amisisset, Romam profectus, cum favore ingenii, tùm præsertim adjuvante Pollione, Transpadanæ regionis præfecto, possessiones suas recepit. Verùm ægrè id ferente Arrio, cui fortè Virgilii fundum in portionem cesserat, parum abfuit, quin ab irato milite interficeretur. Denuò itaque Romam profecturus præcipit procuratori, ut Arrio usque ad reditum suum, quam minimo posset detrimento suo, obsequerelur. Is igitur ex patroni sui præcepto Mantuam proficiscitur, hædorum aliquod munusculum Arrio oblaturus. Mœrin subsequitur Lycidas pastor, itineris ejus causam inquirens, ibi nactus occasionem Mœris temporum illorum calamitatem deflet. Deinde unà Mantuam euntes itineris tædium variis sublevant cantilenis.

LYCIDAS, MOERIS.

QUò te, [1] Mœri, [2] pedes? [3] an (quò via ducit) in [4] urbem?

1 Per Mœrin, Virgilii villicum intellige. 2 Scilic. *ferunt, ducunt*, id est, quò proficisceris, quò tendis? Theocr. 13. Idyl. ἄ ποδες ἄγον. 3 Scil. *illùc ducunt te.* Ellipsis verbil. 4 Mantuam.

MOE.

MOE. O Lycida, [5] vivi pervenimus, [6] advena nostri
(Quod numquam veriti sumus) ut [7] possessor agelli
Diceret: [8] Hæc mea sunt, veteres migrate coloni.
Nunc [9] victi, tristes ([10] quoniam *sors omnia versat*)
Hos [11] illi ([12] quod nec benè vertat) [13] mittimus hœdos.
LY. Certe equidem audieram, [14] quà se [15] subducere colles
Incipiunt, [16] mollique jugum demittere clivo,
Usque ad [17] aquam, & veteris jam [18] fracta cacumina fagi,
[19] Omnia carminibus vestrum servasse [20] Menalcam.
MOE. [21] Audieras, & [22] fama fuit: sed carmina tantùm
Nostra [23] valent, Lycida, tela inter [24] Martia, quantùm
[25] Chaonias [26] dicunt, [27] aquilâ veniente, [28] columbas.
Quòd nisi me [29] quacumque [30] novas incidere lites
Antè [31] sinistra cabâ monuisset ab [32] ilice cornix,
[33] Nec tuus hic Mœris, nec viveret ipse Menalcas.

5 Diu vivendo ad infortunium. 6 Externus, peregrinus: miles Arrius: Pathos præter spem. Vide Macrob. Sat. l. 4. cap. 6. 7 Ut culta hæc novalia barbarus miles invaderet, prisci & vero domino expulso. 8 Arva vel rura, & omnia quæ hìc sunt. Formula vindicandi possessiones. 9 Violentèr extrusi. 10 Cùm fortuna omnia mutet, ac nulla hìc certa sit possessio, nec firma rerum conditio. Ter. Eun. *Omnium rerum vicissitudo est.* Sal. Cat. *Sed profectò fortuna in omni re dominatur*, τρώμη. 11 Advenæ illi Arrio, qui nos migrare fecit, agrosque nostros occupavit. 12 Imprecandi formula. Quæ res fit ei exitio. Litotes. 13 Dono. 14 Ab eâ parte, quâ, &c. 15 Descendere in planos campos, humiliores fieri. 16 Et deorsum mittere, seu relinquere summitatem suam facili descensu. 17 Mincium fluv. 18 Fractam summitatem. 19 Loca, scil. ut arva, & pascua. Virgilium herum tuum compositione carminum ab occupatione militum immunia reddidisse. 20 Virgilium herum tuum. 21 Menalcam, id est, Virgilium ea omnia servasse. 22 Homines dicebant rem ita se habere. 23 Possunt efficere tantum. Metaphora à re nummariâ. 24 Bellica & militaria arma. Synecdoche speciei pro genere. 25 Epiroticas, id est, quas libet. Synecdoche specici. *Chaonia* est Epiri pars. 26 Historiarum aut augurii periti. 27 Dum aquila involat in eas, quod nihil est. 28 Scil. *valere.* 29 Scil. *ratione* possem, ut omnem occasionem cum centurione Arrio litigandi præciderem, id est, removerem. 30 Rusticis insuetas. 31 A sinistra parte, à qua ratum facit augurium, volans. Auspicia sinistra erant Romanis fausta, sed Græcis reliquisque Barbaris dextra erant meliora. 32 In qua sedebat. 33 Neque ego, neque Dominus meus Virgilius.

Heu!

LY. [34] Heu! cadit in quemquam [35] tantum scelus [34] heu! tua nobis
Pænè simul [36] tecum [37] solatia rapta, Menalca!
[38] Quis caneret [39] Nymphas? [38] quis humum florentibus herbis
[40] Spargeret? aut viridi [41] fontes induceret umbrâ?
[42] Vel quæ [43] sublegi tacitus tibi carmina nuper,
Cùm [44] te ad delicias [44] ferres [45] Amaryllida nostras?
Tityre, [46] dùm redeo (brevis est via) pasce capellas:
Et [47] potum pastas age, Tityre, & inter agendum
[48] Occursare capro ([49] cornu ferit ille) caveto.
MOE. [50] Immò hæc, quæ [51] Varo, necdùm perfecta, canebat,
Vare, tuum nomen ([52] superet modò Mantua nobis,
[53] Mantua væ [54] miseræ nimiûm vicina Cremonæ!)
[55] Cantantes [56] sublime ferent ad sidera [55] cycni.
LY. [57] Sic tua [58] Cyrneas fugiant [59] examina [58] taxos:
Sic [60] cytiso [61] distentent ubera vaccæ.

34 Potest ne quis esse tam sceleratus! Anaphora. 35 Ut te & Virgilium vita exstinctum eat. 36 Si tu fuisses interfectus. 37 Carmina solatiosa, quæ solatium adferre solent, fuissent adempta. 38 Quis, si tu raptus esses, caneret Galateam, Amaryllida, &c. Anaphora per interrogationem instituta. 39 Aquarum Deas. 40 Caneret sparsam. 41 Hypallage est: umbra enim fontibus inducitur, id est, fontibus umbras inductas caneret? 42 Vel quis componeret talia carmina, qualia, &c. 43 Surripui tacitè, secretò, latenter. Antimoria. 44 Proficiscereris, ires. 45 Romam. 46 Donec. 47 Impelle capellas, postquam pastæ sunt ad aquas, ut potent. 48 Ne occurses. Hellenismus. 49 Cornibus. 50 Immò potius dic, quis caneret hæc carmina quæ Menalcas canebat, id est, composuerat Varo, quamvis nondum perfecta essent? 51 In honorem Vari: de quo in Eclog. 6. *Te nostræ, Vare, myricæ, &c.* 52 Dummodo Mantua supersit ac reddatur veteribus ejus possessoribus. 53 Ab Mantua. Cum enim militibus Octavii assignatus ager Cremonensium, qui adversis partibus favissent, in divisionem non satis esset; Mantuani quoque agri pars donata est. Vide Argumentum. Pathos per exclamationem. Macrob. Sat. I. 4. c. 6. 54 Ob amissos agros. 55 Poëtæ. 56 In altum, ut cygni volant. 57 Sic precor, ut, &c. Obtestantis particula. Sic prosperè cedant mellificia, abundet lac. Sic Eclog. 10. v. 4. 58 Quaslibet arbores venenatas. *Cirnus* est insula in mari Mediterraneo, alio nomine dicta *Corsica*, in qua plurimæ taxi apibus noxiæ. 59 Fœturæ apum ruarum. 60 Frutice succoso & dulci. 61 Impleant lacte usque ad distentionem sua ubera.

Incipe si [62] quid habes, & me fecere Poëtam
[63] Pierides: sunt & mihi carmina: me quoque dicunt
[64] Vatem pastores: sed [65] non ego credulus illis.
Nam neque adhuc [66] Varo videor, nec dicere [67] Cinnâ
[68] Digna, sed [69] argutos inter strepere [70] anser [69] olores.
MOE. [71] Id quidem ago, & tacitus, Lycida, mecum ipse [72] voluto,
[73] Si valeam meminisse, [74] neque est ignobile carmen.
[75] Hùc ades, ô [76] Galatea: [77] quis est nam [77] ludus in undis?
[78] Hic ver [79] purpureum: [80] varios hic [81] flumina circùm
[82] Fundit humus flores: hic candida populus [83] antro
Imminet, & [84] lentæ [85] texunt umbracula vites.
Hùc ades: [86] insani feriant [87] sine litora fluctus.
LY. [88] Quid? quæ te [89] purâ [90] solum sub nocte canentem
Audieram? [91] Numeros memini, si verba tenerem.
MOE. Daphni, quid antiquos [92] signorum [93] suspicis ortus?
Ecce [94] Dionæi processit Cæsaris astrum:

62 Aliquid quod canas, id est, si quid carminis ad manum habes. 63 Musæ in Piero monte degentes. 64 Scil. *esse.* 65 Scil. *sum*, id est, non habeo illis fidem. 66 Oratore egregio. 67 Poëta eximio. 68 Quæ comparentur optimis illis Poëtis. 69 Canoros cygnos, id est suavissimos Poëtas. 70 Ut, tamquam anser, id est, Poëta malus. Non inepta modesti Poëtæ comparatio: allusum tamen ad Anserem ignobilem Poëtam qui scripsit Antonii gesta. 71 Certè ego conor incipere. 72 Agito, repeto. 73 An possim in memoriam mihi revocare carmen, quod incipere paro. 74 Et est dignum, quod noscatur, nobilissima enim est cantilena. Litotes. 75 Veni in terram. 76 Nympha Marina. 77 Quæ voluptas inmari esse potest? q. d. nulla. Interrogatio negandi vim habens. 78 In terris est. 79 Purpureis floribus ornatum. 80 Varii colores, & odoris. 81 Circum flumina. Anastrophe. 82 Metaphora à rebus liquidis. 83 Impendet, id est, in antrum declinat. 84 Flexibiles. 85 Contextu suo efficiunt umbras. 86 Furentes, aut magni & vehementes. Sic 2. Æn. *Quid tantum* insano *juvat indulgere labori?* Metaphora ab hominibus mente captis. 87 Permitte, scil. *ut.* Asyndeton. 88 Cur verò istà carmina non canis? 89 Serena. 90 Cùm solus esses. 91 Modos cantus, νόμων, rythmum versuum, si versus tenerem. 92 Siderum. 93 Sursum inspicis, cùm sit novus ortus admirandus. 94 Stella Julii Cæsaris, à *Dione*, Veneris matre, & Julo, Veneris nepote, oriundi, eluxit, apparuit.

As-

[95] Astrum, [96] quo [97] segetes gauderent frugibus, & [96] quo
[98] Duceret [99] apricis in collibus [100] uva [98] colorem.
[1] Insere, [2] Daphni, pyros: [3] carpent tua poma [4] ne-
potes.
[5] *Omnia* [6] *fert ætas*, [7] animum quoque: sæpè ego longos
Cantando, puerum memini me [8] condere [9] Soles.
Nunc [10] oblita mihi tot carmina: vox quoque [11] Mœrin
Jam [12] fugit ipsa: [13] lupi [14] Mœrin videre priores.
Sed tamen ista satis referet tibi sæpè [15] Menalcas.
LY. [16] Causando nostros [17] in longum [18] ducis amores:
[19] Et nùnc [20] omne tibi stratum [21] silet æquor, & omnes
(Adspice,) [22] ventosi ceciderunt murmuris auræ.
[23] Hinc [24] adeò media est nobis via: namque sepulcrum
Incipit apparere [25] Bianoris: hic, ubi densas
Agricolæ [26] stringunt frondes, hic, Mœri, canamus:
Hic [27] hœdos [28] depone: tamen [29] veniemus in urbem.

95 Anadiplosis. 96 Scilicet, *oriente*. 97 Herbæ satæ impleantur granis frugum propter maturitatem, id autem fit in Julio. 98 Atraheret colorem purpureum, id est, maturesceret. 99 Soli oppositis & calidis. 100 Seu hortis. 1 Planta, arbores. Synecdoche speciei pro genere. 2 Apostrophe. 3 Decernent. 4 Posteri tui. 5 Longæ vitas vitæ aufert, adimit secum omnia juventutis, vel corporis bona. 6 Enallage simpl. pro compos. 7 Memoriam quoque, & animi vires, nedum corporalia. 8 Consumpsisse. Enallage temporis. 9 Dies æstivos. Metonymia, efficientis pro effecto. 10 Oblivioni à me tradita sunt, exciderunt mihi præ senio. Enallage generis deponentis pro passivo. 11 Me. 12 Deficit ac deserit. 13 Ex opinione noxii luporum visus: qui homini, quem priores viderint, vocem ad tempus adimunt. Plin. lib. 8. c. 22. Theocr. 13. Idyl. Οἱ φθιγξῃ, λύκον ἴδες. 14 Obmutui, uti solent, quos lupi priores viderunt, Metonymia, antecedent. pro consequent. 15 Ipse Virgilius referet tibi satis ea, quæ desideras, carmina. 16 Causas prætexendo, tergiversando, & excusando incendis magis, intendisque desiderium meum tui audiendi. 17 Scil. *tempus*. 18 Differs carmina, quæ summoperè amo. Metonymia, subjecti pro adjuncto. 19 Invitat ab opportunitate. 20 Omnis locus æquus; sive in mari, sive in terrâ, sedatus & æquatus, tranquillus est in gratiam tuam, quo commodius canere possis. Metaphora, à ventis. 21 Quia nullus est ventus. 22 Sonori, id est, ventosæ procellæ sedatæ sunt. 23 Nos eundo absolvimus medium itineris, cum simus in media via. 24 Omninò. 25 Qui & Oenus dictus est, & Mantuam à se conditam à nomine matris suæ fatidicæ Mantûs dixit. 26 Abstrahunt, amputant ramos arborum luxuriantes. 27 Onus, donum Arrio missum. 28 De humeris. 29 Tempori, ac satis tempestivè.

Aut

Aut si, [30] nox pluviam ne colligat [31] antè, veremur,
Cantantes licet [32] usque ([33] minùs via lædet) eamus,
Cantantes ut eamus, [34] ego hoc te [35] fasce levabo. 65
MOE. Desine [36] plura, [37] puer: &, quod nùnc [38] instat,
[39] agamus:
Carmina tùm melius, cùm [40] venerit [41] ipse, canemus.

30 Ne circa noctem pluat. 31 Priusquam pervenimus in urbem. 32 Semper, assiduè. 33 Via offendet, & defatigabit nos minùs, quam si tristes incederemus: comes enim jucundus pro vehiculo est. 34 Ego portabo hœdos tuos. 35 Onere hœdorum tuorum, quos portas. 36 Scil. *expetere à me.* 37 Lycida. 38 Imminet, & urget nos, ut nostrorum agrorum possessori hœdos istos mittamus veniæ gratiâ. 39 Scil. *id.* 40 Ab urbe Roma, ut agros recipiat 41 Menalcas. Virgilius, auctor carminum nostrorum: alii Augustum intelligunt.

Ecloga X. cui nomen GALLUS.

ARGUMENTUM.

COrnelius Gallus eximius Poëta fuit, primusque Ægypti præfectus, qui cum Cytheride eidem meretricem, Volumnii libertam, quam Poëta hic Lycoridem vocat, perditè adamaret, neque illa mutuò amori responderet, sed, ipso spreto, Antonium in Galliam secuta esset, ægerrimè repulsam tulisse creditur. Eum itaque hac Ecloga consolatur Virgilius, sed ita, ut à pastoralibus personis, rusticisque comparationibus non secedat. Totum autem ferè hoc argumentum sumptum est ex Thyrside Theocriti, ubi similem Daphnidis amorem exsequitur.

[1] EXtremum hunc, [2] Arethusa, mihi [3] concede laborem.
Pauca [4] meo Gallo, sed quæ legat ipsa [5] Lycoris,
Carmina sunt dicenda: neget [6] quis carmina Gallo?
[7] Sic [8] tibi, cùm [9] fluctus subter labêre Sicanos,

1 Ultimum hoc carmen, quia non plura bucolica carmina confícere statui. 2 Nympha fontis Siculi. 3 Permitte. 4 Amico meo. 5 Amica ejus Cytheris. 6 Q. d. nemo, cùm sit Poëta eximius. 7 Sic, ex Elide, fugiens Alphæum fluvium, in Siciliam per occultas subter mare vias fluas pura, intemerata, nec mari permista v. 3. Æn. sub fine. 8 Aquis dulcibus. 9 Elues sub mari Siculo.

[10] Doris [11] amara [12] suam non intermisceat undam.
Incipe: [13] sollicitos [14] Galli dicamus amores:
Dum tenera [15] attondent [16] simæ [17] virgulta capellæ.
Non canimus surdis: [18] respondent omnia silvæ.
[19] Quæ [20] nemora, aut [19] qui vos saltus habuêre, puellæ
[21] Naïdes, [22] indigno cum Gallus amore periret?
Nam neque Parnasi vobis [23] juga, nam neque 24 Pindi,
Ulla [25] moram fecere, neque Aonia [26] Aganippe.
[27] Illum etiam [28] lauri, [27] illum etiam [29] flevêre [30] myricæ:
[31] Pinifer illum etiam [32] solâ sub rupe [33] jacentem
[34] Mænalus, & gelidi [35] fleverunt saxa [36] Lycæi.
Stant [37] & oves [38] circum, [39] nostri nec pœnitet illas:
[40] Nec te pœniteat pecoris, [41] divine Poeta.

10 Nereï conjux, filia Oceani, Nympharum mater, quam pro aqua marina posuit, sive ipso mari, per Metonym. subjecti possess. 11 Salsa. 12 Marinam, & ita amaram undam. 13 Sollicitudinis plenos, sollicitudinem adducentes. Metonymia, effecti pro efficiente. Hinc Ovid. 1. Ep. *Res est solliciti plena timoris amor.* 14 Quos Gallus in Lycoris confert. 15 Carpunt. Græcè *νείμετε.* 16 Nasum incurvum habentes. 17 Frutices. 18 Per echo & resonantiam vocis reddunt omnia nostra verba. 19 Polyptoton. 20 In quibus nemoribus, aut saltibus fuistis? Inter *nemora* & *saltus* hanc differentiam esse volunt, ut *nemus* dicatur silva non ita densa, in qua pecora pasci possunt, à Græco verbo *νέμω*, id est, *pasco*: *saltus* verò silva densior, quæ à feris non nisi saliendo transiri potest. 21 Nymphæ fontium, à *ναίω*, *stuo*. Apostrophe. 22 Tali viro, scil. cum meliori amore dignus esset. 23 Thorea, & Hyampeus, duo vertices Parnassi montis in Bœotia, Musis, & Apollini sacri. 24 Montis Thessaliæ etiam Musis sacri. 25 Detinuerunt vos. 26 Fons Bœotiæ, quæ & Aonia, propè Helicona, Musis sacrum, quem Poëtæ fabulantur factum ex ungulâ Pegasi equi alati: undè & Græcis *Hippocrene* dicitur, quasi τὸ ἵππου κρήνη, id est, *equi fons*. 27 Gallum. Anaphora. 28 Arbores sacræ Apollini Musarum præsuli. 29 Deflevêrunt. Simplex pro compos. 30 Id est, summi quique & infimi. 31 Pinus proferens. 32 Deserta, non habitata. Ter. Andr. *Venit alicunde med.tatus* ex solo *loco*. Idem Phorm. *Nonne hoc publicitus scelus hinc deportarier in* solas *terras*? 33 Quod desperantis amatoris est. 34 Arcadiæ mons. 35 Deplorarunt. 36 Montis Arcadiæ. 37 Etiam. 38 In circuitu, ubi Gallus amore languens decubabat. 39 Pastorum amantium, id est, neque tui, neque mei: tui nempè, amores tuos flentis: mei, amores tuos canentis. 40 Nec pudeat te pastoralia tractare. 41 Excellens.

Et

Et formosus oves [42] ad flumina pavit [43] Adonis.
Venit & [44] opilio: [45] tardi venêre subulci:
[46] Uvidus [47] hibernâ venit de glande Menalcas.
[48] Omnes, undè amor [49] iste, rogant, [50] tibi? venit [51] Apollo:
Galle, quid [52] insanis? inquit: [53] tua cura Lycoris,
Perque [54] nives [55] alium, perque [56] horrida castra secuta est.
Venit & [57] agresti capitis [58] Silvanus [57] honore,
Florentes [59] ferulas, & [60] grandia lilia [61] quassans.
Pan Deus Arcadiæ [62] venit, quem vidimus [63] ipsi
[64] Sanguineis ebuli [65] baccis, minioque [66] rubentem.
Ecquis erit [67] modus? inquit: amor non [68] talia curat.
[69] Nec lacrymis crudelis [70] amor, [69] nec gramina [71] rivis,
[69] Nec [72] cythiso saturantur apes, nec [73] fronde capellæ.
Tristis at [74] ille: Tamen [75] cantabitis, Arcades, inquit,
[76] Montibus hæc vestris: [77] soli [78] cantare periti
Arcades: ô mihi [79] tùm quàm mollitèr [80] ossa quiescant,
[81] Vestra meos olim si fistula dicat amores.
Atque utinam ex vobis unus, vestrique fuissem

42 Juxta. 43 Puer ille formosus plurimum à Venere dilectus. Ab exemplo. 44 Ovium pastor. 45 Stulti. 46 Madidus. 47 De glandium collectione, quæ fit hiberno tempore. 48 Rustici. 49 Tantum te Gallum invaserit. 50 Ad te consolandum. 51 Musarum præses. 52 Amore correptus furis? 53 Quæ cor tuum urit, quæ tantopere tibi curæ est. 54 Alpium. 55 Virum, scil. Antonium in Galliam, ut in Argumento. 56 Terribilia. 57 Ornatu silvestri, id est, corona frondea, qua caput cinctus veniebat Silvanus. Sic Horat. folia, sive frondes arborum, *silvarum honorem* appellavit. Od. 2. Epod. 58 Deum silvarum & agrorum. 59 Fruticis. 60 Pro modulo capitis. 61 Subindè concutiens. 62 Ad Gallum. 63 Nos pastores. 64 Sanguinei coloris. 65 Acinis. 66 Habentem faciem oblitam. 67 Finis amoris tui. 68 Qualia tu facis, id est, non mitigatur lacrymis misere amantium. 69 Anaphora. 70 Sc. *saturantur*. 71 Irrigatione. 72 Flore Cytisi. 73 Frondibus Cytisi. Synecdoche, numeri singularis pro plurali. 74 Gallus. 75 Hæc mea mala. 76 Scil. *in*. 77 Supra, Eclog. 7. 78 Cantandi. Hellenismus. 79 Ubi mortuus fuero. 80 Superstitiosæ antiquitati in votis erat terra levis, ut mollitèr ossa cubarent. Unde in sepulcris olim scribebatur. S. T. T. L. id est, *Sit tibi terra levis*. Ovid. in Didone: *Et patris Anchisæ mollitèr ossa cubent*. Martial. *Sit tibi terra levis, mollique tegaris arena*. 81 Si vos carmen de meis amoribus olim cecineritis. Metonymia, subjecti pro adjuncto.

Aut [82] custos gregis, aut maturæ [83] vinitor uvæ.
Certe, sive mihi [84] Phyllis, sive esset [84] Amyntas,
Seu quicumque [85] furor; ([86] quid tum, si fuscus Amyntas?
Et [87] nigræ violæ sunt, & [88] vaccinia [87] nigra)
Mecum inter salices, [89] lentâ sub vite, jaceret:
[90] Serta mihi Phyllis [91] legeret, cantaret Amyntas.
[92] Hic [93] gelidi fontes: [92] hic [94] mollia prata, [95] Lycori:
[92] Hic nemus: [92] hic ipso tecum [96] consumerer ævo.
Nunc [97] insanus amor duri [98] me [99] Martis in [1] armis,
[2] Tela inter media, atque [3] adversos detinet [4] hostes.
Tu procul [5] è patriâ ([6] nec sit mihi credere tantum)
[7] Alpinas, ah! dura, nives, & frigora [8] Rheni
Me sine sola vides: [9] ah, te ne frigora lædant!
[9] Ah, tibi ne teneras glacies [10] secet aspera [11] plantas!
[12] Ibo, & [13] Chalcidico quæ sunt [14] mihi condita versu,
Carmina [15] pastoris Siculi [16] modulabor avenâ.
[17] Certum est in silvis, inter [18] spelæa ferarum

82 Pastor pecudum. Urbes detestatur, ubi meretrices sunt perfidæ, & exitiosæ. 83 Vindemiator, ut scil. non inciderem in talem amorem. 84 Amica, aut amasius. 85 Amor vehemens, cura, deliciæ: furoris enim amor omnis plenus est: id est, sive quispiam alius esset mihi causa amoris. 86 Prolepsis. 87 Flores violarum nigri. 88 Eclog. 2. *Vaccinia nigra leguntur.* 89 Flexibili. 90 Flores, è quibus fierent serta. 91 Colligeret. Simplex pro composito. 92 Anaphora. 93 Refrigerativi. 94 Herbosa. 95 Apostrophe, ad amicam. 96 Consumi & mori velim toto tempore vitæ meæ. 97 Vehemens, homines reddens insanos. Metonym. effecti pro efficiente. 98 Gallum. 99 Belli. Metonym. efficientis pro effecto. 1 Quæ longè abhorrent à mollibus pratis. 2 Quæ longè discrepant à glandibus fortibus. 3 Nobis inimicos. 4 Qui discrepant à nemore amœno. 5 A patria. 6 Utinàm non credam tantam duritiem de te. 7 Quæ sunt in Alpibus, montibus Italiæ à Gallia & Germania dividentibus. 8 Fluvii Galliam à Germania dirimentis. 9 Scil. *cave*, Anaphora. 10 Dilaceret, vulnerer. 11 Pedes, pars pro toto. 12 Statuit sibi solatium, & remedium quærere à carmine, silvarum lustratione & venatu. 13 Gallus latinè reddiderat Euphorionis Chalcidensis carmina. 14 A me composita stilo Poëtæ Euphorionis Chalcidensis. 15 Theocriti Poëtæ Siculi. 16 Canam fistulâ. Metonymia, materiæ. 17 Omninò decrevi. 18 Speluncas, seu latibula.

Mal-

[19] Malle pati, tenerisque meos [20] incidere [21] amores
[22] Arboribus: [23] crescent [24] illæ, [25] crescetis amores.
[26] Interea [27] mistis lustrabo [28] Mænala Nymphis:
Aut [29] acres venabor apros: non me ulla vetabunt
Frigora [30] Parthenios canibus [31] circumdare saltus.
Jam mihi per [32] rupes videor, [33] lucosque sonantes
Ire: libet [34] Partho [35] torquere [36] Cydonia [34] cornu
Spicula: tamquam [37] hæc sit nostri medicina [38] furoris,
Aut [39] Deus ille [40] malis hominum mitescere discat.
[41] Jam nequè [42] Hamadryades rursus, nec carmina nobis
Ipsa placent: ipsæ rursus [43] concedite silvæ.
Non [44] illum nostri possunt mutare [45] labores:
[46] Nec si [47] frigoribus mediis [48] Hebrumque [49] bibamus,
[50] Sithoniasque nives hiemis [51] subeamus [52] aquosæ:
Nec si, cum [53] moriens altâ [54] liber aret in ulmo,
Æthiopum [55] versemus oves [56] sub sidere Cancri.

19 Hanc miseriam, quam in tali amore persistere. 20 Solebant veteres in corticibus arborum nomina deliciarum suarum notare. Sic Œnone apud Ovid. ad Paridem. *Incisæ servant à te mea nomina fagi, &c.* 21 Carmen de meis amoribus. Metonymia, subjecti pro adjuncto. 22 Arborum corticibus. 23 *Et quantum trunci tantùm mea nomina crescant: Crescite, & in titulos surgite ritè meos.* Ovid. Epist. Œn. 24 Arbores. 25 Polyptoton. 26 Dùm amores crescent. 27 Mixtus inter Nymphas. 28 Arcadiæ montem. 29 Veloces, feroces. Horat. Od. 2. Epod. *Aut trudit* acres *hinc, & hinc multâ cane Apros in obstantes plagas.* 30 Arcadios, à monte *Parthenio*, quem lustrant παρθένοι virgines Dianæ comites. 31 Obsidere. 32 Montes saxosos. 33 Nemora resonantia, id est: in Arcadia. 34 Arcu Parthico, in cujus extremis angulis cornu est. Primitivum pro derivativo. 35 Jaculari. 36 Cretensia: Cydon est è nobilibus Cretæ urbibus. 37 Venatio & ferarum sectandarum defatigatio. 38 Insani amoris. 39 Amoris Cupido. 40 Cruciatibus, miseriis hominum. 41 Æger animus mutat consilia. 42 Nymphæ, seu Deæ silvarum, ἅμα τοῖς δρυσὶ, natæ & denatæ. 43 Simùl cedite, valete cum Nymphis, & feris vestris. 44 Deum Cupidinem, vel amorem. 45 Mala mea. 46 Nec ille amor potest mutari, etiamsi, &c. 47 Media hieme, quando frigora solent esse intensissima. Metonym. effecti. 48 Aquam ex Hebro Thraciæ fluvio. Totum pro parte. 49 Bibam. Synecd. num. plur. 50 Thracias. 51 Ingrediar. 52 Aquam generantis. 53 Flaccescens. 54 Cortex arboris desiccatur præ calore. 55 Ducam ad nova pabula, pascam. 56 Tempore solstitii æstivi, quando sol est in cœlesti signo Zodiaci, quod Cancer dicitur.

Omnia vincit [57] *amor*: & nos [58] cedamus [57] amori.
Hæc sat erit, [59] Divæ, [60] vestrum cecinisse Poëtam,
Dùm sedet, & gracili [61] fiscellam [62] texit hibisco,
Pierides: vos [63] hæc facietis [64] maxima [65] Gallo:
Gallo, cujus amor tantum mihi crescit in [66] horas,
Quantum [67] Vere novo viridis [68] se subjicit alnus.
Surgamus: solet esse [69] gravis cantantibus umbra:
[70] Juniperi [69] gravis umbra: nocent, & frugibus umbræ.
[71] Ite domum, saturæ, [72] venit Hesperus, ite, [73] capellæ.

57 Polyptoton. 58 Locum demus. 59 O Musæ. 60 Me vatem vestrum, Virgilium lusisse, dum tenui argumento gracile carmen conficit. 61 Vas vimineum. 62 Componit. 63 Mea carmina. 64 Acceptissima. 65 Anadiplosis. 66 Singulas. 67 In principio Veris. 68 Se erigit. 69 Molesta. 70 *Arboribus primùm certis gravis umbra tributa est, Usque adeo capitis faciant ut sæpè dolores, &c.* Lucret. 6. l. 71 Ad stabula vestra. 72 Advesperascit, id est, jam opus ad finem perduximus. Significat ergo his verbis crepusculum, quod Ovid. 4. Metam. his tribus versibus circumlocutus est: *Jamque dies exactus erat, tempusque subibat, Quod tu nec tenebras; nec possis dicere lucem. Sed cum luce tamen dubia confinia noctis.* 73 Apostrophe & Anaphora.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS
GEORGICORUM
LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Propositio operis. Invocatio Numinum. Aratio. Eius præcognita arandi tempora: soli natura, & discrimina: novalis prærogativa. Sementis. Pestes Satorum. Agriculturæ origo. Instrumenta rustica. Operum rusticorum tempora, quæ à cœli, & siderum cognitione pendent. Tempestatum prognostica, à Sole & Luna. Prodigia quæ Jul. Cæsar. cadem secuta, præsagierunt civile bellum contra Brutum, & Cassium.

AD C. MÆCENATEM.

* I. QUid faciat [1] lætas segetes, [2] quo sidere terram
[3] Vertere, Mæcenas; II. ulmisque adjungere vites
Conveniat; III. quæ cura boûm, [4] qui cultus habendo
Sit pecori; IV. apibus quanta experientia [5] parcis:
[6] Hinc canere incipiam. [7] Vos, ô clarissima mundi 5
[8] Lumina, [9] labentem cœlo quæ [10] ducitis annum,
[11] Liber, & [12] alma Ceres, vestro si munere tellus

* Pulchra, & plena Georgicorum, & laborum, & librorum propositio, & divisio: ut argumentum sit libri 1. I. *Agriculturæ rationes, & tempora.* II. *Arborum plantatio, atque insitio.* III. *Pecoris curæ.* IV. *Apum, & mellificii ratio.* 1 Terras, aut herbas satorum seminum pingues: tunc enim segetem uberrimam ferunt; & ex ubertate oritur lætitia. 2 In cujus sideris ortu & occasu, quo tempore observatio: ex sideribus enim tempora colliguntur. 3 Arando. 4 Quæ cura, ac diligentia adhibenda sit pecori ovillo, caprillo & equino. 5 Frugi: quia mella custodiunt, & inventis abstinent, & nihil sine ordine conficiunt. 6 Deinceps. 7 Post propositionem rerum describendarum invocat Poëta diversa numina. 8 Sol & Luna, anni duces: *quorum motu tempora observantur à serentibus, ac condentibus*, inquit Varro. 9 Currentem, vel citò transeuntem. 10 Vicissim traducitis. 11 Inventores vini, & frugum: vestro siquidem beneficio & invento gens humana à glandium & aquæ usu ad pinguiorem frumenti & vini victum traducta est. 12 Altrix nostra.

[13] Chaoniam pingui glandem mutavit [14] aristâ,
Poculaque inventis [15] Acheloïa miscuit uvis;
Et vos, [16] agrestum [17] præsentia numina, [18] Fauni,
[19] Ferte simul [18] Faunique [19] pedem, [18] Dryadesque [20] puellæ,
[21] Munera vestra cano: [22] Tuque ô, cui [23] prima frementem
Fudit equum, magno tellus percussa tridenti,
Neptune; & [24] cultor nemorum, cui [25] pinguia Ceæ
Ter centum [26] nivei [27] tondent dumeta juvenci;
[28] Ipse, nemus linquens patrium saltusque Lycæi,
Pan, ovium custos, tua [29] si tibi Mænala curæ,
Adsis, O Tegeæ favens; oleæque, Minerva,
Inventrix; [30] uncique [31] puer monstrator aratri:
Et teneram [32] ab radice ferens, Silvane, cupressum:
Dîque, Deæque omnes, studium quibus arva tueri,
Quique novas alitis [33] non ullo semini fruges,
Quique [34] satis [35] largum cœlo dimittitis imbrem;

13 Epiroticam, qua homines, in silva Chaonia crescente, antè inventum frumentum, vescebantur. Κατ' ἐξοχήν & Synecdochice pro omni glande: uti &.... 14 Fruge maturâ, id est, frumento. 15 *Acheloïo pacula*, pro qualibet aquâ, respectu tamen habito ad hunc fluvium, qui primus omnium terra erupisse dicitur. 16 Agros colentium seu rusticorum. 17 Propitia & in terris degentia. 18 Bacchi comites, numina rustica, rerum silvestrium præsides, ad 2. l. 19 Adeste, convenite in auxilium meum. 20 Nymphæ arborum. 21 Inventa vestra, glandes & frondes quibus pascuntur pecora. 22 Neptune, cujus tridente percussâ terrâ, in certamine cum Pallade super Atheniarum nomine, produxit equum. 23 Generaliter quæ Deorum parens fuerit cum cœlo: vel quæ prima emerserit ante omnia elementa: vel speciali respectu ad Atticam, contentionis Nept. cum Pallade locum, quæ primam se, & antiquissimam terram gentemque prædicat. 24 Aristæe, pecorum in Ceâ insul. in mari Ægæo præses, ubi & reparasse apes diceris, ad l. 4. 25 Oves pingues reddentia. 26 Candidi. 27 Pascendo abrodunt loca dumis & spinis referta. 28 Pan præses pastorum, relicta Arcadia, in quâ Lycæus, & Mænalus Montes. Tegea oppidum, adsis. 29 Tametsi. 30 Incurvi, & uncum in stiva habentis. 31 Triptoleme, qui à Cerere edoctus in Attică primum, mox per orbem, agri colendi rationes sparsit. Alii Osyrim Ægyptium intelligunt. 32 Integram cupressum, radicitus evulsam. Nota ex fab. Cyparisii. 33 Quodam nativo alimento. 34 Ad utilitatem satorum, seu segetum. 35 Fœcunditatem largientem.

[36] Tuque adeò, [37] quem mox quæ sint habitura Deorum
Concilia, incertum est; urbisne invisere, Cæsar,
I. Terrarumque [38] velis curam, & te maximus orbis
Auctorem frugum, [39] tempestatumque potentem
Accipiat, cingens [40] maternâ tempora myrto;
II. An Deus immensi venias maris, ac tua nautæ
Numina sola colant; tibi serviat [41] ultima Thule;
Teque sibi generum [42] Tethys [43] emat omnibus undis;
III. Anne novum [44] tardis sidus te mensibus addas,
[45] Quâ locus Erigonem inter, [46] Chelasque sequentes
[47] Panditur; ipse tibi jam brachia contrahit ardens
Scorpius, & cœli [48] justâ plus parte [49] reliquit;
[50] Quicquid eris; (IV. nam te nec sperent [51] Tartara regem,
Nec tibi regnandi veniat [52] tam dira cupido:
[53] Quamvis Elysios miretur Græcia campos,
Nec [54] repetita [55] sequi curet [56] Proserpina matrem)

36 Auguste Cæsar, adsis. 37 Cujus serò tandem hinc ad Deos migrantis, in arbitrio est, in quorum numero velis esse Deorum. I. *terrestrium*. II. *marinorum*. III. *cœlestium*, *aut* IV. *inferorum*: quem tamen rejicit Poëta. 38 Sc. *assumere*, id est, an velis coli in urbibus ab his, qui eas inhabitant, tamquam eorum protector. 39 Tempestatum, aut temporum potentiam habentem. 40 Veneri sacra, è cujus stirpe Octavius Augustus enim originem habuit ab Julo, qui fuit filius Æneæ: cujus mater Venus. 41 Ultima Romanis tùm nota, nec vera tamen est, id est, extremi hominum. 42 Magna maris Dea. 43 Acciplat, comparet dote undarum omnium, quarum Deus efficieris. Ad Romanam consuetudinem uxoris capiendæ alludit. Tribus modis uxor habebatur, usu, farre, & coëmptione. 44 Æstivis: propter longissimos dies, & horas civiles. 45 Inter Virginem, & Scorpium plus æquo sibi in Zodiaco occupantem, vacare ait Augusto locum: in Libra scil. sub quo signo natus est, & ad cujus justitiam imperavit. 46 Brachia scorpii magnitudine sui corporis locum duorum signorum occupantis. 47 Aperitur. 48 Plus tibi tribuit partis, quam sibi relinquat, ut vix habeat, ubi maneat ipse Scorpius. 49 Ut novum sidus recipiat. 50 Quodcumque numen eris, sive terræ, sive maris, sive cœli. Conclusio est. 51 Inferorum loca. Rejectam vult inferni regni optionem, utcumque inferni Elysium à Græcis efferatur laudibus & à Proserpinâ supero cœlo prælatum fuerit. 52 Ut inferis dominari velis. 53 Quantum velit, admirando efferat beatorum loca. 54 A matre Cerere. 55 Nolit redire ad superos. 56 Jovis, & Cereris filia.

[57] Da facilem cursum, atque [58] audacibus [59] annue cœptis,
Ignarosque [60] viæ, mecum miseratus [61] agrestes
[62] Ingredere, & votis [63] jam nunc assuesce [64] vocari.
[65] Vere novo, gelidus [66] canis cum montibus humor
[67] Liquitur, & Zephyro [68] putris se glæba [69] resolvit,
[70] Depresso incipiat [71] jam tùm [72] mihi taurus [70] aratro
[73] Ingemere, & sulco attritus [74] splendescere [75] vomer.
Illa [76] seges demùm votis respondet avari
Agricolæ, [77] bis quæ solem, bis frigora sensit:
[78] Illius immensæ ruperunt [79] horrea messes.
[80] At priùs [81] ignotum [82] ferro quàm [83] scindimus [84] æquor,
[85] Ventos, & [86] varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac [87] patrios cultusque [88] habitusque locorum;
Et quid quæque ferat regio, & quid quæque [89] recuset.

57 Aspira mihi, fer mihi opem, cùm in cœlo es, ô Cæsar. Translatio est ab equis, vel à navigatione tracta. Facilem enim cursum habent nautæ, cùm aura aspirat. 58 Quia primus Latinorum Virgilius agriculturam carmine scripsit. 59 Fave annuendo. 60 Rationis & consuetudinis colendi. 61 Agricolas. 62 Accede, adsis ut numen. 63 Vivus: dùm adhuc in terris es: viventi enim divini honores habiti. Horat. *Præsenti tibi maturos largimur honores, Jurandasque tuum per nomen ponimus aras.* 64 Invocari à nobis. 65 Initio veris: cujus signa ponit nives solutas & glæbas putrescentes spiritu genitabilis Favoni. Hic incipit Poëta docere agriculturam, & primò quo tempore terra proscindenda sit. 66 Nive adhuc in vertice tectis. 67 Liquefit, dissolvitur. 68 Humefacta ac mollificata. 69 Aperit, dissolvitur. 70 Deorsum in terram profundè impresso vomere. 71 Eo tempore, in vere, id est, primo vere. 72 Cuivis aranti. 73 Mugitum edere, propter laborem. 74 Splendens fieri: attritus enim frequenti aratione rubiginem amittit. 75 Ferrum aratri, quod vomit terram. 76 Satio frugum consentit tandèm desideriis coloni cupidi. 77 Novalis ager, qui alternis cessat, & vacante anno proscissus hiberno pateat imbri, æstivo calori: sequenti deindè anno satus utrumque itidem patitur. 78 Agricolæ avari. 79 Loca, in quibus triticum ponitur. *Rumpi horrea* videntur, quando magnâ frugum copia distenduntur. 80 Præcognita agricolæ ac prædiscenda. 81 De quo nullum adhuc fecimus periculum. 82 Scil. *aratro*, id est, vomere. 83 Aramus. 84 Campum, agrum planum, ab *æquitate* dictum. 85 Qui venti pluviam, qui serenitatem allaturi sint, id est, sub quo vento sit bona aratio. 86 Varios motus stellarum, variam aëris influentiam antè intelligere. 87 Qui quorum libet patriæ seu loco nativo conveniant. 88 Et naturas, & qualitates regionum. 89 Scil. *ferre*, id est, non ferat, non gignat.

Hîc

Hìc segetes, illic [90] veniunt feliciùs uvæ:
Arborei fœtus alibi, atque [91] injussa virescunt
Gramina: nonne vides, croceos ut [92] Tmolus odores,
India mittit ebur, [93] molles sua thura [93] Sabæi?
At [94] Chalybes nudi ferrum, [95] virosaque [96] Pontus
[95] Castorea, Eliadum [97] palmas Epiros equarum?
[98] Continuò has leges, æternaque fœdera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primùm
[99] Deucalion [100] vacuum * lapides jactavit in orbem:
[1] Undè [2] homines nati, [3] durum genus. Ergo age, terræ
[4] Pingue solum primis extemplò à [5] mensibus anni
Fortes invertant tauri, glæbasque [6] jacentes
[7] Pulverulenta coquat [8] maturis Solibus æstas.
[9] At si non fuerit tellus fœcunda; sub ipsum
[10] Arcturum tenui sat erit [11] suspendere sulco:
[12] Illic, [13] officiant [14] lætis ne frugibus herbæ;

90 Fœcundius & uberius nascuntur 91 *Αὐτοφύη*, sponte suâ, nullo serente, aut cogente. 92 Mons Lydiæ, vitibus, & croco nobilis. 93 Arabiæ felicis populi, cujus Saba metropolis est, propter rerum copiam vita delicati. 94 Asiæ Minoris, ad Pontum, populi: *σιδηροτέκτονες*, undè *nudi*, ut 8. Æn. *& nudus membra Pyracmon.* 95 Medicamenta ex testiculis Castoris virus, id est, venenum quoddam habentia. 96 Insula. 97 Epirus producit equas palmis, & victoriis nobiles in certaminibus Olympicis juxta Elidem Achajæ urbem. 98 Quos habitus & ingenia alia aliis terris indidit rerum omnium parens natura, ab ipso Deucalionis diluvio & ipsa mundi origine. 99 Thessaliæ rex, Promethei filius, maritus Pyrrhæ. 100 Vastatum diluvii aquis, & hominibus carentem, quare de mundi restitutione Deucalion (qui solus cum Pyrrhâ supererat) Themidis oraculum adiit: quæ respondit, ut ossa magnæ Matris post tergum jacerent. * Post tergum jactos. 1 E quibus lapidibus. 2 Ex Deucalionis jactu mares, ex Pyrrhæ verò feminæ. 3 *Undè genus durum sumus experiensque laborum; Et documenta damus, quâ simus origine nati.* Ovid. Met. 1. 4 Pinguis ager primo vere altiùs proscindatur glæbeque inversæ exponantur solibus æstivis, quò tollantur herbæ noxiæ. 5 Januario & Februario. 6 Graves. 7 Plena pulveribus, ex magna siccitate. 8 Valdè fervidis, festinis. 9 Macer levitèr vomere stringatur sub auctumno, ne intereat penitus humor, qui exiguus erat in terra arenosa. 10 Qui oritur Cosmice, 12. die Septembris, quo tempore satio sit. 11 Suspensam tenere terram, id est, non arabitur, donec seminandum erit, nisi tenui sulco. 12 In pingui agro seu solo. 13 Noceant. 14 Benè provenientibus & fertilibus.

Hic,

[15] Hic, sterilem exiguus ne deserat humor [16] arenam.
[17] Alternis, [18] idem [19] tonsas [20] cessare [19] novales,
Et [21] segnem patiêre [22] situ durescere campum.
Aut ibi [23] flava seres, [24] mutato sidere, farra,
Undè priùs [25] lætum [26] siliquâ quassante legumen,
Aut tenues [27] fœtus [28] viciæ, [29] tristisque lupini
Sustuleris fragiles calamos, [30] silvamque sonantem.
[31] Urit enim lini campum [32] seges, urit avenæ,
Urunt [33] Lethæo perfusa papavera somno.
[34] Sed tamen alternis facilis labor : [35] arida tantum
Ne saturare [36] fimo pingui pudeat sola, ne-ve
Effœtos cinerem [37] immundum jactare per agros:
[38] Sic quoque [39] mutatis [40] requiescunt fœtibus arva.
[41] Nec nulla [42] intereà est [43] inaratæ [44] gratia terræ.
Sæpè etiam steriles incendere [45] profuit agros,
Atque [46] levem stipulam [47] crepitantibus [48] urere flammis:

15 In terra minus fecundâ, & macrâ. 16 Terram, quæ est arenæ persimilis. 17 Ovid. l. 1. de Pont. El. 5. *Quæ nunquam vacua solita est cessare novali, Fructibus assiduis lassa senescit humus.* 18 Qui suo tempore terram utramque arasti. 19 Messas terras de novo satas. *Hoc novale*, aut *hæc novalis* dicitur ager, qui alternis annis seritur. 20 Ab onere ferendi. 21 Infecundum, sterilem. 22 Lanugine obduci & durum fieri, ut vires recipiat. 23 Quæ flavescunt, dum matura sunt. 24 Alia anni tempestate. Si admittatur lectio *mutato semine*, liquidum erit. 25 Fertile, & pingue. 26 Tunicâ, aut theca leguminum concutiente pondere suo ipsum legumen, id est, si videris produxisse densum, & amplum legumen, poteris tempore suo inserere farra. 27 Proventus. 28 Ejus leguminis de genere lentis. 29 Amari antè maturitatem: allusum ad etymon Lupini ἀπὸ τῆς λύπης. 30 Scil. lupinorum virgulta. 31 Arefacit, consumit, exsiccat. 32 Stipula. 33 Papavera somnum, & oblivionem conciliantia, nec rarò letum. *Lethe* autem fluv. est Poëticus rerum oblivionem τὴν λήθην inducens: ut 6. Æneid. *Lethæo*, id est, oblivioso. 34 Id est, postquam annum cessaverit, poteris unde linum sustuleris, etiam farra serere. 35 Exhausta terra & effœta renovetur, fiatque fecundior, aut stercoratione: idque simo, aut cinere, qui solvit & calefacit, aut stipularum in arvo incensione: quin & ipsarum glæbarum. 36 Stercore. 37 Limosum, & pinguem. 38 Stercorando. 39 Si non idem genus frumenti, aut leguminis seratur continuè. 40 Non pinguescunt. 41 Nonnulla, & maxima. 42 Dùm cessat. 43 Non aratæ. 44 Relatio beneficii: quia se pinguem facit ad futuros proventus. 45 Utile fuit. 46 Desiccatam. 47 Quia stipula, quando comburitur, dat crepitum. 48 Adeòque terræ crematæ quattuor de causis remedia sunt & fructus: Ignis quippè vi.

Si-

I. Sive [49] indè [50] occultas vires, & [51] pabula terræ
Pinguia concipiunt; II. sive [52] illis omne per ignem
[53] Excoquitur vitium, atque [54] exsudat inutilis humor;
III. Seu plures calor ille vias, & [55] cæca relaxat
Spiramenta, novas veniat [56] quâ succus in herbas:
IV. Seu [57] durat magis, & [58] venas astringit hiantes;
Ne [59] tenues pluviæ, [60] rapidi-ve potentia solis
Acrior, aut Boreæ [61] penetrabile frigus [62] adurat.
[63] Multum [64] adeò, rastris glæbas qui frangit [65] inertes,
Vimineasque [66] trahit crates, juvat arva: neque illum
Flava Ceres alto nequicquam spectat [67] Olympo:
Et [68] qui, [69] proscisso quæ [70] suscitat [71] æquore [72] terga,
Rursus in [73] obliquum verso [74] perrumpit aratro,
[75] Exercetque [76] frequens tellurem, [77] atque imperat arvis.
[78] Humida solstitia atque hiemes orate serenas,
Agricolæ: [79] hiberno lætissima pulvere farra;
[80] Lætus ager: nullo tantum se [81] Mysia [82] cultu
Jactat, & ipsa suas mirantur [83] Gargara messes.

1. *Frigida macies sublevatur.* II. *Uligo exsudatur.* III. *Laxantur meatus ad succum, & genitalem aërem admittendum.* IV. *Adstringuntur ad arcendas pluvias nimias, calorem & frigus.* 49 Ab illa combustione, illis flammis. 50 Quæ ignorantur à nobis. 51 Nutrimento. 52 Terris. 53 Coquendo expellitur, & consumitur. 54 Evanescit. 55 Occultos resolvit meatus. 56 Scil. *parte*, id est, per quæ spiramenta. 57 Scilic. *ignis*. 58 Rimas condensat apertas. 59 Subtiles, & penetrabiles. 60 Attrahentis ad se cuncta. 61 Facilè penetrans. Sic Lucr. *penetrabile frigus, & manabile.* 62 Cum frigus calorem plantis innatum exstinguat, humoreque evocato, ut inarescant, faciat, idem præstat quod ignis: adeòque adurere dicatur. 63 Docet alios colendæ terræ modos, agrumque heri fertilem diligentia agricolæ. 64 Valdè. 65 Inutiles, infecundas, & quasi sine arte aliquid producendi. 66 Super glæbas. 67 Sc. *illum*. 68 Cœlo. 69 Priùs scisso & sulcato. 70 Sursum priùs levat. 71 Campo plano. 72 Superficiem, glæbas inversas. 73 In transversum. 74 Proscindit. 75 Neque frustra spectat illum qui exercet, &c. Sic Hor. 2. Ep. *Paterna rura bobus* exercet *suis*. 76 Frequentèr arando. 77 Et: Sic domat agros, ut sibi audientes faciat. 78 Æstiva, sc. æstates humidas, hiemes serenas. 79 Quia farra sunt fertilissima serenitate hiberna, qua pulvis per siccitatem producitur. 80 Ferax hiberno pulvere. 81 Regio est Hellesponti, nominata à Mysis, qui è Thracia illuc migraverunt: quæ subdita fuit Telepho: & posteà Teuthranti. 82 Proventu frugum, quantum scil. serenitate hiberna. 83 Oppidum ad radicem Idæ montis in Mysia, ut una, eademque sit ratio. Macr. 5. l. Sat. c. 20.

Quid

[84] Quid dicam, jacto qui semine [85] cominus arva
Insequitur, [86] cumulosque [87] ruit malè pinguis arenæ?
Deindè [88] satis [89] fluvium inducit, [90] rivosque sequentes?
Et, cùm [91] exustus ager [92] morientibus [93] æstuat herbis,
Ecce, [94] supercilio [95] clivosi tramitis, undam
[96] Elicit: [97] illa [98] cadens [99] raucum per [100] lævia murmur
Saxa ciet, [1] scatebrisque arentia temperat arva.
[2] Quid, qui [3] ne gravidis procumbat culmus aristis,
[4] Luxuriem segetum tenerâ [5] depascit in herbâ,
Cùm primùm sulcos [6] æquant sata? [7] quique paludis
Collectum humorem [8] bibulâ [9] deducit arenâ?
Præsertim [10] incertis si mensibus amnis abundans
[11] Exit, & [12] obducto latè tenet omnia limo,
[13] Undè cavæ tepido [14] sudant humore [15] lacunæ.
[16] Nec tamen (hæc cùm sint hominumque boümque labores,
[17] Versando terram, [18] experti) nihil [19] improbus anser,

84 Quid dicam de illo, id est, quantum ille prosit arvis. Prosequitur intentum, *quid faciat lætas segetes.* 85 De propè, & statim quasi concertis manibus. 86 Et dissipat, comminuit, invertit, eruit glæbas arenæ non pinguis, seu sterilis. Nam terra sterilis est similis arenæ. 87 Sic Georg. 2. *& ruit atram Ad cælum picea crassus caligine nubem.* 88 Segetibus. 89 Ad irrigandos agros. 90 Et aquas defluentes in agrum. 91 Nimio calore. 92 Languentibus præ nimiâ siccitate. 93 Nimium calescit, fervet. 94 Jugo, cacumine, summitate. Metaphora, ab homine. 95 Multos clivos habentis. 96 Educit. 97 Aqua. 98 Defluens. 99 Infractum. 100 Attrita seu polita. 1 Ebullitionibus. 2 Quid de illo dicam, quantum juvet arva, &c. 3 Ne in frondem luxurient sata, ubertatem nimiam pecore immisso depascit, detondetque. 4 Abundantiam pinguium culmorum. 5 Pascendo pecora absumit. 6 Cooperiunt per æqualem altitudinem. 7 Qui sulco ducto exsiccat arva, cavetque uliginem satis noxiam. 8 Multum aquæ bibente propter siccam terram. 9 Diminuit, aufert. 10 Si quâ mundatione, per menses vernos, & auctumnales, quorum tempestates haud ita certæ sunt, nunc pluviosæ, nunc sudæ, limo obducantur arva. 11 Se supra ripas, & limites suos latè effundit. Ovid. 1. Met. belle hoc, *Expatiata ruunt per apertos flumina campos.* 12 Superducto. 13 A quo limo. 14 Distillant. 15 Fossæ, seu receptacula aquarum, id est, in quæ se aqua colligit. 16 Postquam edocuit diligentiam agricolis in colendo agro servandam, subjungit misera eorum fata. 17 Arando & colendo. 18 Talia pericula supradicta. 19 Avidus, insatiabilis, nocens. Plin. 10. l. 15. c.

Stry-

[20] Strymoniæque grues, & amaris [21] intyba fibris
[21] Officiunt, aut [23] umbra nocet. [24] Pater ipse, colendi
Haud facilem esse [25] viam voluit, primusque per artem
[26] Movit agros, curis [27] acuens mortalia corda:
Nec [28] torpere gravi passus [29] sua regna [30] veterno.
[31] Ante Jovem nulli [32] subigebant arva coloni:
Nec signare quidem, aut partiri [33] limite campum
Fas erat: [34] in medium quærebant: ipsaque tellus
Omnia liberiùs, nullo [35] poscente, ferebat.
[36] Ille [37] malum [38] virus serpentibus addidit [39] atris,
[40] Prædarique lupos jussit, [41] pontumque moveri:
Mellaque decussit [42] foliis, [43] ignemque removit;
Et passim [44] rivis currentia vina repressit:
Ut varias [45] usus meditando [46] extunderet artes
Paullatim, & [47] sulcis frumenti quæreret herbam:
Ut silicis venis [48] abstrusum [49] excuderet ignem.
[50] Tùnc [51] alnos [52] primùm fluvii sensêre [51] cavatas:

20 Circa Strimonem, Thraciæ fluvium, versari solitæ. 21 Cichorea, cujus radix amara est. 22 Nocent. 23 *Nocent & frugibus umbræ*, ult. Eclog. 24 Juppiter. 25 Modum & rationem. 26 Aravit. 27 Accendens, excitans. 28 Pigrescere. 29 Homines sui temporis. 30 Inerti otio, tamquam segni lethargo. 31 Sub aureo Saturni ævo, priusquam ea Juppiter subegisset. Digreditur nunc in sæculi Saturnii, sivè aureæ ætatis descriptionem, quam opponit illi, quâ Juppiter rerum potius fuit. Semina tum primum longis Cerealia sulcis obruta esse & juvencos jugo pressos ingemuisse canit Ovidius, postquam Saturno in tartara misso, sub Jove mundus esse cœpit. 32 Arabant agros. 33 Termino ad dirimendos agros. Ovid. 1. Met. *Communemque prius, ceu lumina solis, & auræ, Cautus humum longo signavit limite mensor.* 34 In commune quærebant victum. 35 Imperante & urgente. Ovid. 1. Met. *alimentaque debita dives, Poscebatur humus.* 36 Juppiter argenteum auspicatus sæculum. 37 Est enim in numero ambiguorum: uti φαρμακον, *valetudo*, &c. 38 Venenum: ut homines invenirent artes, quæ caverent à venenis. 39 Nocivis. 40 Ut lupi prædarentur pecora, præsertim ovilla. 41 Mare per navigationem agitari. 42 Frondibus arborum. 43 Abstulit ignem mortalibus. Κρύψε δὲ πῦρ' Hesiod. 44 Per rivos fluentia. 45 Consuetudo, atque experientia. 46 Signate, quasi fabricaret artes, Agriculturam, Nauticam, Astronomicam, Venationem, Piscationem, Terrariam. 47 In sulcis, id est; per arationem. 48 Latentem. 49 Cudendo & concutiendo efficeret. 50 Ovid. 1. Met. *quæque diu steterant in montibus altis, Fluctibus ignotis insultavere carinæ.* Docet varia inventa per egestatem. 51 Navigia ex alnis cavatis. 52 Postquam Juppiter rerum penuriam induxerat.

Navita tùm stellis numeros & nomina fecit,
[53] Pleïadas, [54] Hyadas, [55] claramque Lycaonis [56] Arctoni
Tùm laqueis captare feras, & [57] fallere visco
Inventum, magnos [58] canibus circumdare saltus.
Atque alius latum; [59] fundâ [60] jam verberat amnem
[61] Alta petens; [62] pelagoque alius trahit humida [63] lina.
[64] Tùm ferri rigor, atque [65] argutæ lamina serræ:
(Nam primi [66] primi cùneis scindebant [67] fissile lignum)
Tum variæ [68] venêre artes: [69] *Labor omnia vicit*
[70] *Improbus*, & [71] *duris urgens in rebus* [72] *egestas*.
[73] Prima Ceres [74] ferro mortales [75] vertere terram
[76] Instituit: [77] cùm jam glandes atque arbuta [78] sacræ
[79] Deficerent silvæ, & victum Dodone [80] negaret.
[81] Mox & frumentis labor [82] additus: ut [83] mala [84] culmos
* Esset robigo, ** segnisque *** horreret in arvis

53 Septem stellas conglomeratas in dorso Tauri. 54 Septem stellas in fronte Tauri. 55 Quia stellas habet 21. aut illustrem, & multis versibus memoratam. 56 Helicen, ursam majorem. Ex Licaonis filia Calisto, Jovis pellice, fidus relatum in Septentrionem. Fab. nota ex Ovidio & Mythologis. 57 Scil. *aves*. 58 Venaticis. 59 Interea, dum venationi studet. 60 Retis genere quod ἀμφίβλαστρον. 61 Profunda, ubi majores sunt pisces. 62 E mari. 63 Retia è lino. 64 Deindè modus indurandi ferrum est inventus. 65 Stridulæ, sonoræ, dum quid ea secatur. 66 Scil. *mortales*. 67 Quod facilè findatur. 68 Excogitatæ sunt. 69 Durum necessitatis telum artes excudit. *Omnia conando docilis solertia vincit*. Manil. 1. l. Ἀπειρία μὲν τὰς τέχνας ἐγείρει, Αὐτὰ τῷ μόχθῳ δεδάσκαλος. Theocr. Idyll. 21. 70 Requietis impatiens, vehemens. Πονηρὸς ἀεὶ νέος, etiam in pericula & mala impellens: vel continuus, insatiabilis. 71 Quas durum est pati: vel, *duris*, id est, adversis, incommodis, infortunatis. Æn. 1. Res dura, & *regni novitas me talia cogunt moliri*. Sic *dura servitus*, *dura conditio*, &c. 72 Penuria. 73 Redit ad institutum suum, utagriculturæ auctorem significet, dicens Cererem eam invenisse. *Prima Ceres unco glebam dimovit aratro, Prima dedit fruges, alimentaque mitia terris*. Ovid. 5. Metam. 74 Quibuscumque instrumentis ex ferro factis. 75 Vertendo colere. 76 Docuit. 77 Cum arbutei fœtus, & glandes, quibus abundat nemus Dodonæum in Epiro jam deficerent, quo tantum cibo primi mortales vescebantur. 78 Jovi consecratæ. 79 Dessent. 80 Scilic. *mortalibus*. 81 Mox & pestes aliæ segetes novis vitiis, agricolas novis laboribus vexabant. 82 A Jove, qui agros *glendi haud facilem esse viam voluit*. 83 Perniciosa. 84 Scil. *frumenti*, quod prius lætius veniebat. * Ederet, consumeret: ab *edo*, *es*, *est*. Sic. 4. Æneid. *Est mollis flamma medullas*. ** Infecundus, & nihil boni adferens. *** Horridus staret propter spinas, quas habet.

Car-

Carduus: [85] intereunt segetes: [86] subit aspera silva,
Lappæque, tribulique: interque [87] nitentia culta
[88] Infelix lolium, & [89] steriles dominantur avenæ.
Quod nisi & [90] assiduis terram insectabere rastris,
Et [91] sonitu terrebis aves, & ruris [92] opaci
[93] Falce premes umbras, [94] votisque vocaveris imbrem:
Heu, magnum [95] alterius frustra spectabis [96] acervum,
[97] Concussàque [98] famen in silvis [99] solabere quercu.
[1] Dicendum, & quæ sint [2] duris agrestibus [3] arma,
Queis sine, nec potuêre seri, nec [4] surgere messes.
Vomis, & [5] inflexi [6] primum [7] gravi robur aratri,
[8] Tardaque [9] Eleusinæ matris [10] volventia [11] plaustra,
[12] Tribulaque, [13] traheæque, & [14] iniquo pondere rastri:
[15] Virgea [16] præterea Celei, vilisque supellex,
Arbuteæ crates, & [17] mystica vannus Jacchi:
[18] Omnia quæ [19] multò antè [20] memor provisa [21] repones,

85 Sata suffocantur, postquam is horrere cœpit. 86 Subsequitur, succedit multitudo herbarum, satorum incrementum impediens. 87 Pulcherrimas segetes. 88 Zizanium infelicitatem pariens. Id. versus habetur Eclog. 5. 89 Sterilem terram facientes. 90 Assiduè eradicaveris herbas noëivas. 91 Arcus, aut vocis; aut tinnitu aliquo. *πουον δρυόβοσσι τιθεῖς.* Hesiod. 92 Arboribus circumsepti. 93 Cultro incurvo exscindes, coërcebis, amputando ramos arborum segetibus incumbentes. 94 Diis factis. 95 Vicini tui, qui eam diligentiam adhibuit. 96 Frumenti. 97 Agitata ad habendam glandem. 98 Farris inops, glande famam inertem expiabis. 99 Mitigabis. 1 Postquam docuit, quomodò & quâ diligentiâ terra sit colenda, docet quibus armis seu instrumentis. 2 Labore induratis & malo assuetis agricolis in agro degentibus. 3 Instrumenta. Enumerat autem ad arationem quatuor, ad messem totidem. 4 Crescere in altum fruges. 5 Incurvi. 6 *Sc. est.* 7 Ponderosum lignum. 8 Tardè. 9 Cereris, ab *Eleusi*, urbe Atticæ, ubi Ceres, à Celeo rege hospitio excepta, filium ejus Triptolemum agriculturam docuit. 10 Scilicet, *se*, aut volubilia. 11 Vehicula, scil. *sunt rusticis necessaria.* 12 Instrumenta triturandi. 13 Trahæ, id est, instrumenta, quæ trahuntur sine rotis. 14 Grandi aut inæquali, quia secundum terræ qualitatem dentes & pondus habent. 15 Vasa ex arbuto, vimine, virgis, scil. crates, vanni, &c. quorum texturam & usum Celeus à Cerere accepit. 16 Scil. *est rusticis habenda.* 17 Ad purgandam quidem frugem, sed quorum usus in mysticis Bacchi sacris sollemnis & frequens. 18 Scil. *instrumenta.* 19 Quàm utaris. 20 Indigentiæ præteritæ. 21 Condes, locabis in repositorio suo.

Si te [22] digna [23] manet [24] divini gloria ruris.
[25] Continuò in silvis magnâ vi [26] flexa domatur
In burim, & curvi formam accipit ulmus aratri.
[27] Huic [28] à stirpe pedes [29] temo protentus in octo,
[30] Binæ aures, [31] duplici aptantur dentalia dorso.
[32] Cæditur & tilia [33] antè [34] jugo levis, altaque fagus,
[35] Stivaque, quæ [36] currus à tergo [37] torqueat imos,
Et suspensa [38] focis [39] explorat robora fumus.
Possum multa [40] tibi [41] veterum præcepta referre,
Ni refugis, [42] tenuesque piget cognoscere curas.
[43] Area [44] cùm primis ingenti [45] æquanda [46] cylindro,
Et [47] vertenda manu, & [48] cretâ solidanda tenaci:
Ne [49] subeant herbæ, neu [50] pulvere victa fatiscat;
Tùm variæ [51] illudant pestes: sæpè exiguus mus
Sub terris posuitque domos, atque horrea fecit:
Aut [52] oculis capti fodêre cubilia talpæ:
Inventusque [53] cavis bufo, & quæ plurima terræ
Monstra ferunt: populatque ingentem [54] farris acervum
[55] Curculio, atque inopi metuens formica senectæ.

22 Præstans. 23 Exspectat, aut delectat. 24 Beati, quod Dii aliquando coluêre: aut fertilis. 25 Statim. 26 Incurbatur in buris, id est, incurvamenti aratri usum. 27 Buri. 28 Ab ultima parte. 29 Lignum oblongum, ad quod rotæ connectuntur, extensum ad longitudinem octo pedum. 30 Duo ferra, aut ligna latiora, in morem aurium utrimque affixa, ut latiorem sulcum faciant. 31 Et ligna, in quibus vomer infigitur, duplici angulo, cùm sint quadrangularia, applicantur huic aratro. 32 Amputatur. 33 Priusquam opus sit eâ uti. 34 Ad jugum, id est, ut ex eâ fiat jugum. 35 Manicula, quâ tenetur aratrum, à *stando* dicta. 36 Quia prius apud Antiquos subjiciebantur rotæ aratris. 37 Torquendo dirigat. 38 Juxta fumarium. 39 Siccet. 40 Auditori. 41 Qui de Agricultura scripserunt. 42 Vilium rerum. 43 Ubi frumenta terantur. 44 Super omnia, præcipuè. 45 Complananda. 46 Lapide terete, & volubili. 47 Tractanda ac subigenda, versanda. 48 Argilla firmanda. 49 Succedant, seu suboriantur in aream. 50 Siccitate obsitâ, aut debilitata affatim hiscat & aperiatur rimis. 51 Nocent, decipiunt ipsum agricolam varia monstra pestifera, quæ messes prædantur. 52 Organa habentes, sed non usum. Talpis quippe oculorum effigies inest, si quis prætentam detrahat membranulam. Plin. 11. 1. cap. 37. & Aristot. 3. de anima, cap. 1. 53 In cavernis terræ. 54 Frumenti: posuit enim speciem pro genere. 55 Vermis, frumenti rapax.

Con-

[56] Contemplator item, cùm se [57] nux [58] plurima [59] silvis
Induet in florem, & ramos curvabit olentes:
[60] Si superant fœtus, [61] pariter frumenta sequentur,
[62] Magnaque cum magno veniet tritura calore.
At si [63] luxuriâ foliorum [64] exuberat umbra,
[65] Nequicquam pingues palea teret area culmos.
[66] Semina vidi equidem multos [67] medicare [68] serentes,
Et [69] nitro [70] priùs, & nigrâ perfundere [71] amurcâ,
[72] Grandior ut fœtus siliquis [73] fallacibus esset.
[74] Et quamvis igni exiguo properata maderent,
Vidi [75] lecta diu, & multo [76] spectata labore,
[77] Degenerare tamen; ni [78] vis humana quotannis
[79] Maxima quæque manu [80] legeret: [81] sic omnia fatis
In pejus ruere, [82] ac retrò sublapsa referri
[83] Non aliter, quàm qui [84] adverso [85] vix flumine [86] lembum
Remigiis [87] subigit, si brachia forte [88] remisit,
Atque illum in [89] præceps [90] prono rapit alveus amni.

56 O agricola. Interserit breve prognosticon, quo futuræ messis ubertatem prædiscere possimus. 57 Amygdalus. 58 Longissima. 59 In silvis florebit. 60 Si tunc fructus amygdalyni abundant. 61 Pari mensura, seu superabundanter. 62 Tanta erit frugum copia, ut tritura ipsa ad totius æstatis calorem produci possit. 63 Abundantia inutili. 64 Abundat. 65 Non pingues, id est, plus habentes paleæ, quam grani. 66 Fabarum. Docet hìc Poëta, quo pacto fruges validiores fiant. 67 Medicamento juvare. 68 Seminatores. 69 Sale. 70 Quam serantur. 71 Fæce olei. 72 Grandius granum. 73 Alias fallacibus futuris. 74 Quamvis igni lento macerata concoquerentur, ut indè properarent proventum. 75 Semina electa. 76 Probata. 77 Minora & deteriora fieri. 78 Prudentia. 79 Scil. *semina*. 80 Eligeret. 81 Sic vidi, aut solent omnia decidere in deterius naturali quadam malignitate. *Damnosa quid non imminuit dies? Ætas parentum, &c.* Horat. 3. lib. Od. 6. natura pessum ruente. 82 Et quæ ceciderunt, decrescere & pejorescere. 83 *Sic cùm gravatam navita adversâ ratem propellit undâ, cedit in vanum labor, Et victa prono puppis aufertur vado.* Senec. Hip. 84 Contra fluxum ac impetum fluminis. 85 Cum labore ac difficultate summa. 86 Scapham seu naviculam piscatoriam. 87 Sursum agit & impellit. 88 Retraxit à remigando. 89 Profundum & locum periculosum. 90 Defluenti.

[91] Prætereà tàm sunt [92] Arcturi sidera [93] nobis,
[94] Hœdorumque dies servandi, & lucidus [95] Anguis,
Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis
[96] Pontus & ostriferi [97] fauces tentantur Abydi.
[98] Libra [99] die somnique pares ubi fecerit horas,
Et medium luci atque [1] umbris jam dividit orbem:
Exercete, [2] viri, tauros: serite hordea campis,
Usque sub extremum [3] brumæ [4] intractabilis imbrem.
Necnon & lini segetem, & [5] Cereale papaver
Tempus humo tegere, & jamdudùm [6] incumbere aratris,
Dùm siccâ tellure licet, dùm nubila [7] pendent.
[8] Vere fabis satio: tum te quoque, [9] Medica, [10] putres,
[11] Accipiunt sulci, & [12] milio venit [13] annua cura:
[14] Candidus [15] auratis [16] aperit cùm cornibus annum
Taurus, & [17] adverso cedens Canis [18] occidit [19] astro.

91 Ostendit Poëta, non solùm terrarum & seminum diligentem curam agricolis necessariam, sed & astrorum observationem. 92 Stellæ lucidæ, primæ magnitudinis inter crura Boötæ. 93 Qui rem rusticam, & agrariam tractamus. 94 Stellarum duarum obscurarum in sinistrâ Erichtonii parte, sub capra stella primæ magnitudinis. 95 Qui insinuatus circumvolvitur duas Arctos. 96 Euxinus, sese à Mæotide palude ad Bosporum Thracium extendens. 97 Introitus. Hellespontus interfluens Sestos & Abydos ostreis nobilem. 98 Æquinoctio autumnali. Lucanus eadem sententia de æquinoctio autumnali: *Tempus erat quo Libra pares examinat horas, Non uno plus æqua die, noctique rependit Lux minor hybernæ verni solatia damni.* 99 Antiquo more dictum pro *die*. 1 Noctibus. 2 O fortes agricolæ. 3 Brevissimæ tempestatis dierum ac lucis. 4 Propter gelu: quia tunc non aratur. 5 Candidum, quod Cereri, id est, pani conficiendo admiscetur. 6 Operam dare arationi. 7 Suspensa sunt in aëre minantia pluviam imminentem, id est, priusquam pluat. 8 Tempus opportunum sationi est fabis tempore verno. 9 Herba equos pascens, à Media, ubi abundat, nomen habens. 10 Resoluti per hiemale frigus, & Favonii spiramenta ac stercorationem. 11 Id est, tu tunc quoque sereris tempestivè. 12 Legumine illi, modicis, sed plurimis granis fertili. 13 Quæ singulis annis innovari vult: cum Medica unicâ semente duret annos 10. 14 Cùm Sol Taurum ingressus, Aprili medio, annum aperit. 15 Quæ aurata habere fingitur propter fulgorem potissimum. 16 Resolvit solum, quotannis tunc resolvi solitum. 17 Cujus aversus est incessus. 18 Heliacè, & xv. Cal. ad ipsas Calendas Majas, & oppositè. 19 Tauro.

[20] At si [21] triticeam in messem, robustoque farra
[22] Exercebis humum, solisque [23] instabis [24] aristis:
Antè tibi [25] Eoæ [26] Atlantides [27] abscondantur,
[28] Gnosiaque ardentis [29] decedat [30] stella Coronæ,
[31] Debita quàm sulcis [32] committas semina, quàmque
[33] Invitæ properes [34] anni spem credere terræ.
Multi ante occasum [35] Maiæ [36] cœpere: sed illos
Exspectata seges [37] vanis [38] elusit aristis.
Si verò viciamque seres, vilemque faselum,
Nec [39] Pelusiacæ curam aspernabere lentis;
[40] Haud obscura [41] cadens mittet tibi signa Boötes.
Incipe, & ad [42] medias sementem extende [43] pruinas.
[47] Iccircò certis dimensum partibus orbem
Per [44] duodena regit mundi Sol [45] aureus [44] astra.

20 Docet nunc quo tempore frumentum seras. 21 Ut indè triticum metas. 22 Coles & arabis. 23 Instanter incumbes. 24 Triticeis & farreis motendis, id est, non petis legumina, sed frumenta. 25 Orientales, aut matutinæ. 26 Pleïades, seu Vigiliæ, ex Pleïone & Atlante genitæ, id est, septem stellæ nominibus Atlantidum insignitæ. 27 Occidant, ita ut non amplius eas videas, id est, die 28. Octobris. 28 Corona Ariadnes filiæ Minois, regis Cretæ, cujus Gnosos oppidum. 29 Recedat à Sole, id est, oriatur Heliacè medio Octobri. 30 Lucidissima præ ceteris: nam *stellâ vincitur una Circulus in medio radians*, &c. Manil. lib. 1. 31 Antequam seras. 32 Credas: tamquam depositum. Tib. l. 1. El. 7. *Primus inexpertæ* commisit *semina terræ*. 33 Coactæ imperiis agricolarum: non sponte sua; aut adhuc naturaliter refugienti. 34 Messis, id est, semen. 35 Pleïadum, quarum Maja est una. 36 Scil. *serere*. 37 Parum grani, aut nihil habentibus. 38 Decepit. 39 Quæ in Pelusio in Ægypto, uno è septem ostiis Nili, præcipua & plurima nascitur. 40 Clara indicia sationis faciendæ dabit. 41 Cosmicè occidens. Nam quarto Nonas Octobris Auriga occidit manè. Colum. 11. lib. 2. capit. 42 Ad mediam hiemem. 43 Ut discernamus tempora. Quia Poëta ostendit agricolis siderum quorumdam ortus, & occasus observandos, docet sphæram cœlestem in duodecim signa divisam, & terram in quinque Zonas. Lege Ovid. Met. 1. & Tib. l. 4. 44 Signa Zodiaci, quæ Sol cursu suo emensus, anni tempestates variat. Signa hæc sunt: *Aries, Taurus, Geminis, Cancer, Leo, Virgo, Libraque, Scorpius, Arctenens, Caper, Amphora, Pisces*. 45 Splendidas.

[46] Quinque [47] tenent cœlum [48] Zonæ; quarum [49] una [50] corusco
Sempèr sole rubens, & torrida semper ab [51] igni:
Quam circum extremæ dextrâ lævaque [52] trahuntur
[53] Cærulea glacie [54] concretæ atque imbribus [55] atris.
[56] Has inter, [57] mediamque, [58] duæ [59] mortalibus ægris
Munere concessæ Divûm: via [60] secta [61] per ambas,
[62] Obliquus quâ se signorum verteret ordo.
[63] Mundus ut ad Scythiam, [64] Riphæasque arduus [64] arces
[65] Consurgit, premitur Libyæ devexus in Austros.
[67] Hic vertex nobis semper [68] sublimis: at [69] illum
[70] Sub pedibus [71] Styx atra videt, [72] manesque profundi.

46 Dividitur cœlum, ut & terra subjacens, in quinque circulos, seu partes, quas Zonas vocant. Media inter Tropicos Sole verticali calet, inde *Torrida*, id est, adusta, dicta. Duæ hinc indè extremæ polo alterutri subjiciuntur; hæc, dextra, *Arctica*, glacie torpet; illa, sinistra, *Antarctica*, imbribus madet. Inter mediam utraquè ex parte, & extremas illas jacent duæ aliæ temperatæ & habitabiles. *Neque enim mediam duasque extremas habitari credebant Veteres.* 47 Circumcingunt, occupant. 48 Circuli cœlum, terramque, veluti cingula quædam cingentes, ζωνη enim Latinè est circulus: estque spatium terræ interpositum inter duos Tropicos, vel inter alterutrum Tropicorum, & vicinum circulum Polarem, vel alterutrum circulum Polarem, & proximum punctum Polarem. 49 scil. media. 50 Rutilante. 51 Cœlesti, quem ex directo supra se habet: quare à Græcis διαπεραυνιν dicitur. 52 Extendentur, ducuntur. 53 Marini coloris. 54 Congelatæ. In fine regionis Septentrionalis perpetua est glacies. 55 Densis & nubilosis. Æstate in Scythia multum pluit. 56 Extremas. 57 Scil. torridam. 58 Scil. *aliæ Zonæ*. Explanat hos versus Macrob. in Somn. Scip. l. 2. c. 8. 59 Miseris & laboriosis hominibus: Ἀνολοῖσι βροτοῖσι. 60 Facta, divisa. 61 Inter ambas, ab utroque Tropico per Æquatorem signat obliquam Solis orbitam per Zodiacum. 62 Per quam viam Zodiacus se circumageret. 63 Orbis cœlestis. 64 Sublimitates montium Riphæorum, qui sunt in Scythia Septentrionem versus. 65 Elevatur. 66 Ita premitur declivis in Australem regionem Libyam versus. 67 Scythicus, seu Septentrionalis vertex, seu Polus Arcticus. 68 Nobis Septentrionalibus elevatur Polus Arcticus, quantum sub Horizonte nostro premitur Antarcticus ad Ἀντιχθονας: quorum sedem ignara vetustas manibus & Tartaro designavit. 69 Australem verticem, seu Polum Antarcticum. 70 Scil. *Nostris*, id est, apparet Antipodibus nostris. 71 Palus infernalis. 72 Dii inferi.

Ma-

Maximus [73] hic flexu [74] sinuoso elabitur [75] anguis
Circum, perque duas in [76] morem fluminis [77] Arctos,
[78] Arctos Oceani [79] metuentes [80] æquore tingi.
[81] Illic, ut perhibent, aut [82] intempesta silet nox
Semper, & [83] obtentâ densantur nocte tenebræ:
Aut [84] redit à nobis Aurora, diemque reducit:
Nosque ubi primus equis [85] oriens afflavit [86] anhelis,
[87] Illic sera rubens accendit lumina Vesper.
[88] Hinc [89] tempestates [90] dubio prædiscere cœlo
Possumus: hinc [91] messisque diem, [92] tempusque serendi:
Et quandò [93] infidum remis [94] impellere marmor
Conveniat: quandò [95] armatas [96] deducere classes;
Aut [97] tempestivam silvis [98] evertere pinum.
Nec frustrà signorum [99] obitus speculamur, & ortus,
Temporibusque parem [1] diversis quattuor annum.
[2] Frigidus agricolam si quando [3] continet imber,
[4] Multa, forent quæ [5] mox cœlo properanda sereno,

73 In Septentrione apud Polum Arcticum. 74 Annuloso. 75 Draco. 76 Similitudinem. 77 Ursas, majorem, & minorem. 78 Anadiplosis. 79 Cavente tingi, ut quæ numquam tinguntur, quia vicinæ polo elevatio. Nota est Junonis imprecatio. *Ne puro tingatur in æquore pellex.* Ovid. 2. Met. Sic, *pennâ metuenti solvi.* Hor. 2. l. 2. Ode, quæ numquam solveretur. 80 Planitie, seu æqualitate mergi. 81 Ibi autem in polo Meridiano apud Antipodas aut perpetua caligat nox, aut si quam habent lucem, à nobis ad illos per vices demeat, ita ut illorum vesperum nostra excipiat aurora. 82 Nulli rei faciendæ opportuna. 83 Longâ. 84 Scilic. *illuc.* 85 Scil. *Sol.* 86 Anhelantium in ascensu arduæ, *quâ vix manè recentes Enituntur equi.* 87 In meridie apud Antipodas. 88 Ex astrorum observatione. 89 Qualitates futuras temporum, pluvias & serenitatem. 90 Exsistente incerto, & nondum indicante, quæ futura sit tempestas, quia serenitatem sæpè dubia sequitur tempestas. 91 Messis tempus, quæ prior est in intentione. Al. *mensisque dies.* 92 Quod prius est in exsecutione. 93 Nulli servans fidem, id est, periculosum. 94 Diverberare mare, quod *marmor* appellatur propter albas spumas. 95 Instructas velis, remis, rudentibus. Sic 4. Æn. *Armari classem, cursumque parari.* 96 A litore. 97 Tempestivè cædendam, ne ligna termites exedant. 98 Incidere. 99 Occasus. 1 Ex quattuor diversis temporibus constantem, vere, æstate, auctumno, & hieme. 2 Cum frigore cadens. 3 Domi, ne possit exire ad agriculturam. 4 Plurima quæ alias occupato agricolæ per serenum fuerant properanda, jam per otium pluviale mature conficere licebit. Vide Agel. 10. l. 11. c. & Macrob. 7. l. 8. c. 5 Paullo post.

Maturare datur: durum [6] procudit arator
Vomeris [7] obtusi [8] dentem; [9] cavat arbore lintres;
Aut [10] pecori signum, aut [11] numeros impressit [12] acervis;
Exacuunt alii [13] vallos, furcasque [14] bicornes,
Atque [15] Amerina parant [16] lentæ [17] retinacula viti;
Nùnc facilis [18] Rubeâ texatur [19] fiscina virgâ:
Nùnc [20] torrete igni fruges, nùnc [21] frangite saxo.
Quippe etiam festis quædam exercere diebus,
[22] Fas & jura sinunt: rivos [23] deducere nulla
Religio vetuit; segeti [24] prætendere sepem;
[25] Insidias avibus moliri; incendere vepres;
[26] Balantumque gregem fluvio [27] mersare [28] salubri.
Sæpè [29] oleo tardi [30] costas agitator aselli
Vilibus aut onerat pomis, [31] lapidemque [32] revertens
Incisum, aut atræ massam [33] picis urbe reportat.
Ipsa dies alios [34] alio dedit ordine Luna
Felices [35] operum: [36] quintam fuge: [37] pallidus Orcus,
Eumenidesque satæ: tùm partu terra [38] nefando

6 Acuit. 7 Hebetis ex opera longa. 8 Partem anteriorem, quæ mordet ut dens, cui infigitur. 9 Arbores cavabit in scaphas. 10 Ovium. 11 Modiorum, ut proventus rationem facere possit. 12 Frumenti in horreis reconditi. 13 Palos, seu stipites & sudes, pedamenta futura vitium & arborum: infra l. 2. *Quadrifidasque sudes & acuto robore vallos.* 14 Bina cornua habentes. 15 Ex Ameriâ Umbræ opp. saligna vimina. 16 Flexibili. 17 Ligamina. 18 A Rubis Italiæ opp. vel è rubo frutice vitibus apto. 19 Vas vimineum, quo res feruntur, cujus diminutivum est *fiscella*. 20 Desiccate. 21 Mulcte. 22 Fas ad Deos & religionem spectat, jura ad homines. 23 Festis diebus rivos amnium, aut fontium detergere licet, novos fodere non licet. Macrob. 3. l. c. 3. 24 Opponere munimentum contra bestias. 25 Capere aves, quæ segetes depopulantur. 26 Oves. 27 Ut curetur scabies: non ut purgetur lana, ibid. 28 Salutem & incolumitatem afferenti. 29 Quod venum fert. 30 Dorsum. 31 Molarem, cudendo asperatum, quo uruntur in molendis frugibus. 32 Ex urbe. 33 Cujus maximus agricolis usus ad vasa condenda, picanda, &c. 34 Diverso. 35 In operibus perficiendis. 36 Scilic. *lunam.* 37 Quia umbrarum Deus Pluto, ab *urgendo* dictus, quasi *urgens*, & furiæ infernales, Alecto, Tisiphone & Megæra natæ sunt tunc luna quinta. 38 Detestando, pernicioso.

Cœum-

[39] Cœumque [39] Iapetumque [40] creat, sævumque [32] Typhœa,
Et [41] conjuratos cœlum [42] rescindere [43] fratres.
Ter sunt conati imponere [44] Pelio [45] Ossam,
Scilicèt, atque [46] Ossæ [47] frondosum [48] involvere [49] Olympum:
Ter [50] Pater [51] extructos [52] disjecit fulmine montes.
[53] Septima post decimam felix, & ponere vitem,
Et [54] prensos domitare boves, & [55] licia telæ
Addere: nona [56] fugæ melior, contraria furtis.
[57] Multa adeò gelidâ melius se nocte [58] dedêre,
Aut cùm Sole [59] novo terras irrorat [60] Eoüs.
Nocte leves meliùs stipulæ, nocte arida prata
[61] Tondentur: noctis [62] lentus non [63] deficit humor.
Et [64] quidam seros hiberni ad luminis ignes
[65] Pervigilat, ferroque faces [66] inspicat acuto.
[67] Interea longum cantu solata laborem,
[68] Arguto conjux [69] percurrit [68] pectine telas:
Aut dulcis musti [70] Vulcano decoquit humorem;
Et [71] foliis undam trepidi despumat aheni.
[72] At rubicunda [73] Ceres medio succiditur æstu,

39 Gigantes θυμάχας, *magnum manibus rescindere cœlum Conjuratos.* 6. Æneid. 40 Procreavit. 41 Qui conjuraverant. 42 Scindendo disrumpere. 43 Terræ filios, γηγενεῖς in genere, *vel* Oethum, & Ephialtum. 44 Thessaliæ monti. 45 Alium montem non longè distantem. 46 Pelio jam impositæ. 47 Umbrosum, quia arboribus consitum. 48 Volvendo superingerere. 49 Montem in confinibus Thessaliæ 50 Juppiter. 51 Ut cœlum pertingerent. 52 Prostravit. 53 Scil. *luna*, id est, decima septima est opportuna simul ad ponendas vites, &c. 54 Captos. 55 Fila, id est, telam ordiri. 56 Fugientibus è captivitate, bello ab hoste, &c. benè cedens: non ita furibus, qui tum tum deprehendi, observati sunt. 57 Docebit jam, etiam nocturno tempore quædam peragenda esse. 58 Exhibuerint se operanti. 59 Jam recens orto. 60 Solis equus. Synecd. vel Lucifer diei prænuncius. 61 Metuntur, secantur. 62 Lente decidens. 63 Absumitur. 64 Vindemiator. 65 Totam noctem vigilat. 66 In formam spicarum facultas cultro incidit, acuitque. 67 Dum maritus inspicat faces. 68 Subtili instrumento ad pectenda stamina. 69 Texturam exercet. 70 Igni purgat & absumit. 71 Ramo pampinoso. 72 Docebit, jam quæ calorem, & serenitatem postulent. 73 Cereales fruges medio die & æstu merendæ, torrendæ, atque in area terendæ.

Et medio [74] tostas æstu terit [75] area fruges:
[76] Nudus ara, sere nudus: hiems [77] ignava colono.
[78] Frigoribus, parto agricolæ plerumque fruuntur,
[79] Mutuaque inter se læti convivia curant:
[80] Invitat genialis hiems, curasque resolvit;
[81] Ceu pressæ cùm jam portum tetigêre carinæ,
Puppibus & læti nautæ imposuêre [82] coronas.
[83] Sed tamen & [84] quernas glandes tunc [85] stringere tempus,
Et lauri baccas, oleamque, [86] cruentaque myrta.
Tùnc gruibus [87] pedicas, & retia ponere cervis,
[88] Auritosque [89] sequi lepores: tum [90] figere damas,
Stuppea [91] torquentem [92] Balearis [93] verba fundæ,
Cùm nix alta jacet, [94] glaciem cùm flumina [94] trudunt.
[95] Quid tempestates auctumni, & [96] sidera dicam?
Atque ubi jam [97] breviorque dies, & [98] mollior æstas,

74 Desiccatas calore solis. 75 Locus ad trituram frugum. 76 Tempore, quo pluvia nudus esse possis. Γυμνὸν σπείρειν, γυμνὸν δὲ βοωτεῖν. Γυμνὸν δὲ ἀμᾶσθαι præcipit Hesiodus scil. ante hibernum frigus, quo torpet agricola. 77 Inutilis. 78 Per mediam verò hiemem, fruatur partis: convivationibus & Genio liberè indulgeat. 79 Reciproca, nunc hic, nunc ibi. 80 Hiems voluptuosa, & genio indulgere cohortans allicit agricolas ad lætiùs vivendum. 81 Non secùs ac nautæ, ubi portum appulerunt, naves pretiosâ onustas merce læti coronant. Quod & à portu solventibus factitatum probat idem versus repetitus 4. lib. Æn. 82 Tamquam signa, quod large potaturi sint, quia id facturi *crateras magnos statuunt, & vina coronant.* 83 Quin & hiems ipsa sua habet opera, studia, & præmia, dum stringendis baccis glandique aucupio & venationi intenti sunt agricolæ. 84 In quercubus crescentes. 85 Decerpere, colligere, 86 Matura rubra. 87 Laqueos pedum. Horat. Od. 2. Epod. *Aut trudit acres hinc, & hinc multâ cane Apros in obstantes plagas: Aut amite levi rara tendit retia, Turdis edacibus dolos, Pavidumque leporem, & advenam laqueo gruem, Jucunda captat præmia.* 88 Quibus magnæ sunt aures pro modulo corporum. 89 Venari. 90 Transfigere & jaculari. 91 Complicantem. 92 Hispanicæ, id est, qua Balcares in extremis Hispaniæ oris plurimum valent. *Baleares* enim Insulæ duæ sunt in mari Mediterraneo, quarum incolæ fundatores erant peritissimi: ut quibus id unum ab infantia studium. 33 Flagella. 94 Cùm flumina glaciei crustas supernatantes impellunt, ac protrudunt. 95 Postquam docuit Poëta agricolæ nullo tempore res agraria tuta est: quolibet enim tempore tempestates oriri possunt. 96 Tempestatem tunc concitantia. 97 Quam in auctumno. 98 Minor seu remisior calor.

Quæ

Quæ [1] vigilanda viris? vel cùm [2] ruit imbriferum ver:
[3] Spicea jam campis cùm messis [4] inhorruit, & cùm
Frumenta in viridi stipulâ [5] lactentia turgent?
Sæpè ego, cùm [6] flavis messorem induceret arvis
Agricola, & fragili jam [7] stringeret hordea [8] culmo,
Omnia ventorum concurrere prælia vidi:
Quæ [9] gravidam latè segetem ab radicibus imis
[10] Sublimè expulsam eruerent: [11] ita turbine nigro
[12] Ferret [13] hiems culmumque levem, stipulasque volantes.
Sæpè etiam immensum cœlo [14] venit agmen aquarum,
Et [15] fœdam [16] glomerant tempestatem imbribus atris
Collectæ ex [17] alto nubes: [18] ruit arduus æther,
Et pluviâ ingenti sata [19] læta, [20] boumque labores
Diluit: implenter fossæ, & [21] cava flumina crescunt
[22] Cum sonitu, [23] fervetque fretis spirantibus æquor.
Ipse [24] Pater, mediâ nimborum in [25] nocte, [26] coruscâ
Fulmina [27] molitur dextrâ, quo maxima [28] motu
Terra tremit: [29] fugêre feræ, & mortalia corda
Per gentes [30] humilis stravit pavor: ille [31] flagranti
Aut [32] Atho, aut [33] Rhodopen, aut alta [34] Ceraunia telo

1 Observanda agricolis. 2 Præceps cadit in agro ver assiduis imbribus madens. 3 In spicas formata. 4 Rigida & aspera facta est. 5 Lacte plena, & dulcia, ac mollia adhuc tumescunt, id est, in fine veris, & in principio æstatis. 6 Aristis maturis flavescentibus, id est, cùm jam instaret tempus messis, quo minimè sperantur venti, & maximè obsunt, quia grana excutiunt. 7 Secaret. 8 Habentia culmum fragilem. 9 Oneratam & plenam granis. 10 In altum exstirparent, aut exstirpare possent. 11 Et vidi, quod ita, &c. 12 Advehheret. 13 Tempestas hæc autumnalis, procella. 14 Descendit, aut decidit impetus, copiâ aquarum. 15 Nocivam. 16 In globi aut glomeris formam præcipitant. 17 Aëre vel potius mari. 18 Superior aër in nubem collectus præceps cadit. 19 Pinguia. 20 Et quæ labore boum, & fertilitate terræ jam parata erant madefacit. 21 Quia siccitate exhausta. 22 Aquarum præcipitantur defluentium. 23 Et mare fit fervidum, undè *fretum* dictum volunt, cùm *fervet* æquor: fluctibus ferventibus procellas excitantibus. 24 Juppiter. 25 Obscuritate. 26 Coruscante. 27 Cum mole, & pondere excitat. 28 Quo impetu fulminis & tonitru maxima terræ pars tremit. 29 In speluncas suas. 30 Humiles efficiens. 31 Ardenti. 32 *Athon*, montem Macedoniæ. 33 Montem Thraciæ. 34 Montes altissimos Epiri.

De-

Dejicit : [35] ingeminant Austri, & [36] densissimus imber :
[37] Nunc nemora ingenti vento, nunc litora [38] plangunt.
[39] Hoc metuens, [40] cœli menses & [41] sidera serva;
[42] Frigida Saturni sese [43] quò stella receptet :
Quos [44] ignis cœli [44] Cyllenius erret in [45] orbes.
In primis venerare Deos, atque annua magnæ
Sacra [46] refer Cereri, lætis [47] operatus in herbis,
[48] Extremæ sub casum hiemis, jam vere sereno.
Tunc agni pingues, & tunc [49] mollissima vina,
Tunc [50] somni dulces, densæque in montibus umbræ.
[51] Cuncta tibi [52] Cererem pubes [53] agrestis adoret,
Cui tu lacte [54] favos, [55] & miti dilue Baccho;
Terque novas circum [56] felix eat [57] hostia fruges;
Omnis quam [58] Chorus, & socii comitentur [59] ovantes,
Et [60] Cererem clamore [61] vocent in [62] tecta : neque antè
[63] Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quàm Cereri, [64] tortâ [65] redimitus tempora [66] quercu,
Det [67] motus incompositos, & [68] carmina dicat.

35 Scil. *se*, id est, fiunt majores, & multiplicantur. 36 Copiosus. 37 Aliquando. 38 Rauco fragore resonant. 39 Ne talis tempestas te imparatum obruat. 40 Duodecim signa cœli. 41 Influentias syderum. 42 Ab effectu. 43 In quam partem cœli. 44 Stella Mercurii nati in Cyllene, monte Arcadiæ. Quia metuenda est tempestas nociva, nec opibus humanis repelli potest, imploranda docet Deorum auxilia. 45 Circulos, & sphæras. 46 Iterum offer. 47 Sacris te divina facta, lacte, melle, vino. *Operari* enim sæpiùs pro sacrificare usurpatur Tibul. l. 2. El. 5. *Tunc* operata Dei *proles discumbit in herba*, Hor. Od. 14. l. 3. *Unico gaudens mulier marito Prodeat justis* operata *Divis*. 48 In fine hiemis, & in principio veris. 49 Dulcissima & suavissima. 50 Quia minor sollicitudo est agricolis. 51 Pulchra descriptio ritus sacri Ambarvalis pro frugibus facti. 52 Deam frugum. 53 Rustica. 54 Mella. 55 Et Baccho suavi, id est, mulso misce. 56 Eximia, aut pinguis. 57 Porca, eaque gravida. Cujus causam exponit Ovid. 1. Fast. *Prima Ceres avidæ gavisa est sanguine porcæ. Ulta suas merita cæde nocentis opes. Nam sata vere novo teneris lactentia succis Eruta setigeræ comperit ore suis.* 58 Multitudo pubescentium, aut canentium. 59 Læti, & hilares. 60 Ipsas fruges. 61 Carmine orent, ut salva domum veniat messis & abundans. 62 Horrea sua. 63 Cultrum messorium, qui incurvus est. 64 Convolutâ in morem coronæ aut ferri. 65 Habens tempora capitis sui redimita. 66 In memoriam glandis, quâ vescebantur mortales ante Cerer. beneficium. 67 Rudes, & sine arte saltationes. 68 Hymnos cantet de laude Cereris.

[69] Atque hæc ut certis possimus discere signis,
[70] Æstusque, pluviasque, & [71] agentes frigora ventos:
[72] Ipse Pater statuit, quid [73] menstrua Luna moneret:
[74] Quo signo caderent Austri: [75] quid sæpè videntes
Agricolæ, propius stabulis armenta tenerent.
[76] Continuò, [77] ventis surgentibus, aut [78] freta ponti
I. Incipiunt [78] agitata tumescere, II. & [79] aridus altis
Montibus audire fragor; aut III. resonantia longè
Litora [80] misceri; & IV. nemorum [81] increbescere murmur.
[81] Jam sibi tùm curvis [83] malè temperat [84] unda carinis,
V. Cùm medio celeres revolant ex [85] æquore [86] mergi,
[87] Clamoremque ferunt ad litora; cumque VI. [88] marinæ
In [89] sicco ludunt fulicæ; VII. notasque paludes
Deserit, atque altam supra volat ardea nubem.
VIII. Sæpè etiam stellas, vento impendente, videbis
[90] Præcipites cœlo [91] labi, noctisque per umbras
Flammarum longos à tergo albescere [92] tractus:

69 Postquam docuit Poëta tempestatem metuendam, & sacrificiis avertendam, docet certis signis noscitandam. 70 Vehementes calores. 71 Impellentes. 72 Ipse Deus statuit tempestatum prognostica, ex novæ Lunæ facie, singulis mensibus, nec minùs... 73 Mensium constitutrix, aut quæ singulis mensibus suum perficit signum. 74 Ex ortu & obitu signorum & siderum, quæ vel tollere, vel ponere ventos solent. Hic autem *caderent* significat ruerent, incumberent, & ciendas tempestates, potiùs quam cessarent, ponerentque, quo sensu sæpius usurpatur. 75 Signum. 76 Neque astra observata solùm, sed & usus & experientia. I. *Tumor maris dabit certa prognostica.* II. *Fragor è montibus.* III. *Mugitus fluctuum à litore.* IV. *Murmur nemorum.* V. *Mergorum ad litora frequens volatus.* VI. *Fulicarum in terrâ lusus.* VII. *Ardearum subvolatus.* VIII. *Tractus stellarum cadere visarum.* IX. *Paleæ, & frondium volatus.* X. *Plumarum in aquis lusus.* 77 Dum venti surrecturi sunt. 78 Undæ maris commotæ. 79 Qualis est in aridis frondibus. 80 Perturbari. 81 Crebrum fieri. 82 Docet alia tempestatum prognostica. 83 Non parcit sibi; nec abstinet se. 84 Maris. 85 Ubi futuram noscunt tempestatem. 86 Aves, à *mergendo* dictæ. 87 Et cum clamore volant. 88 *Marinæ*, id est, in mari versari solitæ. 89 Arenâ litoris. 90 *De cœlo stella sereno, Quæ si non cecidit, potuit cecidisse videri*, Ovid. 2. Metam. 91 Ferri: nam non cadunt, sed videntur cadere. 92 Discursus stellarum.

Sæ-

IX. Sæpe [93] levem paleam, & frondes [94] volitare caducas:
X. Aut summâ nantes in aquâ [95] colludere plumas.
[96] I. At Boreæ de parte [97] trucis cùm fulminat, & cùm
[97] II. Eurique Zephyrique tonat domus; omnia plenis
Rura [98] natant fossis, atque omnis navita [99] ponto
Humida vela legit: numquam [1] imprudentibus imber
Obfuit. III. aut [2] illum [3] surgentem vallibus imis
[4] Aëriæ fugêre grues; IV. aut [5] bucula cœlum
Suspiciens, [6] patulis captavit naribus [7] auras;
[8] V. Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo;
VI. Et [9] veterem in limo ranæ cecinêre querelam.
VII. Sæpiùs & [10] tectis penetralibus extulit [11] ova
[12] Angustum formica terens [13] iter: VIII. & [14] bibit ingens
[15] Arcus; IX. & è pastu decedens agmine magno
Corvorum [16] increpuit [17] densis [18] exercitus alis.
X. [19] Jam varias [20] pelagi volucres, & quæ [21] Asia circùm
Dulcibus in stagnis [22] rimantur prata [23] Caystri,

93 Desiccatam. 94 Per aëra ferri. 95 In morem ludentium agitare se nunc huc, nunc illuc, occultâ vi ventorum. 96 A prognosticis ventorum transit ad prognostica pluviarum, quæ numerat duodecim. I. II. III. &c. infrà *numquàm te crastina fallet Hora nec insidiis*, &c. 97 Terribilis, id est, septentrionali regione. 98 Aquis obruuntur & inundantur. 99 Ex pluvia, quæ subsecuta est, madefacta vela colligit. 1 Tàm multa, tàm certa & manifesta sunt pluviæ, & tempestatum prognostica, ut neminem non clarè, & abundè præmonitum, ut neminem improvidum deprehendant. 2 Imbrem. 3 Orientem aut venturum. 4 In altum se tollentes. 5 Juvenca. 6 Multum patentibus. 7 Spiritum, ventum. 8 Canora. 9 Allusum aut ad fabul. Æsopi de ranis conquestis de Jove, qui ciconiam iis in regem dederat: aut ad Lyciorum, à Latonâ in ranas mutatorum, querelam, 6. Metam. Ovid. 10 Cavernulis arcanis. 11 Verita ne madefiant. 12 Angustam viam. 13 Hoc ex opinione & errore vulgi recepto, haurire sc. Irim aquam cornibus suis, & eâ nutriri: cum illa fiat ex reflexu radiorum solis ad nubem resolutam, Solique in aspectu nostro oppositam. 14 Scil. cœlestis, id est, Iris. 15 Crepitum & stridorem fecit. 16 Conjunctis. 17 Grex. 18 Imminente pluviâ, quam arcus pluvialis collegerat. 19 In mari versari solitas. 20 Asiana prata, quæ adjacent Asiæ paludi. 21 Pascuntur. 22 Fluvii in Mœonia.

Cer-

Certatim largos humeris infundere [23] rores;
Nunc caput [24] objectare fretis, nunc currere in undas,
Et [25] studio [26] incassum videas [27] gestire [28] lavandi.
XI. Tùm cornix plenâ pluviam vocat [29] improba voce,
Et [30] sola in siccâ secum [31] spatiatur arenâ.
XII. [32] Nèc [33] nocturna quidem [34] carpentes [35] pensa puellæ
[32] Nescivere hiemem; [35] testâ cùm ardente viderent
[36] Scintillare oleum, & putres concrescere [37] fungos.
[38] Nèc minùs [39] ex imbri [40] Soles, & [41] aperta serena
[42] Prospicere, & certis poteris cognoscere signis.
I. Nam neque [43] tùm stellis [44] acies [45] obtusa videtur;
II. Nèc [46] fratris radiis [47] obnoxia surgere Luna;
III. Tenuia nèc [48] lanæ per cœlum vellera ferri.
IV. Non tepidum ad Solem pennas in litore [49] pandunt
[50] Dilectæ Thetidi Halcyones: V. non ore [51] solutos
Immundi meminêre sues jactare [52] maniplos.
VI. At nebulæ magis ima petunt, campoque recumbunt:
VII. Solis & occasum [53] servans, de culmine summo
[54] Nequicquam seros exercet [55] noctua cantus.
VIII. Apparet liquido sublimis in aëre [56] Nisus,

23 Aspersiones aquarum. 24 Immergere mari ferventi. 25 Cupiditate. 26 Frustra. Neque enim admittunt aquam plumæ cygneæ. 27 Gesticulatione quadam ludicrâ, & desiderium suum indicare. 28 Scil. *se*. 29 Insatiabilis. 30 Sine aliarum avium comitatu. 31 Deambulat. 32 Et benè sciverunt futuram tempestatem pluvialem, ab ὑω, *pluo*. 33 Lanam quam noctu carpunt. 34 Deducentes. 35 Lucernâ fictili, lampade testaceâ. 36 Scintillas quasi injecta aqua emittere. 37 Excrementa circa funem, seu elychnium candelæ & lampadis, sive fungorum figuras ex fuligine. 38 Postquam docuit varia signa futuræ tempestatis, docet signa futuræ serenitatis novem. I. II. III. &c. 39 Post imbrem, post pluvias. 40 Apparitionem solis, & serenitatem. 41 Loca cœli & aëris nullis nubibus cooperta. 42 Prævidere. 43 Quando futurum est serenum. 44 Aspectus. 45 Tenebrosa, sed pura & clara. 46 Phœbi, seu Solis. Latonæ quippe è Jove liberi. 47 Cui obnoxia est, quia ab eo illuminatur. 48 Neque tenues nubeculæ tamquam vellera lanæ. 49 Explicant. 50 Quibus nidificantibus & fœtum excludentibus Dii maris tranquillum præstant mare: unde *Halcedonia* dicta. 51 Dissipatos. 52 Fasciculos stramentorum. 53 Observans. 54 Non. 55 Avis noctu volare solita canit. 56 Avis illa, in quam Nisus, Megarensium rex, conversus fingitur, in summo puro aëre volitat. Fab. Nisi & Scyllæ nota est ex Virgilii Ciri, & Ovid. 8. Met.

IX. Et pro [57] purpureo [58] pœnas dat [59] Scylla capillo.
[60] Quacumque [61] illa [62] levem [63] fugiens [64] secat æthera pennis,
Ecce inimicus atrox magno [65] stridore per [66] auras,
Insequitur Nisus: quâ se [67] fert Nisus ad auras,
Illa [68] levem fugiens raptim secat æthera pennis.
Tùm [69] liquidas corvi [70] presso ter gutture voces,
Aut quater ingeminant: & sæpe [71] cubilibus altis,
Nescio qua præter solitum dulcedine læti
Inter se foliis strepitant: [72] juvat, imbribus [73] actis,
[74] Progeniem parvam, dulcesque revisere nidos.
[75] Haud equidem credo, quia sit [76] divinitùs [77] illis
[78] Ingenium, aut rerum [79] fato prudentia [80] major.
Verum ubi tempestas, & [81] cœli [82] mobilis humor
[83] Mutavere vias, & [84] Juppiter humidus Austris
Densat, erant quæ [85] rara modò, & quæ densa [86] relaxat;
Vertuntur [87] species animorum, & pectora [88] motus
[89] Nunc alios, [90] alios, dùm [91] nubila ventus [92] agebat,
Concipiunt: [93] hinc ille avium [94] concentus in agris,
Et lætæ pecudes, & [95] ovantes gutture corvi:

57 Quem pater consecratum habebat. 58 Quia profligatur à patre. 59 Filia Nisi. 60 Scil. *parte.* 61 Scylla. 62 Purum. 63 Patrem Nisum. 64 Dividit, id est, volat per aërem. 65 Alarum plausu. 66 Aërem. 67 Apertè volat. 68 Celerem patrem Nisum. 69 Canoras, claras, ut facilè serenitatis indicium agnoscas. Horat. Od. 29. l. 1. *præcipe lugubres Cantus Melpomene, cui* liquidam *pater Vocem cum cithara dedit.* 70 Rauco. 71 Nidus qui sunt in arboribus, aut rupibus. 72 Delectat eos. 73 Fugatis. 74 Pullos. 75 Neque ista brutis altitibusque præsagia à prudentia, sed à naturali aëreæ affectionis subindè mutatæ sensu. 76 A Divina providentia intusa. 77 Jam dictis bestiis. 78 Usurpatur etiam vox *ingenii* in rebus inanimatis. Sic Virg. 2. Georgic. *Qui locus arvorum ingeniis.* 79 Voluntate Deorum. 80 Quam hominibus. 81 Aëris. 82 Mutabilis. 83 Abierunt & aliò se receperunt. 84 Aër. Sic 2. Georg. *Et jam maturis metuendus* Juppiter *uvis.* Horat. Od. 1. l. 1. *manes sub* Jove *frigido Venator teneræ conjugis immemor.* 85 Paullò antè. 86 Aperit. 87 Qualitates & naturæ in brutis. 88 Affectus. 89 Tempore serenitatis futuræ. 90 Et alios concipiebant. 91 Nubes tempestiferas. 92 Impellebat. 93 Ex hac animorum cum tempestate immutatione. 94 Melodia, aut symphonia nascitur. 95 Lætè crocitantes.

[1] Si verò Solem ad [2] rapidum, Lunasque [3] sequentes
Ordine respicies, numquam te [4] crastina fallet
[4] Hora, neque [5] insidiis noctis capiêre serenæ.
[6] Luna revertentes cùm primum colligit ignes,
I. Si [7] nigrum obscuro [8] comprenderit aëra cornu;
Maximus agricolis, [9] pelagoque parabitur imber.
II. At si [10] virgineum [11] suffuderit ore ruborem;
Ventus erit: [12] vento semper rubet [13] aurea Phœbe.
Sin [14] ortu quarto (namque is certissimus auctor)
III. [15] Pura, [16] nec obtusis per cœlum cornibus [17] ibit;
Totus & ille dies, & qui nascentur [18] ab illo,
[19] Exactum ad mensem, pluviâ ventisque carebunt:
Votaque [20] servati [21] solvent in litore nautæ
[22] Glauco, & [23] Panopeæ, & [24] Inoo Melicertæ.
[25] Sol quoque & exoriens, & cùm [26] se condet in undas,
[27] Signa dabit: Solem certissima signa sequuntur,
Et quæ manè [28] refert; & quæ [29] surgentibus astris.
I. Ille ubi [30] nascentem [31] maculis variaverit [32] ortum
II. Conditus in nubem, III. medioque refugerit orbe;
Suspecti tibi sint imbres: namque [33] urget ab alto
Arboribusque [34] satisque Notus pecorique [35] sinister.

1 Docet certissima signa ex Solis & Lunæ observatione haberi. 2 Velocem. 3 Futuras, aut succedentes ordine naturali. 4 Dies postridianus. 5 Quæ pluvio exitu claudunt noctem initio serenam. 6 Nova renascens. I. *Pallida Luna pluit.* II. *Rubicunda flat.* III. *Alba serenat.* 7 Nimbosum. 8 Habuerit post novilunium. 9 Nautis pelagum frequentantibus. 10 Qualis in virginibus esse solet. 11 Forinsecus expresserit. 12 Futuro. 13 Pulchra Luna. 14 Die quarto post novilunium: qui certissimus est reliqui mensis index, quod tamen negant auctores alii. 15 Clara, sine circulo densi aëris. 16 Nec obscuris, sed acutis. 17 Decurret. 18 Post illum quarti ortus. 19 Usque ad finem mensis. 20 A submersione. 21 Diis marinis. 22 E piscatore facto Deo maris, herba degustata. 13. Metam. Ovid. 23 Doridis filiæ, Nymphæ maris. 24 Palæmonis, Portumno filio Inus & Athamantis, Ovid. Met. 4. 25 Novissimo loco signa, quæ à Sole deprehenduntur, recitat. 26 Occidet. 27 Tempestatis. 28 Repræsentat. 29 Superveniente nocte. I. *Sol oriens, maculosus.* II. *Nubilus*, aut III. *Ex parte occultatus pluviæ præsagium habet.* 30 Primum & matutinum: oritur enim usque ad meridiem. 31 Offuscatione non integrâ, quæ facit ut Sol minus sit illustris. 32 Impellit ab aëre. 33 Segetibus. 34 Inimicus & nocivus.

[35] Aut ubi sub lucem densa inter nubila sese
[36] Diversi rumpent radii, aut ubi pallida surget
[37] Tithoni [38] croceum linquens Aurora cubile;
Heu, [39] malè tùm [40] mites [41] defendet [42] pampinus uvas:
Tàm multa in tectis crepitans salit horrida grando.
[43] Hoc etiam, [44] emenso cum jam decedet Olympo,
Profuerit meminisse magis: nam sæpè videmus
[45] Ipsius in vultu varios [46] errare colores:
[47] Cœruleus pluviam denunciat: [48] igneus [49] Euros:
Sin maculæ incipient rutilo immiscerier igni,
Omnia tunc paritèr vento, [50] nimbisque videbis
Fervere: non [51] illâ quisquam me nocte per [52] altum
Ire, neque à terrâ moneat [53] convellere funem.
At si, cùm referetque diem, [54] condetque relatum,
Lucidus orbis erit; frustrà terrebere nimbis:
Et [55] claro silvas cernes Aquilone [56] moveri.
[57] Denique, quid Vesper [58] serus vehat; undè [59] serenas
Ventus agat nubes; quid [60] cogitet humidus Auster;
Sol tibi signa dabit: [61] *Solem quis dicere falsum*
Audeat? [62] ille etiam [63] cæcos instare tumultus

35 Aut si in ortu sub nube latens in diversas partes spargat radios, aut si Aurora ante ortum solem palleat, grandinem time, usque adeò vites verberantem, ut nec tectis parcat. 36 Discolores. 37 Mariti sui, qui fuit frater Laomedontis. 38 Crocei & rubicundi coloris. 39 Non. 40 Teneras, aut maturas. 41 A grandine. 42 Frons vitium. 43 Quod de sole oriente dictum est. 44 Decurso, confecto diei spatio, ubi occidet Sol. 45 Solis. 46 Spargi & mutari. 47 Scil. *color Solis*, id est, marinus. 48 Color rutilus. 49 Ventos orientales. 50 Pluviosis nubibus. 51 Quâ talia signa apparuerint. 52 Mare. 53 Dissolvere retinacula navium, quibus terræ alligantur naves. 54 Finiet diem ad nos reductum, id est, ut in ortu & occasu illustris erit globus solaris. 55 Detergente nubes, serenitatem inducente. 56 Agitari. 57 Concludit omnia ex Sole melius cognosci, quam ex astris minoribus. 58 Tardus vesperadferat, seu indicet nobis. Lucret. l. 13. *Posteraque in dubio est fortunam quam* vehat *ætas*. Horat. Od. 29. l. 3. *Quod fugiens semel hora* vexit. 59 Aridas, siccas, Serenitas enim sicca est. 60 Congreget, aut portendat. 61 Quis autem mortalium tam perditæ est audaciæ, ut Solem, mundi oculum, vanitatis arguat, & non veracitèr omnia indicantem: falsa esse, quæ Sol signa indicat? testem, atque inspectorem omnium naturalia mentitum esse signa: quando & in prodigiosis vera ediderit præsagia? ille enim deficiens prædixit bella civilia, &c. 62 Sol. 63 Ignotos, priusquàm oriantur.

Sæ-

Sæpè monet, fraudemque, & [64] operta tumescere bella.
[65] Ille etiam [66] exstincto miseratus Cæsare Romam,
Cum [67] caput obscurâ nitidum [68] ferrugine texit,
[69] Impiaque [70] æternam timuerunt sæcula [70] noctem.
[71] Tempore quamquam illo [72] tellus quoque, & [73] æquora Ponti,
[74] Obscœnæque canes, [75] importunæque volucres
Signa dabant. Quoties [76] Cyclopum [77] effervere in [78] agros
Vidimus [78] undantem [79] ruptis fornacibus [80] Ætnam,
Flammarumque globos, [81] liquefactaque volvere saxa?
[82] Armorum sonitum toto [83] Germania cœlo
Audiit: [84] insolitis tremuerunt motibus [85] Alpes.
Vox quoque per [86] lucos [87] vulgò exaudita silentes
Ingens: & [88] simulacra modis pallentia miris
Visa [89] sub obscurum noctis: [90] pecudesque locutæ

64 Latentia bella crescere, insurgere. 65 Commodâ occasione ad prodigia, quæ Julii Cæs. cædem antecesserunt, descendit: enumerat autem unum & viginti, nec omittit calamitates, quæ ex civilibus bellis provenerunt. Exstinctus est in Senatu, confossus vulneribus tribus & viginti, è quibus tantùm duo letalia sunt judicata. 66 A conjuratis multis vulneribus in Senatu interfecto. 67 Vultum suum. 68 Colore ferri, id est, defectu, eclipsi, pallatus luxit. 69 In quibus tàm bonus princeps tàm crudeliter occisus erat. 70 Rerum omnium exitum, mundi dissolutionem. Quamquam testentur auctores, Solis globum per totum illum annum palluisse. 71 Quo Cæsar occisus fuerat. Prodigia hæc aliaque habes apud Plutarchum in vita Cæsaris, Appianum in bellis civilibus, Ovidium 15. Meram. Lucanum, lib. 1. &c. 72 Propter terræ motum. 73 Aquæ maris propter tempestatem. 74 Horribilia portendentes. 75 Non suo tempore volantes. 76 In fines Siculos, ubi Cyclopes è familia Polyphemi, & officina Vulcani. 77 In morem superundantis aquæ fervorem extendere usque ad agros, &c. 78 Ebullientem, ac eructantem ignem. 79 Apertis officinis Cyclopum. 80 Montem Siciliæ, perpetuas flammas evomentem. 81 In calcem, ac cinerem ferè resoluta eructare, emittere. 82 Ovidius de hoc portento, 15. Met. *Arma ferunt inter nigras crepitantia nubes, Terribilesque tubas, auditaque cornua cœlo Præmonuisse nefas.* Tale prodigium legitur fuisse Cimbrico bello. 83 Populus Germaniæ. 84 Novis, numquàm anteà factis, vel solito majoribus. 85 Montes altissimi inter Italiam, & Galliam. 86 Silvas Diis sacras. 87 A vulgo, aut passim. 88 Umbræ. Ovid. *umbrasque Silentum Erravisse ferunt.* 89 Paullò ante tenebras noctis. 90 Boves sæpè in prodigiis locuti fuerunt. Lege Val. Max. l. 1. c. 6. de Prodigiis. Plin. l. 8. c. 45.

Infandum ! [91] sistunt amnes, terræque [92] dehiscunt:
Et mœstum [93] illacrimat templis [94] ebur, æraque sudant.
[95] Proluit [96] insano [97] contorquens [98] vortice silvas
[99] Fluviorum [1] rex [2] Eridanus, [3] camposque per omnes
Cum stabulis armenta [4] tulit: nec tempore eodem
[5] Tristibus, aut extis [6] fibræ apparere [7] minaces,
Aut puteis [8] manare cruor cessavit, & altè
Per noctem resonare lupis ululantibus urbes.
[9] Non [10] aliàs cœlo ceciderunt plura sereno
Fulgura: nec [11] diri totiès arsêre [12] cometæ.
[13] Ergo [14] inter sese [15] paribus [16] concurrere telis
Romanas acies [17] iterùm vidêre [18] Philippi:
[19] Nec fuit indignum superis, bis sanguine [20] nostro
[21] Emathiam, & latos [22] Hæmi pinguescere campos.
Scilicèt & tempus veniet cùm, [23] finibus illis,
Agricola, [24] incurvo terram molitus aratro,

91 Scil. *se*, aut *cursum suum*: undè inundatio facta est miranda Ipsius Tiberis. Lege Horat. Od. 2. 92 Magnum hiatum faciunt propter terræ motum. 93 Madet, sudat. 94 Eburnea Deorum simulacra, & ærea. Ovid. *Mille locis lacrymavit ebur.* 95 Inundavit, proluendo evertit. 96 Valdè magno, & violento. 97 Inundans. 98 Gyro aquarum. 99 Italiæ. 1 Quod solus est inter 48. signa cœlestia constituens. 2 Padus. 3 Vicinos. 4 Vexit. 5 Rem tristem indicantibus. Ovid. *Victima nulla fuit, magnosque instare tumultus Fibra monet, cæsumque caput reperitur in extis.* 6 Extremitates, aut venæ extorum. 7 Malum seu mortem Cæsaris portendentes. 8 Diffluere. 9 Quod infausti est ominis: *per purum tonantes Egit equos, volucremque currum.* Horat. 1. lib. 34. Od. 10 Alio tempore. 11 Rem diram, ut Cæsaris interitum significantes. 12 Stellæ crinitæ quæ ex nimia earum Soli propinquitate generantur. 13 Quæ omnia prodigia prædixerunt & alia futura bella civilia, Octavii sc. & Antonii contra Brutum & Cassium. 14 Intestino ac civili bello. 15 *Infestis obvia signis Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.* Lucan. 1. lib. 16 Pugnare armis. 17 Quia semel ante mortem Cæsaris, cum ipse cum Pompejo Magno dimicaret, & semèl post mortem ejus, cùm Augustus cum Cassio, & Bruto, ejus occisoribus pugnaret. 18 Campi Thessaliæ, excusandus est noster, qui Pharsalum Thessaliæ, ubi depugnatum est inter Cæsarem & Pompejum, confundit cum Philippis Macedoniæ, ubi Octavius & Antonius ulturi percussores Cæsaris devicerunt Brutum, & Cassium. 19 Et ita dignum duxerunt superi. 20 Romano. 21 Macedoniam. 22 Montis Thraciæ. 23 Campis Philippicis. 24 Arans terram.

Exe-

Exesa inveniet [25] scabra rubigine pila:
Aut gravibus rastris galeas pulsabit [26] inanes:
[27] Grandiaque [28] effossis mirabitur ossa sepulcris.
[29] Dii Patrii, [30] Indigetes, & Romule, Vestaque mater,
Quæ [31] Thuscum Tiberim, & Romana palatia servas,
[33] Hunc saltèm everso juvenem [34] succurrere sæclo,
Ne prohibete: satis [37] jàm pridèm sanguine nostro
[36] Laomedonteæ luimus perjuria Trojæ.
Jampridèm [37] nobis cœli te regia, Cæsar,
[38] Invidet, atque [39] hominum queritur [40] curare [41] triumphos.
Quippe [42] ubi fas versum, atque nefas: [43] tot bella per orbem;
Tàm multæ scelerum [44] facies; non ullus [45] aratro
Dignus honos; [46] squalent [47] abductis arva colonis;
Et curvæ [48] rigidum falces [49] conflantur in ensem.
[50] Hìnc movet [51] Euphrates, illìnc [52] Germania bellum:
Vicinæ, ruptis inter se legibus, urbes

25 Asperâ. 26 Consumptis capitibus, cum quibus sepultæ erant. 27 Magnorum & nobilium virorum. 28 Fodiendo apertis. 29 Romani Imperii Præsides, Tutelares Dii, Juppiter Capitolinus, Mars pater, Phrygii Penates. Expositis malis, quæ Sol futura indicavit post Cæsaris necem: precatur Deos patrios, ut saltèm Augustum in Reipublicæ salutem atque Romani Imperii conservationem diutiùs vivere sinant. 30 Indigenæ, indè nati, & in Deos relati Æneas, Quirine. 31 Cujus æterni ignis religione æternum constat imperium. 32 Per Hetruriam ex Appenninis montibus fluentem. 33 Augustum. 34 Opituari. 35 A plusculis annis. 36 Luimus perjuria Laomedontis regis Trojæ, qui Appollinem & Neptunum pactâ condendorum Trojæ mœniorum mercede fraudavit. 37 *Nostris vitiis iniquum* invidet, indignata te *hic potius amâre triumphos*. Horat. 2. Odar. lib. 1. 38 Molestè promittit. 39 Cùm sis dignus cœlestibus. 40 Scilic. *te.* 41 Ita scelere permista sunt jura divina & humana omnia, adeoque per armorum fremitum silent pacis jura: *multos inarata per annos Hesperia est, desuntque manus poscentibus arvis*. Luc. 42 Apud mortales. 43 Scilicet, *geruntur*. 44 Species. 45 Agriculturæ debitus. 46 Squalida fiunt ac situ vincuntur. 47 Ab aratro in bellum civile. 48 Durum. 49 Flatu follium fabrorum convertuntur. 50 Nec longinqua tantum hinc inde moventur bella, sed & à vicinis. 51 Accola Euphratis, fluvii Mesopotamiæ, id est, Parthi. 52 Germani, Rheni accolæ.

[53] Arma ferunt: [54] sævit toto Mars [55] impius orbe.
Ut cùm [56] carceribus sese effudêre [57] quadrigæ,
[58] Addunt in spatia, & [59] frustrà [60] retinacula tendens
[61] Fertur equis auriga, [62] neque [63] audit currus habenas.

53 Bella gerunt intestina. 54 Quinimò per orbem totum longè latèque grassatur furor Martius. Mortales omnes in *facinus jurasse putes*: præcipites adeò in scelesta ruunt arma: non secus ac feroces equi carceribus emissi, quibus ubi jam cursu in spaciis incaluere animi, effrenes se proripiunt, non habenis coërcendi, non sufflamine remorandi. 55 Ad impia bella, ut sunt intestina, instigans. 56 Repagulis, seu septis, quibus à cursu, donèc signum daretur, arcebantur. 57 Quaterni equi currum trahere soliti. 58 In ipso spatio currendi sumunt vires. 59 Quia impar viribus eorum. 60 Habenas ad se contrahens, & tensas tenens. 61 Violentèr protrahitur ab equis suis. 62 Et equi currum trahentes contemnunt retinacula, quibus habere, & continere debeant. 63 *Equi auris in ore est.* Horat.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS
GEORGICORUM
LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

ARborum procreandarum ratio, eaque vel Naturalis: sponte, semine & radice: vel artificialis, avulsione, infossione, propagatione, transpositione, surculo, insitione, & inoculatione. Species arborum; steriles, & fructificæ. Quibus quæ sola conveniant. Italia aliis terris prælata. Terræ qualitas ut discerni possit. Vites, & earum cura, & olearum. Laus rusticæ vitæ cum aliis collatæ.

[1] HActenùs arvorum cultus, & [2] sidera cœli:
[3] Nùnc [4] te, Bacche, canam: necnon [5] silvestria tecum
[5] Virgulta, & [6] prolem [7] tardè crescentis olivæ.
Hùc, [8] pater ô [9] Lenæe, (tuis [10] hic omnia plena
[11] Muneribus: tibi [12] pampineo [13] gravidus auctumno
Floret ager: spumat [14] plenis vindemia [15] labris)
Hùc, pater ô Lenæe, veni, nudataque musto.

1 Ad hunc usque locum, scil. *cecini*. Transitio. Postquàm enim in primo libro ostendit Poëta: *Quid faciat lætas segetes, quo sidere terram Vertere conveniat*: nunc docturus *ulmis adjungere vites*, facit continuationem sequentium cum præcedentibus. 2 Occasus, & ortus siderum in cœlo exsistentium, & qualem quæque tempestatem excitent. 3 Deinceps in hoc secundo libro. Propositum. 4 Tua, Bacche, munera, id est, vites: quorum tamen alii Alpheo, Osiridi: alii Thebanis inventionem ferunt acceptam. 5 Arbores in silvis nasci solitas, quibus maritantur vites: necnon alias. 6 Oleam. 7 Hesiodus negavit oleæ satorem, fructum ex eâ percepisse. Plin. 16. l. 1. c. 8 Nomen divinitatis hic est, ut Æn. 3. *Da, Pater, augurium*. 9 Torcularis præfecte, id est, Bacche, à λνὸς, *lacus*, torcular: ad quod invitat Bacchum cothurnis exutum calcandis in lacu uvis, hoc est: mihi adsis, ô Bacche, de muneribus tuis dicturo, eadem benignitate, quâ faves vitisatoribus. 10 In hoc opere. 11 Ut vites, & earum arbores sunt tua dona. 12 Pampinis, id est, vitium frondibus, aut foliis decorato. 13 Onustus. 14 Musti recens pressi. 15 Vasa quæ vinum è torcularì excipiunt, lacubus.

[16] Tinge novo mecum [17] direptis crura [18] cothurnis.
[19] Principio arboribus varia est natura creandis:
[20] Namque aliæ, nullis hominum [21] cogentibus, ipsæ
I. Sponte suâ veniunt, camposque, & [22] flumina late
Curva [23] tenent: ut molle [24] siler, [25] lentæque genistæ,
Populus, & [26] glaucâ [27] canentia fronde salicta.
II. [28] Pars autem posito [29] surgunt de semine: ut altæ
Castaneæ, [30] nemorumque Jovi quæ [31] maxima frondet
Æsculus, atque habitæ Grajis [32] oracula quercus.
III. Pullulat ab radice aliis [33] densissima silva:
Ut cerasis, ulmisque: etiam [34] Parnasia laurus
Parva sub ingenti [35] matris se [36] subjicit umbrâ.
Hos natura [37] modos [38] primùm dedit; [39] his genus omne
[40] Silvarum, fruticumque viret, nemorumque sacrorum.
[41] Sunt alii, quos ipse * viâ sibi repperit, usus.
I. Hic plantas tenero abscindens corpore matrum,

16 Calca mecum uvas. 17 Raptim depositis. 18 Altis illis calceamentis, quæ etiam suras ambiunt. 19 Incipit declarare materiam. *Prima pars libri continet rationem procreandi arbores, idque vel Naturâ, vel Arte.* 20 Natura profert arbores tribus modis: I. *Sponte.* II. *Semine.* III. *Radice.* 21 Per artem aut laborem. 22 Ripas fluminum. 23 Occupant. 24 Tenerum. 25 Flexibiles. 26 Cærulei, ac viridis coloris. 27 Ab inferiore parte canent salices, à superiore virent. 28 Quædam arbores. 29 Exoriuntur, proveniunt. 30 Inter nemora Jovi sacra. 31 Maximis aut uberrimis floribus. 32 Dodonæam silvam fabulati sunt Græci, reddidisse responsa per columbas duas, seu virgines, vel lebetes, unam autem quercum vocalem fuisse, unde carina Argus facta. Et ipsa erat fatidica. 33 Maxima congeries arborum novellarum. 34 Quæ multa nascitur in Parnasso Phocidos monte. 35 Majoris laurus, è cujus radice pullulat. 36 Succrescit, attollit se: ut Ecl. 10. *se subjicit alnus.* 37 Tres modos arborum creandarum. 38 Priusquàm ars inventa esset, quæ naturam imitatur. 39 Modis dictis. 40 Magnarum arborum. 41 Ars autem, curâ, casus etiam, & usus adinvenit alios modos serendi arbores: præcipuè verò sex sunt. I. II. III. &c. I. *Avulsio stolonum cum fimbris à stirpe, hos scrobibus mandat.* II. *Ubi stirpes ipsæ, vel taleæ sudesve ab illâ parte, quâ infiguntur terræ, transversim fissa, aut etiam valli spicati infodiuntur.* III. *Propagatio, cum rami arcuati, & circumflexi in scrobem depressi radicem agant.* IV. *Surculi, ramulive abscissi satio.* V. *Ubi ex caudice olivæ quasi intermortuo, sectio tamen & infosso novo pullulascit planta.* VI. *Incisio: Ubi citræ damnum stirpi immittitur surculus è feliciore arbore, & fructus melioris sic, &c.* * Ratione & exercitatione.

Deposuit sulcis: II. hic [42] stirpes obruit arvo,
[43] Quadrifidasque sudes, & acuto [44] robore [45] vallos: 25
III. Silvarumque aliæ pressos [46] propaginis arcus
Exspectant, & [47] viva suâ [48] plantaria terrâ.
IV. Nil radicis egent [49] aliæ, summumque [50] putator
Haùd dubitat terræ referens mandare cacumen.
V. Quin & [51] caudicibus sectis (mirabile dictu) 30
[52] Truditur è sicco radix [53] oleagina ligno:
VI. Et sæpè alterius ramos [54] impunè videmus
[55] Vertere in alterius, mutatamque [56] insita mala
Ferre pyrum, & prunis [57] lapidosa [58] rubescere corna.
[59] Quare agite, ô, proprios [60] generatìm discite [61] cultus, 35
Agricolæ, fructusque feros mollite colendo:
Neu [62] segnes jaceant terræ: [63] juvat Ismara [64] Baccho
Conserere, atque oleâ magnum vestire [65] Taburnum.
[66] Tuque ades, inceptumque unà decurre laborem
O [67] decus, ô [68] famæ meritò pars maxima nostræ, 40
Mæcenas, [69] pelagoque volans da [70] vela patenti.
Non ego [71] cuncta meis amplecti versibus opto:

42 Truncos, crassos cum radicibus sepelivit, & cooperuit terrâ, qualis est in arvo. 43 Perticas in quattuor partes fissas. 44 Trunco. 45 Palos & stipites. 46 Vitis. 47 Virentia. 48 Plantas cum radicibus. 49 Arbores. 50 Amputator. 51 Truncis incisis. 52 Pullulat ubertim. 53 Oleæ arboris. 54 Sine damno. 55 Mutare sc. 56 Propert. l. 4. El. 2. *Insitor hoc salvit pomosâ vota coronâ. Cùm pyrus invito stipite mala tulit.* 57 Ossibus plena. 58 Rubicunda ferre pruna. 59 Quamobrem quia sua est cuique natura, & naturæ sequitur semina quæque suæ. 60 Per omnia genera arborum. 61 Arborum. 62 Inutiles, nihil bonorum fructuum ferentes. 63 Delectat agricolam. Cura & industria etiam naturam evincent: ita ut vel montes Thracii vites ferant, inutiles Samnitum colles oleas. 64 Vitibus. 65 Apuliæ montem. 66 Etiam tu, non solum Augustus. Invocat enim auxilium Mæcenatis. Q. d. Tuque Mæcenas præsens benigna aura adspira velis meis, naviculæ meæ, quæ in altum materiæ tam arduæ, & immensæ mare provehi per se timet. Neque enim tanto operi sufficerò: *Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum, Ferrea vox,....* 67 Sic Horat. Od. 1. l. 1. *Mæcenas atavis edite regibus, O & præsidium, & dulce* decus *meum.* 68 In quem meritò meorum operum gloria redundat. 69 Proindè da veniam legenti litus, nec procul à terra, portuve ipso discedere audenti. 70 Favorem. 71 Omnia ad arbores pertinentia.

[72] Non, mihi [73] si linguæ centum sint, oraque centum,
[74] Ferrea vox: ades, & primi [75] lege litoris [76] oram.
[77] In manibus terræ; [78] non [79] hic te carmine [80] ficto,
Atque per ambages, & longa [81] exorsa tenebo.
[82] Sponte suâ quæ se [83] tollunt in luminis [84] auras,
Infecunda quidem, sed [85] læta, & fortia surgunt:
[86] Quippe solo natura subest: tamen hæc quoque si quis
[87] Inserat, aut scrobibus mandet mutata [88] subactis,
Exuerint silvestrem [89] animum; cultuque frequenti,
In quascumque voces artes, haud tarda sequentur.
[90] Necnon & [91] sterilis, quæ stirpibus exit ab imis,
[92] Hoc faciet, [93] vacuos si sit [94] digesta per agros:
[95] Nùnc altæ frondes, & rami matris opacant,
Crescentique adimunt fœtus, [96] uruntque ferentem.
[97] Jàm, quæ seminibus jactis se sustulit arbos,
Tarda venit, [98] seris factura [98] nepotibus umbram.
Pomaque [99] degenerant succos oblita priores:
Et turpes avibus prædam fert [100] uva racemos.

72 Non optarem amplecti cuncta tametsi, &c. 73 Sic Ovid. Met. 8. *Non, mihi si centum Deus ora sonantia linguis, Ingeniumque capax, totumque Heliconæ dedisset, Tristia persequerer miserarum vota sororum.* Ita Poetæ τὸ ἀδύνατον exprimere solent. 74 Firmissima. 75 Naviga. 76 Extremitatem, id est, in principio hujus voluminis tuo mihi ingenio, ac studio fave. 77 Lege oram in sinu & complexu terræ, id est, non profundam rerum naturalium scrutationem, sed facilem, & apertam trademus. 78 Omittam itaque ambages, & longa exordia, *& summa sequar fastigia rerum.* 79 In hac materia. 80 Figmentis Poëticis ornato. 81 Exordia. 82 *Redit Poëta ad naturam & culturam trium generum, quæ supra memineral, naturalium arborum, & primò earum quæ sponte nascuntur.* 83 Erigunt. 84 Al. *oras.* 85 Pulchra. 86 His quippe terra mater, ac naturalis vis producendi occulta inest terræ. 87 Per insitionem in alium truncum transferat. 88 Apertis. 89 Naturam. 90 Secundò, quæ ex radice matris pullulat. 91 Arbor infœcunda. 92 Exuet silvestrem animum, & cultu mitescet, & sequetur in quascumque voces artes. 93 Soli expositos, id est, si liberum campum, & aëra habeat. 94 Posita, & plantata. 95 Quandiù succrescunt. 96 Et onerant, opprimuntque ferre parantem, & flores emittentem. 97 Tertia species naturalium arborum: quæ ex semine. 98 Arbusculis diu post eam venientibus, id est, diu est, antequàm largos fructus habeat & diutius, antequam alias arbores, aut ex fructu, aut ex radice suâ creet, quibus umbram faciat. 99 Nobilitatem, virtutemque suam amittunt, ac minora, & deteriora fiunt. 100 Vitis neglecta.

Sci-

Scilicèt [1] *omnibus est labor impendendus*, & omnes
[2] Cogendæ in sulcum, ac multâ [3] mercede [4] domandæ.
[5] Sed truncis oleæ melius; [6] propagine vites,
[7] Respondent; solido [8] Paphiæ de robore myrtus;
Plantis, & duræ coryli nascuntur; & ingens
Fraxinus; [9] Herculeæque arbos umbrosa coronæ;
[10] Chaoniique patris [11] glandes: etiam ardua palma
Nascitur, & [12] casus abies [13] visura marinos.
Inseritur verò ex [14] fœtu nucis arbutus horrida:
Et steriles [15] platani malos gessere [16] valentes;
Castaneæ [17] fagos: ornusque [18] incanuit albo
Flore pyri, glandemque sues fregêre sub ulmis.
Nec [19] modus inserere, atque oculos imponere, [19] simplex:
[20] Nam [21] quâ se medio [22] trudunt de cortice [23] gemmæ,
Et tenues rumpunt [24] tunicas, angustus in ipso
Fit nodo [25] sinus: [26] hùc alienâ ex arbore germen
[27] Includunt, [28] udoque docent [29] inolescere [30] libro.
[31] Aut rursùm [32] enodes trunci resecantur, & altè
Finditur in [33] solidum cuneis [34] via; deindè [35] feraces

1 Arboribus, quæ sponte, radice, & semine. 2 Componendæ in ordinem intervallo signato per vomerem. 3 Operâ, sumptu. Consequens pro antecedenti. Al. *ac, mutata sede domandæ.* 4 A ferirate eximendæ. 5 Ex iis autem arboribus, quas arte, & usu natas dixi; aliæ aliis modis nascuntur melius: oleæ ex truncis, vites propagine, &c. 6 Per palmitem propagantem. 7 Votis nostris. 8 Veneri Paphiæ sacræ, & dedicatæ. 9 Populus, è cujus frondibus Hercules sibi coronatus conseruit. Herculi enim sacra est alba populus, ut qua coronatus descendit ad inferos. Unde in Bucol. *Populus Alcidæ gratissima.* 10 Jovis, cui Dodonæum nemus sacrum. 11 Iuglandes. 12 Pericula, & naufragia in mari. 13 Navis futura, ut quæ malis, & antennis propter levitatem aptâ. 14 Fructu, id est, nux potest per insitionem arbuto conglutinari. 15 Arbores illæ à *latitudine* foliorum dictæ. 16 Utiles, & fertiles. 17 Arbores glandiferas in usum porcorum. 18 Albicavit. 19 Nèc una tantum ratio est inserendi atque inoculandi. 20 Inoculandi ratio. 21 Scil. *parte.* 22 Germina, è quibus frondes, & fructus exeunt. 23 Edunt. 24 Cortices interiores. 25 Oculus. 26 In hunc sinum, seu oculum. 27 Insitores. 28 Humorem, & succum intrinsecus habente. 29 Germen insitum incorporari, seu concrescere. 30 Interiore cortice. 31 Insitionis ratio ex stirpe refecta, fissaque. 32 Nullum nodum habentes. 33 Robur & lignum ipsum. 34 Rima. 35 Feliciores surculi inseruntur.

Plan-

Plantæ immittuntur: [36] nec longum tempus, & ingens
[37] Exiit ad cœlum ramis [38] felicibus arbor
Miraturque [39] novas frondes, & [40] non sua poma.
[41] Prætereâ [42] genus [43] haud unum, nec [44] fortibus ulmis,
Nec salici, lotoque, nec [45] Idæis cyparissis.
Nec [46] pingues unam in [47] faciem nascuntur olivæ
[48] Orchades, & [49] radii, & amarâ [50] pausia baccâ,
[51] Pomaque, & [52] Alcinoi silvæ: nec [53] surculus idem
[54] Crustumiis, [55] Syriisque pyris, [56] gravibusque [57] volemis.
[58] Non eadem arboribus pendet [59] vindemia [60] nostris,
Quam [61] Methymnæo carpit de palmite [62] Lesbos.
Sunt [63] Thasiæ vites, sunt & [64] Mareotides albæ:
Pinguibus [65] hæ terris habiles, [66] levioribus [67] illæ.
Et passo [68] Psythia utilior, tenuisque [69] Lageos,
Tentatura [70] pedes olim, vincturaque linguam:
[71] Purpureæ, [72] preciæque; & quo te carmine dicam

36 Sc. *elapsum est.* 37 Exorta est. 38 Fertilibus. Horat. Od. 2. Epod. *inutilesque falce ramos amputans*, Feliciores *inserit.* 39 Arboris insitæ. 40 Sed adoptivæ, per insitionem. 41 *Secunda pars libri: de speciebus arborum* 3. *olearum, totidem pyrorum.* 15. *Ubarum quarum Plin.* 15. c. 15. *numerat* 35. 42 Inserendarum arborum. 43 Sed diversum. 44 Diu durantibus. 45 In Idâ plurimum nascentibus. Cupressis enim nobilis est Ida Cretica. 46 Propter oleum. 47 Speciem, aut formam. 48 Baccæ olivæ pingues multum olei habentes. 49 Olivæ longæ. 50 Oliva carnosa. 51 Quo nomine includuntur pyri, & alii omnes fructus. 52 Quales coluit Alcinous, rex Phæacum, id est, arbores pomiferæ non nascuntur in unam faciem. 53 Germen. 54 Pyris: à Brustumio opp. Italiæ. 55 Tarentinis, è Syria translatis. 56 Scil. *Pyris.* 57 Quæ volam, seu interiorem partem manus implent. 58 Vites quoque diversæ sunt. 59 Vitis vindemianda. 60 Italicis. 61 Vindemiator Lesbius. 62 Juxta Methymnam, urbem in Lesbo Ins. vino nobilissimo laudatam, crescente. 63 Hùc ex Thaso insul. Ægæi maris translatæ. 64 Ex Mareotide, Ægypti palude, translatæ. 65 Mareoticæ vites. 66 Tenuibus & non fertilibus. 67 Thasiæ. 68 Græcula vitis aliis utilior ad passum conficiendum, vinum scilic. ex ubis ad Solem pansis, & passis. 69 A colore leporario ut & aliæ uvæ. 70 Vacillare factura olim pedes poti, & impeditura & ligatura linguam ejus, qui illud vinum immodice biberit. Ter. in Eun. *Neque pes, neque mens satis suum officium facit.* 71 A colore itidem. 72 Præter ceteras coctæ, ac maturæ.

Rhe-

[73] Rhetica? nec [74] cellis [75] ideò contende [74] Falernis.
Sunt etiam [76] Amineæ vites, firmissima vina;
[77] Tmolius & assurgit quibus, & rex ipse Phanæus,
[78] Argitisque minor; [79] cui non certaverit [80] ulla,
Aut tantùm [81] fluere, aut totidèm [82] durare per annos.
Non ego te, mensis & [83] Diis [84] accepta secundis,
[85] Transierim, [86] Rhodia, & [87] tumidis, [88] bumaste, racemis.

I. Sed neque quàm multæ species, nèc nomina quæ sint,
Est numerus: neque enim numero comprendere refert:
Quem qui scire velit, Libyci velit [89] æquoris idem
Discere, quàm multæ Zephyro [90] turbentur arenæ:
Aut [91] ubi [92] navigiis violentior incidit Eurus,
Nosse, quòt Ionii veniant ad litora fluctus.

II. Nèc verò [94] terræ ferre omnes omnia possunt:
Fluminibus salices, crassisque paludibus alni
Nascuntur; steriles saxosis montibus orni:
Litora [95] myrtetis lætissima: denique [96] apertos
[97] Bacchus amat colles: Aquilonem & frigora [98] taxi.

73 Quo vino delectatus est Augustus, Suet. c. 77. hæret itaque Poëta in laude ejus: præfert tamen Falernum. 74 Vinariis scilic. in quibus sunt vina Falerna, à *Falerno*, monte Campaniæ. 75 Quia laudanda es. 76 Ab *Aminea* regione sic dictæ: ubi nunc Falernum est. Macrob. Sat. l. 2. c. 16. 77 Quibus cedunt tanquam melioribus (ut Eclog. 6. *Utque viro, Phœbi chorus assurrexerit omnis*) & vites Tmoli, Lydiæ montis, & ipsæ principarum obtinentes vites Phanæi, qui promontorium est Chii insulæ. 78 Ab Argis traducta primum; vel à candore ἀργεὸς, id est, *argentea*. 79 Cum qua. 80 Scil. *alia uva*. 81 In fluxu tanto, id est, in reddendo tanto vino. 82 In durando. 83 Uvæ pensiles secundarum mensarum τραγημάτα, è Rodo tradita vina in sacris Deorum: vel propinata in honorem heroum in secundis mensis. 84 Grata. 85 Silentio prætermittam. 86 Scil. *uva*, aut *vitis*. 87 Tumentibus instar mammarum bovis. 88 Uva dicta à bovis mamma. I. *Adeò infinita sunt vitium genera. Hyperbolicè.* II. *Tertia libri pars. Quæ loca conveniant naturali sympathiâ quibus arboribus. Deindè quæ arbores sint peculiares quibusdam regionibus.* III. *Domitum cum cultoribus habitantibus extremas partes orbis terrarum: in gratiam Augusti dictum.* 85 Litoris ubi sunt solitudines arenariæ. 90 Impellantur, concitentur. 91 Cum. 92 In navigia. 93 Scil. *maris*. 94 Ov. *Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa convenit hæc oleis, hic benè farra virent.* 95 Myrtetis, locum pro arboribus posuit. 96 Apricos, & soli expositos. 97 Vitis. 98 Arbores, è quarum succo antiqui faciebant toxicum.

As-

Aspice & extremis III. domitum cultoribus orbem,
[1] Eoasque domos Arabum, [2] pictosque [3] Gelonos.
[4] Divisæ arboribus patriæ, sola India nigrum
Fert ebenum: [5] solis est thurea virga Sabæis.
Quid tibi odorato referam [6] sudantia ligno
Balsamaque, & baccas semper frondentis [7] acanthi?
Quid nemora Æthiopum molli [8] canentia lana?
[9] Velleraque [10] ut [11] foliis depectant tenuia Seres?
Aut [12] quos Oceano propior [13] gerit India [12] lucos,
Extremi sinus orbis? [14] ubi aëra vincere summum
[15] Arboris, haùd ullæ jactu potuêre sagittæ:
Et [16] gens illa [17] quidem sumptis non tarda [18] pharetris.
[19] Media fert [20] tristes succos, [21] tardumque saporem
[22] Felicis mali: [23] quo non [24] præsentius ullum,
[25] Pocula si quandò sævæ [26] infecêre novercæ,
Miscueruntque [27] herbas, & [28] non innoxia verba,
Auxilium venit, ac membris [29] agit [30] atra venena.
Ipsa ingens [31] arbos, [32] faciemque simillima lauro:
Et, si non [33] alium latè [34] jactaret odorem,

1 Orientales. 2 Stigmatis inustos: *Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.* Claudian. in Rufinum. 3 Scythiæ populos. 4 Scil. *sunt.* Q. d. Proprias, & peculiares habent arbores suas certæ regiones. 5 Thuriferam arborem soli habent Sabæi, Arabiæ felicis populi. 6 Arbores Indicas balsamum sudantes. 7 Acanthion, arbor spinea, foliis araneosa lanugine obductis, è qua collecta vestes bombycinis similes fiunt in Oriente, Plin. 24. l. 12. c. 8 Albescentia. 9 Lanæ. 10 Quomodo. 11 De frondibus arborum pectinibus decerpant. 12 Quas arbores laniferas. 13 Producit. 14 In qua parte Indiæ sunt arbores altissimæ, adeò ut superent jactum sagittarum, quæ sunt emissæ ab arcu. 15 Ad quem arbores pertingunt. 16 Gens illa Indica utut sagittis mittendis strenua. De arboribus, Plin. lib. 7. c. 2. 17 Certè. 18 Ad sagittandum. 19 Habet & Media regio, à *Medo*, Medeæ filio, denominata, arborem suam virtute atque usu mirabilem. Ex notis autem citrea esse creditur, quæ & Medica dicitur. Alibi jam olim nascitur. 20 Malum acerbi succi, Hypallage. 21 Diutiùs immorantem gestant propter acerbitatem. 22 Salubris. 23 Malo Medico. 24 Salubriùs, & citiùs, aut meliùs adjuvans. 25 Privignorum. 26 Veneno. 27 Noxias herbas, id est, toxica. 28 Noxia verba, magica, & fascinatoria. 29 Expellit. 30 Nigra, ab affectu: quia veneno necati sunt nigri, ut Juvenalis ait. 31 Medica, quæ hoc pomum fert. 34 Et habens effigiem corporis simillimam lauro. 33 Quam laurus. 34 A se emitteret.

Lau-

Laurus [35] erat: folia haùd ullis [36] labentia ventis:
Flos [37] ad prima tenax: [38] animas, & olentia Medi
Ora fovent illo, & [39] senibus medicantur anhelis.
[40] Sed neque Medorum [41] silvæ, [42] ditissima terra,
Nèc pulcher [43] Ganges, atque [44] auro turbidus [45] Hermus,
[46] Laudibus Italiæ certent: non [47] Bactra, neque [48] Indi,
Totaque thuriferis [49] Panchaïa pinguis arenis.
[50] Hæc [51] loca non tauri [52] spirantes naribus ignem
[53] Invertêre, [54] satis [55] immanis dentibus [55] Hydri;
Nec galeis, densisque virûm [56] seges horruit hastis:
Sed [57] gravidæ fruges, & [58] Bacchi Massicus humor
[59] Implevêre: [60] tenent oleæque, armentaque [61] læta.
[62] Hinc [63] bellator equus campo sese [64] arduus infert;

35 Esset, esse videretur. 36 Decidentia. 37 Hellenismus: τὰ πρῶτα. Al. *apprimè*, id est, valde. Gravem anhelitum, & graveolentiam. Medi illo flore sedant. 38 Spiritus angustia laborantibus, suspiriosis, δυσπνοίοις καὶ ἀσθματικοῖς. 40 Occasione sumptâ digreditur in Italiæ fraudes, quam aliis omnibus terris præfert, tum propter mala, quibus caret: serpentes, venena, &c. tum propter bona, quibus uberrimè affluit, eminetque: uber soli, fruges, vinum, oleum, armenta, greges, aëris temperiem, atque indè fecunditatem & proventus amplissimos, urbes, ædificia, flumina, maria, lacus, metallorum fodinas, populos, viros denique bello claros, atque in his præcipuè Augustum. Lege Flor. lib. 1. cap. 16. & Propert. El. 21. l. 3. 41 Pomiferæ. 42 Pariendo tales arbores. 43 Indiæ fluvius. 44 Turbulentus aureis arenis immixtis. 45 Mœoniæ fluvius. 46 Cùm Italia sunt conferendæ. 47 Bactriana regio, quæ est in Persia, h. e. *Corasan*. 48 Regiones Indiæ certent laudibus Italiæ propter fertilitatem, & numerum populorum. 49 Arabiæ Felicis pars, thuris, & aromatum feracissima; undè addit *arenis*. 50 Multo minus Italiæ conferri poterunt Colchi aurei velleris, flammiferorum taurorum serpentigenarum fabulâ famosi. 51 Italiæ. 52 Efflantes. 53 Sicut in Colchide civitate Scythiæ. 54 Seminatis. 55 Feri serpentis aquatici custodientis aureum vellus. Vide Ov. Met. 7. Per hoc præponit Italiam Colchidi: ibi Iason sevit dentes serpentinos; undè nati homines armati, qui inter se dimicarunt. 56 Satio horrida crevit, id est, numquam armati exsiluerunt ex terra Italiæ. 57 Fecundæ, & grandes. 58 Humor vini Campanus, à monte Campaniæ Italicæ denominatus. 59 Hæc loca Italiæ, id est, in agris Italis proveniunt fruges fertiles. 60 Occupant hæc loca. 61 Pinguia, id est, optimi boves proveniunt in Italia ad arandum. 62 Ex his locis Italiæ. 63 Æn. 3. *bello armantur equi*. 64 Altus cum magno hinnitu.

Hinc

Hinc alibi, [63] Clitumne, [64] greges, & [65] maxima [66] taurus
Victima, sæpè, tuo perfusi flumine [67] sacro,
Romanos ad [68] templa Deûm [69] duxêre [70] triumphos.
[71] Hic ver assiduum, atque [72] alienis mensibus æstas:
[73] Bis gravidæ pecudes, [74] bis pomis utilis arbos.
At [75] rabidæ tigres [76] absunt, & sæva [77] leonum
Semina; [78] nèc miseros fallunt aconita [79] legentes:
[80] Nèc rapit [81] immensos orbes per humum, neque [82] tanto
Squammeus in [83] spiram tractu se colligit anguis.
Adde tòt egregias urbes, [84] operumque laborem,
Tòt [85] congesta manu præruptis oppida saxis,
Fluminaque antiquos [86] subter labentia muros.
An mare, quod [87] suprà, memorem, quodque alluit [88] infra?
[89] An-ne lacus tantos? te, [90] Lari maxime, teque
Fluctibus, & fremitu assurgens, [91] Benace, [92] marino?

65 Fluv. in Faliscis, cujus aqua pota boves candidos facit. 66 Equorum, aut Juvencorum. 67 Quæ Jovi à triumphante offertur. 68 Albus. 69 Jovi, qui hinc & Clitumnis dictus: licet omnes fluvii sacri habentur. 70 Capitolium, Templum Jovis Capitolini. 71 Præibant in sacris & triumphis victimæ coronatæ, ducebantque pompam. 72 Triumphantes Romanos. 73 In Italia est temperies maxima, quia nusquam est intensissimum frigus. 74 Non statis ut alibi: sed etiam per auctumnum ipsamque hiemem. 75 Ut in agro Consentino, Plin. 16. lib. 27. cap. 76 Arbores bis ferunt quotannis poma, biferæ sunt. 77 Immanes, veloces, ut sunt in Armeniâ. 78 Ab Italia. 79 Neque eones hic nati, ut in Africa. 80 Neque enim hic nascuntur venenatæ herbæ, ut sunt in Ponto. Aconitum fingunt ex Cerebri spuma genitum in ἀνίνᾶις. Alii ab Aconæ portu Ponti. 81 Colligentes. 82 Dicit, in Italia non esse magnos serpentes, qui devorant animalia. 83 Maximos sinus, & angulos. 84 Quanto in Africa, aut Ægypto, vel alibi. 85 Annulos. 86 Et immensa ac laborata opera. 87 Accumulata. 88 Cingentia, vel alluentia, aut etiam interfluentia, fortè aquæductus. 89 Quod alluit Italiam ad partem superiorem, Orientem versus ad Venetias, id est, Superum mare, Adriaticum h. Venetum. *Golfo de Venecia.* 90 A parte inferiore, Occidentem versus, id est, Inferum mare, Tyrrhenum. 91 Scilic. *memorem potius.* 92 Lacus in Gallia Cisalpina propè Comum. *Lago de Como.* 93 Lacus Italiæ. 94 Instar & in formam maris.

An

An memorem [1] portus, [2] Lucrinoque [3] addita clau-
stra;
Atque [4] indignatum magnis stridoribus æquor,
[5] Julia quâ [6] Ponto longè sonat [7] unda [8] refuso,
[9] Tyrrhenusque fretis immittitur [9] æstus Avernis?
[10] Hæc eadem argenti [11] rivos, ærisque metalla
Ostendit [12] venis, atque auro plurima fluxit.
Hæc genus acre virûm, [13] Marsos, [14] pubemque Sabellam,
Assuetumque [15] malo [16] Ligurem, [17] Volscosque [18] verutos
[19] Extulit: hæc [20] Decios, [20] Marios, magnosque [20] Camillos,
[21] Scipiadas duros bello, & te, maxime [22] Cæsar,
Qui nùnc, extremis Asiæ jàm victor in [23] oris,
[24] Imbellem [25] avertis Romanis arcibus Indum.
[26] Salve, magna parens frugum, [27] Saturnia tellus,
Magna virûm: [28] tibi res antiquæ laudis, & artis
Ingredior, sanctos ausus recludere [29] fontes,
[30] Ascræumque cano Romana per oppida [30] carmen.

1 Antè omnes Julium portum à Julio inceptum, ab Augusto perfectum, ubi mare Tyrrhenum à Lucrino mollibus seclusum. Hor. Epist. ad Pisones: *sive receptus terra Neptunus classes Aquilonibus arcet.* 2 Scil. *lacui.* 3 Additos à Julio Cæsare obices. 4 Se excludi, arcerique. 5 Portum Julium apud Bajas, immisso in Lucrinum & Avernum lacum mari, effecit. Sueton. in Augusto. 6 Mari. 7 A Julio Cæsare occlusa. 8 Iterum infuso ruptis obstaculis. 9 Fervor, aut accessus maris Tyrrheni. 10 Italia. Nùnc laudat Italiam à venis, & viris. 11 Venas. 12 In venis terræ. 13 Italiæ populos. 14 Juventutem Samnitum. Samnites à Sabinis originem trahunt. 15 Labori, & rerum inopiæ, propter militiam. 16 Populum inferioris Italiæ. 17 Italiæ populos. 18 Gladiis punctim cædentibus, veruum instar, usos. 19 Genuit, ad gloriam deduxit. 20 Imperatores, qui se pro legionibus devoverunt, patriæ assertores, & belli fulmina. 21 Scipiones, Majorem Africanum, ac Minorem, fortes, & invincibiles ad bellum. 22 Auguste. 23 Regionibus. 24 Effeminatum, delicatum, ac luxuriosum. 25 Imminentes Latio Parthos, aliosque Asiæ pop. tuis Legionibus impares armis coërces. 26 Apostrophe ad Italiam. 27 *Quòndam regnata Saturno.* Æn. 8. Saturnus enim in Italia regnavit, quo tempore aureum sæculum fuisse ajunt. 28 In tuum honorem laudatas olim rei Rusticæ artes canere aggredior, Hesiodi Ascræi præceptis insistens. 29 Musarum. 30 Georgicum, quale Hesiodus Ascræus primus scripsit. *Ascra vicus* vicus est Bœotiæ, in quo creditur natus Hesiodus qui scripsit ἔργα καὶ ἡμέρας, id est, *opera & dies.* quo libro aliqua præcepta de agricultura tradit.

[31] Nùnc locus arvorum [32] ingeniis, quæ robora cuique,
[33] Quis color, & quæ sit rebus natura [34] ferendis.
I. [35] Difficiles primùm terræ, collesque [36] maligni,
Tenuis ubì [37] argilla, & [38] dumosis [39] calculus arvis,
[40] Palladiâ gaudent silvâ [41] vivacis olivæ;
[42] Indicio est [43] tractu surgens [44] oleaster [45] eodem
Plurimus, & [45] strati [46] baccis silvestribus agri.
II. At [47] quæ pinguis [48] humus, dulcique [49] uligine lætа,
[50] Quique frequens herbis, & fertilis [51] ubere campus,
[52] Qualem sæpè cavâ montis convalle solemus
[53] Dispicere, [54] hùc summis [55] liquuntur rupibus amnes,
[56] Felicemque [57] trahunt limum; [58] quique editus Austro,
Et [59] silicem curvis [60] invisam poscit aratris:
[61] Hic tibi [62] prævalidas olìm, multoque fluentes
[63] Sufficiet [64] Baccho vites; [65] hic fertilis uvæ,

31 Quarta libri hujus pars distinguit naturas, vires, qualitates, notas, indicia terræ: quæ scil. conveniat I. *oleis, quæ* II. *vitibus*, III. *pascuis*, IV. *& fructibus*. 32 Scil. *describendis*. 33 Quæ qualitas, quæ ex colore, & sapore cognoscitur. 34 Producendis. 35 Pænè steriles. 36 Ad frugum productionem. Ut *benignus*, liberalis: ita *malignus* sordidus sæpè & qui nulli est usui, aut adjumento, omnibusque se difficilem præbet. Ter. Hecyr. *Sed ut sit, postquam huic alienum ab sese videt*, Maligna *multo, & procax facta, illico est*. Hinc ductâ similitudine *colles malignos* vocavit, quorum solum minimè ferax, & fecundum, quique ad colendum non sunt satis idonei. 37 Terra cretacea. 38 Spinosis & vepribus plenis. 39 Lapillus. 40 Quam Pallas invenit, id est, ubi terra ad fruges inutilis videtur, aptissima est ferendis oleis. 41 *Tarde crescentis* supra, & diu durantis, quia non amittit folia. 42 Naturâ hoc indicante: cùm hujusmodi solo nascuntur sponte oleæ. 43 In eadem regione cœli. 44 Olea silvestris. 45 Conspersi, & oppleti. 46 Olivis, quæ ab oleastris decideront. 47 Scilic. *erit*. 48 Verbum ponitur infra, *Sufficiet Baccho vites*. 49 Naturali humore. 50 Qui multas herbas sponte producit. 51 Ubertate, fecunditate suâ naturali. De Italia Æn. 1. *Terra antiqua potens armis, atque* ubere *glebæ*. 52 Statum terræ. 53 Deorsum inspicientes videre. 54 Ad hunc campum. 55 Dulcitèr defluunt, ac destillant. Sic lib. 1. *Vere novo gelidus canis cùm montibus humor* liquitur. 56 Fertilem. 57 Ad hunc campum. 58 Et hic campus, qui est expositus in altiore loco vento meridionali. 59 Herbam illam. 60 Molestam: quia radices ejus obsunt aratris. 61 Campus. 62 Præ cæteris validas. 63 Abundè subministrabit. 64 Vino. 65 Sc. *campus est*, id est benè fert uvam.

Hic

[66] Hic [67] laticis, qualem pateris libamus, & auro,
Inflavit cùm [68] pinguis ebur Tyrrhenus [69] ad aras,
Lancibus & pandis fumantia [70] reddimus exta.
III. Sin armenta [71] magis [72] studium, vitulosque [73] tueri,
Aut [74] fœtus ovium, aut [75] urentes [76] culta capellas:
Saltus, & [77] saturi petito longinqua [78] Tarenti,
Et qualem [79] infelix amisit Mantua campum,
Pascentem [80] niveos herboso [81] flumine cygnos.
[82] Non [83] liquidi gregibus fontes, non gramina [84] deerunt:
Et quantum longis [85] carpent [86] armenta [87] diebus,
[88] Exigua [89] tantum [90] gelidus ros nocte [91] reponet.
IV. Nigra ferè, & [92] presso pinguis sub vomere terra,
Et cui [93] putre solum, ([94] namque [95] hoc imitamur arando)
Optima frumentis: non ullo ex [96] æquore cernes
Plura domum [97] tardis decedere [98] plaustra juvencis:
[99] Aut undè [1] iratus [2] silvam devexit arator,
Et nemora [3] evertit multos [4] ignava per annos,
[5] Antiquasque domos avium cum stirpibus imis

66 Quæ fluunt pretioso vino, dignoque quod offeramus aureis pateris in Deorum sacris, ubi pinguis minister ex Etruria tibiis canit eburneis, & exta aris superponuntur patulis lancibus. 67 Liquoris in uba latentis, id est, vini. 68 Pinguis apparet, dùm inflat, quia maxillæ inflantibus tubas maximè inflantur. 69 Juxta. 70 Offerimus. 71 Quam vineam. 72 Scil. *est tibi*, id est, studes, & optas. 73 A fame. 74 Agnos. Sic Ecl. 1. *quò sæpè solemus Pastores* ovium *teneros depellere* fœtus. 75 Morsu suo: quia quicquid mordetur, arescit, *Morsus capræ arbori exsitialis*, &c. Plin. 8. lib. 50. cap. 76 Vincas, arbusta, aut segetem. 77 Quod est juxta Saturam paludem, vel *saturi*, id est, quod, saturas reddit pecudes. 78 Qualia sunt pascua circa Tarentum, aut Mantuam. 79 Quia citra culpam agros, & prata cum Cremonensibus amisit. Undè Ecl. 9. exclamat: *Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.* 80 Candidos. 81 Mincio. 82 Scil. *& ubi.* 83 Puri, sine pestilentia. 84 Immò abundant. 85 Abrodent. 86 Ut boves, vaccæ, tauri, equi, &c. 87 Æstivis. 88 Brevi. 89 Herbarum. 90 Frigore matutinali concretus. 91 Restituet, regenerabit. 92 Profundiùs immisso. 93 Resolubile, & non compactum, 94 Neque enim aliud est *colore*, quam resolvere, & fermentare, Colum. 2. lib. 2. 95 Efficere terram putrem. 96 Campo æquo, & plano. 97 Pondere, & onere frugum. 98 Messe onusta, ut gemant boves, crepant horrea. 99 Illud etiam solum bonum est, quod è silvestri in culturam domatur. 1 Sterilitate arborum. 2 Cunctas arbores. 3 Radicitùs eruit. 4 Infrugifera. 5 Arbores excelsas.

Eruit: illæ [6] altum nidis petiêre relictis:
At [7] rudis enituit impulso vomere campus.
Nam jejuna quidem [8] clivosi [9] glarea [8] ruris
Vix [10] humiles apibus [11] casias roremque ministrat:
Et [12] tophus scaber, & nigris [13] exesa chelydris
Creta, [14] negant alios æquè serpentibus agros
Dulcem ferre cibum, & curvas præbere latebras.
[15] Quæ tenuem [16] exhalat [17] nebulam, [17] fumosque [18] volucres;
Et [19] bibit humorem, &, cùm vult, [20] ex se ipsa remittit:
Quæque suo viridi sempèr se gramine vestit;
Nec scabie, & [21] salsâ lædit rubigine [22] ferrum:
Illa tibi [23] lætis intexit vitibus ulmos:
Illa ferax oleo est: illam experiere colendo
Et [24] facilem pecori, & patientem vomeris [25] unci.
[26] Talem [27] dives arat [28] Capua, & vicina [29] Vesevo
[30] Ora jugo, & vacuis Clanius non æquus [31] Acerris.
[32] Nùnc, quo [33] quamque modo possis cognoscere, dicam.
Rara sit, an [34] supra morem si densa, requiras:
([35] Altera frumentis quoniam favet, [36] altera [37] Baccho.

6 Aëra. 7 Sterilis & incultus, nunc cultura nitescit. 8 Qualis est in rure cliboso. 9 Glareosa, id est, lapillis immixta, terra est sicca, & proindè sterilis, vix casiam educat apibus: vix rorem marinum. 10 Humi nascentes. 11 Herbas odoriferas, quibus apes vescuntur. 12 Tophacea terra aspera. 13 Cretacea consumpta serpentibus nocivis. 14 Id est, talis terra est aptissima latebris, & escis serpentum, non frugibus serendis. 15 Humida verò terra, irrigua, herbosa, dulcis, erit omni usui apta, oleis, vitibus, pascuis, frugibus. 16 Exspirat, emittit. 17 Humoris indices. 18 Facilè evanescentes. 19 Attrahit. 20 Per se, nullo adjuvante. 21 Ex salsedine nascenti. 22 Aratri. 23 Fecundis, & aspectu jucundus. 24 Benignam, bonam, utpotè herbiferam, pecoribus, & arationi. 25 Incurvi. 26 Scil. *agrum*. 27 Fertilitate agrorum. 28 Campaniæ metropolis. 29 Campaniæ monti, Crebris incendiis infami. Cluver. 4. l. 5. c. 30 Regio. 31 Camp. item oppido Clanii fl. inundationibus infestato, & incolis exhausto: proindè *vacuo*: quia propter inundationem incolæ fugiebant. 32 Docet quibus modis explorandæ sint terræ qualitates, ac discernendæ utrum sit, I. *rara, an* II. *densa*, III. *salsa*, IV. *pinguis*, V. *humida*, VI. *gravis*, VII. *levis*. VIII. *nigra*, IX. *frigida*. 33 Quamlibet terram. 34 Supra modum, & mensuram, id est, immodice. 35 Requirere autem potes, quia altera, scil. densa, &c. 36 Sc. rara. 37 Vino, aut vitibus.

Den-

I. Densa magis [38] Cereri, rarissima quæque [39] Lyæo)
Antè locum [40] capies oculis, alteque jubebis
[41] In solido [42] puteum [43] demitti, omnemque repones
Rursùs [44] humum, & [45] pedibus summas æquabis arenas:
Si [46] deerunt; rarum, [47] pecorique & vitibus almis
Aptius uber erit: sin in sua posse [48] negabunt
Ire [49] loca, & [50] scrobibus [51] superabit terra repletis;
[52] Spissus ager: glæbas [53] cunctantes, crassaque [54] terga
[55] Exspecta, & validis terram proscinde juvencis.
II. Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara,
Frugibus infelix (ea [56] nèc mansuescit arando,
[57] Nèc Baccho genus, aut pomis sua nomina servat)
Tale dabit [58] specimen: tu spisso vimine [59] qualos
Colaque prælorum fumosis dirige [60] tectis:
[61] Hùc [62] ager ille malus, dulcesque à fontibus undæ
Ad plenum [63] calcentur: aqua [64] eluctabitur omnis
Scilicèt, & grandes ibunt per [65] vimina guttæ;
At sapor [66] indicium faciet manifestus, & ora
Tristia [67] tentantum sensu torquebit amator.
III. Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto
Discimus: [68] haùd umquam manibus jactata [69] fatiscit,
Sed, picis in morem, ad digitos [68] lentescit habendo.

38 Frumento. 39 Baccho, id est, vino, aut vitibus. 40 Locum aliquem lustrabis, eligesque. 41 Ubi terra solida maxime est, non cava. 42 Scrobem. 43 Deorsùm mitti. 44 Egestam è puteo. 45 Calcibus premes terram ingestam. 46 Arenæ scil. ita ut fossam replere nequeant. 47 Pascuis, & arboribus, quibus pecus vescitur. 48 Arenæ. 49 Fossam suam, unde paullò ante effosæ erant. 50 Si scrobs terram egestam recipere non possit. 51 Super extabit. 52 Pro certo habe terram illam esse gravem, solidam, & densam. 53 Quæ te morari possent. 54 Terram ab aratro projectam. 55 A tali agro post arationem. 56 Non ponit falsam amaritudinem, dulcisque sit. 57 Quin & vites, & poma in ea degenerant. 58 Experimentum. 59 Sume vimineos corbes & vasa viminea, quæ vinum è prælis, id est, lignis, quibus uvæ premuntur recipiunt. 60 Ubi reponebatur ab injuria pluviæ secura. 61 In hæc vasa viminea. 62 Terra ex agro quem explorare vis. 63 Fontana, aqua dulci impleantur, donec plena fuerint. 64 Viam sibi faciet, transibitque cum morâ velut luctando. 65 Canistri. 66 Scil. *sui*, an dulcis, an verò salsus, atque amarus sit. 67 Gustantium per sensum aquam. 68 Non est friabilis, sed viscosa, & lenta fit, & digitis inhæret, dum habetur, & tractatur. 69 Dissolvitur, & aperitur.

IV. Humida [70] majores herbas alit, ipsaque [71] justo
Lætior: ah! [72] nimiùm ne sit mihi fertilis [73] illa,
Neu se prævalidam [74] primis ostendat [74] aristis.
V. Quæ gravis est, ipso tacitam se pondere [75] prodit:
VI. Quæque levis. VII. Promptum est oculis prædiscere nigram,
[76] Et quis cui color: VIII. at [77] sceleratum [78] exquirere frigus
Difficile est: [79] piceæ tantùm taxique nocentes
Interdùm, aut ederæ [80] pandunt vestigia nigræ.
[81] His animadversis I. terram multò antè memento
[82] Excoquere, & [83] magnos scrobibus concidere montes:
Antè [84] supinatas Aquiloni ostendere glæbas,
Quàm [85] lætum [86] infodias vitis genus: optima [87] putri
[88] Arva solo: [89] id venti curant, gelidæque pruinæ,
Et [90] labefacta [91] movens robustus [92] jugera fossor.
II. At [93] si quos haùd ulla viros vigilantia fugit;
Antè [94] locum similem exquirunt, ubi prima paretur
Arboribus [95] seges, & [96] quo mòx [97] digesta feratur,

70 Quam arida. 71 Quam justum est, & quam oportet vegetior, & fertilior est. 72 Non probò nimiùm fertilem, aut luxuriantem & quæ fallacibus spem eludit aristis. 73 Humida. 74 Cum primum exsurgent spicæ. 75 Manifestat. 76 Et quicumque est terræ color. 77 Perniciosum frugibus. Plantis exsitiale. 78 Exquisitè nosse. 79 Non rarò tamen frigoris indicia sunt taxi, piceæ, & hederæ nigræ ibi natæ. 80 Manifestant & palam faciunt indicia frigoris. 81 De terrarum naturâ. Quinta pars libri, de viribus; ubi traditur I. *pastinatio*, II. *translatio è seminario*, III. *satio*, IV. *defensio*, V. *vitium electio*, VI. *putatio*, VII. *stercoratio*, VIII. *repastinatio*, IX. *pedatio*, X. *pampinatio*, *seu frondatio*, XI. *eaque repetita ablaqueatio*: *hortatio ad diligentiam*. 82 Calore & frigore. 83 E scrobibus effossas glæbas, aggestasque invertere, soli, vento & pruinæ exponere, ut excoquantur & putrescant, priusquam vivos radices solo committas. 84 Qua parte terram spectabant in cœlum versas. 85 Fertile, & lætitiam tibi allaturum. 86 Plantes. 87 Putrefacto, & resoluto. 88 Scil. *sunt*. 89 Ut solùm putrefiat. 90 Effossa, & subacta. 91 Ut macerentur, fodiens, pastinans. 92 Terram, quantam par boum singulis diebus arare potest. 93 Diligentes vinitores videant ut.... 94 ... Solum parant in usum seminarii, ejusdem naturæ & situs cum.... 95 Satio, seminarium. 96 ... Vineto in quod transferendi sint vivi radices.... 97 Ordinata, postquam adolevit.

Mu-

[1] Mutatam ignorent subitò ne [2] femina [3] matrem.
Quin etiam cœli regionem in [4] cortice [5] signant:
Ut, quo [6] quæque modo steterit, quâ parte calores
[7] Austrinos tulerit, quæ terga obverterit [8] Axi,
[9] Restituant: *adeo in* [10] *teneris consuescere* [11] *multum est* !
III. Collibus, an plano melius sit ponere vitem,
Quære priùs: [12] si pinguis agros [13] metabere campi;
Densa fere: [14] in denso non segnior ubere Bacchus.
[15] Sin tumulis [16] acclive [17] solum, collesque [18] supinos;
Indulge ordinibus: nec seciùs omnis in [19] unguem
Arboribus [20] positis [21] secto [22] via limite [23] quadret.
[24] Ut sæpè ingenti bello cùm longa cohortes
[25] Explicuit legio, & campo stetit [26] agmen aperto,
[27] Directæque acies, ac latè [28] fluctuat omnis
[29] Ære [30] renidenti tellus, [31] nec dum horrida miscent
Prælia, sed [32] dubius mediis Mars errat in armis.
Omnia sint paribus [33] numeris dimensa viarum:
[34] Non animum modò uti pascat prospectus [35] inanem;

1 ... Ne degenerent, aut tabescant. 2 Plantæ, vivi radices. 3 Vinetum, quo transferuntur novellæ ex nutrice seminario. 4 Arboris transferendæ. 5 Rubrica notant quas cœli partes in seminario spectaverint, easdem & in vineto retineant. 6 Arbor, aut vitis. 7 Meridiem. 8 Septentrionali. 9 Eo modo, & ab ea parte eam terræ restituant. 10 Quia prima quæque tenaciùs hærent, atque consuetudo est altera natura. 11 Utile est. 12 In plano solo densius ordinabis vites, in acclivi, & colino, rarius. 13 Parabis, aut eliges, sicut qui castra metantur locunt capiunt. 14 Viris respondet ubertati terræ. 15 Assurgens paullò. 16 In quo seras vineam, scil. *metabere*. 17 Da operam, ut in ordines dirigantur. 18 Perfectè, accuratè. Horat. *ad unguem factus homo*, Metaph. à marmorariis, qui junctûras unguibus probant: *ut per leve severos Effundit junctura inigues*. Pers. 1. Sat. 19 Dispositis. 20 Divisio in lineas directas, & quadrangulares. 21 Situs arborum. 22 In formam quadrangularem dirigatur. 23 Similitudo illustris. 24 Ordinavit. 25 Multitudo, quæ à duce in prælium jàm jàm agi potest. 26 Ordinatæ. 27 Κυμαίνει, undanti mari similis movetur, micat: est enim veluti in fluctibus, propter milites. 28 Armis æreis, telisque vibratis. Lucret. 2. l. *Ære renidescit tellus*. 29 Splendenti. 30 Prælio nondùm commisso. 31 Incertus, an eos ad prælia accendet, an ad concordiam rediget, id est, sic construuntur, in ordine vites, ut solent ante prælium instrui exercitus, qui signo dato, mox manus conferunt. 32 Spatiis, ut sit idem intervallum. 33 Neque hoc in speciem tantum, ut delectet: sed in utilitatem, ut ex æquo alimentum singulis suppetat. 34 Sese rebus inutilibus oblectantem.

Sed quia [35] non alitèr [36] vires dabit [37] omnibus [36] æquas
Terra, neque [38] in vacuum poterunt se extendere rami.
Forsitàn, & scrobibus [39] quæ sint fastigia, quæras:
Ausim vel [40] tenui vitem committere sulco:
Altior, ac penitùs terræ defigitur arbos,
Æsculus in primis: [41] quæ quantùm [42] vertice [43] ad auras
Æthereas, tantùm radice in [44] Tartara tendit.
[45] Ergo non [46] hiemes illam, non [47] flabra, neque imbres
Convellunt: immota manet, multosque per annos
Multa virûm [48] volvens durando sæcula vincit.
[49] Tùm fortes latè ramos, & brachia tendens
Hùc illùc, media ipsa ingentem sustinet [50] umbram.
IV. Neve tibi [51] ad solem vergant vineta cadentem:
Neve inter vites [52] corylum sere: V. [53] neve flagella
Summa pete, aut summa destringe ex arbore plantas:
(Tantus amor terræ) VI. neu ferro lædе [54] retuso
Semina: [55] neve oleæ silvestres insere truncos.
Nam sæpè [56] incautis pastoribus excidit ignis,
Qui furtìm pingui primùm sub [57] cortice tectus
[58] Robora comprendit, [59] frondesque elapsus in altas
Ingentem cœlo sonitum dedit: [60] inde secutus
Per ramos victor, perque alta cacumina regnat,
Et totum involvit flammis [61] nemus, & [62] ruit atram

35 Nisi per hanc dispositionem. 36 Æqualia nutrimenta. 37 Arboribus, & vitibus. 38 In aërem. 39 Quæ debeat esse altitudo, ac profunditas, id est, quàm profundè scrobes effodi debeant. 40 Scrobi non ita altæ, & profundæ, atque requirunt arbores: æsculus maximè. 41 Habentur iidem versus 4. Æneid. 42 Summitate, & cacumine. 43 Cœlum versus. 44 Inferna. 45 Quia tàm firmitèr radicata est. 46 Tempestates. 47 Venti. 48 Transigens. 49 Deindè, postquam sic radicata est. 50 Ramorum suorum. IV. *defensio.* 51 Ad occidentem inclinent vites. 52 Avellanam seras, cujus radices vitibus nocent. V. *Vitium electio.* 53 Neque malleolos, aut taleas terræ depangendas sume ex summâ vitis parte, sed ex imâ, ut quæ terram alimento ejus assuetæ desiderent. VI. *Putatio.* 54 Hebeti, non acuto; quo obtritæ potiùs quam amputatæ rubiginem contrahunt. 55 Neque oleastros internasci patere, quorum cortex pinguis facilè ignem pastorum incuria, *vel nimis admotum, vel jam sub luce relictum* apprehendat, incendioque vinetum longè, latèque correptum dispereat. 56 Non rectè caventibus, nec prospicientibus. 57 Oleæ. 58 Truncum. 59 Oleæ. 60 Post combustionem frondium. 61 Olivetum. 62 Ruere facit, emittit, projicit.

Ad

Ad cœlum [63] piceâ crassus [63] caligine [64] nubem:
Præsertim si [65] tempestas [66] à vertice silvis
Incubuit, glomeratque [67] ferens incendia ventus.
[68] Hoc ubi, non à stirpe valent, cæsæque reverti
Possunt, atque imâ similes revirescere terrâ:
[69] Infelix [70] superat foliis oleaster amaris.
[71] Nec tibi tàm prudens quisquam persuadeat author,
[72] Tellurem Boreâ rigidam spirante moveri.
Rura gelu [73] tùm [74] claudit hiems: nec semine jacto
Concretam patitur radicem affigere terræ.
Optima [75] vinetis satio, cùm vere [76] rubenti
[77] Candida [78] venit avis, longis invisa [79] colubris.
Prima vel auctumni [80] sub frigora, cùm [81] rapidus Sol
Nondùm hiemem contingit equis, [82] jam præterit æstas.
[83] Ver [84] adeò frondi nemorum, ver utile silvis:
Vere [85] tument terræ, & [86] genitalia semina poscunt.
[87] Tùm pater omnipotens fecundis imbribus Æther
Conjugis in gremium lætæ descendit; & omnes
Magnus alit, magno commistus [88] corpore, fœtus.

63 Fuligine qualem pix generat. 64 Fumi, & flammæ. 65 Ventorum: *Ανέμοιο βύελλα.* 66 Ab ipsis cacuminibus. 67 Inflans. 68 Ejusmodi incendium si quando acciderit, à stirpe, & radice pereunt vites, aut oleæ; superstites repullulant oleastri. 69 Sterilis. 70 Superest. 71 Docet, quo vento flante fodiendæ, aut arandæ sint terræ. 72 Hiberno tempore fodere, & vites serere. 73 Cùm Boreas flat. 74 Astringit. 75 Vitibus. 76 *φοινικανθέμῳ* florum purpurâ, omnibusque coloribus picturato. 77 Ciconia, quæ advenit mense Martio. 78 Ex paludibus, quæ sunt inter Ægyptum & Æthiopiam, ad nos. 79 Quibus pascitur. 80 Paullò antè. 81 Præcipitans dies contractiores, aut celeritèr semper currens. 82 Scil. *suis.* 83 Descriptio verni temporis, quod laudat. Cum hac autem descriptione veris Ovidianam confer ex Fast. 1. *Omnia tùnc florent, tùnc est nova temporis ætas*, & Hor. Od. 4. l. 1. *Solvitur acris hiems gratâ vice veris, & Favoni*, &c. 84 Valdè. 85 Gravidæ fiunt, propter humorem cœlestem, non secùs ac virgines adultæ tument pectore & mammis, maturæ scil. viro. 86 Quibus conceptis generent. 87 Tùm Juppiter, hoc est, aër aureo imbre descendens in gremium Vestæ, id est, terræ, imprægnat, fœcundatque conjugem. 88 Totius terræ.

[89] Avia tùm resonant [89] avibus virgulta canoris;
Et [90] Venerem [91] certis repetunt armenta diebus:
Parturit [92] almus ager; Zephyrique tepentibus auris
[93] Laxant arva sinus: superat tener [94] omnibus humor;
Inque [95] novos soles audent se gramina tutò
Credere: nèc metuit surgentes [96] pampinus [97] Austros,
Aut actum cœlo magnis Aquilonibus imbrem:
Sed trudit [98] gemmas, & frondes [99] explicat omnes.
[1] Nòn alios primâ crescentis origine mundi
Illuxisse dies, [2] aliumve habuisse [3] tenorem
Crediderim: ver illud erat: ver magnus [4] agebat
Orbis, & hibernis [5] parcebant flatibus Euri:
Cùm primæ lucem pecudes hausêre, virûmque
[6] Ferra progenies duris caput extulit arvis,
Immissæque feræ silvis, & sidera cœlo.
[7] Nec res hunc [8] teneræ possent perferre laborem,
Si non tanta [9] quies iret frigusque caloremque
Inter, & exciperet cœli [10] indulgentia terras.
VII. [11] Quod superest, quæcumque [12] premes [13] virgulta per agros,
Sparge fimo pingui, & multâ [14] memor occule terrâ:
Aut lapidem [15] bibulum, aut [16] squalentes infode conchas:

89 In quibus nulla est via, id est, silvestria. Paronomasia. 90 Rem naturalem ad propagandam prolem. 91 Statis anni temporibus. 92 Quo alimur: ab *alendo*. 93 Arva aperiunt, & dissolvunt gremium seminum. 94 Viventibus. 95 Tùm primùm à se visos, vel cum novo anno quasi novos; nam *tunc est nova temporis ætas*, Ovid. 1. Fast. 96 Frondes vitium. 97 Quia humidi sunt. 98 Emittit oculos. 99 Pandit. 1 Et sanè crediderim mundi conditi natalem incidisse in vernum tempus. Cui opinioni adstipulantur plurimi gravissimæ auctoritatis viri. Quamvis & autumnale nascentis mundi initium tuentur patroni, nec pauci, nec levis fidei. 2 Quam vernum. 3 Ductum, continuationem. 4 Ducebat, circumagebat. 5 Abstinebant. 6 *Γένος ανδρῶν*; humanum genus in dura natum, & quasi terra editum. 7 Necesse enim fuit ut cœli clementia frigoris, & caloris mistam temperiem mundo recens nato indulgeret. 8 Recens natæ. 9 Tranquillitas, & temperies aëris intercederet. 10 Benigna influentia, & clementia aëris. VII. *stercoratio*. 9 Redit ad institutum suum, docens quo pacto terræ vitibus serendis aptandæ sint. 12 Pressa plantabis, infodies. 13 Plantaria, malleolos depictos, vivi radices. 14 Pœcepti mei. 15 Arenarium, per quem meent aqua & aër. 16 Sordidas.

[17] Inter enim labentur aquæ tenuisque [18] subibit
Halitus, atque [19] animos tollent sata; [20] jamque reperti,
Qui saxo super, atque ingentis pondere testæ
[21] Urgerent: [22] hoc effusos munimen ad imbres:
[23] Hoc, ubi [24] hiulca siti findit Canis æstifer arva.
VIII. [25] Seminibus positis, superest [26] deducere terram
Sæpius ad [27] capita, & duros [28] jactare bidentes:
Aut [29] presso exercere solum sub vomere, & ipsa
[30] Flectere luctantes inter vineta juvencos.
IX. Tùm [31] leves [32] calamos, & rasæ [33] hastilia virgæ,
Fraxineasque aptare sudes, furcasque bicornes:
[34] Viribus [35] eniti quarum, & contemnere ventos
Assuescant, summasque sequi [36] tabulata per ulmos.
X. Ac, dùm prima novis adolescit frondibus ætas,
Parcendum [37] teneris: & dùm [38] se [39] lætus ad auras
Palmes agit, laxis per [40] purum immissus habenis,
[41] Ipsa [42] acies nondùm falcis tentanda, sed [43] uncis
Carpendæ manibus frondes, interque [44] legendæ.
Indè ubi jam validis amplexæ [45] stirpibus ulmos
Exierint: tùnc stringe [46] comas, tùnc brachia tonde:

17 Conchas. 18 Clanculum intrabis. 19 Vigorem suum erigent, recreabuntur. 20 Sunt etiam, qui saxis & testis operiunt vites, adversus imbres & æstum Caniculæ. 21 Premerent. 22 Saxum, aut testam superponere est protectio contra imbres nimis impetuosos. 23 Scilic. *etiam munimen est contra æstum.* 24 Hiantia præ siccitate. VIII. *Repastinatio.* 25 Plantis, viviradicibus jam satis. 26 Deorsum ducere. 27 Radices: est enim arbos homo inversus. 28 Superinjicere ligones, id est, ligonibus effodere. 29 Altiùs immisso. Periphrasis, arationis. 30 Cum moderatione ducere, id est, arare interstitia, & invertere. IX. *Pedatio.* 31 Decorticatos. 32 Adminicula ex arundine, calamis, & virgis lævigatis admovere; sudes item, & furcas, quibus innixæ vites novellæ discant populos, & ulmos, quibus maritandæ sunt, scandere, unde ventos sustineant, & hinc indè spargant multa tabulata racemis onusta. 33 Perticas. 34 Sustentaculis. 35 Cum quodam enixu erigi. 36 Cacumina ipsa, & vitium casulas. X. *Pampinatio, seu frondatio.* 37 Scil. frondibus vitium, id est, pampinis. 38 Sic Lucret. 5. l. *Arboribusque datum est, variis exinde per auras Crescendi magnum immissis certamen habenis.* 39 Vegetus crescit. 40 Liquidum aërem. 41 Surculus vitis novellæ anniculus horret falcem: ac proindè nondum putandæ sunt vites ferro ipsius falcis. 42 Acumen. 43 Incurvatis. 44 Tollendæ non temerè, sed cum delectu. 45 Virgulis solidioribus. 46 Folia, & pampinos reseca.

An-

47 Antè reformidant 48 ferrum: tùnc denique 49 dura
Exerce 50 imperia, & ramos 50 compesce fluentes.
IV. Texendæ 51 sepes etiam, & pecus omne 52 tenendum:
Præcipuè dùm frons tenera, 53 imprudensque laborum:
54 Cui, 55 super indignas hiemes, solemque 56 potentem,
Silvestres 57 uri assiduè, capreæque 58 sequaces
59 Illudunt: 60 pascuntur oves, 61 avidæque juvencæ.
Frigora nec tantùm canâ 62 concreta pruinâ,
Aut 63 gravis incumbens scopulis arentibus 64 æstas,
Quantum illi 65 nocuêre 66 greges, 67 durique venenum
Dentis, & 68 admorso signata in stirpe cicatrix.
69 Non aliam ob 70 culpam Baccho caper omnibus aris
Cæditur, & veteres ineunt 71 proscenia ludi:
72 Præmiaque ingeniis pagos & 73 compita circum
74 Theseidæ posuêre: atque inter pocula læti

47 Priusquàm emiserint frondes. 48 Falcis. 49 Falcem, & ferrum: nam durus imperator est, qui in capita suorum animadvertit. 50 Luxuriem falce preme. IV. *Defensio, & munitio.* 51 Munitiones ex virgultis, more cratium complicatis, vineas sepientes. 52 Continendum, arcendum à vineis dùm surculi teneri sunt. 53 Ignara incommodorum, cujusmodi sunt venti, grandines, morsus, &c. 54 Frondi. 55 Plusquàm iniquæ hiemes, aut Sol æstivus. 56 In æstu. 57 *Uri* sunt boves silvestres, Herciniæ silvæ proprii, de quibus Cæsar, lib. 6. de Bello Gall. Vulgus tamen bubalos vocat uros: legendum itaque monent, vel intelligendum *tauri*, qui Italo cœlo notiores. 58 Celeres, fugaces. 59 Per ludum nocent. 60 Vineas. 61 Cibi. 62 Constricta. 63 Vehemens, calore penetrans. 64 Æstatis calor. 65 Vitibus, aut frondibus. 66 Caprearum præcipue. 67 Venenati morsus. 68 Mordicus abrosa. 69 Neque aliam ob causam immolatur caper in Ludis Liberalibus. Quam quòd vites rodat: à quibus ludis Bacchi, theatrales, ac scenici ludi, tragœdiæ maxime, originem traxere. Apud Ovid. habes de immolatione ista, ejusque origine, Fast. lib. 1. *Sus dederat pœnas, &c.* 70 Quia vites rodit. Undè Ovid. 1. Fast. *Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram, In tua quod spargi cornua possit, erit.* Vide & 15. Metam. 71 Vestibula, pulpita, locum antescenam, scenam ipsam. 72 Athenienses in memoriam pagorum, in quibus dispersi victitabant, priusquàm à Theseo in urbem redacti sunt, veteres hosce ludos Libero patri per pagos, & compita celebrabant, præmio proposito, scil. hirco, iis, qui agillimè saltassent uno pede per utres ex hircina pelle inflatos unctosque. Horat. *Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum.* 73 Loca, quò plures viæ competunt, id est, conveniunt, id est, trivia. 74 Athenienses à Theseo in urbem collecti.

Mol-

[75] Mollibus in pratis [76] unctos saluére per utres:
[77] Necnòn Ausonii, Trojâ gens missa, coloni
Versibus incomptis ludunt, [78] risuque soluto,
[79] Oraque corticibus sumunt [79] horrenda [80] cavatis:
Et te, Bacche, vocant per [81] carmina læta, tibique
[82] Oscilla ex altâ suspendunt mollia pinu:
[83] Hinc omnis largo [84] pubescit vinea [85] fœtu:
[86] Complentur vallesque cavæ, saltusque profundi,
Et quocunque [87] Deus circum caput egit [88] honestum.
Ergo [89] ritè suum Baccho dicemus [90] honorem
Carminibus [91] patriis, [92] lancesque & [93] liba feremus,
Et [94] ductus cornu stabit [95] sacer hircus ad aram,
Pinguiaque in verubus torrebimus exta [96] colurnis.
Est etiam ille labor curandis vitibus alter,
Cui numquam [97] exhausti satis est: namque omne quotannis
[98] Terque quaterque [99] solum [1] scindendum: glæbaque versis
[2] Æternum [3] frangenda bidentibus: XI. omne [4] levandum

75 Herbosis. 76 Pingues, & lubricos. 77 Atque hinc ad Italos, à Trojana colonia oriundos, fluxêre etiam ludi in honorem Liberi patris, quos celebrant inconditis versibus, & risu, larvis ex corticibus cavatis personati. 78 Cachinno. 79 Personas, larvas, per quarum medium sonant verba. 80 Ut facies applicentur factis foraminibus, pro oculis, naribus, & ore. 81 Hymnos. 82 Imagunculas, quæ vertibularum coagmentis formatæ, & pensiles, varias rerum species simulabant. Macrob. lib. 1. c. 7. Sat. humana esse simulacra vult, refertque instituti originem ad Herculem. Alii suspendicula esse auctumant, quibus invicem per transversum in aëre ludentes levabant, aut premebant: quas jactationes, Latini cernuationes. Græci ἀιώρας dicebant. 83 Et tamen ab hoc cultu Bacchi, utcumque rudi, Dei læti præsentia vini rerumque abundantiam suppeditabat. 84 Crescit, floret. 85 Proventu. 86 Largo fœtu vinearum. 87 Bacchus. 88 Pulchrum. 89 Secundum debitum morem. 90 Hymnum. 91 Romanis. 92 Vasa sacrificiis apta. 93 Placentas ex lacte, farre, melle, oleo. 94 Verbum rituale. 95 Conveniens sacrificio. 96 Ex corylo factis: nam à *corylo* fit *colurnus*. Quia, & corylus Baccho vitibusque infesta. 97 Laboris, id est, semper debemus laborare. 98 Frequenter. 99 Continens vites. 1 Sulcandum, & fodiendum. 2 Perpetuò, assiduè. 3 Id est, occandum est. XI. *Iteranda pampinatio, & ablaqueatio curanda.* 4 Depampinanda est omnis vinea, ut botri solem excipiant.

Fron-

Fronde nemus: [5] redit agricolis labor actus in orbem,
Atque [6] in se sua per vestigia volvitur annus.
Et jàm olim, [7] seras [8] posuit cùm vinea frondis,
Frigidus, & silvis Aquilo decussit [9] honorem;
Jam tùm [10] acer curas venientem [11] extendit in annum
Rusticus, & curvo [12] Saturni dente [13] relictam
Persequitur vitem attondens, [14] fingitque putando.
Primus humum fodito, primus [15] devecta cremato
[16] Sarmenta, & [17] vallos primus [18] sub tecta referto:
[19] Postremus merito: [20] bis vitibus ingruit umbra:
[21] Bis [22] segetem densis [23] obducunt sentibus herbæ.
[24] Durus [25] uterque labor. *Laudato ingentia rura:*
Exiguum colito. Necnon etiam [26] aspera [27] rusci
Vimina per silvam, & ripis fluvialis [28] arundo
[29] Cæditur, incultique [30] exercet cura [31] salicti.
[32] Jam vinctæ vites: jam falcem arbusta reponunt:
Jam [33] canit extremos [34] effœtus vinitor antes.

5 Toto anni curriculo agricola debet esse in labore. 6 A vere per æstatem, auctumnum, & hiemen fit sempèr reditio in ver. Indè annus Græcis ἐνιαυτὸς Latinis ab *Am*, id est, circum, dictus. 7 Quas serò, & tardè deponit. 8 Exacto planè Auctumno. 9 Frondes: decus arborum: namque *turpis sine frondibus arbor.* 10 Strenuus. 11 Dilatat, id est, incipit curare, quæ anno sequenti peragenda sunt. 12 Falce vinitoriâ, quali Saturnus usus dicitur, ablaqueat, hoc est, recidit minorum gentium radiculas, quò feliciùs crescant majores, quas tamen putando fingit. 13 Cujus culturam paullulùm intermiserat. 14 Componit resecando superflua, & coaptando utilia. 15 A vineâ domum. 16 Amputamenta, id est, superfluos, & refectos palmites. 17 Pedamenta, in usum venturi anni. 18 Ne putrescant pluviâ. 19 Ut matura fit vindemia, ut racemi legantur benè cocti. 20 Et quia bis excrescunt pampini, bis succrescunt herbæ; bis pampinandum, runcandum & sartiendum. 21 Vere & auctumno. 22 Novellas vitium plantas. 23 Cooperiunt spinis. 24 Est molestus. 25 Qui est in amovendis pampinis, & sentibus. 26 Ligamina vitibus futura. 27 Fruticis sponte nascentis, de genere veprium. 28 Amputatur à rusticis. 29 Cultorum vitium. 30 Salicum. 31 Et tamen laboribus quasi defuncto jamque decrosso, post vites alligatas, putatas, & usque ad extremos earum ordines omnem laborem devoratum, & devictum, novus ingruit; denuo tellus sollicitanda, pulvis, & lapis omnis movendus, aëris intemperies usque metuenda, & pluvia. 32 Canendo laudat. 33 Lassus, & virium expers. 34 Ordines anteriores vinearum.

Sol-

[35] Sollicitanda tamen tellus, [36] pulvisque movendus,
Et jam maturis metuendus [37] Juppiter uvis.
[38] Contrà [39] non ulla est oleis cultura: neque illæ
Procurvam expectant falcem, rastrosque tenaces,
[40] Cùm semèl hæserunt arvis, [41] aurasque tulerunt.
[42] Ipsa satis tellus, cùm [43] dente recluditur unco,
Sufficit humorem, & gravidas, [44] cum vomere, fruges.
[45] Hoc pinguem, & [46] placitam Paci [47] nutritor olivam.
[48] Poma quoque, [49] ut primùm truncos sensêre valentis,
Et vires habuêre suas, ad sidera raptim
Vi propriâ [50] nituntur, opisque haùd [51] indiga nostræ.
Nec minùs intereà [52] fœtu [53] nemus omne [54] gravescit,
Sanguineisque inculta rubent aviaria baccis:
[55] Tondentur cytisi: [56] tædas silva alta ministrat:
[57] Pascunturque ignes nocturni, & lumina fundunt.
[58] Et dubitant homines [59] ferere, atque [60] impendere curam?
Quid [61] majora sequar? salices, [62] humilesque genestæ,
Aut illæ pecori [63] frondem, aut pastoribus umbras
[64] Sufficiunt, sepemque satis, & pabula [65] melli:

35 Rastris. 36 Ut uvæ eo obducantur, priusquàm maturæ sint. 37 Aër, tempestas cœli, seu aëris. 38 *Sexta libri pars tractat, sed levi brachio, de oleis, malis, arboribus aliis, necnon fruticibus.* 39 Si cum vitium cultura conferentur: aliàs curam desiderant. 40 Ubi radicem egerint, & stirpem extulerint. 41 Impetus ventorum. 42 Tellus simplici vomere inversa sufficientèr facit, & ministrat humorem, qui satis sit ad oleas. 43 Ligone aperitur. 44 Scil. recluditur. 45 Hac ratione. 46 Pacis symbolum, iccircò & insigne. Φιλόφρονον 47 Nutritor deponens, seu medium verbum. 48 Pomiferæ arbores. 49 Postquàm creverunt. 50 Eriguntur. 51 Indigentia. 52 Fructibus, ut castaneis, nucibus, malis, cerasis, &c. 53 Silvestris arbores, avium domicilia etiam culturâ destitutæ proferunt arbuteos fœtus, & *baccis dumeta rubent.* 54 Gravidum sit. 55 A capellis, apibus, jumentis. 56 Larices, & piceas, undè succus fluit in usum luminum, & ipsæ faces conficiuntur. 57 Nutriuntur injectis tædis. 58 Epiphonema interrogatoriè, sic Æneid. 6. *Et dubitamus adhùc virtutem extendere factis?* 59 Hujusmodi arbores, ut tædas, & ceteras tam utiles. 60 Ut conserventur. 61 Res in quibus major est utilitas. 62 Brevis staturæ. 63 Pabulum frondium. 64 Subministrat. 65 Mellificantibus apibus.

Et

Et juvat [66] undantem buxo spectare [67] Cytorum,
[68] Naryciæque picis lucos: juvat arva videre
[69] Non rastris hominum, non ulli obnoxia curæ.
Ipsæ [70] Caucasio steriles in vertice [71] silvæ,
Quas [72] animos, Euri, assidue franguntque, [73] feruntque,
[74] Dant alios aliæ [75] fœtus: dant utile lignum
Navigiis pinos, [76] domibus [77] cedrumque cupressosque.
[78] Hinc [79] radios [80] trivêre rotis, hinc [81] tympana plaustris
Agricolæ, & [82] pandas ratibus posuêre [82] carinas.
[83] Viminibus salices fecundæ, frondibus ulmi:
At [84] myrtus validis hastilibus, & [85] bona bello
Cornus: [86] Ityræos taxi torquentur in arcus.
[87] Nec tiliæ [88] leves, aut torno [89] rasile buxum,
Non [90] formam accipiunt, ferroque cavantur acuto.
Necnon & [91] torrentem undam levis innatat [92] alnus
[92] Missa Pado: necnon & apes [93] examina condunt,
Corticibusque cavis, [94] vitiosæque ilicis [95] alveo.

66 Ventorum flabris impulsam: sic *fluctuo*, *fluito*, *nato*, *nuto*, usurpantur: vel *undantem*, id est, abundantem. 67 Paphlagoniæ montem. 68 Arbores feraces picis, qualis in Naricia, Ulyssis patriâ: ubi plurimæ sunt piceæ arbores. 69 Cum hæc loca inculta sint. 70 Caucasus mons Scythiam Asiaticam disterminat ab Albania. 71 Arbores. 72 Validè spirantes, ab *ἄνεμος* ventus. 73 Impellunt. 74 Diversæ arbores dant diversas utilitates & fructus, quæque suos. 75 Si non in fructum, in usum tamen. 76 Construendis. 77 Nam & templum Hierosolymitanum ex cedro fuit exstructum. 78 Ex his silvis: neque enim è cedris, cupressisve fiunt radii. 79 Ligna, quæ sunt inter axem, & circumferentiam: qui *radii* dicti, quòd, ut radii à globo Solis, ita hi ab axe deducantur. 80 Torno composuere ad rotas construendas. 81 Vehiculorum tecta ad instar tympani testudinata. 82 Incurvas trabes infimas. 83 Ex quibus varia intexuntur vasa, agricolis necessaria, ut corbes, &c. 84 Mascula Femina enim hastis inutilis. 85 Utilis est ad bellum: quia ex eâ hastilia fiunt, & alia tela. 86 Quales habent Ituræi, Syriæ populi, arcu pugnaces, ut & Parthi. 87 Etiam. 88 Planæ. 89 Quòd facilè radi potest. 90 Vasorum, aut instrumentorum nobis utilium. 91 Præcipitanter fluentem. 92 Allusum ad sorores Phaëtontis, mutatas in alnos prope Eridanum, seu Padum. 93 Fœtus suos. 94 Ævo confectæ, exessæ, cavæ. 95 Caverna.

Quid

[1] Quid memorandum æque [2] Baccheïa dona tulerunt?
Bacchus, & ad culpam [3] caussas dedit; ille [4] furentis
[5] Centauros leto domuit, Rhœtumque, Pholumque,
Et [6] magno Hylæum [7] Lapithis crátere minantem.
[8] *O fortunatos nimiùm, sua si* [9] *bona norint,*
Agricolas! quibus ipsa [10] procul discordibus armis,
Fundit [11] humo [12] facilem victum [13] justissima tellus.
[14] Si non ingentem [15] foribus domus [16] alta [15] superbis
[17] Manè salutantum totis vomit ædibus [18] undam;
Nec varios [19] inhiant [20] pulchrâ [21] testudine postes,
[22] Illusasque [23] aurò vestes, [24] Epyreïaque aera;
Alba nèc [25] Assyrio [26] fucatur lana veneno,

1 Quid simile vites, quinimò in libidinem & rixas furiant: teste *Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero Debellata*: quam pugnam in Pirithoi nuptiis, lege 12. lib. Metam. Ovid. 2 A Baccho inventæ vites. 3 Occasionem. 4 Ebrietate. 5 Thessaliæ populos, Ixionis, & Nubis filios, media parte homines, media equos. 6 Capaci. 7 Populis vicinis, quibus sæpe cum Centauris certamen erat. 8 *Septima, eaque ultima libri hujus pars excurrit in laudes vitæ rusticæ.* Hinc Cicer. Orat. pro Sex. Roscio: Ut *non omnem frugem, neque arborem in omni agro reperire possit: sic non omne facinus in omni vitâ nascitur. In urbe luxuries creatur: ex luxurie exsistat avaritia necesse est: ex avaritiâ erumpat audacia: indè omnia scelera, ac maleficia gignuntur. Vita autem hæc rustica, quam tu agrestem vocas, parsimoniæ, diligentiæ, justitiæ magistra est.* Cum hoc consentit Lucret. lib. 1. *Divitiæ grandes homini sunt vivere parcè Æquo animo, neque enim est umquam penuria parvi,* &c. Et Claud. lib. 1. in Ruffinum: *Fabricius pauco spernebat munera regum, &c.* 9 Commoda, quæ ex agricultura percipiunt. Lege Cicer. in Cat. Maj. Horat. Od. 2. l. Ep. 10 Longè à civilibus bellis. Accomodatè his & sequentibus. Tibul. lib. 1. El. 1. *Divitias alius fulvo sibi congerat auro, &c.* 11 In humo. 12 Facile acquisibilem. 13 Quæ justissimè respondet agricolarum votis, quæ accepit largo cum fœnore reddens. 14 Tametsi. Confert cum urbanâ, quam elevat, imitatus Lucretium, lib. 2. *Si non aurea sunt,* &c. mox: *At tamen inter se,* &c. 15 Habens magnificas fores, in quibus variæ sculpturæ conspici solent. 16 Qualis est in urbibus, cum rusticorum sit *humiles habitare casas.* 17 Clientum, *Ave matutinum* portantium importunam turbam cum fastidio emittat. 18 Undatim proruentem. 19 Cum hiatu ferino se concupiscere indicant. 20 Aurea & eburnea. 21 Testudinum Indicarum putaminibus in laminas sectis distinctos, ac gemmantes. 22 Auro, ad illusionem intexto, aut perfuso, variegatas. Phrygionum opera, & lusu fabularum pictis. Adverte, *vomit, illusas, fucatur, corrumpitur.* 23 Filis auratis. 24 Corinthia, varia mixtione ex Incendio urbis Corinthi comperta. 25 Purpura, cujus inventio Assyriis accepta fertur. 26 Tingitur, coloratur.

Nec casiâ liquidi corrumpitur usus olivi:
[27] At secura quies, & nescia [28] fallere vita,
Dives opum variarum; at [29] latis otia fundis,
Speluncæ, [30] vivique lacus; at [31] frigida [32] Tempe,
Mugitusque boum, [33] mollesque sub arbore somni
[34] Non absunt: [35] illic saltus, ac [36] lustra ferarum,
Et patiens operum, exiguoque assueta juventus,
Sacra Deum, sanctique patres: extrema per [37] illos
[38] Justitia [39] excedens terris vestigia fecit.
[40] Me verò [41] primùm dulces ante omnia [42] Musæ,
[43] Quarum sacra fero, ingenti [44] percussus amore,
Accipiant; [45] cœlique vias & sidera [46] monstrent:
[47] Defectus Solis varios, Lunæque labores:

27 Fucatum tamen hunc civium splendorem compensant rusticæ vitæ securitas, simplicitas, rerum copia, amœna loca, nativæ voluptates, frugalitas, religio, Dii præsentiores, è quibus Justitiæ numen diutiùs cum rusticis moratum est. 28 Fallendi. 29 Voluptates latis ægris, id est, loca amœna. 30 Fluentes. 31 Propter aquas, & umbras. 32 Loca amœna & temperata, qualia sunt Tempe in Thessaliâ. De his Ovid. Met. 1. *Est nemus Æmoniæ, prærupta quod undique claudit Silva, vocant Tempe, per quæ Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis volvitur undis, &c.* 33 Jucundi. A quietis dulcedine, Horat. *Libet jacere modò sub antiqua ilice, Modo in tenaci gramine. Labuntur altis interim ripis aquæ, Queruntur in silvis aves, Fontesque lymphis obstrepunt manantibus, Somnos quod invitet leves.* 34 A rure. 35 Ruri. 36 Latibula: per quæ venationes intelligit. 37 Sanctos patres ruri degentes. 38 Virgo Astræa. 39 Derelinquens terras ob hominum scelera, & in cœlum facessens. Hoc testatur Catullus in carmine de nuptiis Pelei, & Tethidis his versibus: *Præsentes namque antè domos invisere castas Cælicolæ, nondum spretâ pietate solebant, &c.* Eadem fermè Ovid. Met. 1. *Victa jacet pietas: & virgo cæde madentes Ultima cœlestum terras Astræa reliquit.* 40 Duo optat, scil. esse Philosophum, ut cognosceret rerum causas, quo nihil est præclariùs? aut rusticum, & agricolam. 41 Primo & præcipuo loco. 42 Rerum divinarum contemplationes. Confer Od. 1. lib. 1. Horat. cum his. 43 Quarum mystam me, & sacerdotem profiteor. Horat. Od. 1. lib. 3. *Carmina non priùs audita Musarum sacerdos Virginibus puerisque canto.* 44 Affectus. 45 Doceantque cœlestium orbium motus, siderum ortus & obitus. 46 Doceant me pollicetur & Propertius se, ubi militiam illam miseram Veneris deseruerit, hujuscemodi studio daturum, dicens: *Tum mihi naturæ libeat perdiscere mores, &c.* Vide lib. 3. Eleg. 4. 47 Eclipsis seu imminutionis luminis Solis, quæ contingit ob interpositionem Lunæ inter Solem, & nostrum visum, ac Lunæ, quæ contingit ob interpositionem terræ, inter Solem, & Lunam, è diametro oppositæ, rationes.

Un-

[48] Undè [49] tremor terris: [50] quâ vi maria alta [51] tumescant.
[52] Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa [53] residant:
[54] Quid tantum [55] Oceano properent se tinguere Soles
Hiberni; vel quæ [56] tardis mora [57] noctibus obstet.
[58] Sin, has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis;
Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes;
Flumina amem, silvasque [59] inglorius: [60] ô, ubi [61] campi,
[62] Spercheosque, & virginibus [63] bacchata Lacænis
Taygeta! ô, qui me gelidis in vallibus [64] Hæmî
[65] Sistat, & ingenti ramorum protegat umbra!
[66] *Felix, qui potuit rerum cognoscere causas,*
Atque metus omnes & [67] inexorabile fatum
Subjecit pedibus, [68] strepitumque Acherontis [69] avari!
[70] Fortunatus & ille Deos qui novit agrestis,

48 Motus terræ. 49 Scilicèt, *decidat*, id est, undè terræ motus exsistant, scilic. ex conflictu, & impulsu spirituum, & ventorum, cavitatibus terræ inclusorum, ex obstructis meatibus & poris vi erumpere pugnantium. Lucret. 5. terræ motu: *Denique sub pedibus tellus cum tota vacillet, concussæque cadant urbes, dubiæque minantur, Terra superna tremit, magnis concussa ruinis.* 50 Reciproci maris æstus causas. 51 Extollantur: cujus causam nonnulli ad Lunam referunt, cujus in aquas imperium est, & terris proxima: nam pro ejus ortu vel occasu & progressu ad circulum meridianum mare fluere, ac refluere statuunt. 52 Obstaculis, ut litoribus. 53 Descendant, ut locum capiant. 54 Cur dies hiberni breviores, æstivi longiores. 55 Magno mari, terram ambienti. 56 Tarde venientibus. 57 Æstivis. 58 Quæ naturæ mysteria, si per ingenii tarditatem, & cordis, à frigido crassoque sanguine hebetati, assequi, & nosse non datur: secundo loco rura & flumina amo, veneror que. 59 Exsistens sine gloria. 60 *O soles!, ô tunicata quies! ô nemus! ô fontes, &c.* Martial. 10. lib. 51. Epigr. 61 Amœni sunt. 62 Thessaliæ fluv. 63 Lacedæmoniarum bacchantium Orgiis celebrata Taygeta, mons Laconiæ. Sic Æneid. 3. *Bachatamque jugis Naxon.* 64 Montis Thraciæ. 65 Constituat. 66 Felix utique est sapiens, qui cum rerum caussas sciat, quæ vera est scientia, fatum infra se videt, non ipsam mortem timet. 67 Inevitabile, id est, qui ipsam mortem non timet. 68 Animarum omnium illuc tendentium, tumultum. Undè Æn. 6. de hac eadem re dicit: *Æneas (miratus enim motusque tumultu) Dic, ait, ô virgo, quid vult concursus ad amnem? Quidve petunt animæ?* 69 Quia omnia accipit, & nihil dat. 70 sed & felix rusticus, qui Deorum consortio ac cultu lætus, tutus & securus agit.

[71] Panaque, [72] Silvanumque senem, [73] Nimphasque sorores.
[74] Illum non populi [75] fasces, non [76] purpura [77] regum
[78] Flexit, & infidos [79] agitans discordia [80] fratres;
[81] Aut [82] conjurato descendens [83] Dacus ab [82] Istro:
[84] Non res Romanæ, [85] perituraque regna: neque ille,
Aut doluit miserans inopem, aut invidit habenti.
Quos rami fructus, quos ipsa [86] volentia rura
Sponte tulêre suâ, carpsit: nec [87] ferrea jura,
[88] Insanumque [89] forum, aut populi [90] tabularia vidit.
[91] Sollicitant I. alii remis [92] freta [93] cæca; II. [94] ruuntque
In ferrum, [95] penetrant III. aulas, & limina regum;
IV. [96] Hic [97] petit excidiis urbem, miserosque [98] Penatis,

71 Deum pastorum. 72 Deum silvarum. 73 Oreades, Dryadas, Najadas, Napæas. 74 Animum illius, *Deosque novit agrestes*, quique parvo contentus est. 75 Honores & magistratus Rom. quibus præferebantur fasces virgarum cum securi à lictoribus. Hor. Ep. 16. lib. 1. *Ut si detuleris* fasces *indigno*. 76 Regnandi lubido, & splendor. 77 Scil. *indumentum*. 78 Movit, attraxit ad se. 79 Vexans. 80 Ut Eteoclem, & Polynicem, Romulum & Remum. 81 Securum quid meditentur hostes, quid rebellis socii. Daci autem in bella profecturi Istrum jurabant, se nolle re infecta redire. 82 Ab accolis Istri, ut Dacis, Getis, Germanis in Romanos conspirantibus, id est, timor illorum non flexit illum. 83 Populus à Germanis Danubio divisus. 84 Non sollicitum de Imperio, rebusque Romanis, stent ne, cadent ne. 85 A Romanis subigenda, & ad Romanum imperium transferenda flexerunt illum. 86 Non coacta. 87 Dura, inviolata. 88 Litibus fremens. 89 Judiciale, id est, locum, in quo judicia ferri solent. 90 Loca Romæ in atrio Libertatis, ubi asservabantur tabulæ, id est, scripta publica, & litteræ de prædiis, vectigalibus, portoriis, &c. 92 Neque Rustica hæc vita urbanam tantùm superat, aut Philosophicam æquat; sed & alia omnia vitæ instituta, & conditiones longè antecellit: quæ vel I. *nautæ, atque mercatores ineant*, vel II. *milites*, III. *aulici*, IV. *patriæ libertatis oppressores*, V. *avari Eucliones*, VI. *oratores, & patroni*, VII. *munerarii*, VIII. *qui arma capessunt civilia*. 92 Hor. Sat. 1. lib. 1. *Impiger extremos curris mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes*. 93 Occulta, momento enim verruntur, cum tranquillo esse videantur. Virg. Cæcis *erramus in undis*. 94 Præcipites ruunt in arma. 95 Insinuant se principibus, ut intimi sint. Horat. Od. 2. Epod. *Forumque vitat, & superba civium potentiorum limina*. 96 Alius. 97 Adoritur. 98 Deos domesticos, aut domos.

Ut

Ut [1] gemmâ bibat, & [2] Serrano [3] in dormiat ostro;
V. [4] Condit opes alius, [5] defossoque [6] incubat auro;
VI. Hic stupet [7] attonitus [8] Rostris; VII. hinc [9] plausus
[10] hiantem
Per [11] cuneos ([12] geminatus enim) plebisque Patrumque
[13] Corripuit; VIII. gaudent [14] perfusi sanguine fratrum,
[15] Exsilioque domos, & dulcia limina mutant,
Atque [16] alio patriam quærunt [16] sub sole jacentem.
[17] Agricola [18] incurvo terram dimovit aratro:
Hinc [19] anni labor: hinc patriam parvosque [20] nepotes
Sustinet: hinc armenta boum, [21] meritosque juvencos.
Nec requies, quin aut pomis [22] exuberet annus,

1 Gemmato poculo, *gemmas ad pocula transfert.* Juven. lib. 5. Sat. Propert. lib. 3. El. 4. *Nec tamen inviso pectus mihi mihi carpitur auro, Nec vivit è* gemmâ *divite nostra sitis.* 2 Tyrio, à purpura pisce, cui *Sar* nomen, dicta *Sarcha*, inde Tyrus. 3 Ut habeat lectum coopertum purpura Tyria, aut tapetis purpureis. 4 Abscondit. 5 Quod prius infossam, ut nunc conspiciat, defodit. 6 Incubando involvit se in aurum. *Divitiis soli incubuêre repertis.* 6. Æneid. non ausi uti, ac frui iis. 7 Acclamationibus convasatis supra mortalitatem se efferri opinatus. 8 Magistratibus pro rostris gerendis. Erant enim *Rostra* locus ante Curiam, unde edicta publica, & ad populum verba fiebant, navium, ab Antiatibus captarum, rostris adornatus. In Rostris Magistratus sedentes jus dicebant, & ibidem leges ferebantur, & conciones habebantur. 9 *Famaque petitur, Multa aure in vulgus totus popularibus auris Impelli, plausuque sui gaudere theatri,* Lucan. de Pomp. lib. 1. 10 Honoris cupidum. 11 Graduum ordines in theatro. 12 Quia sæpè redditur plausus plebis & patrum. 13 Totum ad se rapuit. 14 *Sanguine civili rem conflant, divitiisque Conduplicant, avidi cædem cæde accumulantes, Crudele gaudent in tristi funere fratres.* Lucr. 3. lib. Adeoque pars victa cogitur, *patriæ fines, & dulcia* linquere *arva*, ut Ecclog. 1. & 9. *At nos hinc alii sitientes ibimus Afros, Par Scythiam.* 15 Pro dulcibus domibus exsulant ultrò, ut scelerati voti compotes fiant. 16 Sub aliâ regione, aut climate. Horat. Od. 16. lib. 2. *Quid terras* alio *calentes* Sole *mutamur*? 17 Docet agricolam non otiosum esse, sed longè lætioribus exercitationibus teneri. 18 Aravit, & coluit terram. 19 Ex agricolæ labore, *qui reddit actus in orbem anni*, proventus annuus, sibi, suis, patriæ alimentum. 20 Liberorum suorum liberos sustentat, educat. 21 Boves aratorios, qui meruerunt ex fructu, quem pepererunt labore suo sustentari. 22 Valde uber, aut fœcundus sit.

Aut fœtu pecorum, aut [23] Cerealis mergite culmi,
[24] Proventuque oneret, sulcos, [25] atque horrea vincat.
Venit hiems, teritur [26] Sicyonia bacca [27] trapetis;
Glande sues [28] læti redeunt; dant [29] arbuta silvæ;
Et varios ponit fœtus [30] auctumnus; & altè
Mitis in [31] apricis coquitur vindemia saxis.
Interea dulces pendent circum [32] oscula nati:
Casta [33] pudicitiam servat [34] domus; ubera vaccæ
[35] Lactea demittunt; pinguesque in gramine læto,
Inter se adversis luctantur cornibus hædi.
[36] Ipse dies agitat festos, [37] fususque per herbam,
[38] Ignis ubi in medio, & socii cratêra [39] coronant,
Te [40] libans, [41] Lenæe, vocat: pecorisque [42] magistris
[43] Velocis jaculi certamina ponit in ulmo:
Corporaque [44] agresti nudant prædura [44] palæstrâ.
[45] Hanc olim veteres [46] vitam coluêre [47] Sabini:
Hanc [48] Remus, & [49] frater: [50] sic fortis [51] Hetruria crevit:
Scilicèt & rerum facta est [52] pulcherrima Roma,
[53] Septemque una sibi [54] muro circumdedit [53] arces.

23 Manipulis calami frumentacei à Cerere inventi. 24 Frugibus abundè provenientibus. 25 Tot sint fruges, ut nulla sit spes in horrea posse ingeri, sed in agro reponi debeant. 26 Olivâ, quæ optima & abundè nascitur in Sicyone civ. Laconiæ. 27 Mollis, prælis oleariis. 28 Pingues. 29 Fructus arborum. 30 Is enim *pomifer*, ac *vinifer* dicitur. 31 Vinum maturescit in amphoris igni aut soli expositis. 32 Al. *ubera*, scil. matrum. 33 Uxoris. 34 Familia. 35 Lactis plena. 36 Agricola. 37 Prostratus, ac recubans. 38 Ad sacrificium cremandum. 39 Florea corollâ aut serto, ut 3. Æn. *magnum cratera corona Induit*: vel vino implent, quod instar coronæ labra poculi contingit. Κρητῆρας ἐστέψαντο ποτοῖο. Hom. Iliad. α. 40 Sacrificans. 41 Bacche, ut supra, 4. v. hujus libri. 42 Pastoribus, opilionibus, operum sociis. 43 Ponit certamina sagittarum, id est, signum, quod sagittis certatim dejiciant in alta quavis arbore: ut 5. lib. Æn. aut palæstræ: proponitque præmia. 44 Luctatione agrestium. 45 Vitæ rusticæ laudationem firmat testimoniis humanis, & divinis. 46 Rusticanam. 47 Qui Tacienses, Italiæ populi. 48 Romani, qui Rhamnenses. 49 Romulus. 50 Per agriculturam. 51 Hetrusci, qui Luceres. 52 Caput orbis. 53 Montes, Capitolinum, Aventinum, Cœlium, Exquilinum, Viminalem, Quirinalem, Palatinum. 54 Scil. *uno*, id est, unis mœnibus.

An-

[55] Ante etiam sceptrum Dictæi regis, & [56] antè
Impia quàm cæsis gens est [57] epulata [58] juvencis,
[59] Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat.
Necdùm etiam [60] audierant inflari [61] classica; necdùm
Impositos duris crepitare incudibus enses.
[62] Sed non [63] immensum spatiis confecimus æquor;
Et jam tempus equûm [64] fumantia [65] solvere colla.

55 Ante Jovis regnum, qui educatus fuerat in Dicte, monte Cretæ. Ante argenteam ætatem. 56 Antequàm carne vescerentur mortales, spontè natis terræ fructibus contenti, nec parcerent ipsis bobus rustici operis sociis, Cereris ministris. 57 Epulum publicum constituit. 58 Quod impium videtur, cùm sint socii laboris. 59 Etiam optimus, aurea sæcula instituens, qui aurea ætate regnavit in Latio agriculturamque ibidem edocuit: de quo sic Poëta noster, Æn. 8. *Primus ab æthereis venit Saturnus ab oris, Arma Jovis fugiens*, &c. 60 Homines. 61 Signa bellica, ut tubos, lituos, & cornua, id est, nondum erant bella. Ovid. Metam. 1. *Non tuba directi, non æris cornua flexi, Non galea, non ensis erat, sine militis usu Mollia securæ peragebant otia gentes.* 62 Priorem librum clausurus Poëta, à Martis equis, non audientibus habenas, in abruptum rapiebatur; hic autem Pacis Rusticæ equis, diurnum opus emeritis, & cursu confecto, labore defatigatis solvuntur colla fumantia. 63 Absolvimus immensam materiam, magnamque operam in re rustica navavimus. 64 Ex diuturno labore. 65 A jugo eximendi, id est, jam faciendus est finis materiæ peractæ.

PUBLII VIRGILII MARONIS
GÆORGICORUM
LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

Ovet Augusto templum Honoris, & Monimentum Æternitatis. Equorum cura, & Boum. Taurorum pugnæ. Equarum amor. Tractatio ovium, & caprarum. Præcepta de lanâ, de lacte, de canibus alendis, fugandis serpentibus, pecorum morbis. Hinc occasio sumpta describendæ pestis, quæ grassata est per Alpinas, & Venetas regiones.

TE quoque, magna [1] Pales, [2] & te [3] memorande canemus
Pastor ab Amphryso: [4] vos silvæ, amnesque [5] Lycæi.
[6] Cetera, quæ vacuas [7] tenuissent [8] carmine mentis,
Omnia jam vulgata: quis aut [9] Eurysthea [10] durum,
Aut [11] illaudati nescit [12] Busiridis [13] aras? 5
Cui non [14] dictus [15] Hylas [16] puer, & Latonia [17] Delos?

1 Uti prioribus libris Cererem frugum, & Bacchum vini parentes, sic quoque dona tua, id est, pabula, cum laude tuâ carmine describemus, ô Pales, nemorum, & pabuli Dea: in cujus honorem Romani Palilia instituerunt, ne pabuli angustia premerentur. 2 Et te Apollo, qui propter Amphrysum fluv. pavisti pecus Admeti regis Thessaliæ. 3 Nominande, & memoria digne. 4 Scil. *canemus*, id est, in hoc libro pascua & pecora, id est, rem pastoralem pertractabimus. 5 Montis Arcadiæ pecorosæ, Mercurio, & Pani familiaris. 6 Namque fabulosa illa, quæ malè feriatas, & securas aures delinire poterant, omitto tamquam trita pervulgata, ac vilia. 7 Res carmine describendæ. 8 Occupare potuissent. 9 Mycenarum, Lacedæmoniorumque regem. 10 Imperiis, ut qui, Junone dictante, Herculem ad duodecim labores, seu certamina impulerit. 11 Qui nihil unquam laude dignum dixerit, aut fecerit, quo se à vituperio redimeret: ne profesto quidem die nominandus, vide Agell. lib. 2. cap. 6. Quem Isocratis encomium ab infamiâ non vindicarit. 12 Regis Ægypti. Quis inquit Poëta, nescit has fabulas? si quis nesciat, Mythologos per me adeat. 13 In quibus hospites immolavit: sed cum in Hercule frustra tentasset, ab eo interfectus est. 14 Carmine narratus. 15 De quo supra 6. Ecl. 16 Herculi dilectus, & à Nymphis raptus. 17 Ins. Ægei maris, in qua Latona enixa est Apollinem & Dianam.

Hip-

[18] Hippodameque, humeroque [19] Pelops [20] insignis [21] eburno,
[22] Acer equis? tentanda via est, quâ me quoque possim
[23] Tollere humo, [24] victorque virûm [25] volitare per ora,
[26] Primus ego in patriam mecum (modò vita supersit)
Aonio rediens deducam vertice Musas:
Primus [27] Idumæas referam tibi, Mantua, [27] palmas,
[28] Et viridi in campo templum de marmore ponam
[29] Propter aquam, tardis ingens ubi flexibus [30] errat
[31] Mincius, & tenerâ [32] prætexit arundine ripas:
[33] In medio mihi Cæsar erit, templumque [34] tenebit.
[35] Illi victor ego, & Tyrio conspectus in ostro,
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus.
Cuncta mihi, [36] Alpheum linquens, lucosque [37] Molorchi,

18 Œnamai Pisarum, & Elidis regis, filia: dicta quasi *equorum domitrix*, aut *bellicosa*: cujus nuptias cursu & fraude Myrtili meruit Pelops. 19 Filius Tantali, à quo *Peloponnesus* dicta est. 20 Clarus. 21 Restituto pro carneo, quem Ceres esu absumpserat. 22 Strenuus equis, id est, domitor equorum Œnomai, quibus Hippodamiam vicit. 23 Erigere à re humili. Horat. Od. 2. lib. 3. de virtute: *Cætus vulgares, & udam Spernit humum fugiente pennâ.* 24 Voti compos: Græcorum victor: namque ego primus, &c. 25 Ennius. *Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu Faxit: cur? volito vivus per ora virûm.* 26 Primus ego ex Latinis, inito cum Græcis Poëtis certamine, referam Musas, Musarumque præmia, victoriæ insignia, palmas ex Helicone Mantuam, è Græcia in Italiam. 27 Gloriam & laudem, qualem habent palmis coronati, quorum Idumeæ præstantissimæ habentur, id est, primus ego merebor nobili palmâ coronatus in patriam meam redire. 28 Et victoriæ monimentum erigam, ponamque Honoris templum, atque Æternitatis ex marmore, Augusto Cæsari consecratum. 29 Prope, juxta. Eclog. 8. Propter *aquæ rivum viridi procumbit in herbâ.* Ov. Propter *humum volitat.* Ter. Adel. *Hic* propter *hunc assiste.* 30 Circumfluit non recto tramite, erranti similis. 31 Fluvius apud Mantuam in Padum incidens. 32 Cooperit, & munit. 33 Stabit itaque in medio templi Augusti simulacrum, Tutelaris scil. Dei. 34 Tuebitur, servabit. 35 Victor ego purpura conspicuus, in agro Mantuano instituam in honorem Cæsaris Circenses ludos, ex more Romano, 25. missum per factiones 4. h. e. 100. quadrigarum veteri instituto, ad ripam fluminis. 36 Omissis in posterum Olympicis propè Alpheum fluv. Elidos, & Nemeæis ubi Molorchus excepit Herculem hospitio, huc ad Mantuanos sollemnes confluet cuncta pubes Græcorum nostros hosce ludos cæstibus & palæstra celebratura. 37 A Molorcha denominati.

Cur-

[38] Cursibus, & [39] crudo [40] decernet Græcia [39] cestu.

Ipse, caput tonsæ foliis ornatus [41] olivæ,
Dona [42] feram. [43] Jam nunc [44] sollemnes ducere pompas
Ad delubra juvat, [45] cæsosque videre juvencos:
Vel [46] scena [47] ut [48] versis [49] discedat frontibus; utque
Purpurea [50] intexti [51] tollant aulæa Britanni.
In [52] foribus pugnam ex auro, solidoque [53] elephanto
[54] Gangaridûm faciam, victorisque arma [55] Quirini:
Atque hic [56] undantem [57] bello, [58] magnumque fluentem
[59] Nilum, ac [60] navali [61] surgentes aere columnas.
[62] Addam urbis Asiæ [63] domitas, pulsumque [64] Niphaten,
Fidentemque [65] fugâ Parthum, versisque sagittis,
Et duo rapta [66] manu [67] diverso ex hoste [68] trophæa;

38 Equorum. 39 Munimine manuum, quo pugiles se invicem cædunt, ex corio crudo & plumbi pleno. 40 Certabit. 41 Victoris in Olympiacis præmii. 42 Offeram Augusto, templi ipsius præsidi. 43 Ante constitutum templum. 44 Sacrificia, & ludos: quales in sollemnibus sacrificiis duci consuevêre, per imaginationem ducere ad templa, in quibus sunt Deorum sacra, delectat. 45 Mactatos propter sacrificia. 46 Umbraculum ad ludos scenicos exhibendos exstructum. 47 Quo pacto. 48 περίακτος, versatilis scena hinc indè discedens. 49 A loco priore. 50 In aulæis. 51 Sic acu picti, & aulæis intexti videantur ferre velamenta parietum aularum ex purpureo filo contexta. 52 Scil. *templi*, id est, in vestibulis. 53 Ebore. 54 Ex spe & voto Poëta hoc potius, quàm ex victoria parta, aut pugna commissa cum Gangaridis pop. Indiæ ultra Gangem. 55 Augusti: ex historia; tractatum in Senatu: *an Augustus condito Imperio, Romulus* vocaretur. Florus & Sueton. August. 7. cap. 56 Ex Ægypto cum classe & exercitu minantes Imperio ruinam Antonium & Cleopatram ab Augusto devictos. 57 Rebus bellicis, ut armis, & navibus: Antonius enim, & Cleopatra duxêre armatas naves quingentas in Augustum. 58 Valdè, habet enim septem ostia. 59 Ægypti fluvium. 60 Columnas ex ære, rostris victarum navium detracto, conflatas, & erectas. 61 Editiores. 62 In sculpturâ. 63 Ab Augusto. 64 Armeniæ fluvii accolas domitos. 65 Fuga simulata *mittentem post terga sagittas*. De quibus lege Just. l. 41. 66 Cæsaris victoris. 67 Tam orientali, quam occidentali. 68 Spolia. *Tropæum* autem propriè est *conversio*: qui enim dux hostem in fugam converterat, Tropæum merebatur: qui autem plena victoria consequeretur triumphum: sæpè arbor, cui hostium spolia affigebantur, Trophæum dicebatur. Vide Æn. 11.

Bis-

[69] Bisque triumphatas utroque ab litore [70] gentis.
[71] Stabunt & Parii lapides, [72] spirantia signa,
[73] Assaraci proles, [74] demissæque [75] ab Jove gentis
Nomina, Trosque [76] parens, & [77] Trojæ Cynthius auctor.
[78] Invidia [79] infelix [80] Furias amnemque [81] severum
[82] Cocyti metuet, [83] tortosque Ixionis anguis,
Immanemque rotam, & [84] non exsuperabile [85] saxum.
[86] Intereà [87] Dryadum silvas, saltusque sequamur
[88] Intactos, tua, Mæcenas, [89] haùd mollia jussa.
Te sine nil altum mens inchoat: [90] en age [91] segnes
Rumpe moras: [92] vocat ingenti clamore [93] Cithæron,
Taygetique [94] canes, domitrixque [95] Epidaurus equorum:
Et vox [96] assensu nemorum [97] ingeminata remugit.

69 Bis in triumphum actas, & de quibus bis triumphatum est, sub Cæsare, & sub Augusto. 70 Dalmatas, & Cantabros Sueton. Florus, Messala, Corv. 71 Stabunt & ad ornatum templi in foribus ex marmore candido, quod in Paro insula plurimum nascitur, ad vivum expressæ effigies Jovis, Dardani, Erichtonii, Trois, Assaraci, Capyos, Anchisæ, Æneæ, Juli, undè gens Julia. 72 Quasi spiritum habeant, spirare visa. 73 Principis Trojani, unde Julius, & Augustus originem traxerunt. 74 Deductæ. 75 Per Dardanum, & Electram. 76 Assaraci. 77 Apollo, qui cum Neptuno condidit Trojam, *vel* cujus oraculo monitus Ilus condidit Ilium. 78 Infra stabit Invidia non ausa hiscere, utpote meruens ultrices Furias, pœnas Cocyti, rotæ Ixioniæ, saxi Sisyphii. 79 Quia sese plùs quam invisum cruciat: undè Horat. *Invidus alterius rebus macrescit opimis.* Vid. Ovid. Met. 2. 80 Megæram, Tisiphonem, & Alecto. 81 Implacabilem. 82 Fluvii infernalis à perpetuo luctu denominati. 83 Quibus Ixion est religatus ad rotam, postquam illicitos Junonis pervita amplexus. De hoc supplicio refert Tibullus quoque lib. 2. *illic Junonem tentare Ixionis ausi Versantur celeri noxia membra rotâ.* 84 Quod exsuperare non valet summum montis cacumen: de quo vide Ovid. Met. 10. & Æn. 6. Q. d. Quisque huic operi invidebit ob has Cæsaris laudes, æterna sibi supplicia timere debet. 85 Sisyphi sc. 86 Dum Augusto templum de marmore ponam. Redit ad institutum suum, quod est Georgica describere. 87 Nymphæ hæ querquum, arborum, ut supra, id est, rem agrestem. 88 Argumentum à Poëta nemine hactenus tractatum. 89 Non parvi pendenda sed ardua. 90 Adhortatio sui. 91 Quæ segnes efficiunt, inutiles. 92 Nos ad se describendum. 93 Mons Beotiæ pascuis nobilis: ut & Bacchantium clamore. 94 Montis Laconiæ, quæ canibus strenuis clara. 95 Illyrii civitas equis clara. 96 Quia nemora resonando videntur idem velle. 97 Duplicata resonat.

Mox

[1] Mox tamen [2] ardentis [3] accingar dicere pugnas
[4] Cæsaris, & nomen famâ tòt [5] ferre per annos,
[6] Tithoni primâ quot abest ab origine Cæsar.
[7] Seu quis, Olympiacæ [8] miratus præmia palmæ,
[9] Pascit equos; seu quis fortis ad aratra juvencos;
Corpora præcipuè matrum legat. [10] Optuma torvæ
Forma bovis, cui [11] turpe caput, cui [12] plurima cervix,
Et crurum tenùs à mento [13] palearia pendent.
Tùm longo nullus lateri [14] modus: omnia magna:
Pes etiam, & [15] camuris [16] hirtæ sub cornibus aures.
Nèc mihi displiceat maculis [17] insignis, & [18] albo,
Aut [19] juga detrectans: interdùmque [20] aspera cornu,
Et [21] faciem tauro propior, quæque [22] ardua tota,
Et gradiens [23] imâ [24] verrit vestigia caudâ,
Ætas [25] Lucinam justosque pati [26] Hymenæos
Desinit ante decem, post quattuor incipit annos:
[27] Cetera nèc [28] fœturæ habilis, nèc fortis aratris.

1 Paullò post, facto hoc opere. 2 Ardore factas. 3 Disponat carminibus meis laudare: quod revera fecit: nam Æn. 8. descripsit in clypeo Æneæ pugnam, & Actiacum bellum, quod gessit Augustus cum Antonino. 4 Augusti. 5 Extollere. 6 Filii Laomedontis, & fratris Priami, cujus prima origo fuit à Dardanio, & Electrâ, id est, quot anni sunt à te usque ad mundi principium. Tithoni longævitas nota est ex Auroræ voto, & fabulis. 7 *Secunda libri pars.* Si quem juvet equos alere alipedes ad cursum, & certamina in Olympicis, aliisve ludis, sive strenuos ad laborem, & arandum mares in utroque genere, equas sc. & vaccas accuratè eligat ad generationem. Hor. Od. 1. lib. 1. *Sunt quos curriculo pulverem Olympicum collegisse juvat, metaque fervidis Evitata rotis, palmaque nobilis Terrarum dominos evehit ad Deos.* 8 Cum admiratione affectans. 9 Alit. 10 *Vaccæ optimæ signa.* 11 Magnum, & deformc. 12 Crassa & longa. 13 Pelles dependentes sub collo. 14 Mensura proportionabilis ceteris membris. 15 Curvis. 16 Hirsutæ pilosæ. 17 Notata. 18 Albo colore immixtis. 19 Nolens præ torvitate subire aratrum. 20 Petens, & minitans. 21 Facie, aut secundum faciem, id est, habens faciem similiorem tauro, quam vaccæ, id est, masculo quam femellæ. 22 Alta, procera. 23 Usque ad terram demissa. 24 Purgat, delet, sicut scopis vertitur atrium, id est, cauda fit longa. 25 Partum. Dea partus pro partu ponitur. 26 Admissiones, coitus, *catachrestice*: à Deo nuptiarum Hymenæo: ὑμὴν, membranula virginitatis claustrum. 27 Reliqua ætas, id est, ante quartum annum, & post decimum. 28 Genituræ, propagationi.

In-

Intereà, [29] superat gregibus dùm læta juventas,
Solve mares, mitte in Venerem [30] pecuaria [31] primus,
Atque aliam ex aliâ generando [32] suffice prolem. 65
[33] *Optima quæque dies miseris mortalibus ævi*
[34] *Prima fugit:* [35] *subeunt morbi,* [36] *tristisque senectus;*
Et labor, & duræ [37] *rapit inclementia mortis.*
Sempèr [38] erunt, quarum [39] mutari corpora malis,
Sempèr [40] enim [41] refice: ac, ne post [42] amissa requiras 70
[43] Anteveni, & subolem [44] armenta [45] sortire quotannis.
[46] Necnon & pecori est idem dilectus equino.
Tu modo, [47] quos in spem statues submittere [48] gentis,
Præcipuum [49] jam indè à teneris impende [50] laborem.
[51] Continuò pecoris generosi pullus in arvis 75
Altius ingreditur, & [52] mollia crura [53] reponit;
Primus & ire [54] viam, & fluvios tentare [55] minaces
Audet, & [56] ignoto sese committere ponti,
Nec vanos horror [57] strepitus. Illi [58] ardua cervix,
[59] Argutumque caput, [60] brevis alvus, obesaque terga: 80

29 Dum superstat ætas fœturæ habilis, admissuræ vacent: quo perpetuetur suboles, & conservetur species. 30 Pecora. 31 Cùm primùm congruerit. 32 Subministra, substitue. 33 Et quia in fluxu omnia sunt, avolatque ætas vegeta, subitque ætatis lex in fundo: mutandi subindè, & mares, & feminæ effœtæ vegetioribus, ne intereat, aut degeneret suboles. 34 Undè Ovid. de Arte: *Cito pede labitur ætas. Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.* Et Juven. Sat. 9. *Festinat enim decurrere velox Flosculus angustæ, miseræque brevissima vitæ Portio; dum vivimus, dùm serta, unguenta, puellas Poscimus obrepit non intellecta senectus.* 35 Subsequuntur. 36 Ter. Phorm. *Ipsa senectus morbus est,* Horat. *Multa senem circumveniunt incommoda.* 37 Delet & exstinguit. 38 Mares, & præcipuè vaccæ. 39 In melius. 40 Itaque. 41 Suffice, ut succedatur à novis. Metaph. à foro, & judiciis; aut reforma in melius. 42 Genus bonorum armentorum degenerando ad interitum intendisse. 43 Præveni. 44 Reficiendo. 45 Elige. 46 Eadem quoque diligentia adhibenda est circa equos, ut *corpora præcipuè matrum legas*: item, ut quotannis suboles armento eligatur. 47 Admissarium & equam, id est, qui admittantur ad generationem. 48 Generis & gregis equini. 49 Jam indè à pullo: ut à generosis parentibus descendat. 50 Diligentiam, & curam illis equis. 51 Mòx ut natus est. Tradit jam equi nobilis, generosique signa. 52 Facili motu, & agili. 53 Iterùm ponit, reducit alterno crurum explicatu. 54 Insolitam, & periculosam. 55 Turbidos, & tumidos. 56 Per quem prius iter non fecerat. 57 Ut arborum vento concussarum, & similium. 58 Excelsa, sublata, erecta. 59 Exiguum, breve. 60 Substricta.

[61] Luxuriatque toris animosum pectus: [62] honesti
Spadices, glaucique; color deterrimus albis,
[63] Et gilvo. Tùm si qua sonum procul arma dedêre,
Stare [64] loco nescit, [65] micat auribus, & tremit artus,
[66] Collectumque [67] premens [68] volvit sub naribus [69] ignem.
Densa [70] juba, & dextro jactata [71] recumbit in armo.
At duplex [72] agitur per lumbos spina, [73] cavatque
Tellurem, & [74] solido gravitèr sonat ungula [74] cornu.
Talis [75] Amyclæi domitus [76] Pollucis habenis
Cyllarus, & quorum Graji [77] meminêre poetæ,
Martis [78] equi [79] bijuges, & magni [80] currus Achilli.
[81] Talis & ipse jubam cervice effundit equinâ
Conjugis adventu [82] pernix, [83] Saturnus, & altum
Pelion hinnitu [84] fugiens inplevit [85] acuto.
[86] Hunc quoque, ubi aut morbo gravis, aut jam segnior annis
[87] Deficit, [88] abde domo; nèc turpi ignosce senectæ.
[89] Frigidus in Venerem senior, frustraque [90] laborem
[91] Ingratum trahit: &, si quandò ad [92] prælia ventum est,

61 Abundat pulpis. 62 Pulchri, & qui merentur honorem sunt pulli, aut equi rubri cum splendore, & cærulei, subvirides cum nigro commixto. 63 Et qui in alvo gilvas, id est, subcroceas habent maculas. 64 Uno, eodemque. 65 Arrigit & rursum deprimit aures, & habet membra trementia ex animorum vehementiâ. 66 Inspirando. 67 Al. *fremens*. 68 Elatis naribus proflabit animosos spiritus. 69 Calidum flatum, atque anhelitum. 70 Juba colli est illi. 71 Quiescit, reponitur. 72 Deducitur. 73 Ingrediens ejicit. 74 Habens cornu solidum, & integrum, non fissum. 75 Apud Amyclas, Laconiæ urbem, orti. 76 Æque domitoris equorum ac Castoris, quorum utrique alternis inservit Cyllarus; non secus ac Castor & Pollux Castores dicti sunt. 77 Mentionem fecerunt. 78 Dimos, & Phobos. 79 Bini jugum trahentes in curru Matris. 80 Equi trahentes currum strenui Achilis, Xanthus, Ballius, Pedasus. 81 Effectus equus. 82 Celeritèr currens, quia equus. 83 Saturnus Phyliram compressit, interventu uxoris Opis, se in equum convertit, fugitque in Pelion Thessaliæ montem. 84 A facie conjugis. 85 In signum ferocis animi prolato. 86 Bellatorem equum, & admissarium, licet optimum. 87 Deficitur à viribus. 88 Contine domi, & segrega ab equabus, ne coëat. 89 Est segnis ad coitum. 90 Martis: non Veneris, de quâ jam antè. 91 Inutilem, & minùs gratum. 92 Concertamina equorum.

Ut [93] quondàm in stipulis magnus sine viribus [94] ignis,
[95] Incassum furit. Ergo [96] animos, ævumque notabis
Præcipuè: [97] hinc alias [98] artes, [99] prolemque parentum,
[1] Et quis cuique dolor victo, quæ gloria [2] palmæ.
[3] Nonne vides, cùm [4] præcipiti certamine campum
[5] Corripuêre, [6] ruuntque effusi [7] carcere currus,
Cùm spes [8] arrectæ [9] juvenum, [10] exsultantiaque [11] haurit
Corda pavor [12] pulsans: [13] illi instant [14] verbere torto,
Et [15] proni dant lora; [16] volat vi [17] fervidus axis?
Jàmque humiles, jàmque elati [18] sublime [19] videntur
Aëra per [19] vacuum ferri, atque assurgere in auras.
[20] Nèc mora, nèc [21] requies. At fulvæ [22] nimbus arenæ
Tollitur: [23] humescunt spumis, [24] flatuque sequentum.
[25] *Tantus* [26] *amor laudum, tantæ* [27] *est victoria curæ!*
[28] Primus [29] Erichthonius currus, & quattuor ausus
Jungere equos, [30] rapidisque rotis insistere victor.

92 Quandoque, aliquandò. 94 Scil. *crepat*: quia cum ipsum combustibile non sit capax vehementis caloris, nec habeat vim resistendi, citò exstinguitur, & languet ignis. 95 Excandescit in vanum, quia non potest rebellare. 96 Animositatem equi admissarii. 97 Deindè notabis. 98 Ad quas eas destines. 99 Qualem prolem parentes ejus progenuerint olim. 1 Quæ gloriæ cupido eos incenderit, an victores exsultaverint, victi doluerint. 2 Victoriæ. 3 Exspatiatur in descriptionem curulis certaminis. 4 Certamine curuli, in quo præcipites currunt. 5 Equi simul rapuêre. 6 Et cùm quadrigæ protrahuntur, quasi ruant, fusim emissi carceribus, id est, repagulis, seu locis, ubi priùs arcebantur. 7 Carceribus. 8 Attentæ sunt ad victoriam. 9 Aurigarum aut spectantium. 10 Salientia de spe victoriæ: 11 Sollicitans invadit, ferit. 12 Juvenes aurigæ. 13 Scuticâ, flagello ex chordis intortis. 14 Inclinato capite, quasi protranant equos, habenas laxant. 15 Præceps fertur, ut volare videatur, vehementi tractu equorum. 16 Ex subito motu. 17 Sublimitèr. 18 Capacem, ac si vacuus sit. 19 *Nec mora, nec requies inter datur ulla.* Lucret. 4. lib. 20 Est, aurigis & equis. 21 Nubes, seu globus in morem nubis ex arenâ flava collectus erigitur, à pedibus animosorum equorum excitatus. 22 Ipsi equi humefiunt. 23 Proprii sudoris. 24 Et anhelitu sequentium equorum. 25 Epiphonema. 26 Cupiditas. 27 Equis. 28 Docet, qui primi fuerint equorum domitores. 29 Vulcani & Telluris filius: qui primus dicitur quadrigis usus, ut decentiùs celaret pedes suos anguineos, Plin. lib. 7. Ovid. 2. Met. Alii aliis hoc inventum deferunt. 30 Raptim procurrentibus.

Fre-

Frena [31] Pelethronii Lapithæ, [32] gyrosque [33] dedêre
Impositi [34] dorso, atque [35] equitem docuêre sub armis
Insultare solo, & gressus glomerare [36] superbos.
[37] Æquus [38] uterque labor: [39] æque juvenemque magistri
Exquirunt, calidumque animis, & [40] cursibus acrem.
Quamvis sæpè [41] fugâ versos [42] ille [41] egerit hostes,
Et patriam [43] Epirum referat, fortesque [44] Mycenas;
[45] Neptunique ipsâ deducat origine gentem.
[46] His animadversis [47] instant sub [48] tempus, & omnes
Impendunt curas [49] denso [50] distendere pingui,
Quem legêre ducem, & pecori dixêre maritum:
[51] Florentesque [52] secant herbas, [53] fluviosque ministrant,
[54] Farraque; ne blando nequeant superesse labori,
Invalidique; ne blando nequeant superesse labori,
Invalidique patrum [55] referant jejunia gnati.
[56] Ipsâ autem macie tenuant armenta [57] volentes:
Atque ubi concubitus primos jàm nota voluptas
[58] Sollicitat, frondesque negant, & fontibus arcent:
Sæpè etiam [59] cursu quatiunt, & sole fatigant,
[60] Cùm gravitèr [61] tunsis [62] gemit area frugibus, & cùm

31 Centauri Peletronium montem Thessaliæ incolentes. 32 Modum ducendi equos in gyros. 33 Equis. 34 Equino. 35 Equum, inquit Agell. lib. 10. cap. 5. & alii. Sic vector, qui vehitur; potest tamen ipse eques intelligi. Lapithæ docuere equitem in armis insultare, solo, & fingere equi gyrantis glomeratos gressus. 36 Superbi animi indices. 37 Ut his est. 38 Docendi equum insultus & ingressus. 39 Equisonos, & magistri equum quærunt annis, animis & cursu acrem: quibus muniis nisi claret, frustra erit in bello victor, frustra patriam præ se feret, aut parentes. 40 Ut sciat gressus glomerare superbos. 41 Fugaverit. 42 Nobilis equus. 43 Supra Georg. 1. *Eliadum palmas Epirus equarum.* 44 *Aptum dicet equis Argos, ditesque Mycenas.* Horat. 45 Descendatque ab ipso equo, quem Neptuni percussa tridente tellus edidit. 46 His annis, & animis in equo annotatis. 47 Magistri armentorum diligentèr curant. 48 Admissuræ. 49 Taurus ille, quem patrem maritumque gregis designavêre, elegêre, saginent probè, ut Veneri sufficiat prolemque similem gignat. 50 Implere. 51 Al. *Pubentes.* 52 Abscindunt ei. 53 Aquam fluvialem quâ pingues fiant. 54 Frumenta pinguia. 55 Pulli repræsentent macilentiam. 56 Equas, aut vaccas jejunio macerant magistri armentorum, cursu, sole, labore areæ lassandæ, quò meliùs concipiant. 57 De industriâ. 58 Quærit. 59 Ad cursum impellunt. 60 Die medio. 61 Intercisis. 62 More gementium premitur.

Sur-

[1] Surgentem ad zephyrum paleæ [2] jactantur [3] inanes,
[4] Hoc faciunt, nimio ne [5] luxu obtusior usus
Sit genitali [6] arvo, & [7] sulcos oblimet inertis:
Sed [8] rapiat sitiens [9] Venerem, interiusque [10] recondat,
Rursùs cura patrum [11] cadere, & succedere [12] matrum
Incipit. [13] Exactis gravidæ cùm [13] mensibus [14] errant,
[15] Non illas gravibus quisquam juga ducere plaustris,
Non saltu superare viam sit passus, [16] & acri
Carpere prata fuga, fluviosque innare [17] rapaces.
Saltibus in [18] vacuis pascant, & plena [19] secundùm
Flumina: [20] muscus ubi, & viridissima gramine ripa,
Speluncæque [21] tegant, & [22] saxea procubet umbra.
[23] Est lucos Silari [24] circa ilicibusque virentem
Plurimus Alburnum [25] volitans, cui nomen [26] asilo
Romanum est, [27] œstron Graji vertêre vocantes;
[28] Asper, [29] acerba [30] sonans: quo tota exterrita [31] silvis
Diffugiunt armenta; [32] furit mugitibus æther
Concussus, silvæque, & [33] sicci ripa [34] Tanagri,
[35] Hoc quondàm monstro horribilis exercuit iras
Inachiæ Juno [36] pestem meditata juvencæ.

1 Molliùs flantem. 2 Ad purgationem frugum. 3 Sine tritico. 4 Magistri extenuant sic armenta. 5 Obesitate, & pinguedine. 6 Utero, naturalibus. Honesta Metaphora. 7 Receptacula seminum hebetata claudat, & quasi limo repleat. 8 Matrix. 9 Equorum semen. 10 Claudat meatus. 11 Deficere. 12 Equarum. 13 Mensibus aliquot à conceptu, ubi jam prægnantes vicinæ sunt partui. 14 Pascuntur. 15 Laborum immunes, ne abortiant, liberè vagentur per nemora. 16 Et cursu veloci, fugienti simili, carptim transire prata. 17 Omnia immissa secum rapientes. 18 Apertis. 19 Propè. 20 Lanugo viridior. 21 Protegant equas à sole. 22 Umbra à saxis derivata longè extendatur, ut in ea gravidæ recubent. 23 In Lucania, ubi Silarus flumen. & Alburnus mons, est insectum quoddam, Latinè Asilus, Græcè οἶστρος dictus, qui miseris modis vexat armenta. 24 Propè. 25 Volitans vermis. 26 Hellenism. 27 Quia furorem, quem æstron vocant animalibus, quæ persequitur, inducit. 28 Aculeo, aut morsu. 29 Acerbè: Nomen pro Adverbio. Hellenism. 30 Volatu. 31 Per silvas. 32 Furorem taurorum, & boum resonat. 33 In æstate. 34 Fluvius Lucaniæ. 35 Hujusmodi œstro ulta est Juno, pellicem Io, Inachi filiam, à Jove in vaccam mutatam, ut lateret uxorem: quo œstro agitata se in mare præcipitavit. Ovid. Met. 1. 36 Furorem exercens, & inferens.

[37] Hunc quoque nam [38] mediis fervoribus acrior [39] instat
Arcebis gravido pecori, armentaque pasces
[40] Sole [41] recens orto, aut [40] noctem ducentibus astris.
Post partum, cura in vitulos traducitur omnis:
[42] Continuòque notas, & nomina gentis inurunt:
Et quos aut pecori malunt [43] submittere habendo,
Aut aris servare sacros, aut scindere terram,
Et campum [44] horrentem fractis invertere glæbis.
Cetera pascuntur viridis [45] armenta per herbas.
[46] Tu, quos ad [47] studium, atque usum formabis [48] agrestem,
Jam vitulos hortare, [49] viamque insiste domandi,
Dùm [50] faciles animi [51] juvenum, dùm [52] mobilis ætas.
Ac primùm [53] laxos [54] tenui de vimine circlos
Cervici subnecte: dehìnc, ubì [55] libera colla
Servitio adsuêrint, ipsis [56] è torquibus aptos
Junge [57] pares, & coge [58] gradum conferre juvencos:
Atque illis jam sæpè rotæ ducantur [59] inanes
Per terram, & [60] summo vestigia pulvere signent;
Post valido [61] nitens sub pondere [62] faginus axis,
[63] Instrepat, & [64] junctos temo trahat [65] æreus [64] orbes.
Intereà [66] pubi indomitæ non gramina tantùm,
Nec [67] vescas salicum frondes, ulvamque [68] palustrem;
Sed frumenta manu carpes sata: nec tibi [69] fœtæ

37 Volitantem, id est, œstrum, aut asilum. 38 Sub medio æstu solis, qui ferè est paullò post meridiem. 39 Volitans. 40 Mane, aut vesperi. 41 Recentèr. 42 Signum notis domini, generis, patriæ, & cui destinentur muneri, suboli propagandæ, sacrificiis, aut agriculturæ. 43 Supermittere. 44 Asperum, & herbosum. 45 Vaccæ juniores, ut suprà: *Ipsa autem macie tenuant armenta*, id est, vaccas, discretas à maribus. 46 Ratio domandi juvencorum à teneris, & gradatim. 47 Exercitium. 48 Agrorum colendorum. 49 Et rationem institue. 50 Flexibiles, & dociles sunt ad faciendum quod volumus. 51 Juvencorum. 52 Apta gubernari, mollis & non dura. 53 Solutos, non premientes. 54 Circulos, seu torques vimineos. 55 Domita, & ultrò se submittentia. 56 Aptatos ex ipsis circulis, id est, ex eo, quod pares circulos perpessi sunt. 57 Juvencos consentientes, ac pariter trahentes, æqualium virium. 58 Simùl, & conjunctim incedere. 59 Non onustæ. 60 Discant celeriùs incedere. 61 Laborans. 62 E fago factus. 63 Strepitum validum faciat. 64 Rotas sibi annexas. 65 Ære munitus ac fortis. 66 Juvencis vitulis adhuc domandis. 67 Edules, seu minutas: sunt enim esca juvencorum. Sic infrà 4. Georg. *vescumque papaver*. 68 Quæ in paludibus nascitur. 69 Quæ jam peperérunt.

Mo-

[70] More patrum [71] nivea implebunt [72] mulctraria vaccæ;
Sed [73] tota in dulces consument ubera natos.
[74] Sin ad bella magis [75] studium, [76] turmasque feroces,
[77] Aut Alphea rotis prælabi flumina Pisæ,
Et Jovis in luco currus agitare [78] volantis:
Primus equi labor est, [79] animos, atque arma videre
[80] Bellantum, [81] lituosque pati, tractuque gementem
Ferre rotam, & [82] stabulo frenos audire sonantis.
Tùm magis atque magis [83] blandis gaudere magistri
Laudibus, & [84] plausæ sonitum cervicis amare.
Atque hæc jam primo depulsus ab ubere matris,
[85] Audeat: inque vicem det mollibus ora capistris
Invalidus, [86] & jamque tremens, & jam inscius ævi.
At, tribus exactis, ubi quarta accesserit [87] æstas,
[88] Carpere mòx gyrum incipiat, gradibusque sonare
[89] Compositis, [90] sinuetque alterna volumina crurum;
Sitque laboranti similis: tùm cursibus auras
Tum vocet; ac per [91] aperta volans, ceu liber habenis,
[91] Æquora, [92] vix summâ vestigia ponat arenâ:
Qualis [93] Hyperboreis Aquilo cùm [94] densus [95] ab oris
[95] Incubuit, Scythiæque [96] hiemis atque [97] arida [98] differt
Nubila: tùm segetes altæ, campique [99] natantes

70 Sicut patribus, id est, majoribus nostris solebant, qui lactis studiosi erant. 71 A candore lactis. 72 Vasa, in quæ mulgetur, id est, non mulgebis matres. 73 Totum lac uberum suorum, expendent in dulces vitulos ad aratra destinatos. 74 Docuit, quæ cura sit circa boves generandos, educandos, domandos habenda, jam ad equos transit. 75 Cura. 76 Equestres ab bellum. 77 Aut in certamine Olympico curru contendere, quâ Alpheus aluit Pisam, opidum Elidos regionis, ubi sacer est Jovi lucus. 78 Celerrimè decurrentes. 79 Gestus, qui animos bellantum indicant. 80 Virorum animosè bellantium. 81 Pati cornum, & lituorum stridorem, quibus equites accendi solent, necnon strepitum gementium rotarum. 82 In stabulo. 83 Sentire blandimenta, & popysmata à manu magistri equorum. 84 Mollitèr palparæ. 85 Pullus. 86 Dum annis teuer, & operum rudis vinci laborat. 87 Annus. Al. *ætas*. 88 Carptim, statim efficere gressum in morem gyri. 89 Arte factis, & decentibus. 90 Alterna glomeret, volutetque crura. 91 Campos amplos, & patentes. 92 Discat esse velox. 93 A regionibus Scythicis, super quas flat Boreas. 94 Nubilosus, & pluviosus. 95 Cœpit flare. 96 Tempestates. 97 Sine pluviis. 98 Dispergit, dissipat, & in diversas regiones fert. Lucret. 1. lib. *Et nubila differri*. 99 Undantes, fluctuantes, crispantes segetes.

Lenibus [1] horrescunt flabris, [2] summæque sonorem
Dant [2] silvæ, longique [3] urguent ad litora fluctus:
[4] Ille volat, simùl arva fugâ, simul æquora [5] verrens
[6] Hic vel ad [7] Elei metas, & maxima [7] campi
Sudabit spatia, & spumas [8] aget ore cruentas:
Belgica vel [9] molli meliùs [10] feret [11] esseda collo.
Tùm demùm crassa magnum [12] farragine corpus
Crescere jàm domitis sinito: namque [13] ante domandum
Ingentes tollent animos, [14] prensique [15] negabunt
[16] Verbera lenta pati, & duris parere [17] lupatis.
[18] Sed non ulla magis viris industria firmat,
Quàm Venerem, & [19] cæci stimulos avertere amoris,
Sive boum, sive est cui gratior usus equorum.
Atque ideò tauros [20] procul, atque in [21] sola [22] relegant
Pascua, post montem [23] oppositum, & trans flumina [24] lata:
Aut [25] intus clausos [26] satura ad præsepia servant.
Carpit enim [27] *viris; paullatìm*, [28] *uritque videndo*
[29] *Femina*: nèc nemorum paritur [30] meminisse, nèc herbæ.
Dulcibus [31] illa quidem illecebris, & sæpè superbos
Cornibus inter se [32] subigit decernere [33] amantis.

1 Contremiscunt. 2 Summitates arborum. 3 Impellunt se. 4 Ventus Aquilo. 5 Æquans, & quasi scopus purgans. 6 Equus scil. qui sicut Aquilo supervolat. 7 Currendi terminos, id est, curruli certamine, quod in Elide, Peloponnesi urbe, sit; & est species pro genere. 8 Excutiet. 9 Domitò, non rebelli. 10 Trahet, id est, vel erit equus cursor, vel vectarius. 11 Vehicula, & currus Belgis in usu ad viam, & olim ad prælia, *Essedum* propriè est genus currus Gallici. 12 Nutrimento ex farre facto. 13 Priusquàm domiti fuerint. 14 Quandò capiuntur ad domandum. 15 Nolent. 16 Flagella mollia. 17 Frenis asperrimis, instar lupinorum dentium serratis. Ov. *Et placido duros accipit ore lupos.* 18 Neque tamen sagina farrea tantum valet ad incrementa boum, & equorum, firmandasque ipsorum vires: quantùm continere à Venere, in longinqua pascua mares ablegatos. 19 Latentis, aut excæcantis homines. 20 A vaccis. 21 A vaccis vacua. 22 Ablegant, removent magistri pecorum. 23 Non tam transitus prohibendi gratia, quam ut amatarum feminarum desiderium æquius ferant, habeantque ardoris refrigerium ab interfluentibus aquis. 24 Ne possint tranare. 25 In stabulis. 26 Plena, & ipsos saturantia. 27 Masculorum. 28 Incendit marium animos dum videtur. Gerundium passivæ significationis: sicut in Buc. Cantando *rumpitur anguis.* 29 Vacca, & quævis alia. 30 Masculum scilic. 31 Femella, ut vacca. 32 Cogit decertare, pugnare. 33 Tauros, quorum pugnam descripturus est.

Pas-

[34] Pascitur in magna silva formosa juvenca?
[35] Illi [36] alternantes multâ vi prælia miscent
[37] Vulneribus crebris: [38] lavit ater corpora sanguis,
[39] Versaque in [40] obnixos urguentur cornua vasto
Cum gemitu. [41] Reboant silvæque & magnus [42] Olympus.
Nec mos bellantis unà stabulare: sed [43] alter
[44] Victus abit, longèque ignotis [45] exsulat oris;
[46] Multa gemens ignominiam [47] plagasque [48] superbi
Victoris; tùm, quos amisit inultus, [49] amores;
[50] Et stabula aspectans regnis excessit [51] avitis.
Ergo omni curâ viris exercet, & inter
Dura jacet [52] pernix [53] instrato saxa cubili,
Frondibus [54] hirsutis, & carice pastus acutâ:
Et [55] tentat sese, atque [56] irasci in cornua discit,
Arboris obnixus trunco: ventosque lacessit
Ictibus, & [57] sparsâ ad pugnam [58] proludit arenâ.
Post, ubi collectum robur, viresque refectæ,
[59] Signa movet, [60] præcepsque [61] oblitum fertur in hostem:
[62] Fluctus ut, in medio cœpit cùm albescere Ponto,
Longiùs, ex altoque [63] sinum trahit; [64] utque volutus

34 Secura, scil. amorum. 35 Tauri amantes, *Illi inter sese multa vi vulnera miscent, Cornuaque obnixi*, &c. 12. Æn. 36 Alternatim vim inferentes. 37 Se crebrò vulnerando. 38 Lavat, inficit corpora taurorum. 39 Observa in alterutrum. 40 In obnitentes, & obluctantes tauros imprimuntur. 41 Boatum referunt, & mugitum per sonum Echo. 42 Cœlum. 43 Taurorum. 44 Lucanus hac comparatione utitur lib. 2. Statius 2. Thebaid. & Silius 16. 45 Extra solum suum vitam agit. 46 Multùm, valdè. Cic. Epist. fam. L. 6. Multa *Deos veneratus*. Idem: *Non* multa *peccas*. Et hic l. 4. Multa *reluctanti*. 47 Vulnera. 48 Elati propter victoriam: quia *geminat victoria vires*. 49 Amicam juvencam. 50 Et respiciens pascua, in quibus dudùm imperaverat vaccis. 51 In quibus majores sui dominati sunt. 52 Obstinatus, ut se austeritate reficiat, & pernoctans. 53 Non strato, nudo & aspero. 54 Spinosis. 55 Experitur. 56 Iratus experitur cornuum vires in arboris trunco, tamquàm ad palum exerceat se. 57 Pedibus. Undè in Bucol. ait: *Jam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam*. 58 Facit præludium, & exordium ad pugnam. 59 Redit ad hostem nuper victorem, renovat prælium, debellat, profligat. Tractum à re militari, ubi sunt vexilla. 60 Impetuosus. 61 Negligentèr propter partam victoriam agentem. 62 Æneid. 11. *Qualis ubi alterno procurrent*, &c. 63 Curvaturam, volubilitatem aquæ, id est, ut fluctus excitatur in medio mari, lenitèr paullatimque per aquas depellitur. 64 Et postquàm.

Ad [65] terras, [66] immane sonat per saxa, [67] nec ipso
Monte minor procumbit: at [68] ima [69] exæstuat unda
[70] Vorticibus, [71] nigramque altè [72] subjectat arenam.
[73] Omne [74] adeò genus in terris hominumque, ferarumque,
Et [75] genus æquoreum, pecudes, [76] pictæque volucres
[77] In furias, ignemque [78] ruunt. [79] Amor omnibus idem.
Tempore [80] non alio catulorum oblita leæna,
Sævior erravit [81] campis: nec funera [82] volgò
Tam multa [83] informes ursi, [84] stragemque dedêre
Per silvas. Tùm [85] sævus aper, tùm [86] pessima tigris.
Heu, [87] malè tùm Libyæ [88] solis erratur in agris.
Nonne vides, ut tota [89] tremor [90] pertentet equorum
Corpora, si tantùm [91] notas [92] odor attulit [93] auras?
Ac neque cos jam frena virûm, nec verbera sæva,
Non scopuli, rupesque cavæ, atque [93] objecta retardant
Flumina, correptosque undâ [94] torquentia [95] montes.
[96] Ipse ruit dentisque Sabellicus [97] exacuit sus,
Et pede [98] prosubigit terram, fricat [99] arbore costas,
Atque hìnc, atque illìnc humeros ad vulnera [100] durat.
Quid * juvenis, magnum cui versat in ossibus ** ignem
Durus amor? nempè abruptis turbata procellis

65 Scopulos. 66 Immanitèr. 67 Et stat æqualis ipsi scopulo, cui impellitur fluctus. 68 E fundo maris. 69 Ebullit. 70 Gyris & scaturiginibus. 71 Quia humidam aut terræ profundè permistam. 72 Sursùm jactat. 73 *Hæc regna tenet puer immitis, Spicula cujus sentit in im's Cærulus undis grex Nereidum, Flammamque nequit relevare mari, mox amite insani bellua Ponti*, Senec. Hipp. 74 Certè, omninò. 75 Pisces. 76 Pulchræ, versicolores. 77 In furialis amoris ardorem. 78 Præcipites currunt. 79 Omnia hæc amant, aut eodem modo sævus, & vehemens est. 80 Quàm quo furit libidine amatque. 81 Per campos. 82 Passim. 83 Turpes, immanes. 84 Prostrationem cadaverum. 85 Tempore amorum. 86 Immanissima. 87 Periculosè. 88 Desertis. 89 Impetus extitiliatione venerea, dum erumpere laborat, trepidans. 90 Afficiat. 91 Flatum, & spiritum norum equis. 92 Equarum. Nota est historia equi Darii. 93 Interposita. 94 Volventia. 95 Ingentes lapides, & scopulos. 96 Ipse porcus, qui plurimus est in Sabinis, præceps fertur tempore amorum, id est, aper quilibet. Species pro genere. 97 Inter se atterendo, non ad saxa, aut arbores, ut alii volunt. 98 Effodit. 99 Ad arborem. 100 Loricat se luto, induratque ad prælium. Arist. 6. Hist. Anim. cap. 18. Plin. lib. 8. cap. 52. * Leander egit, ex Museo, Ovidio in Epist. Heroid. ** Amoris.

Noc-

[1] Nocte natat cæcâ serus [2] freta: [3] quem super ingens
[4] Porta tonat cœli, & scopulis inlisa [5] reclamant
Æquora; nec miseri possunt revocare parentes,
Nec moritura super crudeli funere [6] virgo.
Quid Lynces Bacchi [7] variæ, & genus acre luporum,
Atque canum? quid, quæ [8] imbelles dant prælia cervi?
Scilicet ante [9] omnis furor est insignis equarum:
Et [10] mentem Venus ipsa dedit, quo tempore [11] Glauci
Potniades [12] malis membra absumpsêre quadrigæ.
[13] Illas ducit amor [14] trans Gargara, transque [15] sonantem
[16] Ascanium: [17] superant montis, & flumina tranant.
Continuòque, [18] avidis ubi subdita flamma medullis,
Vere magis ([19] quia vere calor redit ossibus) illæ
[20] Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptantque levis auras: & sæpè sine [21] ullis
Conjugiis vento gravidæ (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos, & [22] depressas convallis
Diffugunt; non, Eure, tuos, neque Solis ad ortus;
In Borean, Caurumque, [23] aut undè [24] nigerrimus Auster

1 Obscurâ: quod & Leander ipse apud Ovidium ad Heronem suam scribens ait: *Nox erat incipiens (namque est meminisse voluptas) Cum foribus patriis agrediebar, amans. Nec mora, deposito paritèr cum veste timore, Jactabam liquido brachia lenta mari.* 2 Hellespontum. 3 Juvenem. 4 Aër. 5 Magnum sonitum contra mittunt. 6 Hero, quæ decreverat jam tum mori. Ovid. *Si tibi non parcis, dilectæ parce puellæ: Quæ numquam, nisi te sospite, sospes erit.* 7 Maculosæ, quæ Bacchi currum trahere finguntur. 8 *Si conjugio timuere suo, poscunt timidi prælia cervi*, &c. Sen. Hipp. 9 Alios amores. 10 Talem impetum amoris. 11 A Glauco educatæ. Glaucus, filius Sisyphi, sprevit sacra Veneris: irata Dea equas ipsius stimulis suis furiavit, ita ut Glaucum discerperent juxta Potniam, Bœotiæ urbem, non procul à Dirce. 12 Maxillis, & dentibus membra Glauci dilacerave-runt. 13 Fert, & impellit equas. 14 Trans montes, & flumina. *Ascanius* fluv. Mysiæ. 15 Impetu aquarum. 16 Ascanius est fluv. Mysiæ. 17 Equæ transcendunt. 18 Calidis igni amoris. 19 Equæ libidinis furiis exstimulantur circa vernum Æquinoctium. 20 Sedandæ æstuantis libidinis desiderio, ascendunt in montes, conversæ ad Zephyrum, illius excipiunt auras, hinc concipiunt fœtum quidem abortivum, qui distillat ab inguine, virosus, diciturque Hippomanes. De alio Hippomane *caruncula nascentes equi de fronte revulsâ*, infra lib. 4. Æn. 21 Ullo masculorum semine aut commixtione. 22 Humiles. 23 Ventum flantum ab occasu solstitiali. 24 Caliginosissimus.

Nascitur, & [25] pluvio contristat frigore cœlum.
[26] Hic demùm, [27] hippomanes vero quod nomine dicunt
Pastores, lentum destillat ab [28] inguine virus.
Hippomanes, quod sæpè [29] malæ [30] legêre novercæ,
Miscueruntque herbas, & [31] non innoxia verba.
[32] Sed fugit intereà, [33] *fugit irreparabile tempus*,
Singula dum capti circumvectamur [34] amore.
[35] Hoc satis armentis. [36] Superat pars altera [37] curæ,
[38] Lanigeros [39] agitare greges, [40] hirtasque capellas.
Hic [41] labor: hinc laudem fortes sperate coloni.
[42] Nec sum animi dubius, verbis [43] ea vincere [44] magnum
Quàm sit, & angustis hunc addere rebus honorem.
[45] Sed me [46] Parnasi [47] deserta per ardua dulcis
Raptat [48] amor. Juvat ire [49] jugis, quâ nulla [50] priorum
Castaliam [51] molli [52] devertitur [53] orbita clivo.
Nùnc, veneranda Pales, [54] magno nùnc ore sonandum.

25 Ex pluviâ, aut cum pluviâ nato, id est, grandine. 26 Ex hoc furore libidinis. 27 Quia *ἵππος equus* est & *μανία equæ furor*. 28 Pudibundis equæ. 29 Ardentes amore Privignorum, ut Phædra, & aliæ veneficæ: supra 1. Georgic. 30 Collegerunt. 31 Noxia. 32 Castigat studium suum singulis nimis immoratum: transitque ad *curam ovium & capræarum, quæ est tertia libri hujus pars.* 33 De veloci cursu temporis. Ov. 3. de Arte: *Ludite, eunt anni more fluentis aquæ. Nec quæ præteriit, rursum revocabitur unda, Nec quæ præteriit, hora redire potest.* 34 Suscepti operis. 35 Scil. dictum est de majoribus animalibus, ut bobus & equis. 36 Superest. 37 Negotii suscepti. 38 Ut oves. 39 Scil. *verbis*, id est, describere. 40 Setosas, aut pilosas. 41 Labor vester nascitur in tuendis minoribus animalibus: *vel* labor meus in ornanda re tam humili: undè & laus major: ut lib. 4. Georgic. *In tenui labor, at tenuis non gloria.* 42 Compone cum Lucretio, quem imitatur. *Nec me animus fallit, quam sint obscura: sed acri Percussit thyrso laudis spes magna,* &c. lib. 1. 43 Eas res extollere. 44 Difficile. 45 *Me vero primum dulces ante omnia Musæ, Quarum sacra fero, ingenti perculsus amore,* &c. suprà 2. Georg. 46 Montis illius in Phocide, Musis consecrati. 47 *A via Pieridum peragro loca, nullius antè Trita solo,* &c. Lucret. lib. 1. & 4. 48 Suscepti negotii, aut gloriæ spectatæ. 49 Per juga Parnasii montis eâ parte, &c. 50 Veterum Poëtarum. 51 Facili ascensu. Est enim fons Castalius ad ima Parnasi montis in Phocide. 52 Traducit ad Castalium fontem. 53 Semita. 54 Nunc decet sonare examine res parvas extollente.

Incipiens, [55] stabulis edico in mollibus, [56] herbam
Carpere ovis, dùm mòx [57] frondosa reducitur æstas:
Et multa duram stipulâ silicumque [58] maniplis
Sternere [59] subter humum: glacies ne frigida lædat
[60] Molle pecus, [61] scabiemque ferat, [62] turpisque podagras.
[63] Post hinc digressus jubeo frondentia capris.
[64] Arbuta sufficere, & fluvios præbere recentis;
Et stabula [65] à ventis hiberno opponere soli
Ad medium conversa diem: cùm frigidus olìm
Jam [66] cadit, [67] extremoque inrorat Aquarius anno.
[68] Hæ quoque non curâ nobis leviore tuendæ;
Nec minor [69] usus erit: [70] quamvis [71] Milesia magno
Vellera [72] mutentur [73] Tyrios incocta rubores.
[74] Densior [75] hinc suboles: hìnc largi copia lactis:
Quam magis [76] exhausto spumaverit [77] ubere [78] mulctra,
Læta magis pressis manabunt flumina mammis.
Nec minus intereà barbas, [79] incanaque menta
[80] Cinyphii tondent hirci, [81] setasque comantis

295 300 305 310

55 Non educandæ oves pastum per hiemem: sed continendæ domi ad usque ver frondosum in stabulis mollibus, stipula & silice stratis. 56 Fœnum, frondem populeam, ulmeam, folia ficulnea, palmeam, furfur. Varro lib. 2. c. 2. Cato 5. cap. 57 Frondibus plena. 58 Fasciculis. 59 Oves. 60 Debile, tenerum. 61 Scabiem inferat. 62 Pedum ægritudines tumidos eos facientes. 63 Posteà ab ovium præceptione digressus. 64 Frondes arbutorum necnon recentem indies aquam abundè subministrare. 65 Ita ad meridiem sita ut spectent tamen Orientem. 66 Occidit. 67 *Ubi inversum contristat Aquarius annum*, scil. Januario: loquitur enim secundum opinionem illorum, qui annum à Martio incipiebant: hoc enim pacto Aquarius, & Pisces in extremo anno esse videntur. 68 Caprilla æque ac ovilla curanda erunt. 69 Utilitas. 70 Quamvis vellera, quæ ferunt oves juxta Miletum, in summo pretio sint. 71 Miletus urbs Ioniæ, principe Ianâ nobilis. 72 Permutatione mercium, commercio. 73 Tyria incocta purpurâ. 74 Quam ex ovibns, quæ fere singulos pariunt. 75 A capris, quæ binos ferè pariunt. 76 Emulcto. 77 Quæ ubera quò magis pressa, & emulsa, eò magis lacte manant. 78 Vas mulctrale, in quod mulgetur. 79 Valdè cana, ut 6. Æn. ,sub finem, de Numâ. 80 Cinyphis fluv. Africæ, ubi insignes hirci. Synecdoche speciei pro genere. Cinyphii pastores tondent menta & barbas *hircis*: vel Pastores tondent barbas Cinyphi hirci, id est, hircorum: *tondent* pro *tondentur*, poni vult interpretum vulgus, id est, habent barbas tonsas. 81 Pilos, villos.

Usum

[82] Usum in castrorum, & miseris velamina nautis.
[83] Pascuntur verò silvas, & [84] summa [85] Lycæi,
[86] Horrentisque rubos, & [87] amantis ardua dumos.
Atque ipsæ [88] memores redeunt in tecta, suosque
Ducunt, & [89] gravido [90] superant vix ubere limen.
[91] Ergo omni [92] studio glaciem, ventosque [93] nivalis,
Quò minùs est illis curæ mortalis egestas,
[94] Avertes: victumque [95] feres & [96] virgea [97] lætus
[96] Pabula: nec tota claudes [98] fœnilia brumâ.
At verò, [99] Zephyris cùm læta [1] vocantibus [2] æstas,
In saltus [3] utrumque gregem, atque in pascua mittes:
[4] Luciferi primo cum sidere, [5] frigida rura
Carpamus: [6] dùm manè novum, dùm gramina [7] canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba.
Indè, ubi [8] quarta [9] sitim cœli collegerit hora,
Et cantu querulæ [10] rumpent arbusta cicadæ,
Ad puteos, aut [11] alta greges ad stagna jubeto
[12] Currentem [13] ilignis potare canalibus undam:
[14] Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem,
Sicubi magna [15] Jovis [16] antiquo robore quercus
Ingentis tendat ramos; aut sicubi [17] nigrum

82 Ut fiant integumenta contra pluviam. 83 Capræ & hirci. 84 Verticem, & summitatem. 85 Montium, uti Lycæus mons est Arcadiæ. Synecdoche, spec. pro genere. 86 Vepres asperos. 87 Spinas appetentes ardua loca, id est, capræ non carpunt prata, quorum fœnum pretiosum fit, sed frondes. 88 Memores capritium suorum, & nemine reducente domum redeunt tempestive, hædosque unâ ducunt, cum oves stultum pecus, & obliviosum custode indigeant. 89 Lacte distento & onusto. 90 Supertransire possunt. 91 Quò minus sibi consulere, suique curam gerere valent, ut parent, quæ mortalis egestas desiderat, eò magis tu prospice necessaria, quæ defendant eas, alantque. 92 Diligentia. 93 Qui cum nivibus decidunt. 94 Ab eis. 95 In stabula. 96 Virgarum frondes. 97 Libens. 98 Loca, in quibus fœnum reponitur. 99 Ubi novam æstatem h. e. ver evocarint Zephyri. 1 Invitantibus te, & gregem. 2 Scil. *est*, aut *adventi*. 3 Ovium & caprarum. 4 Cùm primùm apparet sidus stellæ lucem ferentis, id est, primo mane. 5 Nocturno tempore. 6 Quandiu matutinum tempus est novum. 7 Pruina. 8 Post ortum solis. 9 Siccitatem & æstum aëris, id est, cum animalia sitient. 10 Πάθος, ὑπερβολικὸν ut, *ruptæ lictore columnæ*; & *fregit subsellia versu*. 11 Profunda. 12 Defluentem. 13 Ex illice factis. 14 Caloribus. 15 Sacra Jovi quercus 16 Ex trunco longævo. 17 Caliginosum.

Ili-

Ilicibus [18] crebris [19] sacrâ nemus [20] accubet [19] umbrâ:
Tùm tenuis dare rursùs aquas, & pascere rursùs
Solis ad occasum; cùm frigidus aëra Vesper
[21] Temperat, & saltus reficit jam [22] roscida Luna,
[23] Litoraque Alcyonen resonant, Acalanthida dumi.
[24] Quid tibi pastores Libyæ, quid pascua versu
[25] Prosequar, & raris habitata [26] mapalia tectis?
Sæpè diem noctemque, & totum ex ordine mensem
[27] Pascitur, [28] itque pecus longa in deserta sine ullis
[29] Hospitiis; tantum campi jacet: omnia secum
[30] Armentarius Afer agit, tectumque, [31] Laremque,
[32] Armaque, [33] Amyclæumque canem, [34] Cressamque
pharetram.
[35] Non secùs [36] ac [37] patriis [38] acer [39] Romanus in armis
[40] Injusto sub fasce viam cùm carpit, & [41] hosti
[42] Ante expectatum positis stat in agmine castris.
[43] At [44] non, quâ Scythiæ [45] gentes, [46] Mæotiaque unda,
Turbidus & [47] torquens flaventis [48] Histèr arenas;

18 Densè positis. 19 Umbrata, qualis solet esse in lucis sacris. 20 Virginum jaceat. 21 Ab æstu. 22 Roriflua, demittens vaporem humidum, qui non altum subvectus fuerat. 23 Vesperi, die inclinante, ubi litora resonant cantu halcyonum avium, quæ in mari in summa tranquillitate nidificare solent, dum carduelium. 24 Alia Afris pastoribus pecori pascendi ratio, ut quibus loca subindè mutantibus, *Nulla domus, placuere diu, migrare per arva Mos, atque errantes circum vectare penates.* 25 Describam. 26 Casas, seu humilia domicilia. 27 In Libya. 28 Pascendo errat. 29 Stabulis, vel ovillis, vel caprillis. 30 Custos armenti Libycus impellit ac ducit. 31 Rem familiarem. 32 Adversùs leones & lupos. 33 Laconicum, Spartanum. *Amyclæ*, urbs Laconiæ. Laconici canes laudantur. Hic *Amyclæus annis* pro quovis cane & venatico accipitur, *Synecdoche.* 34 Cretensem. Synecdochicè. Cretes sagittis nobiles. 35 Pastoris Libyci, & Romani militis comparatio. 36 Quam. 37 Martiis. 38 Strenuus, bellicosus. 39 Miles omnia secum agit. 40 Iniquo & gravi onere. Ex Rom. enim disciplinâ, milites in expeditionibus bajulabant cibaria, annonam quandoque menstruam, & si quid opus esset ad munienda castra, gladium, scutum, galeam & arma cætera. 41 Obvius, vel contra hostem. 42 Antequam expectetur. Ovid. 8. Met. *Ante exspectatum portus tenuere petitos.* 43 Alia & longè diversa pascendi ratio Scythis, & qui armenta per totum annum in stabulis clausa continens. 44 Sic it pecus longa in deserta sine ullis hospitiis, sicut in Africa, in eâ parte mundi qua, &c. 45 Sc. *sunt.* 46 Palus Mæotis. 47 Volvens. 48 Danubius.

Quâ-

[49] Quâque redit medium Rhodope porrecta sub axem:
[50] Illic clausa tenent stabulis armenta; neque ullæ
Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes:
Sed jacet [51] aggeribus niveis [52] informis, & alto
Terra gelu latè, septemque [53] adsurgit in ulnas:
Semper hiems, semper [54] spirantes frigora Cauri.
Tùm Sol [55] pallentis haud umquam discutit umbras:
[56] Nec cùm [57] invectus equis [58] altum petit æthera; nec cùm
[59] Præcipitem Oceani [60] rubro [61] lavit æquore currum.
[62] Concrescunt subitæ currenti in flumine [63] crustæ;
Undaque jam [64] tergo [65] ferratos sustinet [66] orbis,
Puppibus illa priùs patulis, nunc [67] hospita plaustris:
[68] Æraque dissiliunt vulgò, vestesque [69] rigescunt
[70] Indutæ: [71] cæduntque securibus humida vina:
Et totæ [72] solidam in glaciem [73] vertêre [74] lacunæ:
[75] Stiriaque impexis induruit [76] horrida barbis.
Intereà toto non seciùs [77] aëre ninguit;
[78] Intereunt pecudes: [79] stant circumfusa pruinis
Corpora magna boum: [80] confertoque agmine cervi
[81] Torpent [82] mole novâ, & summis vix cornibus [83] exstant.

49 Quâ Rhodope, mons aut rupes Thraciæ, porrecta ad Septentrionem Hæmo, à quo anteà divulsus erat, conjungitur. *Threïciam Rhodopen habet angulus unus & Hæmum*, Ovid. 6. Met. 50 In Scythiâ. 51 Aggestis cumulis nivium. 52 Rudis, sine forma aut ornatu. 53 Crescit. 54 Efflantes, aut flando producentes. 55 Pallorem inducentes: quia interdiu non est caligo mera, sed pallida lux ex nive & nube producta. 56 Neque tùm discutit umbras. 57 In hemisphærium nostrum. 58 Oritur 59 Præcipitantèr currentem. 60 A repercussu radiorum Solis occidentis. 61 Lavit, id est, cum occidit. 62 Ister, fluminaque alia, ut & mare, durantur glacie. *Quâque rates ierant, pedibus nunc itur, Perque novos pontes Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves.* 63 Fragmenta glaciei. 64 In superficie suâ. 65 Rotas plaustrorum ferro armatas. 66 Transmeabilis. 67 Æræa instrumenta frigore rumpuntur passim. 68 Indurescunt congelatæ. 69 Quibus homines induti sunt. 70 *Nudaque consistunt formam servantia testa Vina, nec hausta meri, sed data frusta bibunt.* Ov. Trist. 3. lib. & Pont. lib. 3. 71 Ut unus fit globus glaciei. 72 Scil. id est, versæ sunt. 73 Aquæ collectiones. 74 Glacies ex destillationibus nasi aut halitus. 75 Concreta. 76 Scythico. 77 Moriuntur frigore, & inedia. 78 Rigescunt. 79 Quia agminatim pasci volunt cervi. 80 Constringuntur frigore. 81 Nivium, & glaciei. 82 Eminent, & extra nives apparent.

Hos

Hos, non immissis canibus, non [83] cassibus ullis,
Punicæve [84] agitant pavidos [85] formidine pinnæ:
[86] Sed frustrà oppositum [87] trudentes pectore montem,
Cominùs obtruncant ferro, gravitèrque [88] rudentes
Cædunt & magno læti clamore reportant.
[89] Ipsi in defossis specubus, secura sub altâ
Otia agunt terrâ: congestaque robora, totasque
Advolvêre focis ulmos, ignique dedêre,
[90] Hic noctem ludo [91] ducunt: & [92] pocula læti
[93] Fermento, atque acidis [94] imitantur [92] vitæ sorbis.
[95] Talis Hyperboreo Septem subjecta trioni
Gens effrena virûm Ripæo tunditur Euro:
Et [96] pecudem fulvis velatur corpora [96] setis.
[97] Si tibi [98] lanicium curæ; primum [99] aspera silva,
[1] Lappæque, tribulique [2] absint: fuge pabula [3] læta:
Continuoque greges [4] villis [5] lege mollibus albos.
[6] Illum autem, (quamvis aries sit candidus ipse)
Nigra subest udo tantùm cui lingua palato,
[7] Rejice: ne maculis [8] infuscet vellera [9] pullis
[10] Nascentum, [11] plenoque alium circumspice campo.
[12] Munere [13] sic [12] niveo lanæ (si credere dignum est)

83 Retibus. 84 Venantur, & persequuntur Scythæ. 85 Lineâ plumis versicoloribus, iisdemque ustulatis, intertexta, quæ visu & odore territos cervos in veras plagas obstantes impellat. 86 Sed frustrà conatos cervos nivium montem, aut nivis cumulum oppositum trudere, venatores ipsi cominùs conficiunt. 87 Cervos. 88 Carachrestice translatum ab asinis. 89 Scythæ. 90 In hujusmodi specubus. 91 Transigunt. 92 Potum, quem vitis profert, id est vina. 93 Potum ex hordeo fermentant, sorbisque condiunt, ut vinum sapiat. 94 Similitudinem vini habentia conficiunt. 95 Atque hæc est vitæ ratio genti efferæ, quæ habitat terras subditas Septentrionali axi, vapulatque Euro à Riphæis montibus, si qui sunt, flante. 96 Rhenonibus, & inversis pecudum ferarumque pellibus. 97 *Quarta libri pars* docet, quomodo pastores plurimam, albamque lanam habere possint. 98 Exercitium lanarum. 99 Spinosa. 1 Quæ omnia lanam hamis velut inuncatam vellicant. 2 A pascuis ovium. 3 Pinguia, aut pingues facientia. 4 Velleribus lanarum. 5 Elige. 6 Quin & aries ipse rejiciendus ab admissura, cujus sub lingua vena fit nigra; namque concolores erunt agni. Varro 8. lib. 2. c. Colum. 7 Repelle. 8 Fusca faciat, & denigret. 9 Subnigris. 10 Agnorum. 11 Et circumspiciendo delige alium arietem ex pleno grege in campo existente. 12 Ariete lanigero valde candido. 13 Per hoc, quod suberat macula nigra.

Pan

[14] Pan Deus Arcadiæ, captam te, Luna, fefellit,
In nemora alta vocans: [15] nec tu aspernata vocantem.
At cui [16] lactis amor, cytisum [17] lotosque frequentis,
Ipse manu, salsasque ferat [18] præsepibus herbas.
[19] Hinc & [20] amant fluvios magis, & magis ubera [21] tendunt,
Et salis occultum referunt in lacte [22] saporem.
Multi jam [23] excretos [24] prohibent à matribus hædos,
[25] Primaque [26] ferratis præfigunt [25] ora capistris.
Quod surgente die mulsêre, horisque diurnis,
Nocte [27] premunt: quod jam [28] tenebris, & sole [29] cadente,
Sub lucem exportans [30] calathis [31] adit oppida pastor:
Aut [32] parco sale [33] contingunt, [34] hiemique reponunt.
Nec [35] tibi cura canum fuerit [36] postrema: sed una
Veloces [37] Spartæ catulos, [38] acremque Molossum
Pasce [39] sero pingui. Numquam custodibus illis
[40] Nocturnum stabulis furem, incursusque luporum,
Aut impacatos [41] à tergo horrebis [42] Hiberos.
Sæpè etiam tursu timidos agitabis [43] onagros:
Et canibus leporem, canibus venabere damas:
Sæpè [44] volutabris pulsos silvestribus apros
Latratu [45] turbabis [46] agens: montesque per altos
Ingentem clamore [47] premes ad retia cervum.

14 Adserit hanc fabulam Pani, abdicatam Endymioni, ex Nicandro Macrobius lib. 5. Sat. cap. 22. ut qui menses à Luna collegerit, uti Endymion periodos. 15 Etiam secuta es. 16 Habendi est. 17 Frondes soli frequentèr adhibitas. 18 Ad præsepia. 19 Ex sale aut salsis herbis. 20 Oves frequentiùs potant, undè plus lactis. 21 Distendunt. 22 Quia lac est sapidius. 23 Majusculos, & validiores, ut trimestres. 24 Arcent, id est, ablactant eos. 25 Extrema labra. 26 Ferro, ut clavis, munitis, unde hædi sugere volentes matrem lædant. 27 In caseum cogunt. 28 Ingruentibus. 29 Occidente. 30 Lac illud, lacticinia venalia in vasculis viminеis, ferunt ad oppida. 31 Ut vendat. 32 Modico, aut conservativo. 33 Respergunt lac pressum. 34 In hiemem. 35 Pastori. 36 Minima. 37 Laudantur passim Lacones & Epirotici canes. Hîc ad custodiam & venationem. 38 Strenuum ad venatum, & custodiam pecoris. 39 Liquore à caseo, aut lacte defluente, quo pingues fiunt canes. 40 Noctu adorientem. 41 Per insidias gregem insequentes cum horrore expavebis. 42 Hispanos, belicosos, adeoque prædones & abigeos. 43 Silvestres asinos, quorum pulli in deliciis. Mart. 13. lib. 94. Epigr. 44 Locis cœnosis, quibus gaudet aper lato sus. 45 Urgebis, ne infestent segetem, aut pecus tuum. Vox venatica. 46 Persequens. 47 Compelles.

Dis-

Disce & odoratam stabulis accendere [48] cedrum,
[49] Galbaneoque [49] agitare [50] gravis nidore chelydros.
Sæpè sub immotis præsepibus aut [51] mala tactu
Vipera delituit, [52] cœlumque exterrita fugit;
Aut tecto assuetus coluber succedere, & umbræ,
Pestis acerba boum, pecorique adspergere virus,
[53] Fovit humum. Cape saxa manu, cape [54] robora, pastor,
[55] Tollentemque minas, & sibila colla tumentem
[56] Dejice: jamque fuga timidum caput abdidit altè,
Cum medii [57] nexus, extremæque [58] agmina caudæ
[59] Solvuntur, [60] tardosque trahit [61] sinus ultimus orbis.
Est etiam ille [62] malus [63] Calabris in saltibus [64] anguis,
Squamea [65] convolvens sublato pectore terga,
Atque notis longam [66] maculosus grandibus alvum:
Qui, dùm amnes ulli rumpuntur fontibus, & dùm
Vere madent udo terræ, ac pluvialibus Austris,
[67] Stagna colit; ripisque habitans, hic piscibus atram
[68] Improbus ingluviem, ranisque [69] loquacibus explet:
Postquam [70] exusta palus, terræque ardore dehiscunt,
Exsilit in siccum; & flammantia lumina torquens,
[71] Sævit agris, [72] asperque siti, atque [73] exterritus æstu.
Ne mihi tùm mollis sub dio carpere somnos,
Neu dorso nemoris libeat jacuisse per herbas:
[74] Cum, [75] positis novus exuviis, nitidusque [76] juventâ,
Volvitur, aut catulos tectis, aut ova relinquens,

48 Cujus suffitu & odore arceantur chelydri. Viperæ latitantes, & colubri lacticinia, aut vini dolia frequentantes. 49 Profligare. 50 Molestos. 51 Nociva dum tangitur. 52 Acrem. 53 Conditus est sub terrâ, quam amplexus est. 54 Sudem, aut ligna dura. 55 Erigentem caput iratum. 56 Occide viperam. 57 Collectiones in angulos. 58 Orbes, nexus. 59 Cum caput abditur, & media membra dissolvuntur ab extremis & explicando sic membra sua fingit se serpens mortuum. 60 Ira ut non videatur se amplius moturus. 61 Angulus. 62 Nocivus. 63 Calabriæ regionis Italiæ. 64 Chersydrus, aquas, & terras infestans. Natrix. 65 Complicans. 66 Defluunt per fontes. 67 Aquas stantes habitat & frequentat. 68 Audax & vorax. 69 Coaxantibus. 70 Exhausta calore solis. 71 Sævitiam suam exercet. 72 Irritatos. 73 Al. *exercitus*. 74 De Pyrrho eadem 2. lib. Æn. Lucret. 4. lib. *Cum lubrica serpens Exuit in spinis vestem*, lib. 2. 75 Innovatus vertere pelle deposita. 76 Pelle nova, qualem habuit in juventa.

Ar-

Arduus [77] ad solem, & linguis [78] micat ore [79] trisulcis.
[80] Morborum quoque te [81] caussas, & signa docebo
Turpis ovis [82] tentat scabies, I. ubi frigidus imber
Altius [83] ad vivum persedit, & II. [84] horrida [85] cano
[86] Bruma gelu; vel III. cùm [87] tonsis inlotus adhæsit
Sudor, & IV. [88] hirsuti [89] secuerunt [90] corpora vepres:
[91] Dulcibus iccircò pluviis pecus omne [92] magistri
Perfundunt udisque aries in gurgite villis
Mersatur, [93] missusque [94] secundo defluit amni;
Aut tonsum [95] tristi [96] contingunt [97] corpus [98] amurcâ,
Et spumas miscent [99] argenti, vivaque sulfura,
[1] Idæasque pices, & pinguis [2] unguine ceras,
[3] Scillamque, [4] elleborosque graves, nigrumque bitumen.
[5] Non tamen ulla magis præsens fortuna laborum est,
Quam si quis ferro potuit [6] rescindere summum
Ulceris os. Alitur vitium, [7] vivitque tegendo:
Dùm medicas adhibere manus ad [8] vulnera pastor
Abnegat, [9] & meliora Deos sedet omina poscens.
Quin etiam, ima dolor balantum lapsus ad ossa
[10] Cùm [11] furit, atque artus [12] depascitur [13] arida febris;
Profuit incensos æstus [14] avertere, & inter
Ima [15] ferire pedis [16] salientem sanguine venam:

77 Soli expositus. 78 Per vices sine ordine movetur. 79 In tres sulcos fissis, id est, nunc exerit, nunc inserit linguas, sicut micantes nunc erigunt, nunc deprimunt digitos. 80 *Quarta libri pars, de morbis pecorum.* 81 Quattuor *I. II. III. IV.* 82 Molestat, atque inficit. 83 Usque ad interiora. 84 Horrere, seu frigere faciens. 85 Albicante. 86 Hiems. 87 Ossibus. 88 Dentari. 89 Dilaceraverunt. 90 Ovium. 91 Remedia morbi, & scabiei docet. 92 Pastores. 93 Aries missus in fluvium. 94 Descendente. 95 Amarâ, aut dolorem adferente. 96 Mollitèr inungunt & fricant. 97 Ovis. 98 Fœcibus olei. 99 Vivi. 1 *Ida* mons Phrygiæ pinubus nobilis, è quibus fluit pix liquida, *tarra*, & resina. 2 Viscositate. 3 Cepam marinam. 4 Album. 5 Nigrum veratrum, & non tamen efficacius, aut præsentius aliud remedium, quam exulceratæ partis rescissio: *Ultus enim vivescet & inveterascet alendo.* Lucret. 4. 6 Resecare, & aperire. 7 Crescit. 8 Ulcera ovium. 9 Et ipse otiosus desidens, neque manum admovens remedium cœlitus ignavis precibus exposcit, exspectatque. *Frustrà enim, si te ignaviæ tradideris, votis muliebribus auxilia Deorum implores.* Salust. 10 Ad febrim ovium mittatur sanguis è vena in talo, aut inter ungulas. 11 Sævit. 12 Absumit. 13 Lenta tabe consumens ossa. 14 Expellere. 15 Percutiendo aperire. 16 Scatentem.

Bi-

[17] Bisaltæ quo more solent, [18] acerque [19] Gelonus,
Cùm fugit in Rhodopen, atque in deserta Getarum,
Et lac concretum cum sanguine potat equino.
[20] Quam I. procul aut molli succedere sæpius umbræ
Videris, II. aut summas carpentem ignaviùs herbas,
III. [21] Extremamque sequi, IV. aut medio procumbere campo
Pascentem, V. & [22] seræ solam decedere nocti:
Continuo [23] culpam ferro compesce prius quàm
Dira [24] per incautum serpant contagia volgus.
Non tam creber agens [25] hiemem ruit [25] æquore turbo,
Quàm multæ pecudum [26] pestes: nec singula morbi,
Corpora corripiunt; sed tota [27] æstiva repente,
[28] Spemque gregemque simul, cunctamque ab origine gentem.
[29] Tum [30] sciat [31] aërias Alpis, & [32] Norica [33] si quis
Castella [34] in tumulis, & [35] lapidis arma Timavi,
Nunc quoque [36] post tanto videat, desertaque regna
Pastorum, & longè saltus lateque vacantis.
[37] Hic quondam [38] morbo cœli miseranda coörta est
[39] Tempestas, totoque [40] autumni [41] incanduit æstu;
Et genus omne [42] neci pecudum [43] dedit, omne ferarum;
Corrupitque lacus; infecit pabula tabo.

17 Accolæ Ponti Euxini. 18 Strenuus ad prælia. 19 Geloni, Sarmatæ: Getæ prop. Scythiæ prædabundi, in itinere aut fuga, deprehensi fame aut siti, sanguinem è cruribus equinis emissum equarum lacte mistum (sunt enim ἱππημόλγοι) bibunt. 20 Signa pecudis febricitantis quinque I. II. III. IV. V. 21 Ovem ultimam. 22 Tardè adventanti. 23 Cultro aut cauterio culpam contagii futuri ejus pecudis resecca. 24 Diffundatur per multitudinem ovium tuarum nescientium cavere secreta nocumenta. 25 Tempestatem, aut grandinem in mari. 26 Scil. *sunt*. 27 Greges in æstivis. Metonym. loci pro locato: æstate autem potissimum febre corripiuntur oves. 28 Gregis, id est, agnos simul & oves. 29 Cùm hæc pestis inciperet. 30 Quod morbi non singula, sed universa sæpè corripiunt corpora. 31 Altissimas. 32 Illyrica. 33 Si quis scil. *vidisset* tum Alpes, &c. 34 In colliculis sita. 35 Fluvii in Iapidiâ, Venetiæ regione. 36 Tam longo tempore post, ut pecus instaurari potuisset. 37 In his dictis regionibus. 38 Corrupto & infecto aëre. 39 Pestilentialis. 40 Qualis solet esse in auctumno. 41 Pestis efferbuit. 42 Necavit.

Nec via mortis erat simplex; sed ubi [43] ignea venis
Omnibus acta sitis, miseros [44] abduxerat artus,
Rursùs abundabat [45] fluidus [46] liquor, omniaque in se
Ossa [47] minutatim morbo collapsa [48] trahebat.
[49] Sæpè [50] in honore Deûm medio stans I. hostia ad aram,
Lanea dùm [51] niveâ circumdatur [52] infula [53] vittâ,
Inter [53] cunctantis cecidit moribunda [54] ministros:
Aut si [55] quam ferro mactaverat [56] ante sacerdos,
[57] Indè neque [58] impositis ardent altaria [59] fibris,
Nec responsa potest [60] consultus reddere [61] vates:
Ac vix suppositi [62] tinguntur sanguine cultri,
Summaque [63] jejunâ sanie [64] infuscatur arena
II. Hinc [65] lætis vituli [66] vulgo moriuntur in herbis,
Et [67] dulcis animas [68] plena ad præsepia reddunt.
III. Hinc [69] canibus [70] blandis [71] rabies venit, & IV. [72] quatit ægros
Tussis [73] anhela sues, ac faucibus [74] angit [75] obesis.
Labitur infelix, [76] studiorum, atque immemor [77] herbæ.
V. [78] Victor equus, fontisque [79] avertitur, & pede terram

43 Ardentissima. 44 A naturali situ, id est, contraxerat membra miserorum animalium. Al. *adduxerat*. 45 Superfluus. 46 Humor corruptus, cacochyma. 47 Per minutas particulas. 48 Ex corruptione aëris sanguis, & succus bonus desiccabatur. 49 Grassata lues invasit. I. *Hostias*, II. *Vitulos*, III. *Canes*, IV. *Sues*, V. *Equos*, VI. *Boves*, VII. *Feras*, VIII. *Pisces*, IX. *Serpentes*, X. *Aves*. 50 Pecus mactanda stans, id est, parata ut in Deorum honorem mactetur. 51 Candidissimo velamine capitis. 52 Hostiæ coronabantur infulâ, & fasciæ erant instar diadematum, à quibus utrinque dependebant vittæ. 53 Segnius ferentes. 54 Popas qui victimam cædunt. Ov. 2. Fast. *Nomina si esse potest succinctus causa minister, Hostia cœlitibus quo feriente cadit.* 55 Aliquam hostiam. 56 Quam ipsa peste caderet. 57 Ex ali hostia. 58 Ad cremandum. 59 Extorum; id est, exta illa corruptissima nolebant incendi. 60 Consilium interrogatus. 61 Extispex, cujus erat, consultis extis, futura prædicere, nihil hic præsagire potest, corruptis tabo extis. 62 Imbuuntur: quia totus lentâ tabe absumptus fuerat. 63 Macilenta & modica. 64 Fit fusca. 65 Pinguibus. 66 Passim. 67 Dulcem vitam. 68 Pabulorum. 69 Sagacibus scil. & odoris prima infectio. 70 Domino suo blandiri solitis. 71 Quæ propria canum. 72 Tremere facit. 73 Anhelitum trahens. 74 Strangulat. 75 Sic inflatis, ut pingues putentur. 76 Certaminum. 77 Pabuli: ut Ecl. 8. *Immemor* herbarum *quos est mirata juvenca certantes*, Musam scil. sive cantum pastorum Damonis & Alphesiboei. V. *Equos*, 78 Vincere solitus in curuli certamine. 79 Aversatur & refugit.

Cre-

[80] Crebrò ferit; demissæ [81] aures: [82] incertus ibidèm
Sudor; & ille quidem morituris frigidus: aret
Pellis, & [83] ad tactum tractanti dura resistit.
Hæc ante [84] exitium primis [85] dant signa diebus.
Sin in processu cæpit [86] crudescere morbus,
Tùm verò ardentes [87] oculi, atque attractus ab alto
Spiritus, interdùm gemitu [88] gravis: [89] imaque longo
Ilia singultu [90] tendunt: [91] it naribus [92] ater
Sanguis, & [93] obsessas fauces premit [94] aspera lingua.
Profuit [95] inserto [96] latices infundere [97] cornu
Lenæos: ea visa salus morientibus [98] una.
Mox erat [99] hoc ipsum exitio, [1] furiisque refecti
Ardebant; ipsique suos, jam morte sub [2] ægrâ,
([3] DI meliora piis, [4] erroremque hostibus illum!)
[5] Discissos nudis laniabant dentibus artus.
VI. Ecce autem duro [6] fumans sub vomere taurus
Concidit, & mistum spumis vomit ore cruorem,
Extremosque [7] ciet gemitus. [8] It tristis arator,
Mærentem [9] abjungens [10] fraternâ morte [11] juvencum;
Atque opere in medio defixa relinquit aratra.
[12] Non umbræ altorum nemorum, non mollia possunt
Prata [13] movere animum, non qui per saxa volutus
Purior electro campum petit amnis: at ima

80 Crebrò, Hellenismus. 81 Equi languentis. 82 Cujus causa latet. 83 Dùm quis attingit eam. 84 Mortem. 85 Equi morituri. 86 Ingravescere ac sævior fieri. Sic, *Dejectâ* crudescit *pugna Camillâ*. 87 Scil. *fiunt*. 88 Molestus. 89 Interiora. 90 Tentantur. 91 Defluit. 92 Corruptus. 93 Clausas & obstructas. 94 Ex nimia siccitate rigens. 95 Ori immisso. 96 Vinum autem, quod in mali hujus remedium adhiberi solitum est, in tantum non profuit; ut etiam obfuerit in furiam actis equis, ut ipsi se suis dentibus laniarent. 97 Infundibulo. 98 Sola. 99 Vinum infundere, quod saluti esse putabatur. 1 Et equi recreari per furorem, qui vires adferre videtur, incendebantur majoribus furiis. 2 Ægros faciente. 3 Mittant, concedant, abominandi formula. 4 Furorem illum, quem tum equi perpessi sunt. 5 Dilaniores. VI. *Boves*. 6 Cùm sumaret & impensè laboraret. 7 Excitat. 8 Abiit. 9 Separans & à jugo dissolvens. 10 Consortis, jugalis tauri interitu, quo, quasi fratre, in labore usus fuerat. 11 Alterum. 12 Nulla juvant remedia, nusquam patet suffugium: levamen nullum. 13 In sui desiderium allicere.

[14] Solvuntur latera, atque oculos [15] stupor urguet [16] inertis,
Ad terramque fluit [17] devexo pondere cervix.
[18] Quid labor, aut benefacta [19] juvant? quid vomere terras
Invertisse gravis? [20] atqui non [21] Massica Bacchi
Munera, non [22] illis epulæ nocuêre [23] repostæ:
Frondibus & victu pascuntur [24] simplicis herbæ:
Pocula sunt fontes liquidi, atque [25] exercita cursu
Flumina: nec somnos [26] abrumpit cura salubres.
[27] Tempore non alio, dicunt, regionibus illis
Quæsitas ad sacra boves Junonis, & [28] uris
Imparibus ductos alta ad [29] donaria currus.
[30] Ergo ægrè rastris terram [31] rimantur, & ipsis
[32] Unguibus infodiunt fruges, montisque per altos
[33] Contentâ cervice trahunt stridentia plaustra.
VII. Non [34] lupus insidias [35] explorat ovilia circum;
Nec gregibus [36] nocturnus [37] obambulat: acrior illum
[38] Cura domat: timidi damnæ, cervique fugaces
Nunc interque [39] canes, & circum tecta vagantur.
VIII. Jam maris immensi prolem, & genus omne [40] natantum

14 Labascunt ejus latera. 15 Hebetudo obsidet. 16 Immobiles, aut parùm videntes præ stupore. 17 Pondere corporis, aut capitis devoluto. 18 Neque iis operæ in terra colenda impensæ gratia ulla, aut respectus. 19 Prosunt. 20 Atqui non à temulentia, aut crapula ex vino & epulis hic morbus tauris, quibus simplex victus herbæ & potus fluentis aquæ, nedum ab insomni curâ. 21 Vina in Massico, Campaniæ monte, crescere solita, quæ fortia sunt. Horat. lib. 1. Od. 1. *Est, qui nec veteris pocula Massici, Nec partem solido demere de die, Spernet.* 22 Juvencis aratoriis. 23 Sæpius appositæ. 24 Propter epularum varietatem. 25 Purificata repentino fluxu. 26 Sicut hominibus solet. 27 Jam quidem sicubi alias, necesse erat, in locum taurorum, qui interierant jungere uros, qui ad Junonis templum ferrent sacra. Allusum volunt ad Argivam sacerdotem, quam desideratis jumentis, filii Cleobis & Biton ad fanum sub curru juncti traxerunt. Cic. Tusc. quæst. lib. 1. Val. Max. lib. 5. c. 4. 28 Bobus silvestribus indomitis, & ob id imparitèr trahentibus: de quibus Cæsar lib. 6 Bell. Gall. 29 Sacratia, seu repositoria rerum, quæ Diis donantur. 30 Quia deerant boves aratorii. 31 Sulcant agricolæ. 32 Manibus. 33 Contractâ propter pressuram. Quin & ipsi homines aratra junctim trahebant. VII. *Feras.* 34 Nunc docet ferarum miserabilem luem. 35 Explorando facit. *Triste lupus stabulis.* Eclog. 3. 36 Tempore nocturno. 37 Insidiaturus. 38 Instantis mortis. 39 Innoxios, ut quos sua etiam cura domat. VIII. *Pisces.* 40 Piscium.

Litore in extremo, ceu [41] naufraga corpora, fluctus
[42] Proluit: [43] insolitæ fugiunt in flumina Phocæ.
IX. [44] Interit & curvis frustrà defensa latebris.
Vipera, & attoniti squamis [45] adstantibus [46] hydri.
X. Ipsis est aër avibus [47] non æquus, & illæ
[48] Præcipites altâ vitam sub nube relinquunt.
[49] Prætereà, jam nec mutari pabula [50] refert;
[51] Quæsitæque nocent artes: [52] cessêre [53] magistri
[54] Phyllirides Chiron, [55] Amythaoniusque Melampus.
[56] Sævit & [57] in lucem Stygiis emissa tenebris
[58] Pallida [59] Tisiphone morbos agit [60] ante, [61] metumque,
Inque dies [62] avidum surgens caput altiùs effert.
Balatu [63] pecorum, & crebris [64] mugitibus amnes,
Arentesque sonant ripæ, collesque [65] supini.
Jamque catervatim [66] dat [67] stragem, atque [68] aggerat ipsis
In stabulis turpi [69] dilapsa cadavera [70] tabo:
[71] Donèc humo [72] tegere, ac foveis abscondere [73] discunt.

41 Post naufragium ad litora projecta. 42 Impulsu provolvit in litus. 43 Vituli marini insolitæ magnitudinis aut rarò visi. IX. *Serpentes.* 44 Pestilentia. 45 Horrentibus & asperis atque erectis ex morbo. 46 Serpentes aquatici. X. *Aves.* 47 Iniquus & pestilens ac perniciosus: ut supra, *Non æquus Acerris.* 48 Præcipitantur in terram decidentes. 49 *Nec ratio remedii communio certa dabatur*, &c. Lucret. 6. lib. 50 Quidquam ad rem facit. 51 *Succumbit medicina malis.* Manil. *mali moles potentior arte est.* 52 Victi sunt à morbo & succubuerunt. Undè Ovid. lib. 1. de Ponto: *Non est in medico semper relevetur ut ager, interdum docta plus valet arte malum.* 53 Medici optimi, eorumque inventa cujusmodi fuere... 54 ... Chiron Saturni & Phyllireæ... 55 Melampus filius Amythaonis. Hos autem duos per Synecdochen pro quibuslibet præstantissimis Medicis ponit. 56 Et quis modus ubi furiæ ab inferis emissæ, longè, latèque luem illam spargant, morbos, metumque indies adaugeant. 57 Ad regionem nostram. 58 Ab effectu. 59 Furia infernalis. 60 Se. 61 Mortem, quæ ex vel cum metu conspicitur. 62 Cupidum cædis & sanguinis. 63 Ovium. 64 Taurorum morientium. 65 Editoribus. 66 Tisiphone, aut ipsa pestis. 67 Cumulum morientium. 68 Accumulat. 69 Quæ occiderant. 70 Sanguine corrupto. 71 Tandem inventum altis fossis sepelire animalia peste absumpta; quorum vellera, coria ac viscera nulli erant usui, immò tangentibus exitialia. 72 Cadavera. 73 Homines.

Nam neque erat [74] coriis usus : nec viscera quisquam
Aut undis [75] abolere potest, aut [76] vincere flammâ.
Nec tondere [77] quidem morbo, [78] illuvieque peresa
Vellera, [79] nec telas possunt attingere putris.
Verum etiam [80] invisos si quis [81] tentârat amictus,
Ardentes [82] papulæ atque [83] immundus [84] olentia sudor
Membra [85] sequebatur : [86] nec longo deinde moranti
Tempore, [87] contactos artus [88] sacer ignis edebat.

74 Pellibus, è quibus coria parantur. 75 Purgare. 76 Excoquere igni. 77 Saltèm. 78 Et sanie, & corruptione. 79 Nec pastores per laborem pervenire ad hoc possunt, ut ex iis habeant telas etiam putres. 80 Quos natura invidit, & negavit mortalibus. 81 Conatus fuerat facere. 82 Pustulæ ex anthemata, aut carbunculi. 83 Corruptus. 84 Gravitèr. 85 Inficiebat. 86 Et paullò post. 87 Ab illis amictibus, id est, qui talibus vestiebantur, etiam inficiebantur. 88 Execrabilis, & pestilentialis ignis, id est, Erysipelus, aut pestis absumebat.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS
GEORGICORUM
LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Mellarii sedes ut designanda. Alveorum materies, & fabrica. Apum seditiones, & pugnæ. Breviter de cultura horti: laudata Tarentini cujusdam senis industria. Apum Respublica, fœtus, victus, patria, leges, fœdera pacis ac belli, laboris, & quietis. Providentia. Præsagia tempestatum. Genus, ætas, cultus in reges. Ingenium, sollertia, & quasi rationis scintillæ. Mellatio, cujus duo tempora: Ver, & Autumnus. Apum morbi & remedia. Exstinctarum restauratio ex putrefacto juvenco. Quæ refertur inventa Aristæo, cujus historiæ adjicitur Orphei fabula. Epilogus operis.

[1] PRotinùs [2] aërii mellis [3] cælestia dona
Exsequar: [4] hanc etiam, Mæcenas, aspice [5] partem.
[6] Admiranda tibi [7] levium spectacula rerum,
Magnanimosque [8] duces, totiusque ex ordine [9] gentis
Mores, & studia, & [10] populos, & prælia dicam.
In [11] tenui labor: at tenuis non gloria; [12] si quem
Numina læva sinunt, [13] auditque vocatus Apollo.

1 Statim vel deinceps in exsecutione cepti operis perscribam dona beneficio cœli aut in aëre collecta mellis, quod rore & floribus in aëre colligitur. 2 Μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος. Arist. Hist. Anim. lib. 5. cap. 22. & Plin. lib. 11. cap. 12. *Venit hoc ex aëre, & maxime siderum exortu, &c. sive ille est cœli sudor, sive quædam siderum saliva, sive purgantis se aëris succus, &c.* 3 Munera Deorum. 4 Sicut reliquas adspexisti: quia statim in principio primi libri Mæcenatem nuncupavit. 5 Agriculturæ, scil. de apibus. 6 Attentionem petit, dicturus de admiranda apum natura, politia, prœliis, &c. 7 Utpote apum. 8 Apum reges, quia animas in vulnere linquunt. 9 Generis apum instituta & labores. 10 Progeniem apum. 11 Levi materia. 12 Si numina adversa, aut gloriæ humanæ inimica sinunt aliquem gloriosè dicere. 13 Etsi Apollo, qui Poëtis benevolus est, cœptis meis adspirat.

Principio, sedes apibus [14] statioque petendæ,
[15] Quo neque sit ventis aditus (nam [16] pabula venti
Ferre [17] domum prohibent) neque oves, hœdique [18] petulci
Floribus insultent, aut [19] errans bucula campo
[20] Decutiat rorem, & [21] surgentis atterat herbas.
Absint & [22] picti squallentia terga lacerti
[23] Pinguibus à stabulis, [24] Meropesque, aliæque volucres,
Et manibus [25] Progne pectus signata [26] cruentis.
Omnia nam latè vastant, [27] ipsasque volantis
Ore ferunt, [28] dulcem [29] nidis immitibus escam.
[30] At [31] liquidi fontes, & stagna [32] virentia musco
[33] Adsint, & [34] tenuis fugiens per gramina rivus,
Palmaque [35] vestibulum, aut ingens [36] oleaster inumbret
Ut cùm [37] prima novi [38] ducent [37] examina [39] reges
Vere suo, ludetque favis [40] emissa [41] juventus,
Vicina [42] invitet decedere ripa calori,
[43] Obviaque hospitiis teneat frondentibus arbos.

14 Metaph. à castris & navibus. Locus apiario destinatus, habitatio deligenda. 15 Ad quam sedem, & stationem non spirent venti. 16 Thymum mella. 17 Ad alvearia impediunt. 18 Petulantes & lascivi. 19 Pascens juvenca aut junior bos per campum. 20 Dejiciat. 21 Crescentes herbas, è quibus pabula, atque favos collegerunt apes. 22 Habentes terga picta, id est, maculis distincta. 23 Ab alvearibus melle plenis. 24 Aves apibus inimicæ. Arist. & Plinius paros addunt. 25 Hirundo, in quam Progne versa putatur. 26 Sanguinolentis sanguine filii Itys, quem patri epulandum dederat. Hinc Ovid. 6. Metam. *neque adhuc de pectore cædis Excessere notæ, signataque sanguine pluma est.* 27 Apes. 28 Mellificam scil. 29 In quibus pulli sunt ex rapinâ pascendi. 30 Noxia priùs amoverat, utilia jam adesse monet. 31 Puri. 32 In quibus crescit lanugo viridis. 33 Ad alvearia. 34 Exsilis. 35 Locum fornicatum, in quo locantur alvearia. 36 Olea silvestris. 37 Primos fœtus apum. 38 Tamquam novam coloniam. 39 Primores apum regali more viventes. 40 Educta. 41 Apiculæ, fœtus novi juniorum apum. 42 Alliciat à calore ad aquas. 43 Et palma aut oleaster objectus decedere volentibus immoretur sedibus frondentibus, id est, ut propter amœnitatem riparum allicientur exsire alveariis, sed propter amœnitatem arboris redeant, nec sedes mutent.

[44] In medium, [45] seu stabit iners, seu profluet humor,
[46] Transversas salices, & grandia conjice saxa:
[47] Pontibus ut crebris possint [48] consistere, & alas
[49] Pandere ad æstivum Solem; si fortè [50] morantis
Sparserit, [51] aut [52] præceps [53] Neptuno immerserit Eurus.
[54] Hæc circum [55] casiæ virides, & olentia latè
Serpilla, & [56] gravitèr spirantis copia thymbræ
Floreat, [57] irriguumque bibant [58] violaria fontem.
[59] Ipsa autem, seu [60] corticibus tibi suta cavatis,
Seu [61] lento fuerint alvearia vimine texta,
[62] Angustos habeant aditus: nam [63] frigore mella
[64] Cogit hiems, eademque calor liquefacta [65] remittit.
[66] Utraque vis apibus paritèr metuenda: neque illæ
Nequicquam in [67] tectis certatim tenuia cerâ
[68] Spiramenta linunt, [69] fucoque & [70] floribus [71] oras
Explent, [72] collectumque [73] hæc ipsa ad munera gluten,
Et visco, & Phrigiæ servant [74] pice lentiùs Idæ.
Sæpè etiam effossis (si vera est fama) [75] latebris,
Sub terrâ fodêre [76] Larem: penitùsque repertæ
[77] Pumicibusque cavis, [78] exesæque arboris antro.
Tu tamen è [79] levi [80] rimosa [81] cubilia [79] limo
Unge, fovens [82] circum, & raras superinjice frondis.

44 Ejus aquæ. 45 Sive stagnabit, sive fluet aqua. 46 In transversum. 47 Lignis aut lapidibus injectis, quibus, ut homines, pontibus utantur. 48 Requiescere. 49 Explicare. 50 Apes tardiùs redeuntes ex pascuis dispersit. 51 Aut aquis immerserit vis venti. 52 Præcipitantèr flans. 53 Metonymia. 54 Strabula apum. 55 *Lavendula* floreat. 56 Potentèr fragrantis. 57 Irrigantem, id est, habeant etiam herbas odoriferas in confinio ad pastum, & mellificium. 58 Loca, in quibus magna violarum copia est. 59 Alvei conficiendi ratio, & materia ejus. 60 Subere. 61 Flexibili. 62 Foramina tantilla, ut vix unius apis capacia sint. 63 Quod per latos aditus intraret. 64 Constringit & contrahit. 65 Defluere facit. 66 Caloris, & frigoris: ille resolvit: hoc cogit. 67 Alvearibus suis. 68 Rimas, per quas ventus intret, obstruunt. 69 Glutine ex fuco marino frutice, quo vestes tinguntur. 70 Florum lacrymis. 71 Extremas fissuras oppient. 72 Ex floribus & herbis. 73 Ad obstruendas rimas. 74 Quæ colligitur ex arboribus piceis, in Ida, Phrygiæ monte, abundantibus. 75 Cavernis. 76 Foramen. 77 Saxis cavernosis. 78 A carie, aut vetustate. 79 Alvearia. 80 Hiantia, & rimas habentia. 81 Seu luto & fimo bubullo molli. 82 In circuitu.

Neu

Neu propiùs [83] tectis [84] taxum sine, [85] neve rubentis
Ure foco cancros, [86] altæ neu [87] crede paludi:
Aut ubi odor cœni gravis, aut ubi concava [88] pulsu
Saxa sonant, vocisque [89] offensa resultat [90] imago.
Quod superest, ubi pulsam hiemem Sol aureus egit
[91] Sub terras, cœlumque æstivâ luce reclusit:
Illæ continuò saltus, silvasque [92] peragrant,
Purpureosque [93] metunt flores, [94] & flumina libant
Summa leves. [95] Hinc [96] nescio quâ dulcedine lætæ
[97] Progeniem, nidosque fovent: hinc arte recentis
[98] Excudunt ceras, & mella tenacia [99] fingunt.
Hinc, ubi jàm emissum [1] caveis ad sidera cœli
[2] Nare per æstatem [3] liquidam suspexeris [4] agmen,
Obscuramque [5] trahi vento mirabere [4] nubem,
[6] Contemplator: aquas dulcis, & [7] frondea semper
[7] Tecta petunt. [8] Hùc tu jussos asperge [9] sapores,
Trita mellisphylla, & cerinthæ [10] ignobile gramen,
[11] Tinnitusque cie, & [12] Matris quate cymbala circum.
Ipsæ consident [13] medicatis sedibus: ipsæ
Intima more suo sese in [14] cunabula condent.

Sin autem ad pugnam exierint; ([15] nam sæpè duobus

83 Alvearium. 84 Arborem mella depravantem. *Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos.* Ecl. 9. 85 Gravis & tetri odoris quæliber prohibeantur, sicuti cancri nidor cum est ignibus adustus, aut odor palustris cœni, nec minùs cavæ rupes, aut valles argutæ, quas Græci ἠχὼς vocant. 86 Profundæ. 87 Committe apes. 88 Ex impulsu aquarum. 89 Repercussa. 90 Echo referens eamdem vocem, quam acceperat. 91 Ad Antipodas. 92 Pervolant. 93 Exugunt. 94 Et veloces degustant fluminum summitatem. 95 Post novi veris flores libatos. 96 Immensa, ineffabili. 97 Examinis spem prolemque in favis. 98 Formant novos favos. 99 Componunt. Al. *figunt.* Metaph. à ferrariis ut & *excudunt.* 1 Alvearibus. 2 Remigio alarum, id est, volare. 3 Serenam, claram. 4 Examen apum glomeratim, & agminatim volantium & ludentium in formam nubis. 5 Duci. 6 Observa eas. 7 Arbores benè frondentes. 8 Ad hanc rem. 9 Succo florum apibus gratorum. 10 Ubique obvium nascens, vile. 11 Pelvium seu æris, cujus delectatione captæ vel metu territæ se in alveos condunt. 12 Cybeles Matris Deorum; cujus in sacris Galli pulsant cymbala & tympana. 13 Dictis herbis illitis. 14 Alvearia. 15 Sæpè enim intra idem alvearium (quandoque & è diversis) oritur seditio, discediturque in partes duorum regum, de imperio contendentium. Arist. 9. lib. Hist. 40. cap.

Re-

[16] Regibus incessit magno discordia [17] motu)
Continuoque animos [18] volgi, & trepidantia bello
Corda licet [19] longè præsciscere: namque [20] morantis
Martius ille aeris rauci canor [21] increpat, & vox
[22] Auditur, [23] fractos sonitus imitata tubarum
Tùm [24] trepidæ inter se [25] coeunt, pennisque coruscant,
[26] Spiculaque exacuunt rostris, [27] aptantque lacertos:
Et circa regem, atque ipsa ad [28] prætoria densæ
[29] Miscentur, magnisque [30] vocant clamoribus hostem.
Ergo ubi [31] ver nactæ [31] sudum, camposque patentis,
Erumpunt portis, concurritur; æthere in alto
Fit [32] sonitus; magnum mistæ [33] glomerantur in orbem,
Præcipitesque cadunt. Non [34] densior aere grando,
Nec de concussa [35] tantùm pluit ilice glandis.
[36] Ipsi per medias acies, insignibus alis,
Ingentis animos augusto in pectore versant:
Usque adeò [37] obnixi non cedere, dum [38] gravis aut hos,
Aut hos, versa fugâ victor [39] dare terga subegit.
[40] Hi motus animôrum, atque hæc [41] certamina tanta,
Pulveris exigui jactu compressa [40] quiescent.
Verum, ubi [42] ductores acie revocaveris ambo,
Deterior qui visus, eum, ne [43] prodigus obsit,
[44] Dede neci: melior [45] vacuâ sine regnet in aulâ.
[46] Alter erit maculis [47] auro squallentibus ardens:
(Nam duo sunt [48] genera) hic melior, insignis & [49] ore,

16 Apum. 17 Tumultu. 18 Reliquarum apum, quæ respectu regum *vulgus*, id est, vilis populus sunt. 19 Triduo ante eruptionem mellarius præsciscere poterit ex vespertinis apum bombis ad modum classicorum resonantibus. 20 Intra alvearia sua. 21 Carpit. 22 Inter apes. 23 Raucitate canentes. 24 Tumultuantes arma parant, seque ad pugnam expediunt. 25 Congrediuntur. 26 Aculeos suos. 27 Ad insultus faciendos. 28 Tabernacula Imperatoris utriusque: allusum ad Castra Rom. 29 Summa cura custodiunt regem. 30 Provocant. 31 Diem serenum & aërem purum. 32 Pugnantium 33 Convolvuntur. 34 Quam apes. 35 Quantum apum cadit ex tali conflictu. 36 Reges. 37 Obnitentes. 38 Molestus & graviter urgens. 39 Fugere. 40 Hæc duorum examinum discordantium pugna sedabitur. 41 Apum. 42 Principes, id est, reges, à pugna reduxeris domum per jactum pulveris. 43 Mella absumens. 44 Occide. 45 Altero rege. 46 Melior. 47 Fulgentibus more squammarum in piscibus colore fulvo. 48 Regum. 49 Facie.

Et

Et [50] rutilis clarus squamis: [51] ille [52] horridus alter
Desidiâ, [53] latamque trahens [54] inglorius alvum.
Ut binæ regum [55] facies, ita corpora [56] plebis:
Namque aliæ [57] turpes horrent, ceu pulvere ab alto
Cùm venit, & [58] sicco terram spuit ore viator
[59] Aridus, [60] elucent aliæ, & fulgore coruscant,
[61] Ardentes auro, & paribus [62] lita corpora [63] guttis.
Hæc potior suboles. [64] Hinc cœli [65] tempore certo
Dulcia mella premes: nec tantum dulcia, quantum
Et [66] liquida, & durum Bacchi domitura saporem.
At cùm incerta volant, [67] cœloque examina [68] ludunt,
Contemnuntque favos, & [69] frigida [70] tecta relinquunt:
Instabilis animos ludo prohibebis [71] inani.
Nec magnus prohibere labor: tu regibus alas
Eripe. Non [72] illis quisquam cunctantibus [73] altum
Ire iter, aut [74] castris audebit vellere signa.
[75] Invitent croceis [76] halantes floribus horti:
Et [77] custos furum atque avium, cùm falce saligná
[78] Hellespontiaci [79] servet tutela Priapi.
Ipse [80] thymum, [81] pinosque [82] ferens de montibus altis,
Tecta serat latè circum, cui [83] talia curæ:
Ipse labore manum duro terat: ipse feracis

50 Micantibus in morem auri. 51 Deterior ille, μείλας καὶ πλατυγάστωρ, Arist. 9. lib. Histor. Anim. 40. cap. 52 Incultus. 53 Obesam, & oblongam. 54 Sine gloria. 55 Formæ. 56 Vulgi, id est, reliquarum apum. 57 Deterioris notæ apes sunt pulveri, sputo concreto, concolores. 58 Pulverem cum saliva concretum. 59 Desiccatione & siti. 60 Meliores notæ apes splendent. 61 Resplendentes fulgore auri. 62 Illita, ac distincta. 63 Maculis quasi guttatim sparsis. 64 Ex hac subole. 65 Statо anni tempore, *vel* Cœli temperie. 66 Pura, & quæ admisceas austero vino ad mitigandam asperitatem. *Tam bene Theseis Massica vina favis.* Martial. 4. lib. 13. Ep. 67 In aëre. 68 Per ludum & otium glomerata, gyros & choreas ducentia. 69 Non opere, ut priùs, ferventia. 70 Alvearia sua. 71 Tunc enim non mellificandi grátia exeunt. 72 Regibus domi manentibus. 73 Subvolare ludibundè per aëra. 74 Aut in bellum prodire. Metaph. à militari disciplinâ. 75 Alliciant & attrahant apes ad se. 76 Spirantes. 77 *Deus inde ego furum, aviumque Maxima formido.* Hor. 1. lib. Sat. 8. 78 Nati in urbe Lampsaco propè Hellespontum. 79 Hortos. 80 Herbam apibus gratissimam, ad mella conficienda. 81 Ad ceram conficiendam. 82 Ad alvearia. 83 Mella & cera.

Fi-

[84] Figat humo plantas, & [85] amicos inriget imbris.
Atque equidem, extremo ni jam sub fine [86] laborum
[87] Vela traham, & terris festinem advertere proram:
Forsitàn & pinguis hortos quæ cura colendi
Ornaret, canerem; biferique [88] rosaria [89] Pæsti;
Quoque modo [90] potis gauderent intyba rivis,
Et virides apio [91] ripæ; tortusque per herbam
[92] Cresceret in ventrem cucumis; nec [93] sera comantem
Narcissum, aut [94] flexi tacuissem vimen acanthi,
Pallentisque ederas, & [95] amantis litora myrtos.
Namque sub [96] Oebaliæ memini me turribus altis,
Quâ [97] niger [98] humectat [99] flaventia [1] culta [2] Galæsus,
[3] Corycium vidisse senem, cui pauca [4] relicti
Jugera ruris erant: nec fertilis illa juvencis,
Nec pecori [5] opportuna seges, nec [6] commoda Baccho.
Hic [7] rarum tamen in dumis olus, albaque circum
Lilia, [8] verbenasque [9] premens, [10] vescumque papaver,
[11] Regum æquabat opes [12] animis: seraque [13] revertens

84 Affigat. 85 Salubres superfundat imbres. 86 Georgicorum. 87 Metaphor. à nautis, qui, portum subituri, vela colligunt. 88 Rosarum copiam. 89 Oppidi maritimi Lucaniæ, bis in anno rosas ferentis. 90 Imbibitis. 91 Fluviorum, *vel* hortorum pulvini & areæ. 92 Acciperet latum ventrem. 93 Sere seu tarde comas spargentem, florentemque. Hellenism. *ut Torva tuentem: Acerba fremens: Multa gemens, &c.* 94 Flexibilis. 95 Felicitèr nascentes in litoribus. 96 Tarenti, ab Œbaliis conditi duce Phalanto. Œbalis autem rex fuit Laconiæ, undè Lacones Œbali dicti. 97 Cæruleus aut profundus. Al. *piger*, id est, lentè fluens. 98 Irrigat. 99 Segete. 1 Arva. 2 Calabriæ fluvius. 3 *Coricus* est urbs, mons, antrum Ciliciæ. Erit itaque *Corycius* Cilix, vel è remigum numero, quorum opera contrà ipsos Ciliccas piratis usus fuerat Pompejus: *vel* miles Pompejanus, post Ciliccas devictos emeritus & agro donatus. 4 Præteriti in divisione, & contempti, utpote inutilis: ut in seq. Alii exp. hereditarii, à patre scil. relicti, ut *Res non parta labore, Sed relicta.* Martial. 10. lib. 27. Ep. voluntque Poëtam respicere ad duos fratres Vejanios, quibus à patre relictam esse parvam villam refert Varro, l. 3. R. R. cap. 16. Quid si *relictum rus* sit quo pulsus prior dominus cesserit veterano militi, cui assignabatur in divisione: *Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva.* Eclog. 1. & 9. 5 Accomodata, & grata. 6 Idonea vitibus. 7 Plantatile. 8 Herbas, quibus in sacris uti solebant. 9 Serens: *vel* falce metens. 10 Cereale, quo vesci posset. 1. Georg. 11 Ditissimorum. 12 Quia re ipsa non potuit. 13 Ex illo agro sterili.

Nocte

Nocte domum, dapibus mensas onerabat [14] inemptis.
[15] Primus vere rosam, atque auctumno carpere poma:
Et cum tristis hiems [16] etiamnum frigore saxa
Rumperet, & glacie cursus [17] frenaret aquarum,
Ille [18] comam mollis jam tùm [19] tondebat acanthi,
Æstatem [20] increpitans seram, Zephyrosque morantis.
Ergo apibus [21] fœtis [22] idem, atque examine multo
Primus abundare, & [23] spumantia [24] cogere pressis
Mella favis: illi [25] tiliæ, atque uberrima [25] pinus:
[26] Quotque in flore novo pomis se fertilis arbos
[27] Induerat, totidem auctumno [28] matura tenebat.
Ille etiam [29] seras in [30] versum distulit ulmos,
[31] Eduramque pirum, & spinos jam pruna ferentis,
Jamque [32] ministrantem platanum potantibus [33] umbras.
Verum hæc ipse equidem, [33] spatiis [34] exclusus [33] iniquis,
Prætereo, atque aliis post me memoranda relinquo.
Nunc age, naturas apibus quas Juppiter ipse
Addidit, [35] expediam: [36] pro quâ mercede canoros
[37] Curetum sonitus, crepitantiaque aera secutæ,
[38] Dictæe [39] cœli regem pavêre sub antro.

14 Sibi in horto suo natis, nullo pretio comparatis. Horat. Od. 2. Ep. de rusticâ vitâ. *Et horna dulci vina promens dolio, Dapes* inemptas *apparet.* 15 Fructu perenni dives & felix. Verno: æstivo, auctumnali, hiberno. 16 Ipso puncto temporis. 17 Constringeret. 18 Summitatem. 19 Metebat. 20 Voto & voce, ut cujus studium æstas sera & Zephyri veris comites nondum spirantes morarentur. 21 Enixis partum. 22 Senex Corycius. 23 Ex pressura. 24 Constipare. 25 Ad gluten & favos. 26 Nec ullus vernus flos destituebat eum auctumnali fructu. 27 Ornaverat & vestiverat, id est, quot flores produxerat arbor. 28 Scil. *poma.* 29 Antiquas. 30 In ordinem & quincuncem transtulit & disposuit. Quid si dicamus, inversas ulmos incurvabat, pedamenta futura viribus. 31 Robustam, aut valdè duram. 32 Hospitalem convivantibus. 33 Temporis atque instituti mei angustis spatiis. 34 Ab hujusmodi rerum exsecutione. 35 Aperiam. 36 Quid mercedis accepturæ. 37 Curetes. Cretæ incolæ, sacrique fratres, Opi parturienti, Saturnumque filios ex pacto cum Titane vocantem fallere cupienti, suppetias laturi, æreis crepitaculis nati infantis Jovis vagitum celarunt, cymbalorum sonitum secutæ apes melle nutrierunt Jovem in antro Cretensi. In cujus officii mercedem tulêre à Jove singularem naturam, politiam & mores: Subolis, patriæ, cibi in medium quæsiti communionem, & Rempublicam, quasi Platonicam. 38 *Dictæ*, mons Cretæ. 39 Jovem.

So-

[40] Solæ communis gnatos, [41] consortia tecta
[42] Urbis habent, magnisque agitant sub legibus ævum:
Et patriam solæ, & certos novêre Penatis:
Venturæque hiemis memores, æstate laborem
Experiuntur, & [43] in medium quæsita reponunt.
Namque aliæ [44] victu invigilant, & [45] fœdere pacto
Exercentur agris: pars intra septa [46] domorum
[47] Narcissi lacrimam, & lentum de cortice gluten,
Prima favis ponunt fundamina. Deindè tenacis
Suspendunt ceras: aliæ [48] spem gentis adultos
[49] Educunt fœtus: aliæ purissima mella
[50] Stipant, & [51] liquido distendunt nectare cellas:
[52] Sunt, quibus ad portas cecidit [53] custodia [54] sorti,
Inque vicem [55] speculantur aquas, & nubila cœli:
Aut [56] onera accipiunt venientium, aut [57] agmine facto
[58] Ignavum [59] fucos pecus [60] à præsepibus arcent:
[61] Fervet opus, redolentque thymo fragrantia mella.
Ac veluti [62] lentis [63] Cyclopes fulmina massis
Cùm [64] properant, alii [65] taurinis follibus [66] auras
Accipiunt, redduntque: alii stridentia [67] tingunt
[68] Æra [69] lacu: [70] gemit impositis incudibus [71] Ætna:

40 Apes ex cunctis animalibus. 41 Ad communem sortem pertinentia: sunt enim communia. 42 Alvearis. 43 In communem parta condunt. 44 Antiquè, pro *victui* scil. habendo. Ita *concubitu indulgent*. 45 Partiti inter se opera, juvenes negotiantur foras, seniores intùs. 46 Alveariorum. 47 Illius floris, in quem puer flens conversus fingitur, rorem. 48 In quibus est spes de conservando grege. 49 Incubant, fovent, excludunt fœtus. 50 Condensant. 51 Melle puro favos replent. 52 Aliæ. 53 Excubitus. 54 Sortito, sorte electis. 55 Pluviæ & tempestatum præsagæ, intùs: *Nec vero à stabulis*, &c. 56 Seniores apes excipiunt gerulas juniores, easque exonerant melle aut cera: repetuntur versus isti, Æneid. 1. 57 Manu conserta, facto quodam impetu. 58 Nullius laboris, nihil agens, & aliena consumens. 59 Sine aculeo majores apibus, non mellificantes, sed tamen melle vescentes. 60 Ab alvearibus suis abigunt, prohibent. 61 Cum fervore fit. 62 Mitigatis. 63 Populi Siciliæ, unum oculum habere reperti. De his lib. 1. Æn. ubi & quinque versus sequent. repetuntur. 64 Properè excedunt, fabricant. 65 Corio taurino munitis. 66 Flatus & reflatus. 67 Ita tingunt, ut strideant. 68 Ferrum, synecd. 69 Aqua, in qua ferrum candens immergitur. 70 Resonat quasi gemitum referens. 71 Mons igni vomus Siciliæ, Vulcani, & Cyclopum officina: Al. *antrum*, ut 8. lib. Æn.

Illi

72 Illi inter sese magnâ vi brachia tollunt
73 In numerum, versantque tenaci forcipe ferrum.
Non aliter si 74 parva licet 75 componere 76 magnis,
77 Cecropias innatus apes amor urget 78 habendi,
79 Munere 80 quamque suo. 81 Grandævis 82 oppida curæ,
Et munire favos, & 83 Dædala 84 fingere tecta:
At fessæ 85 multâ referunt se 85 nocte 86 minores,
87 Crura thymo plenæ: 88 pascuntur & arbuta passim,
Et 89 glaucas salices, casiamque, crocumque rubentem,
Et pinguem tiliam, & 90 ferrugineos hyacinthos.
91 Omnibus una quies operum, labor omnibus 92 unus.
Manè 93 ruunt portis: nusquàm mora. Rursùs easdem
Vesper ubi â pastu tandem decedere campis
Admonuit, tùm tecta 94 petunt, tum corpora 95 curant:
Fit 96 sonitus, 97 mussantque oras, & limina circum.
Post, ubi jam 98 thalamis se composuêre, siletur
99 In noctem, fessoque sopor 1 suus occupat artus.
Nec verò à 2 stabulis pluviâ 3 impendente recedunt
Longiùs, aut 4 credunt cœlo, adventantibus Euris:
Sed circum 5 tutæ sub mœnibus urbis 6 aquantur,
Excursusque brevis 7 tentant; & sæpè 8 lapillos,

72 Cyclopes. 73 Secundum ordinem, ita ut ex alternis ictibus numerus, & concentus musicus audiatur: ex quo Pythagoras Symphoniam observasse dicitur. 74 Quantæ sunt apes. 75 Comparare. 76 Quanti sunt Cyclopes. 77 Atticas, κατ' ἐξοχήν: optimo enim melle celebratur Hymettus mons Atticus, thymi ferax. 78 Mellis. 79 Officio, quod ei sorti cecidit. 80 Quamlibet apum. 81 Provectioribus apibus. 82 Alvearia. 83 Artificiosa, Δαίδαλα: undè ingenioso architecto nomen Lucret. de Venere: *Tibi suavis* Dædala *tellus Submittit flores*, id est, artificiosa. 84 Componere. 85 Cum jam plurima pars noctis transacta sit. 86 Juniores. 87 Habentes crura onusta melle ex thymo collecto. 88 Apes depabulantur. 89 Virides. 90 Nigri coloris. 91 Omnes simùl quiescunt. 92 Eodem tempore. 93 Celeriter excurrunt. 94 Repetunt. 95 Reficiunt cibo & quiete. 96 Bombus. 97 Murmurant. 98 Cellis. 99 Usque ad tempus matutinum. 1 Qui ipsis convenit: sic supra *Vere suo*, & *More suo*. 2 Alveariis suis, Prædivinant ventos, imbresque, continentque se tectis, Plin. 3 Imminente. 4 Confidunt sereno aëri. 5 Tutantis eas à pluvia & vento. 6 Potantur. 7 Cum anxietate faciunt. 8 Quibus contra impetum ventorum ferantur.

Ut [9] cymbæ instabiles fluctu [10] jactante [11] saburram; 195
Tollunt: his sese per inania [12] nubila librant.
Illum adeò placuisse apibus mirabere morem,
Quòd nèc [13] concubitu indulgent, nec corpora segnes
In [14] Venerem solvunt, aut fœtus [15] nexibus edunt:
Verum ipsæ è foliis [16] natos, & suavibus herbis
Ore [17] legunt: ipsæ regem, parvosque [18] Quirites 200
Sufficiunt, aulasque, & cerea regna [19] refingunt.
Sæpè etiam, duris errando in [20] cotibus, alas
Attrivêre, utroque [21] animam sub [22] fasce dedêre.
[23] Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.
Ergo ipsas quamvis [24] angusti terminus ævi 205
[25] Excipiat, (neque enim [26] plus septima [27] ducitur æstas)
At genus [28] immortale manet, multosque per annos
Stat [29] fortuna [30] domus, & avi numerantur avorum.
Præterea [31] regem non sic [32] Ægyptos, & ingens 210
[33] Lydia, nec populi Parthorum, aut Medos [34] Hydaspes
Observant. Rege incolumi [35] mens omnibus una est:
[36] Amisso rupêre fidem; [37] constructaque mella
Diripuêre [38] ipsæ, & [39] crates solvêre favorum:
[40] Ille operum [41] custos: illum admirantur, & omnes

9 Naviculæ vento agitabiles, inanes, sine pondere, id est, minima navigia. 10 Hùc illùc impellente eam. 11 Arenam & gravem terram. 12 Aëra æquis alis firmant. 13 Concubitui incumbunt. Archaicè. Sic suprà: *Victu invigilant.* 14 Luxuriam & coitum. 15 Partubus. 16 Semen natorum, unde nascantur & incubandò formentur apes. 17 Colligunt. 18 Cives (quales erant Quirites, id est, Romani sub Quirino, id est, Romulo, qui sibi regem constituerunt) sufficienter procreant. 19 Accuratè atque iterata opera figunt. Al. *refingunt.* 20 Saxis & rupibus. 21 Vitam perdiderunt. 22 Onere nimio mellis & pabuli, quod adferunt. Sic Eclog. 9. *Cantantes, ut eamus, ego hoc te fasce levabo.* 23 Ut moriantur. Epiphonema simile 2. Georg. *Tantus amor terræ!* Et 3. *Tantus amor laudum!* 24 Brevis. 25 Comprehendat. 26 Plusquam. 27 Degitur apibus. 28 Successione familiæ & stemmatis, ad quod allusum. 29 Familiæ apum. 30 *Et nati natorum, & qui nascentur ab illis.* 3. Æn. 31 Nulla usquam gens, non Ægyptii, non Lydi, non nisi Parthi & Medi majori veneratione colunt regem suum, quàm apes. 32 Propter Ptolomæos. 33 Ubi regnavit Crœsus. 34 Fluv. alluens Mediam, sèque in Indum exonerans. 35 Vivendi, rempublicam augendi, & régi obsequendi. 36 Rege. 37 Sub rege. 38 Quæ collegerant. 39 Contextus. 40 Rex. 41 Præses, qui operum labores æquis partibus dividat, aut sortito.

Circumstant [42] fremitu denso, stipantque [43] frequentes;
Et sæpè attollunt humeris; & corpora bello
[44] Objectant, [45] pulchramque petunt per vulnera mortem,
[46] His quidam signis, atque hæc exempla secuti,
Esse apibus [47] partem divinæ mentis, & [48] haustus
Ætherios dixêre. [49] Deum namque ire per omnis
Terrasque; tractusque maris, cælumque profundum:
Hinc pecudes, armanta, viros, genus omne ferarum,
Quemque sibi tenuis nascentem [50] arcessere [51] vitas:
Scilicèt [52] hùc reddi deindè, ac [53] resoluta referri
Omnia: nec [52] morti esse locum; sed viva volare
[54] Sideris in numerum, atque alto succedere cœlo.
[55] Si quandò [56] sedem [57] augustam, servataque mella
[58] Thesauris relines; priùs haustu [59] sparsus aquarum
[60] Ora fove, [61] fumosque manu prætende [62] sequacis.
[63] Bis gravidos cogunt fœtus; [64] duo tempora [65] messis:
[66] Taygete [67] simul os terris ostendit honestum
Plias, & [68] Oceani spretos pede reppulit amnis:

42 Murmure. 43 Cum magna multitudine. 44 Pro rege. 45 Gloriosam. 46 Quibus apum studiis & ingeniis animadversis adducti quidam Philosophi, non solertiam tantùm apibus, sed & rationem & divinæ particulam mentis assignarunt. 47 Sic Horat. *divinæ particulam auræ*, dixit. 48 Spiritus divinos. 49 Deum quippe vim suam in elementa omnia transfundere: hinc animalia, quæ ex elementis constant, spiritu illius, alia magis aut minùs, imbui ac inflari: vide 6. Æn. *Principio cœlum*, &c. 50 Attrahere. 51 Spiritus. 52 *In* Deum & principia sua. Ex opinione Pythagorica nullum animal penitùs perire; interire quidem & dissoluto animali migrare animam ex alio in alium, puram tandem ad suum astrum redire. 53 Per animæ à corpore separationem. 54 Inter sidera. 55 Præcepta mellationis, ejusque Vernæ & Auctumnalis. 56 Alvearium. 57 Cum melle repleta fuerit. Al. *augustam*. 58 Eximes è reclusis alveariis. 59 *Spargens* in alveos atque apes. Aquam ore haustam sparge in modum imbris pluviæque. 60 Contine haustus aquarum. 61 Qui vel cogant apes in priorem partem alvearii, vel abigant. 62 Persecutores apum: quia fumo apes fugantur. 63 In vere & auctumno apes mella ponderosa & abundantia congregant. 64 Ver & auctumnus. 65 Colligendi mellis. 66 Oriu Plejadum, quarum Taygete una est. Synecd. mense Majo. 67 Simulac. 68 Oriens scil. & mare navigationi aperiens.

Aut

[69] Aut [70] eadem sidus fugiens ubi piscis aquosi,
Tristior hibernas cœlo descendit in undas.
Illis ira modum supra est, [71] læsæque venenum
[72] Morsibus inspirant, & [73] spicula cæca relinquunt,
[74] Adfixæ venis, animasque in vulnera ponunt.
[75] Sin duram metues hiemem, parcesque [76] futuro,
[77] Contusosque [78] animos, & res miserabere [79] fractas;
At [80] suffire thymo, cerasque [81] recidere inanis
Quis dubitet? nam sæpè favos ignotus adedit
[82] Stellio, & [83] lucifugis [84] congesta cubilia [85] blattis;
[86] Immunisque sedens [87] aliena ad pabula [88] fucus;
Aut asper crabro [89] imparibus se immiscuit [89] armis;
Aut dirum [90] tineæ genus; aut [91] invisa Minervæ
In foribus laxos suspendit aranea [92] casses:
Quo magis [93] exhaustæ fuerint, hoc acriùs omnes
Incumbent [94] generis lapsi sarcire ruinas
Complebuntque [95] foros, & floribus [96] horrea texent.
[97] Si verò (quoniam [98] casus apibus quoque [99] nostros
Vita [100] tulit) * tristi languebunt corpora morbo:
Quod jam ** non dubiis poteris cognoscere signis.

69 Aut occasu Plejadum, quo tempore Pisces oriuntur. 70 Taygete. 71 Ab apibus inimicis. 72 Aculeis. 73 Aculeos breves, & exiles, qui latere possunt. 74 Aculeos penitus infixos venis inimicarum, & vulnere relictos cum parte intestini, undè ipsas mors consequitur. 75 Quod si duram metuens hiemem, benignè agere voles cum apibus, ne animum despondeant: ne pigeat tamen alveos aperire, favos à vermibus, fucis, stellionibus corruptos aut inanes eximere, suffumigatione reficere apes, & purgare alvearia à blattis, tineis, &c. 76 Quo in futuro opus erit. 77 Labefactos, confractos timore famis. 78 Apum. 79 Afflictas. 80 Subfumigare, ut exindè inimica illis animalia fugiant. 81 Resecare. 82 Lacerta stellatis maculis. 83 Lucem fugientibus, noctu volantibus. 84 Sunt constructa in alvearibus. 85 Tineis. 86 Laboris expers, nihil adferens utilitatis. 87 Alieno labore, utpote apum parta. 88 Vespa. 89 Cui & viribus & armis impar est apis. 90 Vermis omnia exedentis. 91 Ob procaciam & æmulationem in arte texendi à Minervâ in araneam versa Arachne puella Lydia. Ovid. 6. Met. 92 Retia, telas. 93 Evacuatæ ab animalibus nocivis. 94 Fœtus. 95 Cellas, favos, loca, per quæ inferunt mella sua, sicut naturæ per foros inferunt merces. 96 Favos conficient. 97 Languentium apum morbis, quorum statuit signa sex, remedia præscribit novem. 98 Miserias. 99 Cum hominibus communes. 100 Attulit. * Lethali. ** Certis.

Continuò est ægris I. alius color: II. [1] horrida voltum
Deformat macies: III. tùm [2] corpora luce carentum
Exportant tectis, & tristia funera [3] ducunt:
IV. Aut [4] illæ pedibus connexæ ad limina pendent:
V. Aut intus clausis cunctantur in ædibus omnes
Ignavæque fame, & contracto frigore pigræ:
VI. [5] Tùm sonus auditur [6] gravior, [7] tractimque susurrant:
[8] Frigidus ut [9] quondam silvis [10] immurmurat auster:
Ut mare [11] sollicitum stridet refluentibus undis:
Æstuat ùt clausis [12] rapidus fornacibus ignis.
[13] Hìc jam I. Galbaneos suadebo incendere odores,
II. Mellaque [14] arundineis [15] inferre [16] canalibus, ultrò
Hortantem, & fessas ad pabula [16] nota vocantem.
III. Proderit & [17] tunsum gallæ admiscere saporem.
IV. [18] Arentisque rosas, V. aut igni pinguia multo
[19] Defruta, VI. vel [20] Psythiâ passos de vite racemos,
[21] Cecropiumque VII. thymum, & VIII. gravè olentia [22] centaurea.
IX. Est etiam flos in pratis, cui nomen [23] amello
Fecêre agricolæ; [24] facilis quærentibus herba:
Namque [25] uno ingentem tollit de cespite silvam,
[26] Aureus ipse: sed in foliis, quæ plurima circum
Funduntur, violæ sublucet purpura nigræ.
Sæpè Deûm nexis ornatæ [27] torquibus aræ:
[28] Asper in ore sapor. [29] Tonsis in vallibus illum

1 Rugosa. 2 Mortuarum efferunt cadavera. 3 Celebrant. 4 Morbosæ. 5 Præterea. 6 Tristior. 7 Per longos tractus, ut languidi solent, qui suspiria ex imo pectore trahunt. 8 Natura sua, ut qui à gelido polo Antarctico spiret: accidentali tamen & adventitio calore dum ad nos per torridam Zonam permeat, fervidus. Macr. lib. 2. in Somn. Scipionis, cap. 5. 9 Quando. 10 Longè resonans murmur facit. 11 Commotum resonat. 12 Vehemens. 13 Remedia IX. 14 Fistulis ex arundine factis. 15 In alvearia. 16 Qualia illæ sibi comparare solent. 17 Contusam gallam. 18 Desiccatas in sole. 19 Musta ad dimidias decocta. 20 Uvam passam, quæ est ex vite Psythiâ. Suprà lib. 2. *Et passo Psythia utilior*: quem locum vide. 21 Atticum: ut quod optimum. 22 Herbas calidas & siccas. 23 Amellum florem eundem cum Astere Attico, bubonio, esse auctumant Herbarii proceres. 24 Facilè reperibilis. 25 Multos caules fundit, erigit à radice. 26 Ipse flos est aurei coloris. 27 Corollis ex hoc flore ornantur aræ. 28 Austerus. 29 Falce messis, & non silvosis.

Pas-

Pastores, & [30] curva [31] legunt prope flumina [32] Mellæ.
Hujus [33] odorato radices incoque [33] Baccho,
[34] Pabulaque in foribus plenis appone canistris.
[35] Sed si quem [36] proles subito [37] defecerit omnis,
Nec, genus undè novæ stirpis [38] revocetur, [39] habebit:
Tempus & [40] Arcadii [41] memoranda inventa [40] magistri
[42] Pandere, quoque modo [43] cæsis jam sæpe juvencis
[44] Insincerus apes [45] tulerit cruor. Altiùs omnem
Expediam, primâ repetens ab origine famam.
Nam, quâ [46] Pellæi gens [47] fortunata Canopi
Accolit [48] effuso [49] stagnantem flumine [50] Nilum,
Et [51] circùm pictis vehitur sua rura [52] faselis,
[53] Quâque [54] pharetratæ vicinia Persidis urget,
Et [55] viridem Ægyptum [56] nigrâ fœcundat [55] arenâ,
Et diversa [57] ruens septem discurrit in [58] ora,
Usque [59] coloratis [60] amnis devexus ab Indis:
Omnis in hac certam regio [61] jacit [62] arte [63] salutem.

30 Per litora curva defluentia. 31 Colligunt. 32 In Gallia nobilis est hujus nominis fluvius: aliique cognomines alibi Poëtæ tamen notior Mela Italus, quem sinistra ripa receptum Ollius fluv. in Padum defert: videturque hinc nomen inditum flori Amello. Cluv. 1. lib. ult. cap. 33 Vino forti & odorem magnum exhalante. 34 Nutrimenta ex tali decoctione. 35 Inventum restaurationis apum exstinctarum è bovis cæsi putrefactione, refertur acceptum Aristæo. 36 Progenies apum. 37 Aliquem destituerit. 38 Ab interitu. 39 Aliquas apes. 40 Aristæi regis Arcadii: qui invenisse fertur mellis & olei usum, apum amissarum reparationem, lactis coagulum. Justin. 14. lib. Vide hanc eamdem fab. apud Ovid. 1. Fastor. 41 Memoratu digna. 42 Manifestare. 43 Verbere, & fustibus, citra effusum sanguinem. 44 Corruptus & putridus. 45 Protulerit, produxerit. 46 Propter Alexandriam ab Alexandro, Pellæ in Macedoniâ nato, conditam in vicinia Canopi ins. unde ostio illi nomen. 47 Felix divitiis, & ubertate soli, quam præstat Nilus exundans. 48 In agros. 49 Inundantem, & in campos effluentem. 50 Ægypti fluvium. Lege Tibul. lib. 1, El. 6. 51 Stagnante Nilo. 52 Scaphis. 53 Quâque Nilus urget vicina loca Persidis, id est, in Persiâ. 54 Cujus incolæ pharetris & sagittis multum valent. 55 Segete aut herbis. 56 Nigro limo. 57 Defluens. 58 Ostia, quibus intrat mare. 59 Nigris Æthiopibus, an stigmate, quod sibi honori ducebant, inustis? 60 Nilus defluens, deductus. 61 Constituit, ponit. 62 Faciendi novas apes. 63 Reparandarum apum.

[64] Exiguus primum, atque [65] ipsos contractus ad usus
[66] Eligitur locus. Hunc angustique [67] imbrice tecti,
Parietibusque [68] premunt artis, & quattuor addunt,
Quattuor à [69] ventis [70] obliquâ luce fenestras.
Tum vitulus [71] bimâ curvans jam cornua fronte
Quæritur; huic geminæ nares & [72] spiritus oris
[73] Multa reluctanti [74] obsuitur: [75] plagisque perempto,
[76] Tunsa per [77] integram [78] solvuntur viscera pellem.
Sic positum in [79] clauso linquunt, & [80] ramea [81] costis
Subjiciunt fragmenta, thymum, casiasque [82] recentis.
Hoc geritur, [83] Zephyris primum impellentibus undas:
[84] Antè [85] novis rubeant quàm prata coloribus, [84] antè
Garrula quàm [86] tignis nidum suspendat [87] hirundo.
Intereà teneris tepefactus in ossibus [88] humor
[89] Æstuat, & visenda modis animalia miris,
[90] Trunca pedum primò, mox & stridentia pennis
Miscentur, tenuemque magis, magis [91] aëra carpunt,
Donec, ut æstivis effusus nubibus [92] imber.
[93] Erupêre, aut ut, [94] nervo pulsante [95] sagittæ,
Prima [96] leves ineunt si quando prælia Parthi.
Quis Deus hanc, Musæ, quis nobis [97] extudit [98] artem?
[99] Undè nova ingressus hominum experientia cepit?
Pastor [100] Aristæus, fugiens Peneïa * Tempe,

64 Angustus, quantum capit cadaver bovis. 65 Ad hanc ipsam utilitatem, ut in eo bos putrescat, constrictus. 66 Ab his, qui apes reparare volunt. 67 Tegulis imbres capientibus. 68 Obstringunt, angustant. 69 Cardinalibus. 70 Ex obliquo infusâ. 71 Bienni, duorum annorum, id est, ipse vitulus biennis. 72 Anhelitus. 73 Multùm, valdè. Hellen. 74 Clauditur, ne possit exhalare. 75 Fustibus, verberibus. 76 Contusa. 77 Solidam, ne succus aut sanguis exhauriatur. 78 Laxantur, corrumpuntur. 79 Occluso loco. 80 Ramorum. 81 Vituli scil. ne pellis putrescat. 82 Recentèr captas. 83 In principio veris. 84 Anadiplosis est. 85 Novorum florum. 86 Ad laquearia & trabes domorum. 87 Veris nuncia. 88 Vituli. 89 Effervet, calescit. 90 Pedibus carentia: undè *apes*, quasi ἄπους, quidam dicta volunt. 91 Auram vitalem inspirant. 92 Erumpit. 93 Vi evolvere ex corio vitulino. 94 Arcu, nervis munito, impellente. 95 Emittuntur. 96 Fugæ confidentes. 97 Invenit. 98 Reparandarum apum ex vitulo putrefacto. 99 Quo auctore habuit experimentum hoc primos aditus? 100 Apollinis & Cyrenes Nymphæ filius. Lege Ov. 1. Fastor. * Locum amœnum Thessaliæ, quem medium interluit Peneus.

Amis-

Amissis (ut fama) apibus, morboque fameque,
Tristis ad [1] extremi sacrum caput adstitit [2] amnis,
[3] Multa querens; atque hac adfatus [4] voce [5] parentem:
Mater [6] Cyrene, mater, quæ gurgitis hujus
[7] Ima tenes; quid me præclarâ stirpe deôrum.
(Si modò, quem perhibes, pater est [8] Thymbræus Apollo)
Invisum [9] fatis genuisti? aut quò tibi nostri
Pulsus amor? quid me [10] cœlum sperare jubebas?
En etiam hunc ipsum [11] vitæ mortalis honorem,
Quem mihi [12] vix frugum, & pecudum custodia [13] sollers
Omnia tentanti [14] extuderat, te matre [15] relinquo.
[16] Quin age, & ipsa manu [17] felicis erue [17] silvas:
Fer stabulis [18] inimicum ignem, atque [19] interfice messis:
Ure sata, & validum in vitis [20] molire bipennem,
Tanta meæ si te ceperunt [21] tædia laudis.
At mater [22] sonitum thalamo sub fluminis alti
Sensit. [23] Eam circum [24] Milesia vellera Nymphæ
Carpebant, [25] hyali saturo fucata colore:
[26] Drymoque, Xanthoque, Ligæaque, Phyllidoceque,
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla:
Nesæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque,
Cydippeque, & [27] flava Lycorias; altera virgo,
Altera tum primos [28] Lucinæ experta [28] labores;
Clioque, & Beroë soror, [29] Oceanitides ambæ,
Ambæ auro, [30] pictis incinctæ pellibus ambæ,

1 Summi. 2 Penei fluv. 3 Multùm, valdè. 4 Oratione. 5 Matrem. 6 Nympha Penei fluv. 7 Profunda. 8 A *Thymbrâ*, Troados oppido, ubi colebatur. Dii enim cognomenta à locis, in quibus coluntur, sæpè accipiunt. 9 Diis. 10 Quod reciperet in Deorum numerum. 11 Quem inter mortales merui. 12 Summâ cum difficultate. 13 Diligens. 14 Paraverat. 15 Amitto. 16 Permissio acerba, & invidiosa, *clademque auctore levabis*. 17 Fertiles arbores. 18 Quo pecus inficiatur: aut nocentem, quo stabula comburantur. 19 Emori cura segetem maturam, unde messis fieret. 20 Cum molimine infer, id est, abole omnia, quæ habeo. 21 Ut permittas meis laboribus parta interimi. 22 Lamentationis Aristæi confusum, neque enim primum animadvertit neque agnovit vocem. 23 Cyrenem. 24 Purissima, è Mileto. 2. Georg. suprà. 25 Vitreo multoties tincta: undè cæruleus color. 26 Nympharum nomina. 27 Flava crines. 28 Partus, quibus præest Lucina, id est, quæ semèl pepererat. 29 Oceani filiæ. 30 Maculosis hinnuleis, quæ Nebrides dicuntur.

Atque Ephyre, atque Opis, atque Asia Deïopeja,
Et tandem [31] positis [32] velox [33] Arethusa [34] sagittis.
Inter quas [35] curam Clymene narrabat [36] inanem
Volcani, Martisque [37] dolos, & dulcia [38] furta;
Aque [39] Chao densos Divûm numerabat amores.
Carmine quo [40] captæ, dùm [41] fusis mollia pensa
Devolvunt; iterùm maternas impulit auris
Luctus Aristæi; [42] vitreisque sedilibus omnes
Obstupuêre; sed ante alias Arethusa sorores
Prospiciens, summâ [43] flavum caput extulit undâ.
[44] Et procul: O gemitu non frustrà exterrita tanto,
Cyrene soror; ipse tibi [45] tua maxima cura
Tristis Aristæus, Penei [46] genitoris ad undam,
Stat lacrymans & te [47] crudelem [48] nomine dicit.
[49] Huic percussa novâ mentem formidine mater,
Duc age, duc ad nos: [50] fas illi limina Divôm
Tangere, ait: simul [51] alta jubet [52] discedere latè
Flumina, quâ juvenis [53] gressus inferret: at illum
Curvata in montis [54] faciem circumstetit [55] unda,
Accepitque sinu vasto, misitque sub amnem.
Jamque domum mirans genitricis, & humida regna,
Speluncisque [56] lacus clausos, lucosque [57] sonantis,

31 Depositis. 32 In cursu, dum Alphæum fugit. 33 Nympha Siculis, Eclog. 9. 34 Quibus in venando usa fuerat. 35 De Venere uxore custodienda. Fab. Martis in Veneris amplexibus deprehensi, traductique à Vulcano, Hom. Odyss. 8. Ovid. Met. 4. 36 Frustra susceptam. 37 Furtivos amores cum Venere. 38 Adulteria: sive quia furtim & clàm perpetrantur (quomodo fures occultè & plerumque noctu furatum veniunt) sive quia genera quædam furti sunt, cum sibi homines vel pudicitiam, vel castitatem, animis antea per blandimenta capitis surripiunt. Ovid. Metam. 4. furta *tori*, furtique locum *monstravit*. Notabilis est locus Æn. 4. *Nec jam* furtivum *Dido meditatur amorem, Conjugium vocat, hoc prætexit nomine culpam.* 39 Crebros Deorum amores ab orbe usque condito. 40 Nymphæ. 41 Dùm telas texunt. 42 Vitrei coloris, in quibus sedebant in aquis. 43 Flavis capillis decoratum. 44 Sc. cùm vidisset Aristæum. 45 Qui tibi maximæ curæ est. Æneid. 1. Venus de Ascanio nepote, *mea maxima cura.* 46 Patris tui, & avi sui. 47 Quia non animadvertebat lachymas filii. 48 Nominatim: quia dicebat, *mater Cyrene, Cyrene.* 49 Arethusæ talia nuntianti. 50 Quia filius est Deorum. 51 Profunda. 52 Locum dare. 53 Ingrederetur. 54 Similitudinem, formam. 55 Fluminis. 56 Fontium & fluviorum origines & receptacula. 57 Vento.

Ibat

Ibat, & ingenti motu stupefactus aquârum,
Omnia sub magnâ labentia flumina terrâ
Spectabat, [58] diversa locis, [59] Phasimque [60] Lycumque,
Et [61] caput, unde [62] altus primùm se [63] erumpit [64] Enipeus,
[65] Undè pater [66] Tiberinus, & undè [66] Aniena fluenta,
[67] Saxosumque sonans [68] Hypanis, [69] Mysusque Caicus:
Et gemina auratus [70] taurino cornua vultu
[71] Eridanus: quo non alius per pinguia [72] culta
In mare [73] purpureum violentior influit amnis.
Postquam est in [74] thalami [75] pendentia pumice tecta
[76] Perventum, & gnati fletus cognovit inanis
Cyrene: [77] manibus liquidos dant ordine fontis
[78] Germanæ, [79] tonsisque ferunt mantelia [78] villis.
[80] Pars epulis onerant mensas, & plena [81] reponunt
Pocula. [82] Panchæis [83] adolescunt ignibus aræ.
Et mater, Cape [84] Mæonii [85] carchesia Bacchi,
[86] Oceano [87] libemus, ait. Simul ipsa precatur
Oceanumque [88] patrem rerum, Nymphasque sorores,
Centum [89] quæ silvas, centum [90] quæ flumina [91] servant.

58 Distincta. 59 Colchôrum fluv. 60 Lyciæ fluv. 61 Spectabat ortum, originem. Ovid. lib. 1. Trist. *In* caput *alta suum labentur ab æquore retro Flumina.* 62 Profundis. 63 Extulit. 64 Thessaliæ fluv. 65 Habeat ortum. 66 Tiberis & Anio Italiæ fluv. 67 Saxose, id est, ut sonant flumina inter saxa decurrentia. 68 Scythiæ fluv. 69 Mysiæ fluv. 70 *Tauriformes* dicti fluvii, à mugitu & rapido cursu, *cornuti*, à geminis ripis, vel alveis, in quos se dividunt: undè Acheloo Hercules alterum cornu avulsisse fingitur, qui fluvium in unum alveum redegeret. 71 Fluv. Italiæ Padus in Adriaticum se exonerans. 72 Rura. 73 Cujus unda remis pulsa purpurascit. Cic. 2. Acad. quæst. πλὰξ πορφυρίουσαν, Homer. 74 Cyrenes. 75 Fornicata, columnis fulta. 76 Ab Aristæo & comitibus. 77 Scil. *lavandis.* 78 Sorores. 79 Quorum villi erant tonsi. 80 Quædam ex eis sacrificium parant & convivium. 81 Iterùm ponunt, postquàm exhausta erant. 82 Arabicis, ut volunt, qui Panchajam urbem Arabiæ Felicis statuunt: ego fictitium nomen puto ex πᾶν, *omne* & κκίω *uro.* 83 Incenduntur. 84 Vini Lydii: optimi. Strab. lib. 13. 85 Pocula: de quorum forma, Macrob. Sat. 5. lib. 21. c. 86 Deo maris. 87 Sacrificemus. 88 Ex Thaletis & veterum Philosophorum opinione, qui omnia ex aquis generari asserebant. 89 Ut sunt Dryades. 90 Ut sunt Najades. 91 Habitant.

Ter

[92] Ter liquido ardentem perfudit nectare [93] Vestam ;
[94] Ver flamma ad summum tecti [95] subjecta reluxit.
[96] Omine quo [97] firmans animum, sic incipit ipsa :
Est in [98] Carpathio Neptuni gurgite vates
[99] Cæruleus Proteus, magnum qui piscibus æquor,
Et juncto bipedum curru [1] metitur [2] equorum.
Hic nunc [3] Emathiæ portus, patriamque revisit
[4] Pallenen. [5] Hùnc & Nymphæ veneramur, & ipse
Grandævus [6] Nereus. Novit namque omnia vates,
[7] Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.
Quippe ita Neptuno [8] visum est, [9] immania cujus
[9] Armenta, & [10] turpis pascit sub [11] gurgite [12] phocas.
[13] Hic tibi, nate, [14] priùs vinclis capiendus, ut omnem
[15] Expediat morbi [16] caussam, [17] eventusque secundet.
Nam sine [18] vi non ulla dabit præcepta, [19] neque illum
Orando flectes : vim duram, & vincula capto
[20] Tende. [21] Doli circum hæc demùm frangentur inanes.
Ipsa ego te, [22] medios cum Sol accenderit æstus,
[23] Cùm sitiunt herbæ, & pecori jam [24] gratior umbra est,
[25] in secreta senis ducam, [26] quò fessus ab undis
Se recipit ; facilè ut [27] somno aggrediare jacentem.
Verum, ubi correptum manibus, vinclisque tenebis;

92 Ter, quia *numero Deus impare gaudet*, vinum libavit infunditque in ignem. 93 Ignem, Ovid. 6. Fastor. *Nec tu aliud* Vestam, *quam puram intellige flammam*, *Nataque de flamma corpora nulla vides*. Al. *vestem*. 94 Ter emicuit boni ominis flamma. 95 Sursum jacta & exsiliens. 96 Indicio propitii numinis. 97 Corroborans. 98 Carpathio mari : à *Carpatho* insul. maris Mediterranei. 99 Marinus. 1 Tranat, vehitur. 2 Marinorum scil. tantùm in anteriori parte, in quâ equis similes sunt, pedes habentium, in posteriori similes piscibus pedes. 3 Thessaliæ. 4 Peninsulam Macedoniæ. 5 Proteum. 6 Et ipse vates, Deus aquarum, Oceani & Tethyos filius. 7 Os ἥδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσόμενα πρό τ' ἐόντα. Homer. Iliad. *a*. 8 Placuit. 9 Cete, balænas, monstra natantia. 10 Immanes. 11 Carpathio. 12 Vitulos marinos. 13 Vates, seu Proteus. 14 Quam quidquam ab eo petas. 15 Expedite dicat. 16 Culpam, quæ causa interitus apum, & remedium. 17 Remedio. 18 Violentia catenarum. 19 Eadem de Sileno, Ecl. 6. 20 Injice. 21 Illusiones ejus frustra inceptæ frustrabuntur tandem circum hæc vincula. 22 In meridie. 23 Cùm herbæ desiccantur calore : qui in nobis situm generat. 24 Quam herba. 25 In arcanos thalamos Protei. 26 Ad quæ. 27 Scil. *oppressum*.

Tùm

[28] Tùm variè [29] illudent [30] species, atque [31] ora ferarum.
Fiet enim subitò sus horridus, [32] atraque tigris,
Squamosusque draco, & fulvâ cervice leæna:
Aut acrem flammæ sonitum dabit, atque ita vinclis
[33] Excidet, aut in aquas [34] tenues [35] dilapsus [36] abibit.
Sed, quantò ille magis formas se vertet in omnis,
Tantò, gnate, magis [37] contende tenacia vincla:
Donec talis erit [38] mutato corpore, qualem
Videris, incepto tegeret cùm lumina somno.
Hæc [39] ait, & [40] liquidum ambrosiæ [41] diffundit odorem:
Quo totum [42] nati corpus [43] perduxit. At [44] illi
Dulcis [45] compositis spiravit crinibus [46] aura,
Atque [47] habilis [48] membris venit vigor. [49] Est specus ingens
[50] Exesi latere in montis [51] quò plurima vento
Cogitur, inque sinus scindit sese unda [52] reductos;
[53] Deprensis olim [54] statio [55] tutissima nautis.
[56] Intus se vasti Proteus tegit [57] objice saxi.
Hic [58] juvenem in latebris aversum [59] à lumine [60] Nympha
Collocat: ipsa procul nebulis [61] obscura resistit.
Jam rapidus [62] torrens [63] sitientis [64] Sirius Indos
Ardebat cœlo, & medium Sol igneus orbem
[65] Hauserat. [66] Arebant herbæ, & [67] cava flumina [68] siccis

28 De Proteo Rege Ægypti, vide Mythologos, quibus est bellator, variis galearum formis terribilis, sophista aliis, vafer, histrio, præstigiator, &c. *Spumat aper, fluit unda, fremit leo, sibilat anguis.* 29 Decipient te. 30 Imagines. 31 Formæ. 32 Aspera, sæva. 33 Elabetur. 34 Transparentes. 35 E vinculis. 36 Commutabit se in aquam. 37 Constringe. 38 Reducto in pristinam figuram. 39 Cyrene, mater Aristæi. 40 Fluentem. 41 Quò gravior visu, & vegetior esset ad luctam. 42 Filii Aristæi. 43 Imbuit. 44 Aristæo. 45 Benè concinnatis. 46 Odor aut ventus. 47 Agilitans. 48 Aristæi. 49 Describit antrum Protei. 50 Vetustate aut impetu aquarum. 51 Ad quod specus. 52 Refluxos. 53 Tempestate aliquandò in mari deprehensis, id est, periclitantibus in mari. 54 Locus, ubi ad tempus stant naves. 55 A periculo ventorum. 56 In medio antro. 57 Oppositione ingentis lapidis. 58 Aristæum. 59 Ab eâ parte, quâ saxum objectum erat lumini. 60 Cyrene. 61 Tecta. 62 Inurens. 63 Arentes à Sole propinquo. 64 Stella in ore Canis, cujus ortu intensivus est calor. 65 Expleverat, id est, jam transactus erat meridies, quo Sol est in medio cœli. 66 Desiccabantur. 67 Profunda, exhaustis aquis cava apparentia. 68 Aquâ destitutis.

Fau-

[69] Faucibus [70] ad limum [71] radii tepefacta coquebant:
Cùm Proteus consueta petens è fluctibus antra
Ibat. Eum [72] vasti [73] circum [74] gens humida ponti
Exsultans, [75] rorem latè dispersit [75] amarum.
Sternunt se somno diversæ in litore phocæ.
[76] Ipse, velut stabuli [77] custos in montibus olim,
Vesper ubi è pastu vitulos ad [78] tecta reducit,
[79] Auditisque lupos [80] acuunt balatibus agni,
Considit scopulo [81] medius, [82] numerumque [83] recenset:
[84] Cujus Aristæo quoniam est oblata [85] facultas;
Vix defessa senem [86] passus [87] componere membra,
Cum clamore [88] ruit magno, [89] manicisque [90] jacentem
Occupat. [91] Illi suæ contrà non immemor [92] artis,
Omnia transformat sese in [93] miracula rerum,
Ignemque, horribilemque feram, fluviumque [94] liquentem.
Verùm, ubi nulla [95] fugam reperit [96] pellacia, victus
[97] In sese redit, atque hominis tandem ore locutus;
[98] Nam quis te, juvenum confidentissime, nostras
Jussit adire domos? quidve hinc petis? inquit. At ille;
Scis, Proteu, [99] scis ipse, [100] neque est te fallere cuiquam.
Sed tu desine [1] velle. Deûm præcepta secuti
Venimus hinc [2] lapsis quæsitum [3] oracula rebus.
Tantum effatus. Ad [4] hæc [5] vates vi denique multâ,

69 Æneid. 10. *Ille sitim, morbosque ferens mortalibus ægris*, &c. 70 Usque ad fundum. 71 Solares. 72 Ampli. 73 Scil. *eum*. 74 Genus æquoreum, phocæ, pisces. 75 Aquam marinam, quæ amara est. 76 Proteus. 77 Recenset numerum pecorum. 78 Stabula. 79 A lupis. 80 Acriori fame irritant. 81 Inter pecora suia. 82 Pecorum. 83 Enumerat. 84 Protei. 85 Facilitas capiendi & opportunitas. 86 Aristæus. 87 Ut dormitet. 88 In eum. 89 Manuum vinculis. Sic Æn. 2. *Ipse vero primus manicas atque arcta levari Vincla jubet Priamus.* 90 Protea. 91 Proteus. 92 Quo elabi solebat. 93 Formas mirandas. 94 Fluidum. 95 Fugiendi facultatem. 96 Deceptio Protei. 97 In veram imaginem hominis. 98 Indignantèr: aut pro *quisquam* sumitur. 99 Quid petam, cùm sis vates. 100 Οὐκ ἐξεστι: non licet cuiquam te fallere. Tu ergo desiste velle fallere alios. Hellenismus, Borat. *Quod versu dicere* non est, id est, dici non potest. 1 Fallere me tot monstris. Ecl. 5. *Sed tu desine plura puer.* 2 Perditis. 3 Deorum consilia & responsa. 4 Verba Aristæi, quia audierat Deos id velle. 5 Proteus.

Ar-

[1] Ardentis oculos intorsit lumine [7] glauco,
Et gravitèr [6] frendens, sic [8] fatis ora resolvit:
Non te [9] nullius exercent numinis iræ.
[10] Magna luis commissa: tibi [11] has [12] miserabilis Orpheus
Haud quaquam ob meritum pœnas, in fata resistant,
Suscitat; & [13] raptâ gravitèr pro [14] conjuge sævit.
Illa quidem, dùm te fugeret per flumina [15] præceps,
Immanem ante pedes [16] hydrum, moritura [14] puella
Servantem ripas altâ non vidit in herbâ.
At [17] chorus æqualis Dryadum [18] clamore supremos
Implerunt montes. Flerunt [19] Rhodopejæ arces,
Altaque [19] Pangæa, & [20] Rhesi [21] Mavortia tellus,
Atque [22] Getæ, atque [23] Hebrus, & [24] Actias Orithyia.
[25] Ipse cavâ solans [26] ægrum [27] testudine amorem,
Te, dulcis conjux, te [28] solo in litore secum,
Te [29] veniente die, te [30] decedente canebat.
[31] Tænarias etiam fauces, [32] alta ostia Ditis,
Et caligantem [33] nigra fortitudine lucum
Ingressus, [34] Manisque adiit, [35] Regemque tremendum,

6 Ira. 7 Cæruleo. 8 Dicendis, id est, incepit effari oracula Divûm. 9 Non humilis, sed magni. 10 Delictum magnum ultra est lues magna, ad internecionem usque tuarum apum. *Alias.* Tu lues magna commissa. 11 Quod apes amiseris. 12 Dignus miseratione, propter luctum uxoris. 13 Ab inferis, postquam ipse retrospexerat. 14 Eurydice juvencula conjux Orphei. 15 Præcipitanter, sine consideratione. 16 Serpentem aquatilem. 17 Nymphæ populares, connutritiæ. 18 Ob mortem Euridices. 19 Montes Thraciæ. 20 Quam posteà Rhesus rex habitavit. 21 Cui Mars præsidet, bello strenua. Sic Æn. 3. *Terra procul vastis colitur* Mavortia *campis, Thraces arant.* 22 Postea Tartari dicti. 23 Fluv. Thraciæ. 24 Nympha Attica, seu Atheniensis, filia Erichthonii, quam rapuit Boreas. 25 Orpheus. 26 Misere affligentem propter mortem uxoris. 27 Lyra. 28 Ubi ipse solus erat. 29 Oriente. 30 Occidente Sole, Horat. Od. 9. lib. 2. *Tu semper urges flebilibus modis Mysten ademptum: nec tibi vespero Surgente decedunt amores, nec rapidum fugiente Solem.* 31 Quin & ausus infernos adire, per Tænarum, Laconiæ promontorium: quâ descensus patêre ad inferos perhibetur. Vide Sen. Her. Fur. Act. 3. & Ovid. Metam. 10. 32 Profunda. 33 Formidolosa. 34 Animas apud inferos manentes. 35 Plutonem.

Nes-

Nesciaque humanis precibus [36] mansuescere corda.
At [37] cantu commotæ [38] Erebi de sedibus imis
Umbræ ibant [39] tenues, simulacraque [40] luce carentum:
[41] Quam multa in foliis avium se millia condunt,
Vesper ubi, aut hibernus [42] agit de montibus imber:
[43] Matres, atque viri, defunctaque corpora vitâ
Magnanimûm [44] Heroum, pueri, innuptæque puellæ,
Impositique [45] rogis juvenes ante ora parentum,
Quos circum limus niger, & deformis arundo
[46] Cocyti, [47] tardâque palus [48] inamabilis unda
[49] Adligat, & [50] novies [51] Styx interfusa [52] coërcet.
Quin ipsæ [53] stupuêre [54] domus, atque [55] intima Lethi
[56] Tartara, cæruleosque [57] implexæ crinibus anguis
[58] Eumenides, [59] tenuitque inhians tria [60] Cerberus ora,
Atque [61] Ixionii vento rota constitit [61] orbis.
[62] Jamque [63] pedem referens, [64] casus evaserat omnes,
[65] Redditaque Eurydice superas veniebat ad auras,
[66] Ponè [67] sequens; namque hanc dederat [68] Proserpina
[69] legem:

36 Flecti, moveri. Idem Horat. Od. 14. lib. 2. *Non si tricenis, quotquot eunt dies, Amice places illacrimabilem Plutona tauris, qui ter amplum Geryonem, Tityumque tristi Compescit undâ.* 37 Orphei. 38 Caliginis infernalis. 39 *Leves populi, simulacraque functa sepulcro.* Ovid. 10. Metam. 40 Vita. 41 Ibant tam multa, *quam multa*, &c. 42 Impellit illus in silvas. 43 Feminæ. Tres isti versus repetuntur 6. Æn. 44 Principum virorum. 45 Ignibus incensis. 46 Paludis infernalis. 47 Quæ immoratur. 48 Irremeabilis, per quam nemo nare potest, vel, per languorem non navigabilis. Al. *inamabilis*; & hic cum seqq. repetitur, 6. Æn. 49 Detinet. 50 Per novem circulos. 51 Palus tristitiæ infernalis. 52 Constringit ne exeant. 53 Ob cantum Orphei. 54 Infernales. 55 Profundissima. 56 Tenebrarum loca. 57 Involutæ, implicitæ. Al. *innexæ*. Al. *impexæ*. 58 Furiæ infernales: per Antiphrasim sic dictæ, quod *immites*, atque *implacabiles* sint: εὐμενὴς enim *mitem* ac *propitium* significat. 59 Latratu. 60 Canis ille infernalis triceps. 61 Quem apud inferos volvit Ixion. 62 Docet Proteus, quomodò Orpheus: *Ibre ea fretus citha á, fidibusque canoris*, conjugem eduxerit ex inferorum carcere, & eam iterùm amiserit. 63 Redeuns Orpheus ab inferis ad superos. 64 Difficultates: quia & canem placaverat, & cum Plutone & Proserpinâ, Plutonis conjuge pactus fuerat. 65 Orpheo. 66 Post eum. 67 Maritum. 68 Inferorum regina, Cereris filia, quam Pluto rapuerat. 69 Ut post maritum rediret, nec Orpheus respiceret.

Cùm

Cùm subita incautum dementia [70] cepit amantem,
[71] Ignoscenda quidem, scirent si ignoscere manes.
Restitit, Eurydicenque suam jam [72] luce sub ipsâ
Inmemor, heu, victusque animo respexit. Ibi omnis
[73] Effusus labor, atque [74] immitis rupta tyranni
Fœdera, terque [75] fragor stagnis auditus [76] Avernis.
Illa, quis & me, inquit, miseram, & te perdidit, Orpheu?
Quis tantus furor? en iterùm crudelia retrò
Fata vocant, conditque [77] natantia lumina somnus.
Jamque vale. [78] Feror ingenti circumdata [79] nocte,
Invalidasque tibi tendens, heu [80] non tua, [81] palmas!
Dixit. Et ex oculis subitò, ceu fumus in auras
[82] Conmixtus tenues, fugit [83] diversa: neque [84] illum,
[85] Prensantem nequicquam [86] umbras, & multa volentem
Dicere, prætereà vidit: nec [87] portitor Orci
Ampliùs [88] objectam passus transire paludem.
Quid faceret? quò se [89] raptâ bis conjuge ferret?
Quo fletu Manis, quâ [90] Numina voce moveret?
[91] Illa quidem Stygiâ nabat jam [92] frigida [93] cymbâ.
Septem illum totos perhibent [94] ex ordine mensis
Rupe sub [95] aëria, deserti ad [96] Strymonis undam
Flevisse, & gelidis [97] hæc evolvisse sub astris,
Mulcentem tigris, & agentem carmine quercus.

70 Invasit. 71 Condonanda certe: quia non per malitiam, sed per vim amoris legem transgressus est. 72 Exitum propè consecutus. 73 Perditus est. 74 Inexorabilis Plutonis. 75 Vocum acclamantium quia gaudebant manes Eurydicen redire, ut iterùm Orphea audirent. 76 Infernalibus. Avernus, Campaniæ palus, introitus ad inferos. 77 Oculos languide fluitantes mors condit. 78 Auferor abs te. 79 Caligine, id est, morte. 80 Non ampliùs in potestate tuâ. 81 Manus. 82 Aëri. 83 In diversas partes aëris. 84 Orphea. 85 Frequentèr prendere conantem. 86 Conjugem, quæ jam in umbras diffusa erat. 87 Charon. Sic Æneid. 6. Portitor *has horrendus aquas, & flumina servat Terribili squalore Charon.* 88 Interpositam. 89 Bis erepta: semèl à serpente, & semèl ab inferis. 90 Supera. 91 Eurydice. 92 Mortua. 93 Qua traducebatur per Stygem paludem. 94 Continuos, integros, sine intermissione. 95 Alta. 96 Fluv. Thraciæ. 97 Quæ passus fuerat, animo & cithara percurrisse.

Qua-

[1] Qualis populæ mærens Philomela sub umbra
Amissos queritur fœtus; quos durus arator
Observans nido [2] implumis detraxit: at [3] illa
Flet [4] noctem, [5] ramoque sedens [6] miserabile carmen
[7] Integrat, & mæstis late loca questibus implet.
[8] Nulla Venus, non ulli animum flexêre Hymenæi.
Solus [9] Hyperboreas glacies, [10] Tanaïmque [11] nivalem,
Arvaque [12] Ripæis numquàm [13] viduata pruinis
[14] Lustrabat, raptam Eurydicen, atque [15] irrita Ditis
[16] Dona, querens. [17] Spretæ [18] Ciconum quo [19] munere matres,
Inter sacra Deum, [20] nocturnique [21] orgia Bacchi
Discerptum [22] latos [23] juvenem sparsêre per agros.
Tùm quoque [24] marmorea [25] caput à cervice revolsum,
[26] Gurgite cùm medio portans [27] Oeagrius Hebrus
Volveret, Eurydicen vox ipsa, & [28] frigida lingua,
Ah miseram Eurydicen anima fugiente vocabat:
Eurydicen toto [29] referebant flumine ripæ:
[30] Hæc Proteus: & se [31] jactu dedit æquor in altum;
Quaque [32] dedit, spumantem undam sub [33] vertice torsit.

1 Perhibent flevisse talem, *qualis*, &c. 2 Nondùm pennatos, antequàm volare possent. 3 Philomela. 4 Totam. 5 Undè nidus ablatus est. 6 Flebile. 7 Ex integro canit. 8 Nullus amor, nullæ placuêre nuptiæ. Hymenæus, nuptiarum Deus: *ὑμὴν membranula*, virginitatis claustrum. Ov. *Omnemque refugerat Orpheus Feminea Venerem: seu quod male cesserat illi, Sive fidem dederat; multas tamen ardor habebat Jungere servati: multæ doluêre repulsâ.* 9 Quæ ferè sunt circa montes Hyperboreos, super quos Boreas flat. 10 Scythiæ fluv. qui in Mœotin paludem influit, Asiamque ab Europâ dividit. 11 Nivibus tectum. 12 In Riphæis montibus existentibus. 13 Privata, id est, ubi semper sunt nives & pruinæ. 14 Circumibat. 15 Per respectionem. 16 Quæ donaverat ut in lucem rediret. 17 A Threiciis mulieribus, quarum amores & nuptias spreverat Orpheus, Bacchanalia celebrantibus, discerptus est. 18 Thraciæ popul. 19 Nuptiis & amore. 20 Nocte coli soliti. 21 Sacra, festa, ab *ὄργω*: à quibus arcentur profani, non initiati. 22 Latè. 23 Orphea. 24 Candida, pulchra. 25 Orphei. 26 Flumine Hebri. 27 *Oeagrus*, fluv. Thraciæ, à quo Hebrus nascitur: pater, ut volunt, Orphei. 28 Moribunda. 29 Resonabant. 30 Scil. dixit. 31 Impetu magno. 32 Scil. in altum. 33 Capitis.

At

[34] At non Cyrene: namque ultrò affata [35] timentem:
Nate, licet [36] tristis animo deponere curas.
[37] Hæc omnis morbi caussa: [38] hinc miserabile Nymphæ,
[39] Cùm quibus illa choros lucis agitabat in altis,
Exitium misêre [40] apibus. Tu [41] munera supplex
[42] Tende [43] petens pacem, & [44] faciles venerare [45] Napæas.
Namque dabunt veniam [46] votis, irasque [47] remittent.
Sed, modus orandi qui sit, priùs ordine dicam.
Quattuor [48] eximios præstanti corpore tauros,
Qui tibi nunc viridis [49] depascunt [50] summa [51] Lycæi,
[52] Delige, & [53] intactâ totidem cervice juvencas.
Quattuor [54] his aras alta ad delubra dearum
Constitue, & [55] sacrum [56] jugulis demitte cruorem:
Corporaque ipsa boum frondoso desere luco.
Pòst, [57] ubi nona suos Aurora ostenderit ortus,
[58] Inferias Orphei [59] Lethæa papavera mittes,
[60] Placatam Eurydicen vitula venerabere cæsâ,
Et [61] nigram mactabis ovem, [62] lucumque revises.
[63] Haùd mora: continuò matris præcepta [64] facessit:
Ad delubra venit; [65] monstratas [66] excitat aras:
Quattuor eximios præstanti corpore tauros
[67] Ducit, & intactâ totidem cervice juvencas.

34 At Cyrene non in altum se dedit, relicto filio: sed miti affamine illum solata est. 35 Aristæum. 36 Quæ te tristem reddunt. 37 Quam Proteus dixit. 38 Ex hac causa. 39 Quæ cum illa, dùm viveret, ludere & choreas ducere solebant. 40 Tuis. 41 Sacrificia. 42 Prætende, offer. 43 A Nymphis & Eurydice. 44 Citò exorabiles & mites. 45 Nemorosarum vallium, seu clivorum Nymphas, à νάπος. 46 Propter preces tuas. 47 Deponent. 48 Nomen rituale, qui electa cervice eximantur è grege aut armento ad sacrificium, Macrob. Satir. lib. 3. cap. 5. 49 Carpunt. 50 Summitatem. 51 Montis Arcadiæ, ubi regnabat Aristæus, Synecdoche. 52 De multis elige. 53 Indomita, id est, in juges juvencas. 54 Tauris. 55 Deabus. 56 Ex anteriore parte colli extrahe, id est, jugula tauros. 57 Postquàm aurora nona diei illuxerit, id est, nono post die. 58 Sacrificia, quæ manibus apud inferos competunt. 59 Quæ Orpheo injuriæ oblivionem inducant: à λήθη. 60 Quam tibi polliceor sic placandam. 61 Nigræ hostiæ inferis mactantur. 62 Ubi boves derelicti erunt. 63 Scil. *fit*, id est, statim. 64 Factum it Aristæus. 65 A matre imperatas. 66 Erigit. 67 Ad eas aras.

Pòst, ubi nona suos aurora induxerat ortus,
Inferias Orphei mittit, lucumque revisit.
[68] Hìc verò subitum ac dictu mirabile [69] monstrum
[70] Adspiciunt; [71] liquefacta boum per viscera toto
[72] Stridere apes utero, & ruptis [73] affervere [74] costis;
Immensasque [75] trahi [76] nubes: jamque arbore summâ
Confluere, & [77] lentis [78] uvam demittere ramis.
[79] Hæc [80] super arvorum cultu, [81] pecorumque [82] canebam,
[83] Et super arboribus: [84] Cæsar dum magnus ad [85] altum
[86] Fulminat [87] Euphraten bello, victorque [88] volentis
Per populos dat jura, viamque [89] affectat Olympo.
[90] Illo Virgilium me [91] tempore [92] dulcis alebat
[93] Parthenope, studiis florentem [94] ignobilis otî:
Carmina [95] qui lusi pastorum, [96] audaxque [97] juventa,
[98] Tityre, te [99] patulæ cecini [100] sub tegmine fagi.

68 In hoc loco & tempore, scil. nono die. 69 Quia apparuerunt apes. 70 Aristæus, & qui aderant. 71 Resoluta, & putrefacta. 72 Bombire. 73 Ferventere volare. 74 Putridarum boum. 75 Contrahi. 76 Examina apum, nubium instar volitantium. 77 Pondere vibrantibus. 78 In botrorum uvæ, aut uvæ formam conglobatas de ramo pendere *βοτρυδὸν*. Hom. 2. Iliad. 79 Epilogus totius operis Georgici. 80 De cultu agrorum: ut in primo libro. 81 Sub hoc nomine & apes includit, ut tertium & quartum librum comprehendat. 82 Ego Virgilius. 83 Ut in secundo. 84 Augustus. 85 Profundum. 86 Ardenter, fulminis instar, aut fulminantis ovis bellum gerit. Undè acerrimi pugnatores *belli fulmina* nuncupantur. 87 Fluv. Mesopotamiæ: innuit autem Parthos. Namque hi rerum à Cæsare gestarum, fama perterriti, ultrò redditis per legatos, quæ Crasso ademerant, insignibus Romanis, pacem petebant & impetrabant. 88 Ultrò se legibus ejus submittentes. 89 Sibi ad immortalitatem & cœlum sternit viam. 90 Cæsar ad Euphratem fulminabat, & in Oriente contra Parthos erat. 91 Amœna, propter illecebras Campanorum, quæ fregerunt constantiam Hannibalis. 92 Campaniæ civitas, à Sirenum unâ, ibi sepultâ, nomen sortita: quæ à Cumanis eversa, & ab iisdem posteà, oraculo monitis: restaurata, Neapolis dicta est, id est, *civitas nova*. 93 Modestè de se; vel non ita clara studia: si cum Augusti bellicis studiis conferantur. 94 Virgilius scripsit Bucolica. 95 Et qui audax juvenili ætate; quæ audacior esse solet. 96 Bucolica scripsit natus annos 28. 97 Synecdoche, pro Ecloga illa, vel Bucolicis: ut Ecl. 5. *Hæc nos, formosum Corydon ardebat Alexin.* &c. 98 Late patentis. 99 Recubantem. 100 Arboris tuæ glandiferæ.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER PRIMUS.

ARGUMENTUM.

Troja capta, Æneas, Anchisæ & Veneris filius, vir singulari pietate, parique fortitudine prædítus, cùm erroris sui anno septimo per mare Tyrrhenum à Sicilia in Italiam navigat, immissa ab Æolo, rege ventorum (rogatu Junonis) gravissimâ tempestate ad Libycum litus appellitur: egressusque in terram, septem ingenti magnitudine cervos sagittis prosternit, singulosque in singulas naves (tot enim ex dispersâ classe collegerat) æqualitèr distribuit: sociosque deindè, longis jam erroribus fatigatos, spe futuræ quietis ad tolerandum quod reliquum erat laboris, hortatur. Interèà Venus Æneæ sui Trojanorumque causam apud Jovem agit, omniumque calamitatum illarum causam Junoni imputat: Juppiter contra, reserata fatorum serie, spe felicis posteritatis, potentiæque Romanorum, filiæ dolorum consolatur. Cujus oratione confirmata Venus, Æneæ suo, locorum ignaro, & explorandæ religionis causa hùc illuc oberranti, sese obviam præbet: navesque dispersas salvas esse nuntiat: ostenditque non procùl illinc abesse Carthaginem, quam tunc in iis locis condebat Dido. Æneas itaque matris beneficio cavâ nube cinctus, una cum Achate Carthaginem ingreditur: ubi & socios salvos reperit, & à Didone benignè excipitur. Venus tamen quod neque Junonio hospitio, neque muliebri inconstantiæ satis fideret, sopito in Italiæ lucis Ascanio, pro eo Cupidinem substituit, qui inter amplexus & oscula latentèr reginæ amorem inspirat Æneæ.

ILle ego, [1] qui quondàm gracili modulatus avenâ
Carmen, & [2] egressus silvis, vicina coëgi,
Ut [3] quamvis avido [4] patêrent arva colono,
Gratum opus agricolis: at tùnc horrentia Martis

1 Qui juvenis anno octavo & vicesimo, tenui stilo scripsi Bucolica, & scriptis post Bucolica Georgicis, feci, ut, si arva exerceantur eâ, quâ præcepi, arte, votis agricolæ, quantumvis avido, respondere cogerentur; nunc carmine Heroico describo arma, qualia Mars tractat, aut belli horrorem incutientia, &c. 2 Et perfectis Bucolicis, seu pastoritiis illis carminibus, in quibus multa silvarum mentio, quoniam pastores primum in silvis versantur. 3 Quantumvis, admodum. Cat. Quamvis *sordida res & invenusta est.* 4 Efficerent quantum ipse cuperet & optaret, ejus sese imperio audientia quodammodo ostenderent.

[5] ARma [6] virumque cano, [7] Trojæ qui [8] primus ab [9] oris
[10] Italiam, [11] fato profugus [12] Lavinaque venit
Litora: multùm ille & [13] terris jactatus & [14] alto
[15] Vi superûm, [16] sævæ [17] memorem Junonis ob iram:
Multa quoque & [18] bello passus, dùm conderet [19] urbem,
Inferretque [20] Deos [21] Latio. Genus [22] undè Latinum, 10
[23] Albanique patres, [24] atque altæ mœnia Romæ.

5 Errores Æneæ & virtutes 6. prioribus libris: bella in Italia 6. posterioribus, *καθ' ὕστερον πρωτότυπον.* 6 Æneam, qui Romani Imperii auctor & conditor esse debuerit, vel meruerit, qui terrâ, marique jactatus, multa adversa tolerando transmiserit, qui Junonis inimicitias superaverit. 7 Civitatis in Phrygia. 8 Antenor quidem prior, & ipse à Troja advenit, sed in fines tunc Italiæ, non ipsum Latium Lavinumque *Antenor potuit mediis*, &c. infrà: vel *primus*, id est, princeps, primarius: ut lib. 8. Primus *ab æthereo venit Saturnus Olympo*: cùm tamen eo prior Janus in Italiam venerit. 9 Regionibus, extremis partibus. 10 Ellipsis præpositionis *ad* vel *in*. 11 Deorum præordinatione, quæ inevitabilis est actus, non fuga aut crimine. 12 πρόληψις. Neque enim antè adventum Æneæ dictum erat Lavinium. 13 In terris, ut in Thraciâ, Cretâ, Siciliâ, Africâ, & tandem in Italiâ. 14 Mari profundo. Illud autem usurpabimus, cùm significabimus aliquem plusculum regionum lustrasse. 15 Deorum superorum (immò etiam inferorum propter Furiam in 7.) violentia & machinationibus, quos Juno, Trojanis irata, ad nocendum illis sua auctoritate induxit. 16 Immitis, quæ persequeretur innocentem. 17 Implacabilem, pertinacem, permanentem. 18 In Italia gesto. 19 Lavinium, l. 12. *urbique dabit Lavinia nomen.* Cùm enim nunciaretur Latino, bellanti contra Rutulos, occupasse oram maritimam peregrinos, exercitum contra eos movit; sed noctu monitus in somnis, ut in amicitiam reciperet: ubi illuxit, fœdus ictum est, & Æneas filios dedit obsides, oppidum vocatum est Lavinium. 20 Patrios: ex Troja lib. 6. vide infrà: *Victosque penates.* 21 In Latium. Sic alibi: *It clamor* cœlo, id est, ad cœlum. 22 A quo Ænea, sub pacis iniquæ (contra jus victoriæ: quæ victis nomen imponit) fœdere, & precibus Junonis lib. 12. indultum est, ut continuaretur imperium sub nomine Latino, l. 5. *Priscos docuit celebrare Latinos: Albani docuêre suos, nunc maxima porro Accepit Roma.* Nam utramque gentem Aboriginum & Trojanorum Latinos appellavit, Ergo *unde*, id est, à quo Æneas. Sic Ter. Eun. Act. 1. Sc. 2. *Mercator hoc addebat, è prædonibus*, undè *emerat, audisse abreptam é Sunio.* 23 Principes & Reges, qui in Albâ civitate (ab *albâ* sue denominata) regnarunt, & Romuli ac Remi multorumque aliorum Romanorum patres fuerunt: quos hoc ordine recenset Livius: Ascanius, Silvius, Æneas Silvius, Alba, Capetus, Capys, Tiberinus, Agrippa, Romulus Silvius, Aventinus, Phocas, Amulius. Vide quæ nos ad Sal. p. 22. 24 Quia, qui ea exstruxerunt, ab Æneâ originem traxerunt.

Mu-

[25] Musa, mihi [26] caussas memora, quo numine [27] læso,
Quidve [28] dolens regina Deûm, tot [29] volvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores
[30] Impulerit: [31] Tantæ-ne animis cœlestibus iræ!
Urbs [32] antiqua fuit ([33] Tyrii tenuêre coloni)
Carthago, [34] Italiam contra [35] Tiberinaque longè
Ostia, dives opum, [36] studiisque asperrima belli:
Quam Juno fertur terris magis omnibus unam
[37] Posthabitâ coluisse Samo. [38] Hìc illius arma,
Hic currus fuit: [39] hoc regnum Dea gentibus esse,
[40] Si quâ fata sinant, [41] jam tùm tenditque, fovetque.
Progeniem sed enim Trojano à sanguine duci
[42] Audierat, [43] Tyrias olìm quæ verteret arces.
[44] Hinc populum, [45] latè regem, belloque superbum,
Venturum excidio Libyæ: [46] sic volvere Parcas.
[47] Id metuens, [48] veterisque memor [49] Saturnia belli,
[50] Prima quod ad Trojam pro caris gesserat [51] Argis.
Nec dum etiam caussæ irarum, sævique dolores
Exciderant [52] animo. [53] Manet [54] altâ [55] mente [56] repostum

25 Calliope Heroici carminis præses. *Invocatio.* 26 Cur multum ille & terris jactatus & alto. 27 Offenso ab Æneâ. 28 Ægrè ferens Juno. 29 Tractare, incidere in tot calamitates, quas tamen ille adeò sapientèr ac fortitèr tulit, ut eas volvisse videatur. 30 Coëgerit. 31 Ut etiam in insignem pietate virum odia exerceant. 32 Condita à Tyriis, sub Didone profugis, ann. Mundi 3058. post Æneam annis 286. 33 Quàm advenæ cultores à Tyro profecti possederunt. 34 In Africa è regione Italiæ. 35 Et multo tractu contra ostia, per quæ Tiberis in mare defluit. 36 Studiosa, & cupida bellorum. 37 Etiam patriæ Samo Carthaginem prætulisse. 38 Hunc locum imitatus est Ovid. Fast. 6. *Pœniteat, quod non fovi Carthaginis arces: Cùm mea sint illo currus & arma loco.* 39 Hanc urbem. 40 Si qua ratione fata sinant. 41 A primordiis urbis prætendit animos, & adjuvat ope. 42 Ab Jove: non enim omnes Dii futura cognoscunt. 43 Quæ Carthaginem aliquando eversura esset. 44 Ex hac Trojanorum progenie. 45 Longè, latèque imperantem, victoremque. 46 Ita esse in fatis. 47 Excidium Carthaginis per Trojanos imminere. 48 Jam diù gesti. 49 Juno Saturni filia. 50 Primò, priùs. 51 Quia illic colebatur. 52 Junonis. 53 Ubi significabimus veteris memoriam injuriæ nondùm esse obliteratam, accommodabimus illud. 54 Profunda. 55 Junonis. 56 Repositum & reservatum.

[57] Judicium Paridis, [58] spretæque injuria formæ;
Et [59] genus [60] invisum, & [61] rapti [62] Ganymedis [63] honores.
His accensa super, jactatos æquore toto
Troas, reliquias Danaûm, atque [64] immitis Achilli,
Arcebat longè Latio: [65] multosque per annos
Errabant acti fatis maria omnia circum.
[66] Tantæ [67] molis erat Romanam [68] condere gentem.
[69] Vix è conspectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant [70] læti, & [71] spumas salis ære ruebant;
Cùm Juno, [72] æternum servans sub pectore [73] volnus,
Hæc secum: [74] Mene [75] incepto desistere victam,
Nec posse Italiâ Teucrôrum avertere [76] regem?
[77] Quippe vetor fatis. Pallasne exurere classem
Argivûm, atque ipsos potuit submergere ponto,
[78] Unius ob [79] noxam & [80] furias Ajacis [81] Oilei?
[82] Ipsa, Jovis [83] rapidum jaculata è nubibus ignem,

57 Quo prælata fuit Junoni & Palladi Venus in certamine formæ: sunt qui referant *injuriam* ad fabul. Antigones, filiæ Laomedontis, quæ cum Junone contendebat de pulchritudine. Ov. 6. Metam. 58 A Paride, qui Venerem formosissimam judicavit. 59 Trojanos invisos propter auctorem Dardanum, Jovis ex Electra filium: referri malo ad Heben, filiam Junonis, remotam à ministerio pocillandi, admisso Ganymede. 60 Junoni. 61 Ab aquila, vel à Jove. 62 Trois filii, & Laomedontis fratris. 63 Quia ministrabat pocula Diis. 64 Sævi, qui in Troilum & Hectora sævit. 65 Septem. 66 Epiphonema. Sic 3. Æn. *Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas!* 67 Difficultatis. 68 Constituere Romanos rerum dominos. 69 Ostensis irarum causis, docet quomodo Juno in Trojanos sævierit. 70 Æneas scil. cum sociis: quòd in discessu lætiùs accepti fuerant ab Aceste, Siculorum regio, qui etiam abeuntibus vina dederat. Undè infrà dicetur: *Vina, bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes Litore Trinacrio, dederatque abeuntibus heros, Dividit*: vel etiam *læti* vicinitate Italiæ. 71 Spumans mare rostris navium ære armatis secabant, proruebant tùm, *cùm &c.* 72 Implacabilem iram: quomodò lib. 5. dixit: *Junonis gravis ira, & inexsaturabile pectus.* 73 Odii, vindictæ. 74 Nunquid æquum est *me, qua Divûm incedo regina*, &c. Abruptum indignantis exordium. 75 Inceperat enim genus Trojanum exstinguere. 76 Æneam. 77 Ironicè. 78 Solius. 79 Cassandram scil. ab Ajace Oilei fil. in æde Palladis stupratam. 80 Furiosos amores. 81 Filii: fuit enim & Telamonius Ajax. 82 Habet & Pallas, id est, summa regio aëris, suum fulmen, sed Jovi acceptum, servius hìc quattuor genera adducit. I. *Disjiciens*, II. *Transfigens*. III. *Corripiens*. IV. *Infigens*. 83 Velocem.

Dis-

I. [84] Disjecitque rates, [85] evertitque æquora ventis:
[86] Illum [87] exspirantem II. transfixo pectore [87] flammas
Turbine III. [88] corripuit, scopuloque IV. [89] infixit acuto.
Ast ego, quæ Divûm [90] incedo regina, [91] Jovisque
Et soror & conjux, unâ cum [92] gente [93] tot annos
Bella gero. [94] Et quisquam numen Junonis adorat
[95] Præterea, aut supplex aris imponet [96] honorem?
[97] Talia flammato secum Dea corde [98] volutans,
[99] Nimborum in patriam, loca [100] fœta furentibus austris,
Æoliam venit. Hic [1] vasto [2] rex Æolus antro
[3] Luctantis ventos, tempestatesque sonoras
Imperio [4] premit, ac vinclis & carcere frenat.
Illi [5] indignantes magno cum murmure [6] montis
Circum claustra fremunt. Celsâ [7] sedet [8] Æolus arce
[9] Sceptra tenens, mollitque [10] animos, & [11] temperat iras.
[12] Ni faciat, maria, ac terras [13] cœlumque profundum
Quippe [14] ferant rapidi secum, [15] verrantque per auras.
Sed [16] pater omnipotens speluncis [17] abdidit [18] atris,

[84] Dispersit simul naves. [85] Ab imo sursum vertit. [86] Ajacem. [87] Animam efflantem. [88] Celeriter rapuit. [89] Illisit. [90] Cum dignitate ambulo: ut infrà: *Regina ad templum, formâ pulcherrima Dido* Incessit. Ad majestatem ergo & incessus gravitatem refert: indè ἠρῷον βάδισιν: ut & Propertius, lib. 2. El. 1. *& incedit in vel Jove digna soror.* [91] Quare Juno dicatur *soror & conjux Jovis*, vide Macrob. in somn. Scip. lib. 1. cap. 17. *Est autem Juppiter cœlum, Juno aër: & dicitur soror, quia iisdem seminibus, quibus cœlum, aër est procreatus: conjux, quia aër subjectus est cœlo.* [92] Trojanâ. [93] Minimum septemdecim. [94] Hunc locum imitatus est Ovid. lib. 3. El. *Et quisquam pia thura focies imponere curet?* Et 2. Metam. *Est vero cur quis Junonem lædere nolit, Offensamque tremat, quæ prosum sola nocendo?* [95] Posteà, vel propterea. [96] Diis debitum. [97] Tales injurias. [98] Agitans, & versans. [99] Æolias insulas, Liparen, Hieran, Strongylen, quæ regia Æoli, Didimen, &c. [100] Plena, fœcunda. [1] Amplo. [2] Ventorum. [3] Erumpere nitentes. [4] Regit. [5] Indignè ferentes se claudi & vinciri. [6] Circum claustra montis. [7] Quia imperat. [8] Æolus qui Vulcanius ins. imperitavit. [9] In solio suo. [10] Insignia regalia. [11] Audaciam ventorum. Propriè Ἄνεμος. 2. Georg. *animosi Euri.* [12] Moderatur. [13] Nisi Eolus temperet iras ventorum. [14] Aërem. [15] Propellant. [16] Trahant. [17] Juppiter. [18] Occlusit ventos. [19] Caliginosis.

[20] Hoc metuens: [21] molemque & montis insuper altos
Imposuit: [22] regemque [23] dedit, qui fœdere certo
Et [24] premere, & [25] laxas scire dare jussus [25] habenas.
Ad quem [26] tùm Juno [27] supplex his vocibus usa est:
Æole, (namque tibi divum [28] pater atque hominum rex
Et [29] mulcere dedit fluctus & [30] tollere [31] vento)
[32] Gens inimica [33] mihi Tyrrhenum navigat æquor,
[34] Ilium in Italiam portans, [35] victosque [36] Penates:
Incute vim [37] ventis, submersasque [38] obrue puppes:
Aut [39] age diversos: & disjice [40] corpora ponto.
Sunt mihi [41] bis septem præstanti corpore Nymphæ:
[42] Quarum, quæ formâ pulcherrima, Deiopeam
Connubio [43] jungam [44] stabili, [45] propriamque [46] dicabo:
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos
[47] Exigat, & pulchrâ faciat te prole [48] parentem.
Æolus hæc contra: [49] Tuus, ô regina, quod optes
Explorare labor: [50] mihi jussa [51] capessere fas est.

20 Quòd omnia secum traberent. 21 Molem montium, Hendiadys. Ut alibi: Pateris *libamus* & auro. 22 Æolum. 23 Venetis. 24 Arctius constringere ventos. 25 Liberam eruptionem, Metaphora ab equis, qui laxis habenis excurrunt. 26 Ubi ad eum venerat. 27 Supplici similis. 28 Juppiter. 29 Sedare. 30 Excitare. 31 Al. *vento*. 32 Non nominat Æneam, ne diceret Æolus, non possum aliquid moliri adversus nepotem Jovis, qui mihi imperium dedit. 33 Reginæ, sorori Jovis & conjugi. 34 Reliquias rerum Iliensium, aut novam Trojam. 35 Adeoque nec sibi tuendis aut vindicandis sufficientes. 36 Alii Appollinem & Neptunum penates esse putant Trojæ conditores: Alii Jovem, Junonem, Minervam, aëris præsides, per quos penitùs spiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi possidemus. 37 Tuis. 38 Obvolve aquis & arenis. 39 Impelle in diversa loca. 40 Hominum, *vel* navium. 41 Quatuordecim. 42 Scil. *unam*. 43 Nuptiarum scil. præses, *cui vincla jugalia curæ*. 44 Firmo & indissolubili. 45 Peculiarem & perpetuam: propria *hæc si dona fuissent*. Æneid. 6. *Propria* enim dicuntur, in quibus nemo alius quippiam juris habet, & quæ perpetuam domino afferant possessionem. 46 Sacrabo. 47 Ad extremum usque vitæ agat. Ter. Hec. *Illique exopto, ut reliquam vitam* exigat *Cum eo viro, me qui sit fortunatior*. 48 Nubem scil. fœtam aëris, & ventis gignendis materiam aptam. 49 Tuum officium est inquirere & deliberare, quid velis. 50 Cùm innuet juvenis faciendum sibi, quod mandaverit natu major quispiam, non inelegantur profert illud. 51 Suscipere.

Tu

Tu mihi, quodcumque [52] hoc regni, [53] tu sceptra [54] Jovemque
Concilias, tu das epulis accumbere divûm,
[55] Nimborumque facis tempestatumque potentem.
Hæc ubi [55] dicta, cavum conversa [56] cuspide montem
[57] Impulit [58] in latus: ac venti, velut [59] agmine facto,
[60] Quâ data porta, ruunt, & terras turbine perflant.
[61] Incubuêre mari, [62] totumque à sedibus imis
Unà Eurusque [63] Notusque ruunt, [64] creberque procellis
[65] Africus, & [66] vastos volvunt ad litora fluctus.
[67] Insequitur clamorque virûm [68] stridorque rudentum.
Eripiunt subitò nubes cœlumque [69] diemque
[70] Teucrôrum ex oculis: [71] ponto nox incubat atra.
[72] Intonuêre poli, & crebris micat [73] ignibus [74] æther:
[75] Præsentemque [76] viris [77] intentant [78] omnia mortem.
[79] Extemplò Æneæ [80] solvuntur frigore membra.
[81] Ingemit, & [82] duplicis tendens ad sidera palmas,
Talia voce refert: [83] O [84] terque quaterque beati,

52 Ventis quippè Æoliis præstratur materies ab aëre moto. 53 Tu confers insignia regalia. 54 Me Jovi concilias. 55 Scil. *fuerunt*, aut *dedit*. 56 Sceptro regali. 57 Fregit, & aperuit. 58 Undè obliquè ruunt venti, πλάγιοι. 59 Impetu, vel multitudine. 60 Quâ exitus est datus, id est, quacumque permittebatur exilire, erumpunt. 61 Occupaverunt mare. 62 Scil. *mari*. 63 Boreæ non meminit, quod serenitatem inducat. 64 Crebris procellas exitate solitus. 65 Zephyrus: mox enim *Eurum ad se Zephyrumque vocat*, & Hom. 5. Od. Σὺν δ' ὦρσε τ' ἴστος τ' ἐπισε, ἴφυσίς τε λοσαίης. 66 Ingentes. 67 Impetum ventorum. 68 Fragor funium, quibus vela malis alligabantur. 69 Claritatem diurnam. 70 Trojanorum à Teucro oriundorum. 71 Caligo, qualis noctu esse solet, occupat mare, Synecdoche. 72 Cardines cœli vel aër multum ac vehementer tonuerunt. 73 Fulguribus. 74 Aër superior. 75 Instantem. 76 Trojanis. 77 Minantur. 78 Elementa. 79 Illicò & subito. 80 Calore, quo continentur membra, deficiente, rigent extrema, solvuntur, tremunt. 81 In animo gemit, *Non timuit lethum, genus at miserabile lethi* Heros. Cùm enim animam crediderit antiquitas esse igneam, naturæ ejus maximè contrarium ducebat, in aquis exstingui. Vide Ovid. El. 2. lib. 1. Trist. *Non lethum timeo*, &c. 82 Complicatas, & compressas. 83 Non ex superstitiosa numeri observatione, ut vult Macrob. 1. lib. in somn. Scip. c. 6. sed Homerum imitatus: Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις. Odyss. 5. 84 Perfectè. Tib. *O felicem illum*, terque quaterque *diem*. Horat. *Felices* ter & ampliùs, *Quos irrupta tenet copula*.

Quis

Quis ante ora patrum Trojæ sub mœnibus altis
Contigit [85] oppetere! ô [86] Danaûm fortissimè gentis
[87] Tydide, me ne [88] Iliacis [89] occumbere campis
[90] Non potuisse, [91] tuâque [92] animam hanc effundere dextrâ?
[93] Sævus [94] ubi [95] Æacidæ telo [96] jacet Hector, ubi [97] ingens
Sarpedon: ubi tot [98] Simonis [99] correpta sub undis
Scuta [1] virûm galeasque & [2] fortia corpora volvit.
Talia [3] jactanti stridens Aquilone procella
Velum [4] adversa ferit, fluctusque ad sidera tollit.
[5] Franguntur remi: tùm [6] prora avertit, & undis
Dat latus. Insequitur [7] cumulo [8] præruptus aquæ mons.
[9] Hi summo in fluctu pendent: his unda [10] dehiscens
Terram inter fluctus aperit. [11] Furit æstus arenis.
[12] Tris Notus arreptas in saxa [13] latentia [14] torquet:
[15] Saxa vocant Itali, médiis quæ in fluctibus, [16] aras.

85 Necari, mori. 86 Græcorum. Danaus, Belli filius, Ægypto pulsus à fratre, Argos navigavit, ubi pulso Schenelo, regnavit: Græcos ex suo nomine dixit Danaos. 87 Diomede, Tydei filio & Argiæ. 88 Trojanis. 89 Obire mortem. 90 Scil. *itane decuit?* 91 A Diomede ictu saxi fusus propè interierat, nisi à matre subtractus fuisset. Il. 8. & 5. Neptuno hoc intimante. 92 Sanguinem meum. 93 Terribilis. 94 In quibus. 95 Achillis, nepotis Æaci: Æacus enim fuit pater Pelei, Peleus Achillis: patronymicum ergo ab avo. 96 Prostratus. 97 Jovis fil. procerus, fortis, Il. 16 rex Lyciæ. 98 Fluv. Trojanus. 99 Simul rapta cum corporibus. 1 Fortium. 2 Fortium virorum, qui occisi, cum armis ab hostibus in Simoënta projecti sunt. 3 Dum Æneas frustrà effutiret, effunderet, quippe quibus nihil proficeret. Sic Æneid. 2. *Talia* jactabam, *& furiatâ mente ferebar.* Ecl. 2. *ibi. hæc incondita solus Montibus & silvis studio* jactabat *inani*. Unde liquet in voce *jactare* frustrationis significationem inesse. Redit ad tempestatem, quam separatim describit. 4 Ex opposito veniens, Italiam enim petentibus contrarius est Aquilo. 5 A scopulis. 6 Averrit se, aut avertitur prior pars navis adverso cedens Aquiloni, datque carinam undis. 7 Altitudine. 8 Globus aquarum vi ventorum ab aliis equis intercisus. 9 Aliqui eorum. 10 Magnum hiatum faciens. 11 Ebullitio aquarum concitatur instar furentis inter arenas. 12 Naves. 13 Occulta & ὕφαλα, vel, in hac tempestate non apparentia. 14 Impellit. 15 Quæ saxa in mediis fluctibus Itali vocant *Aras*, quæ in modum dorsi exstant in summo mari. 16 Scopulos quosdam inter Africam & Sardiniam, ad quos primo bello Punico fœdus ictum est inter Romanos & Carthaginenses. Nonulli *Philænorum Aras* intelligunt, & inter duas Syrtis *Leptis* est: ut tradit Sal. in Jug.

Dor-

[17] Dorsum immane [18] mari summo. Tres Eurus ab alto
In [19] brevia, & [20] Syrtis [21] urget, miserabile visu;
Illiditque [22] vadis, atque [23] aggere cingit [23] arenæ.
[24] Unam, quæ Lycios fidemque vehebat Orontem;
[25] Ipsius antè oculos ingens à [26] vertice [27] Pontus
In puppim ferit. [28] Excutitur, [29] pronusque [30] magister
Volvitur in caput. Ast [31] illam ter fluctus ibidem
Torquet agens circum, & [32] rapidus vorat æquore [33] vortex.
Apparent rari nantes in gurgite vasto;
[34] Arma virûm, [35] tabulæque, & [36] Troïa gaza per undas.
Jam validam Ilionei navem, jam fortis Achatæ,
Et quâ vectus Abas, & quâ [37] grandævus Aletes,
Vicit [38] hiems. [39] Laxis laterum compagibus [40] omnes
Accipiunt [41] inimicum [42] imbrem, rimisque [43] fatiscunt.
[44] Intereà magno [45] misceri [46] murmure pontum,
Emissamque [47] hiemem sensit Neptunus, & imis
[48] Stagna refusa vadis: gravitèr commotus, & alto
Prospiciens, summâ placidum caput extulit undâ.
[49] Disjectam Æneæ toto videt æquore classem:
Fluctibus oppressos Troas, [50] cœlique ruinâ.
Nec latuêre doli [51] fratrem Junonis & iræ.
[52] Eurum ad se, Zephyrumque vocat. Dehinc talia fatur:
[53] Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?

17 Valde magnum eminentem scopulum velut dorsum. 18 In mari. 19 Brevitatem aquæ, vada. 20 Duæ sunt Syrtes in sinu Africo, trahentes ad se cum æstu arenas & naves, à σύρω, traho. 21 Impellit. 22 Brevibus illis. 23 Cumulo arenæ concitatæ. 24 Navem scil. septimam. 25 Æneas. 26 Desuper. Odyss. 5. Ὡς ἄρα μιν εἰσιδὼν ἔλασεν μέγα κῦμα κατ' ἄκρης. 27 Aqua Synecdoche. 28 E navi. 29 Præceps. 30 Leucaspis, lib. 6. 31 Navem Leucaspis. 32 Omnia secum rapiens. 33 Contorta aqua. 34 Remi, hastæ, scuta, tabulæ, vestes, tapetes, &c. 35 Super quas sedebant, aut quibus navis tecta erat. 36 Trojanæ divitiæ & vestes. 37 Senex. 38 Tempestas, χειμών. 39 Dissolutis junctûris laterum navigiorum. 40 Naves. 41 Incommodum & molestum, ita ut perrimas aqua influeret. 42 Neptuni imbrem, id est, aquam marinam. 43 Hiant. 44 Dùm venti ita sæviebant, & naves disjiciebant. 45 Turbari. 46 Sonoritatè. 47 Tempestatem nimbosam. 48 Stantes aquas emissas ex imo vado. 49 Dispersam. 50 Imbre, fulgure, tonitru, quod è cœlo irruerat. 51 Neptunum. 52 Ventos inter se contrarios. 53 Ut hæc audeatis? Sic Claud. *Tanta ne devinctos tenuit fiducia Mauros?*

Jam

Jam cœlum terramque meo sine [54] numine, venti,
[55] Miscere, & [56] tantas audetis tollere moles?
[57] Quos ego. [58] Sed motos præstat [59] componere fluctus.
[60] Post mihi [61] non simili pœnâ [62] commissa luetis.
[63] Maturate fugam, regique hæc dicite vestro:
Non illi imperium pelagi sævumque tridentem,
Sed mihi [64] sorte datum. Tenet ille [65] immania saxa,
Vestras, Eure, domos. Illâ se [66] jactet in [67] aulâ
Æolus, & clauso ventorum carcere regnet.
Sic ait: & [68] dicto citiùs [69] tumida æquora placat:
[70] Collectasque fugât nubes, [71] solemque reducit.
[72] Cymothoë, simul & Triton adnixus, acuto
Detrudunt navis scopulo. [73] Levat ipse tridenti:
Et vastas aperit Syrtis, & [74] temperat æquor:
Atque [75] rotis [76] summas levibus [77] perlabitur undas.
[78] Ac, veluti magno in populo cùm [79] sæpè coorta est
Seditio, [80] sævitque animis ignobile volgus;
Jamque faces & saxa [81] volant: [82] furor arma ministrat:

54 Nutu aut voluntate. 55 Turbare. 56 Tantos fluctus excitare? 57 Ἀποσιώπησις. Quos ego punirem & ulciscerer, si quidem vacaret; sed motos, &c. 58 Quoties inter se dissidentes conabimur ad concordiam reducere, conveniet illud. 59 Sedare. 60 Hoc versiculo præceptor aliquis innuet, se gravius animadversurum in discipulos, si semel admissam culpam iteraverint. 61 Quâ nunc afficimini, id est, non tam levi, quæ in verbis minacibus consistit, sed acriore. 62 Crimina vestra contra Trojanos. 63 Celeritèr remeate. 64 Communi, qua cuique Deorum munus suum contigit; vel illa, qua divisum est mundi imperium inter tres fratres, Jovem, Neptunum, Plutonem: ita quidem ut Jovi cœlum, Neptuno maria, Plutoni infera obvenerint. Undè illud: *Juppiter astra, fretum Neptunus, Tartara Pluto, Regna paterna tenent, tres tria, quisque suum.* 65 Valdè ampla. 66 Glorietur. 67 Regia saxorum. Ironicè. 68 Citiùs quam dici posset. 69 Procellosa. 70 A ventis. 71 Solis aspectum. 72 Propriè: fluxu enim celeri undarum κυμάτων, & æstu fluctus Τρίτωνος, expediuntur quæ hæserant naves. 73 Erigit naves. 74 Temperatum & tranquillum reddit. 75 Curru vehitur Neptunus, quem Delphines ferunt. 76 Summitatem undarum. 77 Mollitèr percurrit. 78 Tempestati motum populi comparat. 79 Quod sæpè fieri solet. 80 Sævitiam suam ostendit animositatibus. Hoc versu innuemus, declinandam esse concitantem plebem, quæ ob imperitiam & perturbationem potiùs rapi solet, quam ratione duci. 81 Præcipitantèr jaciuntur. 82 Significat iratum hominem, quod primum obvium est, id sibi pro armis capere.

Tùm,

Tùm, pietate gravem ac meritis si fortè virum quem
[83] Conspexêre, silent; [84] arrectisque auribus adstant:
[85] Ille regit dictis [86] animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi [87] cecidit fragor, æquora postquàm
[88] Prospiciens [89] genitor, cœloque invectus [90] aperto
Flectit [91] equos, [92] curruque volans dat lora secundo.
[93] Defessi Æneadæ, [94] quæ proxima, litora cursu
Contendunt petere, & Libyæ [95] vertuntur ad [96] oras.
Est in secessu longo locus. [97] Insula [98] portum
Efficit [99] objectu laterum, [100] quibus omnis * ab alto
Frangitur; [1] inque sinus scindit sese unda reductos.
[2] Hinc atque hinc vastæ rupes, geminique [3] minantur
In cœlum scopuli: quorum sub [4] vertice latè
Æquora tuta silent. [5] Tum silvis [6] scena coruscis
Desuper [7] horrentique [8] atrum nemus imminet umbrâ.
Fronte sub [9] adversa scopulis pendentibus antrum:
[10] Intùs aquæ dulces, [11] vivoque sedilia saxo;
Nympharum domus. Hic fessas [12] non vincula navis
Ulla tenent: unco non alligat ancora morsu.
[13] Hùc septem Æneas collectis navibus [14] omni
Ex numero subit: ac magno telluris amore

83 Populi. 84 Ad audiendum. 85 Vir gravis. 86 Vulgi. 87 Sedatus est crepitus. 88 Procul inspiciens. 89 Neptunus: quem *patrem* vocat venerationis causa. 90 Sereno. 91 Marinos *ἐπωνύμως*. 92 Et celerrimè percurrens secundo flumine remittit equis habenas. 93 Trojani, ab Æneâ denominati, defatigati ex longâ contra ventos & procellas reluctatione. 94 Scil. *erant*. 95 Ab Italia. 96 Extremas regiones. 97 Quæ illic interjacet; & deest *quem*. 98 In ostio recedentis sinus abjecta mari portum facit. 99 Oppositione, id est, quia duo latera habet oportune opposita. 100 Lateribus. * A profundo, seu medio maris separatur. 1 Et impetus aquarum dividit se in angulos litorum replicabiles, quia non progrediuntur aquæ propter latera: aut *reductus*, id est, flexuosos, incurvos. Horat. *Aut in reducta valle mugientem Prospectat errantes greges*. 2 Ab utraque parte. 3 Minas & eminentias suas extendunt. Hyperbole. 4 Summitate. 5 Silvæ desuper obumbrant sinum, ad modum scenæ, quæ inumbrat theatrum: *σκιὰ*, id est, *umbra*. 6 Inumbratio similis scenæ veterum. 7 Contrementi leni agitatione ventorum. 8 Quòd frondibus fit densum. 9 Oppositâ. 10 In medio scopulorum. 11 Naturali: ut, vivo *prætervehor ostia saxo*. 12 Usque adeò tranquillus erat portus. 13 Ad hunc portum. 14 Exviginti.

Egres-

Egressi [15] optata potiuntur Troës arenâ,
Et [16] sale tabentis artus in litore [17] ponunt.
Ac [18] primùm [19] silici scintillam [20] excudit Achates,
Suscepitque ignem [21] foliis, atque [22] arida circùm
[22] Nutrimenta dedit, rapuitque in fomite flammam.
Tùm [23] Cererem corruptam undis, Cerealiaque arma
[24] Expediunt fessi [25] rerum; frugesque receptas
Et [26] torrere parant [27] flammis, & [28] frangere saxo.
Æneas [29] scopulum [30] interea conscendit, & omnem
Prospectum latè [31] pelago petit; Anthea si quem
Jactatum vento videat Phrygiasque [32] biremis,
Aut Capyn, aut [33] celsis in puppibus [34] arma Caïci.
Navem in conspectu nullam. Tris litore cervos
[35] Prospicit [36] errantis: hos tota [37] armenta sequuntur
A tergo, & longum per vallis pascitur [38] agmen.
Constitit [39] hic, arcumque manu [40] celerisque sagittas
Corripuit; [41] fides quæ tela gerebat Achates:
Ductoresque ipsos primùm, capita alta ferentis
Cornibus [42] arboreis, sternit; tùm [43] volgus & omnem
[44] Miscet [45] agens telis nemora inter frondea turbam.
Nec priùs [46] absistis, quàm septem ingentia [47] victor

15 Quam in tanto periculo optaverant. Si suos pervenisse videbimus, quò magno desiderio profecti sunt, applicabimus illud. 16 Salsa aqua madefactos. 17 Reponunt. 18 Ubi primùm in terram descenderat. 19 Particulam ignis quæ erat in silice, id est, ignem. 20 Elicit. 21 Siccis. 22 Sicca combustibilia. 23 Fruges aqua marinâ corruptas, & instrumenta necessaria frugibus priùs torrendis, siccandisque, dein terendis. 24 Expedite efferunt. 25 Adversitate. 26 Desiccare. 27 Ab Achate exceptis. 28 Pinsere aut molere. 29 Undè, velut ex specula, longè prospicere possit. 30 Dum Æneadæ fruges [illegible]abant. 31 In pelagus dirigit. 32 Naves, quæ duplici remigum ordine impelluntur. 33 Nam pars ea navis est altior. 34 Insignia Caici, vel navis παράσημον in Puppi, ut lib. 10. *aurato fulgebat Apolline puppis.* 35 Æneas. 36 Liberè pascentes. 37 Cervorum reliquorum. 38 Cervorum. 39 Ubi vidit cervos. 40 Quas celeritèr emittere reliquit. 41 Qui nusquam Æneam reliquit. 42 Ramosis. Ecl. 7. *Et ramosa Micon vivacis cornua cervi.* 43 Cervorum. 44 Mixtim persequitur, aut confundit. 45 Persequens eam. 46 A persecutione. 47 Voti compos.

Cor-

[48] Corpora [49] fundat humi, & [50] numerum cum [51] navibus [52] æquet.
Hinc [53] portum petit, & socios [54] partitur in omnis.
Vina, [55] bonus quæ deindè [56] cadis onerarat [57] Acestes
Litore [58] Trinacrio, dederatque abeuntibus [59] heros,
Dividit, & dictis [60] mœrentia [61] pectora [62] mulcet:
O socii, (neque enim ignari sumus [63] antè malorum)
O passi [64] graviora; dabit Deus [65] his quoque [66] finem.
Vos & [67] Scyllæam [68] rabiem [69] penitusque [70] sonantis
[71] Accestis scopulos: vos & [72] Cyclopia saxa
Experti. Revocate [73] animos, [74] mœstumque timorem
[75] Mittite. [76] Forsàn & [77] hæc [78] olim meminisse [79] juvabit.

Per varios casus, per tot [80] discrimina rerum,
Tendimus in Latium: sedes ubi [81] fata quietas
Ostendent. [82] Illic fas regna [83] resurgere Trojæ.
[84] Durate, & vosmet rebus servate secundis.
Talia voce [85] refert: curisque ingentibus æger
[86] Spem [87] vultu simulat, [88] premit [89] altum corde dolorem.
[90] Illi se prædæ accingunt, dapibusque futuris:

48 Cervorum. 49 Prostraverit per humum. 50 Cervorum prostratorum. 51 Quas septem collectas supra vidimus. 52 Æqualem fecerit. 53 Ubi socii erant. 54 Distribuit cervos. 55 Beneficus. 56 In vasis vinariis. 57 Rex Siliæ: de quo plura Æn. 5. 58 Siciliensi: propter tria ἄκρα, id est, *promontoria*, scil. Lilybæum, Pachynum, & Pelorum. 59 Princeps magnificus, vir fortis. 60 Ob casum consociorum. 61 Sociorum. 62 Solatur. 63 Præteritorum, & quæ antehac passi sumus. 64 Mala. 65 Malis minùs gravibus. 66 Exitum & terminum. 67 Quæ inter Scyllam, & Charybdin est in mari Siculo. 68 Quantum ad canes. 69 Valdè. 70 *Scyllam & cæruleis canibus resonantia saxa*, lib. 3. Æn. 71 Appropinquastis, non adiistis, 5. Æn. 72 A Cyclopibus in Sicilia obsessa. 73 Quibus graviora tulistis, ut & hæc feratis. 74 Qui vos mœstos facit. 75 Deponite. 76 Hoc significat, jucundissimam esse præteritorum malorum recordationem. 77 Præsentia mala. 78 Ubi omnibus periculis defuncti erimus. 79 Delectabit & jucundum erit. 80 Pericula. 81 Deorum præordinationes & voluntates. 82 In Latio. 83 Reparari, & renasci. 84 Perseverare in his tolerandis. 85 Æneas. 86 Melioris eventus, aut *spem*, id est, lætitiam. 87 Dispositione faciei, qua voluntas prodi solet, fingit & præ se fert. 88 Occultat. 89 Profundum. 90 Socii Æneæ parant se ad prædam parandam.

Ter-

Tergora diripiunt [91] costis, & [92] viscera nudant,
Pars in [93] frusta secant, veribusque [94] trementia figunt,
Litore [95] aëna [96] locant alii, flammasque [97] ministrant.
Tum [98] victu revocant vires: [99] fusique per herbam,
Implentur veteris [1] Bacchi, [2] pinguisque [3] ferinæ.
Postquàm [4] exempta fames epulis, [5] mensæque remotæ,
Amissos longo socios sermone requirunt;
Spemque metumque inter dubii: seu [6] vivere credant,
Sive [7] extrema pati, nec jam [8] exaudire [9] vocatos.
Præcipuè pius Æneas, nunc [10] acris [11] Oronti,
Nunc Amyci casum [12] gemit, & crudelia secum
[13] Fata Lyci, fortemque [14] Gyan, fortemque [14] Cloanthum.
Et jam [15] finis erat: [16] cùm Juppiter [17] æthere summo
[18] Despiciens mare [19] velivolum, terrasque [20] jacentis,
Litoraque, & [21] latos populos, sic [22] vertice cœli
Constitit, & Libyæ [23] defixit lumina regnis.
Atque illum [24] talis [25] jactantem pectore curas,
[26] Tristior, & lacrimis oculos [27] suffusa nitentis,

91 Cervorum ab Æneâ occisorum. 92 Carnes interiores ad epulas: utrumque enim significant viscera, & carnes & exta. 93 Particulas. 94 Adhuc palpitantia frusta. 95 Scil. *vasa*, id est, lebetes ex ære factos. 96 Non ad lavandas solum, sed & ad elixandas carnes, quæ etiam veteribus in usu. 97 Subjiciunt. 98 Cibo reparant. Lucret. *Præterea capitur cibus, ut suffulciat artus. Et vires recreet.* 99 Postrati. 1 Vini. Metonymia. Macrob. Sat. l. 5. c. 2. 2 Quia septem ingentia corpora fuderat humi. 3 Scil. *carnis*, id est, carnis cervinæ. 4 Fugata. 5 Quadræ aut lances, cibis onustæ, sublatæ erant. 6 Quod sperabant. 7 Mortem: quod metuebant. 8 Cum mortui sint. 9 A sociis ad tumulos. Ex more, ut quos amiserant peregrè desiderabantque, inclamarent ter, ut habet Homer. Odyss. 9. Πρίν τινα τῶν δειλῶν ἑταίρων τρὶς ἕκαστον ἀΰσαι *Relictum clamassem, ut litus Hyla, Hyla, omne sonaret.* 10 Strenui. 11 Qui cum Leucaspe submersus erat. 12 Animo suo: quia spem vultu simulat. 13 Mortem. 14 Casus eorum: qui tamen non erant submersi, ut patebit 5. Æn. ubi navium directores erunt. 15 Sermonis longi, quo socios amissos requisiverant, & diei. 16 Scitè miscentur consilia Deorum. 17 Ubi sunt stellæ. 18 Deorsum aspiciens, Lucret. *Sed nil dulcius est, bene quam munita tenere Edita doctrina sapientum templa serena.* Despicere *unde queas alios, passimque videre Errantes.* 19 In quo vela volant. 20 Humiles. 21 Latè habitantes. 22 In circulo Lacteo; illic est domus Jovis, & circulus ille est vertex cœli. Hom. ἀπὸ πρανὲς, κορυφὴν ἐρυδνὴν. 23 Deorsum injecit oculos ad regna. 24 Humanarum rerum. 25 Versantem. 26 Vale tristis. 27 Parum superfusos.

Ad-

Alloquitur Venus: O qui [28] res hominumque deûmque,
Æternis regis imperiis, & fulmine terres,
Quid [29] meus Æneas [30] in te [31] committere tantum,
Quid Troes potuêre? quibus tot funera passis
Cunctus [32] ob Italiam terrarum clauditur [33] orbis.
Certè [34] hinc Romanos olim, [35] volventibus annis,
[36] Hinc fore ductores, [37] revocato à sanguine [38] Teucri,
[39] Qui mare, qui terras omni [40] ditione tenerent,
Pollicitus. Quæ te, genitor, sententia [41] vertit?
[42] Hoc equidem [43] occasum Trojæ, tristisque ruinas
[44] Solabar, fatis contraria fata [45] rependens;
Nunc [46] eadem fortuna viros tot casibus actos
Insequitur. Quem [47] das finem, rex magne, laborum?
[48] Antenor potuit, [49] mediis elapsus Achivis,
[50] Illyricos penetrare sinus, atque intima [51] tutus
Regna Liburnorum, & [52] fontem superare [53] Timavi:

28 Res Deorum, & hominum regis nutu ac imperio, & fulmine, eoque præsagiente, terrente, puniente. 29 Filius, & tuus nepos. 30 Contra. 31 Peccare, & commereri tantum scelus. 32 Ne Italiam appellant. 33 Quia nusquam consistere à Junone permittuntur. 34 Ex Æneâ, & Trojanis. 35 Scil. *se*, aut revolutis: περιπλομένων: infrà, *volvendis mensibus orbes*. Lucret. 5. lib. *per cœlum Solis volventia lustra*. 36 Ex hoc Æneâ, aut ex his Trojanis. 37 Iterùm in Italiam vocato: nam Dardanus ex Italiâ oriundus erat. 38 Dardani. 39 Romani. 40 Potestate possiderent: ut pace, bello, & legibus. 41 A proposito abduxit? 42 Hæc pollicitatione, quòd Romani futuri erant è sanguine Trojano. 43 Excidium. 44 Pro solatio tolerabam. 45 Compensans, id est, modestè tolerans fata, quæ erant de excidio Trojæ, ob fata de institutione Romæ. Translatio est à pecuniis, quæ olim *pendebantur*, id est, per libram ponderatæ solvebantur. Apud Ovid. Sappho: *Si mihi difficilis formam natura negavit, Ingenio formæ damna* rependo *meæ*. 46 Adversa. 47 Dare vis. 48 Proditor Trojæ cum Æneâ, *ut quidam. Alii*: pacis, & reddendæ Helenæ Auctores. Argumentum à Minori. Antenor, homo ignobilis, & nullâ tecum sanguinis communione conjunctus, hostium gladios evadere, in remotas terras salvus pervenire, periculosa loca superare, urbem condere, vitam in pace finire potuit: nos genus tuum, & quibus cœlum promisisti, perpetuis jactamur infortuniis. 49 E medio Græcorum inimicorum subtiliter liberatus. 50 Illyricæ oræ angustias penitùs intrare. 51 Ab insidiis hostium, & odiis Junonis. 52 Timavum, fluvium Venetiæ. Servius annotat, Poëtas rem unius sermonis circumlocutionibus dicere, ut pro *Trojâ* dicant *urbem Trojæ*: sic paullò post, *Urbem Patavi*, id est, Patavium.

Undè per [53] ora novem [54] vasto cum murmure [55] montis
[56] It mare [57] proruptum, & [58] pelago premit arva sonanti.
Hîc tamen [59] ille [60] urbem Patavi, sedesque locavit
Teucrorum, & genti [61] nomen dedit, [62] armaque fixit
Troïa. Nunc placida [63] compostus pace quiescit.
Nos, tua progenies, cœli quibus [64] annuis arcem,
[65] Navibus (infandum) amissis, unius ob iram
Prodimur, atque [68] Italis longè disjungimur oris.
Hic pietatis honos? [69] sic nos in [70] sceptra reponis?
[71] Olli subridens hominum [72] sator atque Deorum,
Vultu, quo cœlum, tempestatesque serenat,
Oscula [73] libavit natæ. Dehinc talia fatur.
Parce [74] metu, [75] Cytherea. Manent [76] immota [77] tuorum
Fata tibi. Cernes [78] urbem, & [79] promissa [80] Lavini,
Mœnia, [81] sublimemque feres ad sidera cœli

53 Non ostia, per quæ fluit Timavus in mare, sed fontes, qui inter Aquilejam & Tergeste sex erumpunt ex antris saxei collis: septimum his adjiciunt in palude ortum: ut verò conficiatur numerus novenus nostri auctoris, adsciscendi duo: ex lacu Rubri Saxi unus: S. Antonii alter. 54 Timavus per cuniculos quosdam ab adfluxu maris patitur incrementum: ita ut lenis dulcisque in reflexu: ubi tamen mare æstu suo intumuit; ingenti fragore ac mugitu saxei montis, per complura illa spatiosa ora prorumpit & arva inundat. 55 Vicini. 56 Profluit. 57 Effusum fluens multa aqua. 58 Concutit arva vicina abundantia aquarum, quasi Pelagus, id est, mare constituentium cum sonitu erumpenti. 59 Antenor. 60 Patavium. 61 Primum Antenoridas vocavit, posteà, ab augurio *Patavium*. 62 Ut victor & compos voti, qui rerum fortiter ac feliciter gestarum monumenta erigunt, arma figunt: Æn. 3. *Ære cavo clypeum magni gestamen Abantis Postibus adversis figo, & rem carmine signo.* 63 Compositus, id est, sepultus. 64 Nutu concedis sublimitatem. 65 Non erat tamen nisi una amissa. 66 Quæ res indigna, ut dicatur, est. 67 Junonis. 68 Extremis regionibus Italiæ. 69 Per exsilium. 70 Regna amissa restituis? Ut licebit hoc versu, quoties nocebunt nobis; de quibus ipsi aliquandò benè sumus meriti. 71 Veneri, modicè arridens. 72 Productor atque genitor, scil. Juppiter. 73 Leviter tangendo præbuit. *Oscula* volunt esse religiosi officii: *suavia* & *basia* voluntatis. 74 Metui, id est, abstine à timore. 75 Venus, à *Cytheris* insula sic dicta, in quam illa primùm concha marina dicitur advecta. 76 Immutata, sicut erant priùs constituta. 77 Trojanorum, ut Æneæ filii tui, & Ascanii, ceterorumque. 78 Romam, promissam à fatis. 79 A fatis. 80 Primùm in Latio à Trojanis conditum Lavinium. *Urbique dabit Lavinia nomen*, 12. Æn. 81 Excelsum & gloriosum. De Apotheosi Æneæ, Ovid. 14. Metam. *Jamque Deos omnes*, &c.

Mag-

Magnanimum Æneam: neque me sententia vertit.
[82] Hic (tibi labor enim, quando hæc te [83] cura [84] remordet:
Longiùs & [85] volvens fatorum arcana [86] movebo)
[87] Bellum ingens geret [88] Italiâ, populosque [89] feroces
[90] Contundet; [91] moresque [92] viris, & [93] mœnia ponet:
Tertia dùm [94] Latio regnantem [95] viderit æstas,
Ternaque transierint Rutulis [96] hiberna subactis.
At puer Ascanius, cui nùnc cognomen Iulo
Additur (Ilus erat, [97] dùm res stetit Ilia regno)
Triginta [98] magnos volvendis mensibus [1] orbis
[2] Imperio explebit, regnumque à sede Lavini
Transferet, & [3] longam multâ [4] vi muniet [5] Albam.
[6] Hic jam tercentum [7] totos regnabitur annos
Gente sub [8] Hectoreâ, donèc [9] regina sacerdos,
Marte [10] gravis [11] geminam partu dabit Ilia prolem.
[13] Indè [14] lupæ [15] fulvo [16] nutricis [15] tegmine lætus

82 Æneas. Longa hæc Rom. historiæ series, vel nota est, vel petenda ex Livio, Diodoro, Varrone, Plutarco, Dionysio. 83 De Æneâ, & ejus futuro regno. 84 Sollicitat. 85 Revolvens, & repetens. 86 Excitabo, aut monebo, id est, dicam tibi, quid fata de Æneâ constituerint. 87 In quo victus Latinus, Laviniam Æneæ desponder: nec multò post Turno inferente bellum, Latinus occubuit, Æneâ regnante. 88 In Italiâ. 89 Acres. 90 Pessumdabit. 91 Leges, & instituta. 92 Iis, quibus ob virtutem parcet. 93 Urbes novas, ὕστερον πρότερον: ante enim urbs: post jura conduntur. 94 In Italiâ. 95 Scilic. *illum*. 96 Scil. *tempora*, sive tres anni, id est, post triennium transferetur in cœlum. 97 Dùm regnum Trojanum stetit in dignitate, & majestate regali, incolume fuit. Sic 3. Æneid. *Postquam* res *Asiæ*, &c. 98 Solares: quorum singuli constant 12. mensibus volvendis. 99 Volubilibus. 1 Annos. 2 Regnando. 3 A situ. 4 Potestate. 5 Latii urbem, à Lavinio distantem 12. milliaria, à Româ totidem: quæ *Alba* à porcâ *albâ* dicta est. 6 Albæ. 7 Integros. 8 Trojana bellicosa, uti erat Hector, Æneæ affinis. 9 Ilia, Numitoris, Albani regis, filia ex Marte gravida, sacerdos Vestalis. Vide quæ nos ad Florum p. 6. 7. & 8. 10 Prægnans & gravida ex Marte effecta. Ecl. 1. *Non insueta* graves *tentabunt pabula fœtas*. 11 Romulum & Remum. 12 Sc. *uno*. 13 Post partum Iliæ. 14 Feræ, vel Laurentiæ, Faustuli uxoris, quæ Lupa; vel, quia expositorum infantium nutrices, dictæ *lupæ*. 15 Pelle lupæ. In memoriam nutricis; vel, quia ipse venator. 16 Scilic. *suæ*, à quâ primùm nutritus erat.

17 Romulus 18 excipiet gentem, & 19 Mavortia condet
Mœnia, Romanosque suo de nomine 20 dicet. 280
21 His ego nec 22 metas rerum, nec 23 tempora pono:
Imperium sine fine dedi. 24 Quin 25 aspera Juno,
Quæ mare nunc terrasque 26 metu cœlumque fatigat,
27 Consilia 28 in melius referet, mecumque fovebit 285
Romanos, 29 rerum dominos, gentemque 30 togatam.
31 Sic placitum. Veniet 32 lustris labentibus ætas,
Cùm 33 domus Assaraci 34 Phthiam 35 clarasque 36 Mycenas
37 Servitio premet, ac victis dominabitur 38 Argis.
Nascetur 39 pulchrâ Trojanus origine 40 Cæsar, 290
(41 Imperium 42 Oceano, famam qui 43 terminet astris;)
44 Julius, à magno 45 demissum nomen 46 Iülo.

17 Alter è gemellis. 18 Extra pericula capiet. 19 Romana, quæ se Martem jactent auctorem: vel *Mavortia*, id est, bellica, quæque vim hostilem facilè sustinere poterunt. Quamquam de civibus magis loquitur Poëta, qui revera fuerunt Mavortii, id est, bellicosi, & victores omnium gentium. 20 Nuncupabit. 21 Romanis. 22 Certum imperii terminum constituo. 23 Certum annorum spatium, quibus eas possideant, sicut Albanis jam terminum statui. 24 Quinetiam. 25 Sæva, implacabilis. 26 Romæ: quæ ventura olim est excidio suæ Carthaginis: suprà. 27 Conciliatam Romanis secundo bello Punico refert ex Ennio Servius. Vide Horat. l. 3. Od. 3. 28 In meliorem sententiam: quia tandem placabitur. 29 Omnium. 30 Romanam, quæ in togis, tempore pacis, versari solet. Aliæ gentes erant tunicatæ, palliatæ, braccatæ. 31 Scil. *est Diis*. 32 Successu temporum, quæ lustris computabuntur. Lustrum alii quattuor annorum statuunt: alii quinque absolutorum: alii, exacto quadriennio ineuntis quinti, fuit sit idem cum Olympiade. 33 Romana gens. Fuit autem Assaracus Trois filius, frater Ili, ex quo Ass. Capys, qui Anchisen, Æneæ patrem, genuit: præcipuè autem Mummium intelligit, qui & Corinthum delevit, & bonam Græciæ partem Romano imperio subjecit. 34 Achillis patriam, eversoris Trojæ. 35 Tanta prole. 36 Peloponnesi urbem, à Perseo, Jovis & Danaës filio, conditam, Agamemnonis patriam. 37 Subjugabit. 38 Græcis *Argos* Peloponnesi urbs: imperium Diomedis fuit. 39 Propter Venerem à quâ Cæsares originem ducebant. 40 C. Julius Cæsar, qui in Curiâ à Cassio & Bruto, aliisque Pompejanis occisus est. 41 Romanis *Imperium suum ultra Solis vias, & ipsius Oceani limites propagavit.* Minutius de Româ: si de Augusto intelligere libet, referas ad somnium Acciæ, quæ somniavit se concepisse ex Apolline, viscera que sua in cœlum tolli, & per omnem terram extendi. 42 Orbe terrarum, quem Oceanus ambit. 43 Claudat cœlo. 44 Cæsar. 45 Deductum. 46 Ascanio.

Hunc

47 Hunc tu olim cœlo 48 spoliis Orientis onustum
49 Accipies, secura. 50 Vocabitur 51 hic quoque 52 votis
53 Aspera 54 tùm 55 positis mitescent sæcula bellis, 295
56 Cana fides, & 57 Vesta, 58 Remo cum fratre 59 Quirinus
60 Jura dabunt: diræ 61 ferro, & compagibus 62 artis
Claudentur 63 belli portæ. 64 Furor 65 impius 66 intùs
67 Sæva sedens super arma, & centum vinctus aënis
68 Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento. 300
Hæc 70 ait: & 71 Majæ genitum demittit ab alto;
Ut terræ, utque novæ pateant Carthaginis arces
72 Hospitio Teucris: ne 73 fati nescia Dido
Finibus arceret. Volat 74 ille per aëra 75 magnum

47 De apotheosi Julii Cæsaris, Ovid. 15. Metam. *Vix ea fatus erat*, &c. 48 Ex bello Pharsalico & Pontico: devictis regibus, qui auxilia tulerunt Pompejo. 49 In cœtum Deorum. 50 Invocabitur. Eclog. 5. *Dumabis tu quoque inter vota.* Meruit quippè post mortem aram, fastigium, flaminem. 51 Julius Cæsar, nedum Æneas. 52 Ad vota suscipienda. 53 Dura & tristia propter bella. 54 Deindè, postquàm in cœlum receptus fuerit Julius, regnante jam Augusto. 55 Depositis, sedatis. 56 Firma, sincera & pura, qualis solet esse in canis, id est, bonis hominibus. Nam canitie multâ respersi homines minùs sunt fraudulenti. 57 Casta religio. 58 Tali pace & concordiâ, qualis debet esse inter fratres. 59 Virtus bellica ad propulsandam, & non inferendam injuriam. *Quirinus* dictus est Romulus, vel à *Quiri*, seu *Curi*, id est, *hastâ*, quòd hasta assiduè uteretur: sive à *Curibus*, opulentissimâ Sabinorum urbe. Vide Ov. 2. Fast. 60 Leges & instituta, id est, Justitia, ut rectè vivatur, religiosè sanctè & castè, pax atque concordia inter omnes, & virtus bellica contra injuria provocantes jura dabunt. 61 Ferreis repagulis. 62 Arctè compingentibus. 63 Id est, templi Jani portæ, quæ apertè bellum, clausæ pacem significabant. Hinc Janus *Patuleius*, hinc *Clusius* cognominabatur. Vide Macrob. Sat. lib. 1. cap. 9. & quæ nos ad Florum, p. 18. & 19. 64 Bellicus. 65 Impietatem procreans, ut templorum profanationem, stupra, homicidia, rapinas, & id genus alia. 66 In ipso Jani templo conclusus. 67 Bellica. 68 *Belli imaginem*, inquit Plin. lib. 35. cap. 10. *restrictis à tergo manibus ab Apelle pictam Augustus in foro suo dicavit.* 69 Ægrè ferens tam diu includi. 70 Juppiter. 71 Mercurium Majæ filium deorum mittit ab alto cœlo. 72 In hospitium. 73 Quæ nescivit fatale esse, Æneam regna Trojana reparaturum aliquando, limitibus regni sui Trojanos prohiberet. 74 Mercurius. 75 Respectu terræ: centuplo enim major est.

[76] Remigio alarum; ac Libyæ citus adstitit [77] oris.
Et jam [78] jussa facit: ponuntque ferocia [79] Pœni
Corda, [80] volente [81] Deo. In primis regina [82] quietum
[83] Accipit [84] in Teucros animum, [85] mentemque benignam.

At pius Æneas, per noctem plurima [86] volvens,
Ut primùm lux [87] alma [88] data est, [89] exire; locosque
Explorare [90] novos, quas vento accesserit oras:
Qui [91] teneant (nam inculta videt) homines-ne, feræ-ne,
[92] Quærere constituit, sociisque [93] exacta referre.
[94] Classem in [95] convexo nemorum, sub rupe cavata,
Arboribus clausam circum atque [96] horrentibus umbris,
Occulit. Ipse [97] uno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato [98] crispans hastilia ferro.
Cui mater media sese tulit obvia silva,
Virginis os habitumque gerens, & virginis [99] arma
Spartanæ: vel qualis equos [2] Threissa fatigat
[3] Harpalice, [4] volucremque [5] fuga præverritur [6] Hebrum.
Namque humeris [7] de more [8] habilem suspenderat arcum
Venatrix, dederatque [10] comam diffundere ventis:
Nuda genu, [12] nodoque [13] sinus [14] collecta fluentis.

76 Fretus auxilio, ut naves feruntur in aquis, remigio alarum: habebat enim in pedibus talaria. 77 Extremis regionibus, scil. in ea parte in qua Carthago erat. 78 Mandata Jovis, id est, conciliat Teucris animos Pœnorum. 79 Deponunt. 80 Carthaginenses. 81 Jove, aut Mercurio. 82 Pacatum. 83 Ab inspiratione Mercurii. 84 Ergo. 85 Affectionem clementem, & propensam ad beneficia conferenda, 86 Reputans. 87 Cunctos alens. 88 Id est, tempore matutino. 89 Ad exeundum. 90 Quos recentèr accesserint. 91 Possideant eas oras. 92 Inquirere. 93 Exquisita, explorata, vel exactè. 94 Scil. septem suas naves, quæ reliquæ erant. *Huc septem Æneas*, &c. 95 Concavo loco, quasi ex nemore facto: nam silvis scena coruscis desuper imminebat, ut suprà. 96 Horrorem propter solitudinem inducentibus. 97 Solo. 98 Vibrans jacula. 99 Instrumenta venatoria. 1 Virgines Spartanæ, ex instituto Lycurgi, venationibus, cursu, lucta, palæstra exercebantur. 2 Ex Thracia. 3 Quæ Getas equites pernicissimo assecuta cursu patrem ab iis captum in libertatem asseruit. 4 Velocem. 5 Celeri cursu transit. 6 Fluv. Thraciæ. 7 Venantium, præsertim Tyriorum. 8 Viribus suis aptum. 9 Exsistens tamquàm venatrix. 10 *Incomptum Lacænæ More comam religata nodum.* Horat. 11 Dispergere. 12 In nodum. 13 Vestis suæ. 14 Succincta, quò expeditior esse ad cursum.

Ac

Ac prior: Heus, inquit, juvenes, monstrate mearum
Vidistis si quam [15] hic errantem forte sororum,
Succinctam pharetrâ, & [17] maculosæ tegmine lyncis,
Aut [18] spumantis apri cursum clamore [19] prementem.
Sic Venus: & Veneris [20] contrà sic [21] filius orsus:
Nulla tuarum audita [22] mihi, neque visa sororum. 330
O (quam [23] te [24] memorem?) virgo. Namque haud tibi vultus
[25] Mortalis, nec vox hominem [26] sonat. O [27] dea certè;
An [28] Phœbi soror, an Nympharum [29] sanguinis una?
Sis [30] felix, nostrumque leves [31] quæcumque [32] laborem:
Et [33] quo sub cœlo [34] tandem, quibus orbis in [35] oris 335
Jactemur, doceas. Ignari hominumque, locorumque
Erramus, vento huc & vastis [36] fluctibus acti.
[37] Multa tibi ante aras nostrâ [38] cadet hostia dextrâ.
Tùm Venus: Haud equidem tali me [39] dignor [40] honore:
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. 340
Purpureoque altè suras vincire [42] cothurno.
[43] Punica regna vides, Tyrios, & Agenoris urbem:
[44] Sed fines Libyci, [45] genus [46] intractabile bello.
[47] Imperium [48] Dido Tyriâ regit urbe profecta,

15 Discurrentem, vagantem, & feras investigantem in hac silva. 16 Instructam theca sagittarum. 17 Variis maculis ornatæ lyncis à se interfectæ pelle indutam. 18 Spumam emittentis ex irâ. 19 Retinentem. 20 Vicissim. 21 Æneas. 22 A me. Sic 3. Georgic. Cui *non dictus Hylas?* Ovid. *O* mihi *post ullos, nunquàm memorande, sodales.* Cic. *Intellectum est enim* mihi *paullò antè.* 23 Qualem an Deam, an hominem. 24 Compellem. 25 Qualis mortali competit. 26 Repræsentat. 27 Conclusio Syllogismi disjunctivi: *Aut homo, aut Dea es: Non es homo; ergo Dea.* 28 Diana, quæ venatrix est. Quod ab arcu, pharetrâ, & habitu conjicere licet. 29 De sanguine. 30 Propitia, auxiliatrix. 31 Scil. *es.* 32 Indagandæ regionis hujus. 33 Sub quo climate, sub quâ cœli parte. 34 Post tot naufragia, & errores nostros. 35 Regionibus. 36 Procellis. 37 Numini tuo grati debitam solvemus hostiam. 38 Mactabitur. 39 Dignam censeo, aut facio. 40 Sacrificii: neque enim Dea sum, sed virgo Tyria, cui mos est gestare pharetram. 41 Purpurei coloris. 42 Altissimo calceamento. 43 Terræ hujus, quæ Lybia est, patrem hanc incolunt Pœni ex Tyro urbe Phœniciæ, cui olim imperavit Agenor, hùc advecti ab Elisâ, seu Didone. 44 Sed extremitates hujus regionis sunt Libycæ, id est, à Lybicis populis habitatæ. 45 Scil. *populi.* 46 Durum, quod à nullo tractari debeat per bellum. *Studiis asperrima belli*: suprà. 47 Hujus regionis. 48 Elisa quæ descendit, & migravit ab urbe Tyro.

[49]Germanum fugiens. [50]Longa est [51]injuria, longæ 345
Ambages. sed summa sequar [52]fastigia rerum.
[53]Huic conjux Sichæus erat, ditissimus agri
[54]Phœnicum, & magno [55]miseræ dilectus amore:
[56]Cui [57]pater [58]intactam dederat, primisque [59]jugârat
[60]Ominibus. [61]Sed regna Tyri germanus habebat 350
Pygmalion, [62]scelere ante alios immanior omnes.
[63]Quos inter [64]medius venit furor. [65]Ille Sichæum
Impius ante [66]aras, atque auri cæcus amore,
Clam [67]ferro incautum [68]superat, [69]securus amorum
Germanæ: [70]factumque diu celavit, & [71]ægrum
[72]Multa malus simulans [73]vanâ spe [74]lusit amantem.
Ipsa sed in somnis [75]inhumati venit imago
[76]Conjugis, ora modis attollens pallida miris;
[77]Crudelis aras, [78]trajectaque pectora ferro
Nudavit, [79]cæcumque [80]domus scelus [81]omne retexit.

49 Pygmalionem. Adi lib. 18. Justini. 50 Longo sermone recitanda. 51 Quæ ei illata est. 52 Capita, primordia rerum gestarum, cur & quomodo fugerit. 53 Didoni. 54 Inter Phœnices. 55 A miserâ amante Didone. 56 Sichæo. 57 Bellus. 58 Virginem inviolatam in matrimonium dederat. Horat. Od. 7. lib. 1. *Sunt quibus unum opus est*, intactæ *Palladis urbem Carmine perpetuo celebrare*. 59 Conjugaverat. Significat Poëta, Didonem Sichæo commissam uxorem, quæ antèa cum nemine corpus commiscuisset. 60 Auspiciis, quæ cum omni negotio, tùm nuptiis maximè adhibita. Val. Max. lib. 2. 61 Populus enim Pygmalioni, admodum puero, regnum tradiderat. 62 Ipsos etiam furiosos scelere superat. 63 Anastrophe. 64 Qui per furorem mediantem inter se fuerunt sævi. 65 Pygmalion. 66 Herculis, cujus erat sacerdos. 67 Sicâ. 68 Occidit. 69 Nihil respiciens, non curans, aut miseratus sororem, quæ miserè amabat Sichæum. 70 Parricidium, cædem Sichæi. 71 Animo scilic. id est, tristem. 72 Multas causas de absentiâ, aut reditu Sichæi iniquus & astutus fingens: nam persuaderat Didoni maritum vivere, sed foris esse. 73 Qui dicebat eum propediem affore. 74 Ludificatus est, decepit. 75 Didonem. 76 Nondum sepulti. Solebant veteres, cùm alicujus vindicare vellent, cum insepultum relinquere: nam tum centum annos cogebantur errare: ut patet ex l. 6. 77 Apparuit. 78 Sichæi occisi. 79 Per se quidem pias: sed antè quas crudelitèr interfectus est Sichæus. 80 Transfixa. 81 Hactenus celatum, & occult[illegible] 82 Scil. *ejus*, id est, quod [illegible] ejus patratum erat. 83 Totum revelavit, id est, signis quibusdam significavit Didoni, quomodò à fratre ejus Pygmalione antè aras occisus esset.

Tùm

Tùm [84] celerare fugam patriâque excedere suadet,
[85] Auxilioque viæ veteres [86] tellure recludit
Thesauros, [87] ignotum argenti pondus & auri.
[88] His commotâ fugam Dido [89] sociosque parabat.
[90] Conveniunt, quibus aut odium [91] crudele tyranni,
Aut metus acer erat: naves, quæ fortè [92] paratæ,
[93] Corripiunt, onerantque auro. [94] Portantur [95] avari
Pygmalionis opes [96] pelago. [97] Dux femina facti
[98] Devenêre locos, ubi nunc ingentia cernes
Mœnia, [99] surgentemque novæ Carthaginis arcem:
Mercatique solum, facti de nomine Byrsam,
Taurino quantum possent circumdare [2] tergo.
[3] Sed vos qui tandem quibus aut venistis ab oris,
Quove [4] tenetis iter? [5] Quærenti talibus [6] ille
Suspirans, imoque trahens à pectore vocem
O Dea, si [7] primâ repetens [8] ab origine [9] pergam,
Et [9] vacet [10] annalis nostrorum audire laborum;
[11] Antè diem clauso [12] componet vesper Olympo.

84 Celeritèr facere. 85 Viaticum. 86 E terrâ, cui thesauros crediderat Sichæus, aperire docet. 87 Quod Dido ignoraverat illic esse. 88 Offensis. 89 Comites, qui etiam tyrannum fugere volebant. 90 Socii. 91 Incrudelum tyrannum: non enim crudele, sed justum est odium in tyrannos: fiunt autem tyranni suis odiosi, dum metui, quam diligi, malunt. 92 Ut Dido posset ad Pygmalionem migrare: ut inter eos convenerat; migrare autem sine navibus commodè non poterat, quod magnam supellectilem haberet. Lege Justin. lib. 18. 93 Simul rapiunt. 94 Transvehuntur. 95 Quas avarus Pygmalion jam suas putabat, sed frustrà: Dido enim abstulit. 96 Per pelagus. 97 Dido est ductrix, & princeps facti tam insignis: quia pulchrum est ulcisci avarum, & scelestum hominem. 98 Illi navibus aurum vehentes, venerunt ad ea loca. 99 Erigentem se, nondum perfectam. 1 A facto denominatum corium. Appulsa enim ad Libyam Dido, cum ab Hiarba pelleretur, petiit callidè, ut venderet tantum terræ, quantum posset corium bovis tegere. Quod cum ille permisisset, corium in tenuissimas corrigias dissectum tetendit, occupavitque stadia viginti duo. 2 Corio tergi à tauro detracto. 3 Scil. *dicite*. 4 Tenditis? 5 Veneri. 6 Æneas respondit. 7 A raptu Helenæ. 8 Peragam contextum historiæ, quam interrogas. 9 Otium tibi sit. 10 Relationem, enumerationem, qualis esse solet in annalibus: *Annales*, propriè fuerunt tabulæ in quas singulorum annorum res gestæ referebantur à Pontifice Maxim. 1. lib. 2. cap. Sat. Macrob. 11 Priusquam peregero sermonem inceptum. 12 Claudet & finiet, id est, dies me deficiet. Sic Ecl. 3. *Non nostrum inter vos tantas* componere *lites*.

Nos Trojâ [13] antiquâ, [14] si vestras fortè per auris.
Trojæ nomen iit, diversa per æquora vectos,
[15] Forte suâ Libycis tempestas adpulit oris.
Sum [16] pius Æneas, raptos qui [17] ex hoste [18] Penates
Classe veho, mecum, [19] famâ super æthera notus,
Italiam quæro [20] patriam: & [21] genus ab Jove summo.
[22] Bis denis Phrygium conscendi navibus æquor,
[24] Matre Deâ monstrante viam, data fata secutus:
Vix [25] septem convolsæ undis, euroque supersunt.
Ipse [26] ignotus, egens, Libyæ deserta peragro;
[27] Europâ, atque [28] Asiâ pulsus. Nec plura querentem
Passa Venus medio sic interfata dolore est:
Quisquis es, [29] haud (credo) [29] invisus cælestibus, auras
Vitalis carpis, [30] Tyriam qui adveneris urbem.
Perge modo, atque [31] hinc te [32] reginæ ad limina perfer.
Namque tibi [33] reduces socios, [34] classemque relatam
Nuntio, & [35] in tutum [36] versis Aquilonibus [37] actam:
Ni frustrà [38] augurium [39] vani docuêre [40] parentes.
Adspice [41] bis senos lætantis [42] agmine cygnos,

13 Nobili, inclytâ. 14 Si quid fortè de Troja umquam audivistis. 15 Casu suo, vi suâ. 16 Meritò. Pius enim fuit in Deos, in patrem, in filium, in uxorem, quos ex incendio rapuit. 17 E manu Græcorum. 18 Deos domesticos. 19 Hujus pietatis. 20 E Corytho enim, urbe Etruriæ, ortus est Dardanus gentis nostræ auctor, & ipse ex Jove natus. Al. *Italiam quæro, patriam & genus ab Jove summo*, id est, accipio, id est, Jovis conterraneus, & consanguineus sum. 21 Cunabula gentilium meorum, qui à Jove deducti sunt. 22 Viginti. 23 Hellespontum. 24 Venere. 25 Naves ex illis vigintis. 26 De corpore & de facie: notum enim se dixit de nomine. 27 Ad quam tendere parabam. 28 A quâ profugus fato veneram. 29 Quod tu charus sis diis. Liptote figura per contrarium significans. Sic infrà: non ignara *mali miseris succurrere disco*, id est, in malis probè exercitata. 30 Quod adveneris Carthaginem. 31 Ab hac silvâ. 32 Didonis. 33 Salvos & incolumes, & qui pericula jam evaserunt; ut paullò infrà: *Ut* reduces *illi ludunt stridentibus alis*. Ratio, quare non debeat reverti, sed recta pergere. 34 Duodecim navium, quam amissam censes, receptam ex periculis. 35 In locum ubi tuta sit. 36 Ponentibus, vel conversis: namque suprà, stridens Aquilone procella velum adversa percuserat. 37 Impulsam. 38 Artem augurandi. 39 Mendaces. Sal. *Mauri* vanum *genus*. 40 Sc. *mei*. 41 Auspicata omnia & apta: numerus, volatus, cantus avium. Tot enim naves fuerant, quas amissas Æneas verebatur, cùm silvæ essent. 42 Convolatu agminatim procedente, cùm prius turmatim dispersi avolarent.

Æthe-

Ætheria quos [43] lapsa plaga [44] Jovis ales [45] aperto
Turbabat cœlo : nunc terras ordine longo
Aut [46] capere, aut [47] captas jam despectare videntur.
[48] Ut reduces illi ludunt [49] stridentibus alis,
Et [50] cœtu cinxêre [51] polum, [52] cantusque dedêre ;
Haud aliter [53] puppesque tuæ [54] pubesque tuorum
Aut portum tenet, aut [55] pleno subit [56] ostia velo.
Perge modò, & [57] quâ te ducit via, dirige gressum.
[58] Dixit, & [59] avertens [60] rosea cervice refulsit,
[61] Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
[62] Spiravêre : pedes [63] vestis defluxit ad imos,
Et vera [64] incessu patuit Dea. [65] Ille, ubi matrem
Agnovit, tali fugientem est [66] voce secutus :
Quid natum totiès crudelis [67] tu quoque [68] falsis
Ludis imaginibus ? cur [69] dextræ jungere dextram
Non datur, ac [70] veras audire, & reddere voces ?
Talibus [71] incusat, gressumque ad [72] mœnia tendit.

43 Quæ descendit aëria regione. 44 Aquila, Jovis pinnata satelles : cum relatione ad Aquilonem, Ideò ales Jovis, quia fulmine non tangitur ; *vel*, quod ei adversum gigantes fulmina ministrarit. Undè Horatius *ministram fulminis* appellat. 45 Sereno. 46 Eligere ad confidendum. 47 Electas terras frequenter aspicere. 48 Quemadmodum cygni illi reversi à persecutione aquilæ lætitiam suam indicant. 49 Ex alitis enim volatu capiebantur auguria. 50 Convolatu. 51 Cœlum. 52 In signum lætitiæ. 53 Naves. 54 Juventus tuorum amicorum, quos credis periisse in aquâ. 55 Extenso. 56 Ingressum portus. 57 Sequere viam, quæ te ducet in urbem. 58 Venus. 59 Scilic. *se*, & discedens. 60 Pulchrâ aspectu, qualis est rosa. Hor. Od. 13. lib. 1. *Cum tu, Lydia, Telephi Cervicem* roseam, *cerea Telephi Laudas brachia.* 61 Ambrosiâ illitæ, vel immortales. *Ambrosia* est Deorum cibus. 62 Emiserunt. 63 Succincta priùs, *nodoque sinus collecta fluentes*, ut suprà. 64 Deorum quippe incessus est continuus, & æqualis, non dimotis pedibus, neque transpositis. Suprà, *Ast ego, quæ Divûm incedo regina.* 65 Æneas. 66 Sermone : nam pedibus non potuit eam assequi. 67 Non secus atque Juno, ceteraque numina adversa. Emphasim habet. 68 Fictitiis illudis speciebus ac formis ? 69 Conventu mutuoque frui colloquio ? Mos antiquus erat, jungere dextram, & amplecti, & osculari, quoties invicem occurrebatur. 70 Non sub aliena persona occultaras, id est, matris & filii, ut à matre & filio. 71 Æneas matrem. 72 Carthaginensia.

At

At Venus obscuro [73] gradientis [74] aëre [75] sepsit;
Et multo nebulæ [76] circum Dea [76] fudit [77] amictu:
Cernere ne quis eos, neu quis contingere posset,
[78] Molirive moram, aut veniendi [79] poscere causas.
[80] Ipsa [81] Paphum [82] sublimis abit, [83] sedesque revisit
[84] Læta suas; ubi templum illi, [85] centumque [86] Sabæo
[87] Ture calent aræ; [88] sertisque recentibus halant.
[89] Corripuêre [90] viam [91] interea, qua semita [92] monstrat.
Jamque adscendebant collem, qui [93] plurimus urbi
Imminet, [94] adversasque adspectat [95] desuper arces.
Miratur [96] molem Æneas, [97] magalia [98] quondàm:
Miratur portas, [99] strepitumque, & [100] strata viarum.
* Instant ardentes Tyrii: ** pars *** ducere muros,
[1] Molirique arcem, & manibus [2] subvolvere saxa:
Pars [3] optare locum tecto, & [4] concludere [5] sulco.
[6] Jura, magistratusque [7] legunt, [8] sanctumque senatum.
Hìc portus alii [9] effodiunt: hìc alta [10] theatris

73 Æneam cum Achate. 74 Nebula. Odyss. 7. & 13. Ulysses à Minerva tegitur nebula. 75 Circumdedit. 76 Scil. *eos*. Tmesis. 77 Tegmento. 78 Facere, id est cum molestia detinere eos. 79 Exquirere. 80 Venus. 81 Cypri urbem. 82 Sublata, divino incessu. 83 Ubi præcipuè colitur. 84 Quod incolumen vidit filium. 85 Multæ. Numerus finitus pro infinito. 86 Quod in Saba nascitur: nam *solis est thurea virga Sabeis*. 87 Thure, & floribus tantùm sacra Veneri fiebant, non hostiarum sanguine. 88 E recentibus floribus, id est, veruis contextæ spirant & fragrant. 89 Æneas & Achates officium celeritèr eundi arripuerunt. 90 Iter suum monstratum. 91 Dum Venus Paphum abiret. 92 Indicat eundem esse. 93 Longissimus, altus 3. milliaria, aut pro plurima parte in urbem tendit, aut vergit: ut *cui* plurima *cervix*, id est, longissima. 94 Ex adverso sitas. 95 Ab alto, supernè. 96 Magnitudinem novæ urbis. 97 Humiles casas Afrorum *variis habitata mapalia tectis*. Georgic. 3. lib. 98 Aliquandò, scil. ante adventum Didonis. 99 Ingredientium. 100 Vias lapidibus constratas. Eodem modo 2. Æneid. *opacâ locorum*, pro locis opacis. * Instantèr incumbunt operi festinantes. ** Instat. *** Producere & extendere contra insultus hostium. 1 Cum molimine exstruere: *vel* eos cœpisse ædificare: ut apud Ter. Heaut. *Dum moliuntur, dum comantur, annus est*, id est, dum conantur sese ornare, antequàm finem faciant. 2 Sursum volvere. 3 Eligere locum ad tectum exstruendum. Al. *aptare*. 4 Ambitum urbis. 5 Fossa, in quâ fundamenta jacerentur. 6 Forum & locum juri dicundo, curiam sanctissimo Senatus ordini & magistratibus. 7 Eligunt. 8 Inviolabilem. 9 Effodiendo aptant. 10 Pro ludis & spectaculis exhibendis.

Fun-

Fundamenta [11] locant alii ; [12] immanisque columnas
Rupibus excidunt, [13] scenis decora alta futuris.
[14] Qualis [15] apes [16] æstate nova per [17] florea rura
[18] Exercet sub sole labor, cùm [19] gentis adultos
Educunt fœtus, aut cum [20] liquentia mella
[21] Stipant, & [22] dulci distendunt nectare cellas:
Aut onera accipiunt [23] venientum ; aut agmine facto,
Ignavum [24] fucos [25] pexus à præsepibus [26] arcent.
[27] Fervet opus, redolentque [28] thymo [29] fragrantia mella.
[30] O fortunati, quorum jam mœnia surgunt !
Æneas ait, & [31] fastigia suspicit urbis.
[32] Infert se [33] septus nebulâ (mirabile dictu)
Per medios, miscetque viris ; neque cernitur [34] ulli.
[35] Lucus in urbe fuit mediâ, [36] lætissimus umbræ,
Quò primùm jactati undis & [37] turbine [38] Pœni
Effodêre loco signum, quod [39] regia Juno
[40] Monstrârat, [41] caput acris equi. [42] Sic nam [43] fore bello

11 Jaciunt. 12 Valdè magnas, 13 Acta ornamenta ad exstruendas scenas in amphiteatro. 14 Tales instant, *qualis labor*, &c. 15 Labores hosce apum, de iis versus propè eosdem, & quæ nos ibi ; vide 3. Georg. 16 In fine veris, aut in principio æstatis, *ubi pulsam hyemem Sol aureas egit Sub terras cœlumque æstiva luce reclusit*, ut est in 4. Georgic. Sic, *Vere novo*, 1. Georg. 17 Florida. 18 Fatigat. 19 Generis sui, id est, quando examina è fœtura sua educunt. 20 Pura, sine sordibus. 21 Condensant. 22 Purissimo melle implent cavernas favorum. 23 Apum. 24 Apes degeneres, crabrone minores. 25 *Pecus*, inquit Isidor. 12. lib. *dicimus, quidquid humanâ linguâ & effigie caret.* Vide quæ nos ad Sal. p. 3. & 4. 26 Depellunt. 27 Tum operatio apum cum fervore fit : cujus contrarium est *friget*. 28 Undè collecta sunt. 29 Odorifera. 30 Scil. *sunt*, Epiphonema. 31 Sublimitatem urbis Carthaginis miratur, vel sursum aspicit. 32 Æneas. 33 Circumdatis. 34 Ab ullo. 35 Adjicietur mox templum ; nullum enim veteribus templum erat sine luco, ut majorem religionem loci horror incuteret. 36 Amœnissimus : ut *Lætas segetes*, 1. Georg. 37 Venti scilic. 38 Populi Punici. 39 Quia regina Deorum. 40 Pro monstro dederat. 41 Idem refert Justinus, lib. 18. & ipsa Carthago olim *Caccabe* dicta, quod lingua Punica significat *caput equinum*. Equi conspectum belli omen habere, etiam lib. 3. ostendit : ubi Anchises cùm in Italiâ, tùm primum conspecta, equos pascentes vidisset, exclamat : *Bellum, terra hospita portas, Bello armantur equi*. Illud ergo equi caput repertum, bellicosam potentemque fore Carthaginem significavit. Ejusmodi auspicia priscis in condendis urbibus curiosè observata, præter alia exemplo est Roma, apud Liv. 1. 42 Per tale portentum. 43 Scil. *signum erat*.

Egre-

Egregiam, & facilem [44] victu per sæcula gentem.
[45] Hic templum [46] Junoni ingens [47] Sidonia Dido.
Condebat, donis opulentum, & [48] numine divæ.
Ærea cui [49] gradibus surgebant limina, nexæque
[50] Ære trabes: [51] foribus cardo [52] stridebat aënis.
Hoc primùm in luco nova res oblata [53] timorem
[54] Leniit. Hîc primùm Æneas sperare salutem
Ausus, & [55] afflictis [56] meliùs confidere rebus.
Namque [57] sub ingenti [58] lustrat dùm singula [59] templo,
Reginam opperiens; [60] dùm quæ fortuna sit [61] urbi,
Artificumque manus [62] inter se operumque laborem
Miratur, videt [63] Iliacas [64] ex ordine pugnas,
Bellaque jam famâ totum vulgata per orbem:
[65] Atridas, Priamumque, & sævum [66] ambobus Achillem,
Constitit; & lacrimans, Quis jam locus, inquit, Achate,
Quæ regio in terris nostri non plena laboris?
En [67] Priamus. Sunt [68] hîc etiam [69] sua præmia [70] laudi:
[71] Sunt lacrimæ rerum: & [72] mentem [73] mortalia tangunt.
[74] Solve metus. [75] Feret hæc aliquam tibi [76] fama [77] salutem.

44 Victoriis ad vincendum, significatione activa ajunt. Sed coacta, & quæ exemplo caret. *Alii* facili, & parabili contentam victu, ut Senec. 90. epist. *Sapiens* facilis victu *fuit*. 45 Ubi inventum est caput aëris equi. 46 In honorem Junonis. 47 A Sidone, urbe Tyri, oriunda. 48 Simulacro Junonis. 49 Per gradus in altum extruebantur. 50 Clavis æreis. 51 Valvis. 52 Crepitabat. 53 Æneæ scil. qui non tàm sibi, quàm suis, timuit. 54 Mitigavit. 55 Adversis. 56 Ubi vidit belli Trojani picturam. 57 In. 58 Circumspicit. 59 Junonis. 60 Dùm miratur, quæ in magnifico templo pingebantur, Didonis fugam, equi caput, corium sectum, varios urbis casus. 61 Scilic. *novæ*, id est, Carthaginis. 62 Certo ordine operantium. 63 Quæ apud Ilium gestæ erant. 64 Quo gestæ erant. 65 Atrei filios, Agamemnonem & Menelaum. 66 Agamemnoni, quem voluit occidere, & Priamo propter cadaver Hectoris. 67 Priami fama, aut hic in dignitate depictus. 68 Apud fines Libycos, genus intractabile bello, & ubi feri habitant populi. 69 Justa. 70 Virtuti, & patriæ fortitèr, atque cum laude pugnatæ. Consequens pro antecedenti. 71 Hîc etiam rerum nostrarum tristium miseratio, ut quæ cui accidere possunt. 72 Carthaginensium, qui hæc pinxerunt. 73 Adversa, quæ mortalibus accidunt. 74 Depone timorem, quem de ferocitate Pœnorum habes. Ad se loquitur. 75 Adferet. 76 Quæ de Priami laude est. 77 Incolumitatem: quia hic miserabuntur tui.

Sic

Sic ait, atque animum pictura [78] pascit [79] inani,
[80] Multa gemens, largoque humectat [81] flumine [82] vultum.
Namque videbat, [83] uti bellantes [84] Pergama circum
Hac fugerent Graji, [85] premeret Trojana juventus:
Hac [86] Phryges: [87] instaret curru [88] cristatus Achilles.
Nec procul [89] hinc [90] Rhesi [91] niveis tentoria [91] velis
Agnoscit lacrimans: [92] primo quæ [93] prodita [92] somno,
[94] Tydides multa [95] vastabat [96] cæde cruentus;
[97] Ardentisque [98] avertit equos in [99] castra, priùs quam
Pabula gustassent Trojæ [100] Xanthumque bibissent.
[1] Parte alia [2] fugiens amissis [3] Troïlus armis,
Infelix [4] puer, atque [5] impar congressus [6] Achilli,
[7] Fertur equis, curruque [8] hæret resupinus [9] inani,
[10] Lora tenens tamen. Huic cervixque comæque trahuntur

78 Recreat, fovet. Sic 2. Georg. loquens de dispositione vitium: *Omnia sint paribus numeris dimensa viarum. Non* animum *modo uti* pascat *prospectus inanem*, &c. 79 Quæ non res, sed similitudines rerum exhibet. 80 Multùm, valdè. 81 Lachrymarum scilic. more fluminis decurrentium. 82 Faciem suam. 83 Quomodo. 84 Mœnia Trojana. 85 Insequeretur fugientis: *impressionem* enim *facere*, est urgere cedentes. 86 Fugerent. 87 Instanter persequeretur Trojanos fugientes. 87 Cristas in galeâ ferens. 89 Ab hoc loco, ubi Priamus cum Atridis & Achille depictum erat. 90 Regis Thracum, qui Trojanis auxilio venit, cum hac oraculi conditione, invictam fore urbem, si equi ipsius intra urbem pabulum gustassent, atque è Xantho fluv. bibissent. Clausis autem portis, cùm extra urbem castra posuisset, à Diomede & Ulisse, speculatum missis, idque à Dolone resciscentibus, cæsus est cum suis, avectique equi in castra Græcorum, Il. 10. 91 Quæ fecerat ex albis velis. 92 Primâ parte noctis. 93 A Dolone speculatore Trojano proditiosè indicata. 94 Diomedes Tydei filius. 95 Prosternebat. 96 Nam præter Rhœsum, eorum Regem, duodecim viros interemit. 97 Veloces, aut indignantes, à Domino averti. 98 Violenter abegit, abduxit. 99 Græcorum. 100 Fluvium illum, qui Trojam perfluit. 1 Picturæ. 2 Fugere volens accepto jam vulnere. 3 Priami, & Hecubæ filius. 4 Pathos ab ætate, sive pueritiâ. Macrob. Sat. lib. 4. c. 3. 5 Cùm esset imbecillior, & inermis. Refert tamen Dares Phrygius Troïlum ita vulnerasse Achillem, ut aliquot dies pugnâ abstinere cogeretur. 6 Cùm Achille. 7 Trahitur, avehitur. 8 Pendet erecto pectore, quasi retrorsùm casurus. 9 Sine rectore: nam corpus hærebat, & ipse ferè exciderat. 10 Habenas ex corio factas.

Per terram, & [11] versa pulvis inscribitur [12] hasta.
[13] Interea ad templum [14] non æquæ Palladis ibant
Crinibus [15] Iliades [16] passis, [17] peplumque ferebant
Suppliciter tristes, & [18] tunsæ pectora palmis.
[19] Diva solo fixos oculos aversa tenebat.
[20] Ter circum [21] Iliacos raptaverat [22] Hectora muros,
[23] Exanimumque auro [24] corpus [25] vendebat Achilles.
Tùm verò ingentem gemitum [26] dat pectore ab imo,
[27] Ut [28] spolia, ut [29] currus, utque ipsum corpus [30] amici,
[31] Tendentemque manus Priamum conspexit inermis.
Se quoque [32] principibus [33] permistum [34] agnovit Achivis,
[35] Eoasque acies, & [36] nigri Memnonis arma.
[37] Ducit [38] Amazonidum lunatis agmina [39] peltis
[40] Penthesilea [41] furens, mediisque in [42] millibus [43] ardet,
[44] Aurea subnectens [45] exsertæ [44] cingula mammæ

11 Sulcatur, & scalpitur hasta inversa, & per terram tracta. 12 Quâ trajectus erat. 13 Dum ita Troïlus vinciretur. 14 Infensæ Trojanis, quorum tamen erat numen tutelare. 15 Mulieres Trojanæ, ut Hecuba regina, Polyxena, Cassandra, & reliquæ nobilissimæ Trojanæ feminæ. 16 Sparsis, in luctu, & supplicationibus: à *paudo*. 17 Pallam pictam, à Thœne Antenoris uxore, Palladi dicatam. 18 Habentes pectora percussa; ut Deam moverent. 19 Dea Pallas aversata donum pepli, despiciebat terram, nec respexit supplicantes Iliades. 20 Il. 13. 21 Trojanos. 22 Corpus Hectoris. 23 Demortuum. 24 Hectoris. 25 Patri Priamo supplici. Il. 24. 26 Æneas. 27 Postquam. 28 At quibus Hector paullò antè alios spoliaverat, aut quibus Hector spoliabatur ab Achille. Vide Dict. Cret. lib. 3. 29 Hectoris. 30 Hectoris affinis: duxerat enim sororem ejus Creusam. 31 Dùm autem pro corpore Hectoris daret. 32 Quibuscum congredi solebat. Unde Æneid. 2. *Vadimus immisti Danais* 33 Implicitum. 34 Æneas. 35 Orientalis, id est, ab India sub Memnone Hâs, id est, Auroræ filio, profectas. Dict. Cret. lib. 4. 36 Indi, *& Mauro obscurior Indus*, Juv. 37 In alia parte picturæ. 38 Illarum mulierum, quibus dextra mammilla, ut in pugnâ expeditiores essent, inurebatur; undè *Amazones* dictæ sunt, à μάζος, *mamma*. 39 Cetris, sertis semiplenam lunam referentibus. 40 Regina Amazonum, post Orithyam regno potita, teste Justino, lib. 2. quæ cùm Trojanis auxilium ferret, ab Achille interfecta est. Vide Herod. lib. 4. Just. lib. 2. Curt. lib. 6. 41 Bellandi cupiditate, & rabie. 42 Græcorum. 43 Ardentèr irruit. 44 Aureum balteum. 45 Sinistræ nudatæ: namque dextra adurebatur μάζα, quò expeditiores essent arcubus hastisque in bello tractandis, ut diximus.

Bel-

Bellatrix, audeatque [46] viris concurrere virgo.
[47] Hæc dùm [48] Dardanio Æneæ [49] miranda videntur,
Dùm stupet, [50] obtutuque hæret defixus in uno;
Regina ad templum forma pulcherrima Dido
[51] Incessit, magna juvenum [52] stipante [53] caterva.
Qualis in [54] Eurotæ ripis aut per juga [55] Cynthi
Exercet [56] Diana [57] choros; quam [58] mille secutæ
[59] Hinc atque hinc glomerantur [60] Oreades, illa [61] phare-
tram
Fert humero, gradiensque [62] Deas supereminet omnis:
[63] Latonæ [64] tacitum [65] pertentant gaudia pectus.
Talis erat Dido: talem se læta ferebat
Per medios, [67] instans operi [68] regnisque futuris.
Tùm [69] foribus divæ, media testudine templi,
[70] Septa armis, solioque [72] altè subnixa resedit.
Jura [73] dabat, legesque viris: operumque laborem
Partibus [74] æquabat justis, [75] aut sorte trahebat:
Cùm subitò Æneas [76] concursu accedere magno
Anthea Sergestumque videt fortemque Cloanthum,
[77] Teucrorumque alios: [78] ater quos æquore turbo
[79] Dispulerat, penitùsque alias advexerat [80] oras.
Obstupuit simul [81] ipse, simùl [82] perculsus Achates
[83] Lætitiâque [84] metuque, avidi conjungere dextras

46 Cum viris congredi. 47 Quæ depicta erant. 48 Trojano. 49 Admiratione digna. 50 Aspectu. 51 Cum gravitate quadam venit. Sic suprà: *Ast ego, quæ Divûm incedo regina, &c.* 52 Condense comitante. 53 Cœtu. 54 Laconiæ fluv. 55 Deli ins. montis, ubi nata, & unde *Cynthia* dicta est. 56 Venatricum Dea. 57 Choreas. 58 Numerus finitus pro infinito. 59 Utrìmque in morem glomeris circumeunt. 60 Nymphæ montium, ab ὄρος, *mons.* 61 Sagittarum thecam. 62 Nymphas reliquas. 63 Matris gratulatæ sibi filiæ formam: *pulchra gaudet Latona Diana.* Juven. Sat. 10. 64 Intimum. 65 Vehementèr tentant, afficiunt. 66 Longè supereminentem. 67 Urgens operarios. 68 Regiis domibus. 69 In vestibulis templi Junonis. 70 Circumdata armis satellitum, stantium circum ipsam. 71 In sede regiâ. 72 Ut ab omnibus conspici posset. 73 Constituebat. 74 Æqualitèr dividebat. 75 Aut labores inæquales faciebat eos per sortem partes laborum acceptare, ne cui injuria sit. 76 Pœnorum. 77 Alios Trojanos. 78 Caliginosos. 79 In diversas partes pepulerat, disjicerat, segregarat. 80 Regiones. 81 Æneas. 82 Attonitus. 83 Propter eorum salutem. 84 Propter Pœnorum concursum.

[85] Ardebant: sed res [86] animos [87] incognita [88] turbat.
[89] Dissimulant; & nube cavâ [90] speculantur amicti,
[91] Quæ fortuna [92] viris; classem quo litore [93] linquant;
Quid veniant. [94] Cunctis nam [95] lecti navibus ibant,
Orantes [96] veniam, & [97] templum clamore petebant.
Postquàm [98] introgresi, & [99] coram data copia fandi;
[1] Maximus Ilioneus [2] placido sic pectore [3] cœpit:
[4] O regina, novam cui condere Juppiter urbem,
[5] Justitiâque dedit gentis frenare superbas,
[6] Troës te [7] miseri, ventis [8] maria omnia vecti,
Oramus: prohibe [9] infandos à [10] navibus [11] ignis;
Parce [12] pio generi, & [13] propiùs [14] res adspice nostras.
[15] Non nos aut [16] ferro Libycos [17] populare [18] penates
Venimus, aut [19] raptas ad [20] litora vertere prædas:
[21] Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.
[22] Est locus, [23] Hesperiam Graji [24] cognomine dicunt,

85 Ardenter & vehementer cupiebant. 86 Æneæ, & Achatis. 87 Quia nesciebant, quid sibi ille concursus vellet. 88 Impedit, ita ut, quamvis cupiant, non audeant tamen conjungere dextras. 89 Simulant se non vidisse socios. 90 Quasi è specula prospiciunt. 91 Utrùm prospera, an adversa. 92 Sic concurrentibus. 93 Liquissent. 94 Ætiologia est, quare specularentur, quid venirent: quoniam videbant eos ex singulis navibus, tamquam legatos venire. 95 Delecti. 96 Subtrahendi, reficiendique naves, armandi eas, instruendique, *vel* petentes pacem, gratiamque reginæ, contra incendium, quod parabant Tyrii in naves Trojanas. 97 Junonis scilic. à Didone constructum. 98 Trojani illi, Antheus, Sergestus, Cloanthus & reliqui introgressi sunt ad Didonem. 99 In præsentia reginæ loquendi facultas concessa est. 1 Orator inter eos. 2 Humili, placato, non timido. 3 Scilic. *orare*. 4 Oratio Ilionei ad Didonem: in quâ benevolentiam captat à laude. 5 Infrenes Numidas accolas subjugare, & imperio jusso premere. 6 Narratio. 7 Atque ita digni, quorum miserearis. 8 Per maria omnia: *maria omnia circum*: suprà. 9 Detestabiles. 10 Nostris. 11 Quibus naves nostras incendere parant tui Tyrii. 12 Trojano: & hoc propter Æneam. 13 Cum majori attentione viciniùs & amiciùs: nam qui vicini sunt, magis favere & prodesse possunt. 14 Respice & defende nos. 15 Antiphora confutat, quæ à Didone objici poterant. 16 Vi armorum. 17 Populari, per Enallagen; & *venimus populare*, Hellenism. id est, populatum. 18 Ædes sacras & profanas: quibus sui Penates patrii & domestici. 19 Ut piratæ solent, quos semper *receptes Convectare juvat prædas, & vivere rapto*, l. 7. 20 E quibus in naves avehantur. 21 Δύναμις, potestas, violentia. 22 Verum ut scias, quò profecti simus: *est locus* &c. Hi 4. versus repetuntur 3. Æn. 23 Sc. *quem*. 24 Per cognomentum ab Hespero, Atlantis fratre, qui à fratre pulsus, Italiam tenuit.

Ter-

Terra [25] antiqua, potens armis, atque [26] ubere glæbæ:
[27] Oenotri [28] coluêre viri : nunc fama , [29] minores
Italiam dixisse ducis de nomine gentem.
[30] Hùc cursus fuit.
Cùm [31] subitò adsurgens fluctu nimbosus [32] Orion
In [33] vada cæca tulit, [34] penitùsque procacibus Austris,
Perque undas , [35] superante salo , perque [36] invia saxa
Dispulit. Hùc pauci vestris adnavimus oris.
Quod genus hoc hominum , quæve hunc tam barbara [37] morem.
Permittit patriâ ? [38] hospitio prohibemur arenæ.
Bella cient , [39] primaque vetant consistere [39] terrâ.
Si genus humanum & mortalia [40] temnitis arma;
[41] At sperate Deos memores fandi atque nefandi.
Rex erat Æneas nobis , quo justior alter
Nec pietate fuit , nec [42] bello major & armis.
Quem si fata virum servant , [43] si vescitur aura
Ætheria , nec adhuc crudelibus [44] occubat umbris;
[45] Non metus , officio nec te certasse priorem
Pœniteat. [46] Sunt & siculis regionibus [47] urbes,

25 Vetus & nobilis, quæ diu regnavit: nam à Saturno, & Jano fuit habitata. 26 Fœcunditate terræ pinguis. Vide 2. Georg. de laudibus Italiæ. 27 Omnes illi, quibus Œnotrus rex imperavit. 28 Hanc terram. 29 Posteros, descendentes, genusque ducentes, ab Œnotrio denominasse Italiam, & gentem Italiam de nomine ducis Itali. 30 Ad hanc regionem Italiam navigatio nostra instituta fuit. Abruptò hoc versu cursum abruptum significat. 31 Ex improviso nobis oborto. 32 Sidus Orionis nautis infestum: ortu suo, & occasu tempestates ciens: oritur autem 6. Kal. Julii. 33 Syrtes, quæ videri non poterant. 34 Omninò pertinacibus & perseverantibus. 35 Mari se erigente. Al. *spumante*. 36 Inter quæ nulli patet via. 37 Naufragos persequendi. 38 Non permittimur in arena, quæ omnibus communes esse debet, modicum hospitari. 39 Proxima mari, id est, litore, quod jure gentium omnibus patere debet. 40 Contemnitis. 41 Certò scitote, atque exspectate Deos remuneratores justi fore atque injusti. Undè Horat. *Karò antecedentem scelestum deseruit pede pœna claudo.* 42 Rebus bellicis, ut consilio & prudentia. 43 Tautologia. 44 Jacet obvolutus. 45 Non metus si tibi, neque te pœniteat ultrò benè de illo meruisse. 46 Præoccupatio ad id, quod à Didone objici potuisset. Si rex vester perierit, quis gratiam referet, aut vim repellet? Idcircò dicit Ilioneus, in Sicilia Trojanos esse, qui gratiam referant. 47 Cives & auxiliari vel, homines apti ad arma. Al. *Arva.*

Armaque, [48] Trojanoque à sanguine clarus Acestes.
Quassatam ventis liceat [49] subducere classem, 555
[50] Et silvis aptare trabes, & [51] stringere remos.
Si datur [52] Italiam, sociis & rege recepto,
Tendere, ut Italiam læti [53] Latiumque petamus.
Sin [54] absumpta salus, & te, [55] pater optime Teucrûm,
Pontus habet Libyæ, [56] nec spes jam restat Iüli; 560
At [57] freta Sicaniæ saltèm, sedesque [58] paratas,
[59] Undé hùc advecti, [60] regemque petamus Acesten.
Talibus [61] Ilioneus. Cuncti simul [62] ore fremebant
[63] Dardanidæ.
[64] Tùm brevitèr Dido, vultum [65] demissa, profatur: 565
[66] Solvite corde metum, Teucri: [67] secludite curas.
[68] Res dura, & [69] regni novitas me [70] talia cogunt
[71] Moliri, & [72] latè [73] finis custode tueri.
Quis genus Æneadum, quis [74] Trojæ nesciat urbem,
[75] Virtutesque virosque, aut [76] tanti incendia belli? 570
Non [77] obtusa adeò gestamus pectora Pœni:

48 Rex Siciliæ, Egestâ, Trojani Hippotæ filia & Criniso fluv. oriundus. 49 In litus seu terram trahere. *Deducere* autem est, in mare mittere: ut, Deducunt *naves socii*. 50 Legere trabes, & navibus aptare. 51 Ligna è silvis incidere, ex quibus fiant remi: ut lib. 4. 52 In Italiam. 53 Regionem, in quâ Saturnus latuit. 54 Ablata. 55 Ænea, qui ob paternum in tuos amorem patris nomen mereris. 56 Si etiam Iulus exstinctus est, cui regnum debebatur. 57 Maria Siciliæ. 58 Ab Aceste. 59 Ex quâ Sicania huc in Libyam vecti sumus. 60 Siciliæ. 61 Oravit, & dixit. 62 Assentiebantur fremitu oris, non concussione armorum, pro more militari: vel assentiebantur quidem, sed tamen ostendebant se ægrè ferre injurias sibi illatas. 63 Trojani à Dardano oriundi. Rursùm abrumpit sermonem, ut vel dolorem, vel iram Trojanorum exprimat. 64 Deindè, posquam Ilioneus peroraverat. Sequitur jam placida Didonis responsio. 65 Habens vultum deorsùm missum, propter verecundiam muliebrem; nam in 4. postquam solvit pudorem, hùc illùc solvit oculos. 66 Amovete, deponite. 67 Excludite sollicitudines de salvandis navibus. 68 Scil. fratris Pygmalionis odium & avaritia. 69 Quæ plerumque multas patitur difficultates. 70 Qualia conquesti estis vobis fieri. 71 Cum molimine facere. 72 Adversus Pygmalionem, Hiarbam, accolas. 73 Limites regni mei. 74 Ut suprà, *urbem Patari*. 75 Virtutes virorum: ut suprà, *molemque & montes*, Hendiadys. 76 Tàm diuturni. 77 Hebetia, crassa ingenia: ut quæ omnibus manifestissima sunt, ignoremus.

Nec

[78] Nec [79] tam [80] aversus equos Tyriâ Sol jungit ab urbe.
Seu vos [81] Hesperiam magnam, [82] Saturniaque arva,
Sive [83] Erycis fines, regemque optatis Acesten;
[84] Auxilio tutos [85] dimittam, opibusque juvabo.
Vultis & his [86] mecum pariter considere regnis?
[87] Urbem quam [88] statuo, [89] vestra est. [90] Subducite naves.
[91] Tros Tyriusque mihi nullo discrimine agetur.
Atque utinam [92] rex ipse [93] noto compulsus [94] eodem,
Adforet Æneas! equidem per litora [95] certos
Dimittam, & Libyæ [96] lustrare extrema jubebo;
Si quibus [97] ejectus silvis, aut [98] urbibus errat.
His animum arrecti [99] dictis & fortis Achates.
Et pater Æneas, [1] jamdudum erumpere nubem
Ardebant. [2] Prior Æneam compellat Achates:
Nate Deâ, quæ nunc animo sententia [3] surgit?
Omnia tuta vides, [4] classem, sociosque [5] receptos.
[6] Unus [7] abest, medio in fluctu quem vidimus ipsi

78 Qui regiones à Sole remotiores incolunt, stupidi sunt, & barbari. Aristot. 1. Polit. 79 Nec sumus in eâ remotissimâ orbis parte, ut non sint nobis nota gesta Trojanorum. 80 Longè remotus. 81 Italiam: quæ *magna Hesperia* dicitur, ad differentiam Hispaniæ. 82 In quibus Saturnus regnavit, id est, Latium. Respondet Dido ad illud, quod suprà Ilioneus dixit: *Italiam læti Latiumque petamus.* 83 Siciliam: cujus rex Eryx, Veneris & Butæ filius, lib. 5. 84 Nostro. 85 Abeundi potestatem dabo. Sal. *Deindè ei pollicitus operam suam, donum* dimittit. *Dimitto* propriè est, in diversa mitto. Hinc *dimissoriæ litteræ* vocatæ, quod per eas causa ad eum, qui appellatur est, mittitur. 86 Æquè atque ego confido. 87 Al. *Urbem quam statuo? vestra est:* hoc sensu: vultis urbem quam statuo? vestra est. 88 Ædifico. 89 Usu, & habitatione, id est, in eâ vobis habitare concedo, verum non regnare. 90 In terram trahite. 91 Trojanos eodem modo, quo Tyrios, regam. 92 Vester. 93 Vento. Synecd. namque ab Aquilone huc compulsi erant. 94 Quo vos estis advecti. 95 Fideles, qui hoc unum agant, ut Æneam inveniant. Cic. *quoties mihi* certorum *hominum potestas erit.* 96 Indagate, circumite. 97 Mari. 98 Vicinis. 99 Didonis. 1 Jam & paullò antè, cum socios vidissent, & Didonem loquentem audissent, rupta nube exire ex ea ardenter cupiebant. 2 Quam Æneas loqueretur. 3 Oritur, id est, quid nobis nunc faciendum censes? 4 Receptam. 5 Ex periculo in locum tutum. 6 Orontes: supra, *Unam quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem, Ipsius ante oculos, ingens à vertice Pontus In puppim ferit*, &c. 7 Desideratur.

Submersum: dictis respondent cetera [8] matris.
Vix ea [9] fatus erat, cùm circumfusa repentè
[10] Scindit se nubes, & [11] in æthera purgat apertum.
[12] Restitit Æneas, claraque in luce refulsit,
[13] Os, humerosque Deo similis: namque ipse decoram
[14] Cæsariem nato [15] genitrix, lumenque juventæ
[16] Purpureum, & [17] lætos oculis [18] adflarat [19] honores.
[20] Quale [21] manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
Argentum [22] Pariusve lapis [23] circumdatur auro.
Tùm [24] sic reginam alloquitur, cunctisque repentè
[25] Improvisus ait: [26] Coràm, quem quæritis adsum
Troïus Æneas, [27] Libycis ereptus ab undis.
[28] O [29] sola [30] infandos Trojæ miserata labores,
Quæ nos, [31] reliquias Danaûm, terræque, marisque
Omnibus exhaustos jam [32] casibus, omnium egenos,
Urbe, [33] domo, [34] socias. [35] Grates persolvere dignas
Non opis est nostræ, Dido: nec quidquam ubique est
Gentis Dardaniæ, [36] magnum quæ [37] sparsa per orbem.

8 Dixerat enim Venus: *Namque tibi reduces socios, classemque relatam Nuntio, & in tutum versis Aquilonibus actam.* 9 Achates. 10 Dividit: cum priùs nube recti fuissent Æneas, & Achates. 11 Evanescit in clarum ac purum aëra. 12 Absumpta nube. 13 Secundùm vultum, & humeros. Synecdoche. 14 Comam. 15 Venus. 16 Roseum viveo mistum: quale in juventa esse solet. 17 Claros, & nitidos, lætificantes oculos. 18 Sic ornarat ei oculorum venustatem, ut honor quidam additus videretur, & ipsi oculi honore digni viderentur. Sic & *honos* frondis, & pomi dicitur. 19 Ornatus. 20 Afflaret tale decus, *quale*, &c. *Quale per artem Inclusum buxo, aut Oricia terebyntho Lucet ebur*, lib. 10. 21 Artificis. 22 Marmor in insul. Paro natum. 23 Inauratur, & obducitur auro, quod flavum est. 24 In antedicto decore, scil. *Os, humerosque Deo similis.* 25 A nemine prævisus. 26 In conspectu vestro. 27 Maris Libyci. 28 Dido scil. 29 Exterorum: namque exceperat errantes Anius Helenus: sed hi propinquitate conjuncti, & amicitia. 30 Miserias Trojanorum tam magnas, ut enuntiari non possint. 31 Qui relicti sumus à Græcis. 32 Adversitatibus. 33 Asyndeton. 34 Socios facis, id est, & publico, & privato dignaris hospitio. 35 Referre gratias æquales meritis tuis non est nostræ facultatis, vel non possumus, ut velimus. 36 Etiamsi omnes Trojani adessemus, non possemus referre dignas his tuis beneficiis gratias, quantò minùs igitur nos qui tam pauci sumus. 37 Præsertim post Trojæ excidium. Sic Helenus tenuit Epirum, Antenor Venetiam: alii Sardiniam, &c.

Di

38 Di tibi, 39 si qua pios respectant numina, si quid
Usquam justitiæ est, & mens sibi conscia recti,
Præmia digna ferant. Quæ te tam læta 40 tulerunt
Sæcula? qui tanti talem genuêre parentes?
In freta 41 dùm fluvii current, 42 dùm montibus umbræ
Lustrabunt convexa, 43 polus dùm sidera 44 pascet;
Semper honos, nomenque tuum, laudesque 45 manebunt:
46 Quæ me 47 cumque vocant terræ. Sic fatus amicum
48 Ilionea 49 petit dextra, lævaque Serestum:
Post alios, fortemque Gyan, fortemque Cloanthum.
50 Obstupuit 51 primo aspectu 52 Sidonia Dido;
Casu deindè 53 viri tanto. Et sic 54 ore locuta est.
Quis te, nate Deâ, per tanta pericula casus
Insequitur? quæ vis 55 immanibus applicat oris?
Tune ille Æneas, quem 56 Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygii genuit 57 Simoëntis ad undam?
58 Atque equidem 59 Teucrum memini Sidona venire,
60 Finibus expulsum 61 patriis, nova regna petentem,
Auxilio 62 Beli. Genitor tùm Belus 63 opimam

38 *Naufragis & adveniis bene facimus*, inquit Seneca 1. lib. de Benefic. *Illi discedunt debitores, debitores nobis Deos delegant, precanturque, ut illi pro se gratiam referant.* 39 Si qua numina, quæ justitiam respiciunt, & rectas mortalium actiones, mentesque advertant. 40 Protulerunt. 41 Quamdiu. 42 Quamdiu umbræ circumibunt convexa, id est, latera, & ambitus montium. 43 Ex opinione veter. Philosophorum, qui putabant astra ali humoribus marinis, fluvialibus, terrenis. 44 Sustinebit, id est, quandiù cœlorum, & elementorum permanebit natura. 45 In memoria. 46 Ubicumque fuero. 47 Tmesis. 48 Qui tam facundè Æneam commendaverat, & rebus Trojanis consuluerat. 49 Tangit, apprehendit. 50 Sequitur honorifica Didonis responsio. 51 Primùm. 52 Ex Sidone profecta. 53 Æneæ, cui Venus divinos afflarat honores. 54 Pleonasmus: ve. quia priùs obstupendo multa secum locuta fuerat mente & animo. 55 Barbaris, scelesta fide, feris moribus, rapto viventibus: quorum injurias etiam nos novos incolas, cogit res dura amoliri, *& latè fines custode tueri.* 56 Dardano orto. 57 Scamandri fluvii. 58 Præoccupatio, quomodo sciat genus Æneæ. 59 Telamonis filium ex Hesione, Laomedontis filia: qui quoniam à Trojano bello fratris Ajacis mortem non ultis rediit, à patre non exceptus, Salamine exsul, Sidona venit, & cum patre meo Belo Cyprum insul. vastavit, ibique novam Salamina condidit: indè mihi nota omnia de Græcis & Trojanis. 60 Salamine urbe. 61 A patre Telamone irato, quod sine fratre Ajace contra suum mandatum domum rediisset. 62 Patris mei. 63 Pinguem, divitem.

Vastabat [64] Cyprum, & victor ditiône tenebat.
Tempore jam ex illo [65] casus mihi cognitus urbis
Trojanæ, nomenque tuum regesque [66] Pelasgi.
[67] Ipse [68] hostis Teucros insigni laude [69] ferebat,
Seque ortum [70] antiquâ Teucrorum ab stirpe volebat.
Quare agite, ò [71] tectis, juvenes, succedite nostris.
Me quoque per multos [72] similis fortuna [73] labores
Jactatam hac demùm voluit consistere [74] terrâ.
Non ignara mali, miseris succurrere disco.
[75] Sic memorat. Simul Æneam in regia ducit
Tecta: simul [76] Divûm templis indicit honorem.
Nec minus interea [77] sociis ad litora mittit
Viginti Tauros, magnorum [78] horrentia [79] centum
Terga suum, pingues [80] centum cum matribus agnos
[81] Munera, lætitiamque Dei!
At domus [82] interior [83] regali explendida [84] luxu
Instruitur, [84] mediisque parant [85] convivia tectis.
[86] Arte laboratæ [87] vestes, ostroque superbo:
Ingens [88] argentum mensis, cælataque in [86] auro

64 Insulam Veneri sacram. 65 Excidium, ruina. 66 Græci, ut Diomedes, aliique, quibuscum congressus es. 67 Teucer. 68 Ex parte patris. 69 Efferebat, extollebat. 70 Non tantum ab Hesione regis Laomedontis filiâ, sed à Teucro, qui in Troade cum Dardano genero regnavit: undè Trojani Teucri dicti. 71 Intrate tecta nostra. 72 Adversa: cùm & ipsa domo sim profecta, & per mare, terram quærens, erraverim. 73 Ærumnas. 74 Africâ, in quâ urbem condo. 75 Dido loquitur hoc modo. Post orationem Didonis, docet magnificentiam ejus in Trojanos, & apparatum convivii, Æneæ, & sociis exhibiti. 76 Jubet ob lætum adventum, & salutem Trojanorum diem festum agere, & supplicationes fieri. 77 Æneæ. 78 Sues centum, quorum terga setis horrebant, aut aspera sale. 79 Hecatomben intelligit, quam, qui navigarunt, vel navigaturi erant, faciebant. 80 Oves centum, & agnos totidèm. 81 Bacchi læta munera, vinum, quod cor hominis lætificat: ut infrà, *Adsit Lætitiæ Bacchus dator.* 82 Ad magnificentiam convivii facit recessus penitior. 83 Abundanti ornatu regiam majestatem decente. 84 In interiore parte domus. 85 Ministri Tyrii. 86 Vasis aureis. 87 Aulæa, stragulaque purpurea artificiosè facta extenduntur. 88 Scyphi, & alia vasa argentea, aureaque à cælatura, & vetustate pretiosa exponuntur mensis: ut in quibus origo, incrementa, & res gestæ regum Assyriorum insculpta fuerint.

For-

Fortia facta [89] patrum, [90] series longissima [91] rerum, 645
Per tot ducta viros antiquæ ab origine [92] gentis.
[93] Æneas (neque enim [94] patrius [95] consistere [96] mentem
Passus amor) rapidum ad [97] naves præmittit Achaten,
Ascanio [1] ferat hæc; ipsumque ad [2] mœnia ducat.
[3] Omnis in Ascanio [4] chari stat cura parentis. 650
[5] Munera præterea, Iliacis erepta ruinis,
Ferre jubet; [6] pallam signis auroque rigentem,
Et [7] circumtextum croceo velamen acantho,
Ornatus [8] Argivæ Helenæ: quos illa [9] Mycenis,
[10] Pergama cùm peteret, [11] inconcessosque Hymenæos, 655
Extulerat, matris Ledæ mirabile [12] donum.
Præterea [13] sceptrum, Ilione quod gesserat [14] olim,
[15] Maxima natarum Priami, colloque monile
[16] Baccarum, & [17] duplicem gemmis auroque coronam.
Hæc [18] celerans, [19] iter ad navis tendebat Achates. 660
At [20] Cytherea [21] novas [22] artis, nova pectore [23] versat
Consilia: ut [24] faciem mutatus & ora Cupido,

89 Majorum, à Belo primo usque ad Belum, Didonis patrem. 90 Sc. &c. 91 Gestarum. 92 Sc. *exponuntur mensis*. 93 Jam Ascanii mentionem facit Poëta. 94 Paternus: Pathos ab affectu paterno. 95 Quiescere, & tranquillam esse. 96 Æneæ. 97 Quas in litore reliquerat. * Mittit, antequam Dido sociis ad litora misit viginti tauros. 1 Referat, nunciet, quæ dicta ac facta sint. 2 Carthaginensia. 3 Scilic. *nam*. 4 A filio redamati. Securus de omnibus effectus Æneas, de solo jam videndo filio cogitabat. 5 Pretiosam supellectilem, undè munera faciat, quæ Didoni donet, ut eam quoque re aliquâ lætiorem faciat. 6 Chlamydem muliebrem signis aureis intertextis vix plicabilem. Hendiadys. 7 Cycladem, cujus ora prætexebantur aureo opere acanthum herbam referente. 8 Græcæ, Lacedemoniæ. Sic Hom. Ἀργείη Ἑλένη. 9 Lacedæmone, unde raptam esse constat Helenam. 10 Trojam, cujus muros Pergama vocant. 11 Paridis adultere, seu raptoris, thalamos matrimoniales: quia Menelao nupserat. *Hymenæus* Deus nuptiarum est. 12 Quod Leda fecerat, Helenæque aliquando dono dederat. 13 Regalem virgam jubet ferre. 14 Cùm Troja vigeret: vel antequàm nupsisset Polymnestori. 15 Major natu. 16 Margaritis ornatum. *Baccæ* sunt majores margaritæ, quod baccârum similitudinem referant. 17 Coronam auream duplici gemmarum ordine distinctam. 18 Celeritèr peragens. 19 Pergebat. 20 Venus. 21 Quales pro Æneâ nondùm exercuerat. 22 Τέχναι, dolos, qui tamen filio prodessent. 23 Agitat. 24 Secundum faciem & ora in similitudinem Ascanii.

Pro

[25] Pro dulci Ascanio venia; donisque [26] furentem
[26] Incendat reginam, atque [27] ossibus implicet ignem.
[28] Quippe domum [29] timet [30] ambiguam, Tyriosque [31] bilingues.
[32] Urit [33] atrox Juno, & [34] sub [35] noctem [36] cura [37] recursat.
Ergo his [38] aligerum dictis affatur [39] Amorem:
Nate, [40] meæ vires, mea magna potentia, solus,
Nate, [41] patris summi qui tela [42] Typhoëa [43] temnis;
Ad te confugio, & supplex [44] tua numina posco.
Frater [45] ut Æneas pelago tuus omnia circum
Litora jactetur, odiis Junonis iniquæ,
[46] Nota tibi: & [47] nostro doluisti sæpè dolore.
Hunc [48] Phœnissa [49] tenet Dido, [50] blandisque moratur
Vocibus: & vereor, [51] quò se [52] Junonia vertant
Hospitia, [53] Haud tanto cessabit cardine rerum.
Quo circa capere [54] antè [55] dolis, & cingere [56] flammâ
Reginam [57] meditor; ne [58] quo se numine mutet:

25 Loco Ascanii, qui Æneæ dulcis est. 26 In furorem amoris impellat, incendatque. 27 Medullis Didonis insinuet amoris ignem: ut infrà lib. 4. *caco capitur igni*. Item: *Est mollis flamma medullas*. 28 Quia certè. Ætiologia est, quare Venus cupiat Æneæ amore capi Didonem. 29 Ne ab infestæ Junonis odio incitati leves Tyrii res novas moliantur. 30 Cujus fides ambigua & suspecta est, & de quâ jure dubites, Græcis ne, an Trojanis faveat: quia *Varium & mutabile semper femina*, lib. 4. 31 Perfidos, fallaces, aliud clausum in pectore, aliud promptum in linguâ habentes. Undè Proverbium: *Punica fides*. 32 Incendit curis, sollicitam facit Venerem, ne in eâ urbe, in quâ ipsa colitur, Æneæ noceatur. 33 In Trojanos sæva. 34 Paullò antè. 35 Nox enim solitaria, & curarum parens. 36 Veneris. 37 Redit celeritèr in animum Veneris. 38 Alas gerentem, & velocem: quia nihil amante leviùs, nihil mutabiliùs invenitur. Lege Propert. lib. 2. Eleg. 12. 39 Cupidinem. 40 Quia sine amore Venerea voluptas commodè exerceri non potest. 41 Jovis fulmina. 42 Quibus Juppiter Typhoëum gigantem confecit. 43 Non times. 44 Divinam tuam potentiam. 45 Quomodò. 46 Scil. *res est*, id est, tu nosti. 47 Condoluisti nobis, & propter nos. 48 Ex Phœniciâ profecta. 49 Hospicio accepit. 50 Quibus parum fidei adhibendum est. 51 In quem exitum. 52 Carthaginensia, in quibus Juno colitur. 53 Non omissura est hanc occasionem, cujus in articulo & momento totius negotii sui quasi cardo vertitur. 54 Priusquàm Junonis instinctu Æneæ perniciem machinetur. 55 Arte Cupidinea. 56 Igne amoris. 57 Animo concipio. 58 Junonio, aut alio quovis numine sententiam mutet Dido.

Sed

Sed magno Æneæ [59] mecum teneatur amore.
[60] Quâ facere id [61] possis, nostram nunc accipe [62] mentem:
[63] Regius [64] accitu cari genitoris ad urbem
[65] Sidoniam [63] puer ire parat; mea [66] maxima cura;
[67] Dona ferens Pelago, & flammis restantia Trojæ.
[68] Hunc ego [69] sopitum somno super alta [70] Cythera,
Aut super [71] Idalium [72] sacratâ sede [73] recondam:
[74] Ne quâ scire dolos, [75] mediusve occurrere possit.
Tu faciem [76] illius noctem non amplius unam
[77] Falle dolo, & [78] notos [79] pueri puer indue vultus:
Ut, cùm te gremio accipiet [80] lætissima Dido,
[81] Regalis inter mensas, [82] laticemque Lyæum,
Cùm dabit amplexus atque oscula dulcia [83] figet,
Occultum inspires [84] ignem, fallasque veneno.
Paret [86] Amor dictis caræ genitricis, & [87] alas
[88] Exuit, & gressu gaudens incedit [89] Iüli.
At Venus Ascanio [90] placidam per membra quietem
[91] Irrigat, & fotum gremio Dea tollit in altos

59 Ut ego teneor, id est, indissolubili amore amet Æneam. 60 Quâ ratione. 61 Quod me velle dixi. 62 Sententiam, conceptum, consilium. 63 Ascanius, regis Æneæ filius, cui regnum Hesperiæ debetur. 64 Advocatu, & citatione. 65 Carthaginem, à Sidoniis & Tyriis conditam. 66 Spes nepotum, quibus debetur fato imperium Italiæ, Romæ, orbis. 67 Adferens secum dona, quæ reliqua sunt post jacturam factam in Pelago, & post incendium Trojæ, *Iliacis erepta ruinis*, scil. pallam, cycladem, sceptrum, monile, & coronam. 68 Ascanium, puerum regium. 69 Immersum somno profundo. 70 Insulam contra Spartam, in quâ Veneri templum à Phœnicibus conditum est. 71 Montem Cyprii, Veneri sacrum: undè Venus *Idalia* dicta est. 72 Ubi mihi sacrificatur. 73 Abscondam. 74 Ne aliqua ratione puer Ascanius agnoscere possit fraudem nostram. 75 Interventu suo importunus, & peragendo negotio molestus. 76 Pueri Ascanii. 77 Fallendo assume, & falso repræsenta, teque illi assimila. 78 Tibi, vel Trojanis. 79 Ascanii. 80 Propter dona, & pulchritudinem pueri. 81 Regali luxu splendidas. 82 Liquorum Bacchicum, id est, inter vina: ubi amor facilè solet conciliari. *Latex* propriè est humor aquæ, quod intra terræ venas *lateat*. 83 Firmitèr imprimet. 84 Amoris. 85 Incendio amoris, quòd per venas, ut venenum, diffluat. 86 Cupido, Deus amoris. 87 Pingitur enim Cupido alatus: undè suprà *Aliger* dictus est. 88 Deposuit. 89 Quo Iülus ingredi solet. 90 Lenem, non vehementem. 91 Infundit, irrigato scil. à fumo, & vaporibus, cerebro, quibus resolutis obstruuntur nervi & meatus sensorii, impediturque spirituum animalium fluxus.

Ida-

92 Idaliæ lucos ; ubi mollis amaracus 93 illum
Floribus , & 94 dulci adspirans complectitur umbrâ.
Jamque 95 ibat 96 dicto parens , & dona Cupido
Regia 97 portabat Tyriis , duce lætus Achate.
Cùm 98 venit , 99 aulæis jam se Regina 99 superbis
1 Aurea composuit 2 spondâ , 3 mediamque locavit.
4 Jam pater Æneas , & jam Trojana juventus
5 Conveniunt , 6 stratoque super discumbitur 6 ostro.
Dant famuli manibus 7 lymphas , 8 Cereremque canistris
Expediunt , 9 tonsisque ferunt 10 mantelia 9 villis.
11 Quinquaginta intùs famulæ : quibus ordine longo
Cura 12 penum struere , & 13 flammis adolere pènates.
Centum 14 aliæ , totidèmque pares ætate ministri ,
15 Qui dapibus mensas ònerent , & pocula 16 pònant.
Necnon & Tyrii per limina 17 læta 18 frequentes
Convenêre , 19 toris jussi discumbere pictis.
20 Mirantur dona Æneæ ; mirantur 21 Iülum ,
22 Flagrantesque Dei vultus , 23 simulataque verba ,

92 Silvæ. 93 Ascanium. 94 Suavitèr fragranti. 95 Carthaginem versus Cupido. 96 Matris Veneris, aut Æneæ. 97 Portanda curabat. 98 Ascanius cum muneribus. 99 In magnificis, & pretiosis tapetis, quæ vel parietibus appensa, vel sub camaris extensa erant, ad defendendum pulverem. Horat. Sat. 8. lib. 2. 1 Ipsa auratis vestibus ornata: vel, sponda aurea per Synæresin: quod magis placet. 2 Triclinio. 3 Qui locus in lecti discubitorii & triclinii ratione honestissimus: apud Numidas, inquit Salustius, præcipuè. Ergo Æneas in summo loco, ut in imo Ascanius falsus, quem *gremio fovet, inscia Dido Insideat quantus miseræ Deus.* 4 Describit convivium, apparatumque Didonis splendidissimum. 5 In triclinium ad convivium Didonis. 6 Lectis ostro, seu purpurâ stratis. 7 Aquas puras ad lavandas manus. 8 Et expeditè ministrant accipiendo è canistris panem. 9 Quibus villi erant tonsi, ut promptius tergerent. 10 Quibus manus tergerentur. 11 Multæ. 12 Victualia disponere, ordinare: undè *Structores* dicuntur, qui fercula componunt. 13 Ædes flammis, & thuris odore illustrare, ac suffire. 14 Famulæ erant. 15 Ideo ut. 16 Disponant, apponant; veteribus enim non in manus dabantur pocula, sed mensis apponebantur. 17 Lætitiam indicantia. 18 Multi numero. 19 Tyrii. 20 Cupidinem, quem putabant esse in Iülum. 22 Ardentes, amorem conciliantes etiam in Cupidine dissimulante Deum, & simulante puerum. 23 Quia videbantur ab Ascanio dici, cum tamen Cupido loqueretur.

Pal-

[24] Pallamque, & pictum [25] croceo velamen [25] Acantho.
Præcipuè infelix [26] pesti devota futuræ:
[27] Expleri mentem nequit, [28] ardescitque tuendo
[29] Phœnissa, & [30] puero pariter donisque [31] movetur.
[32] Ille, ubi complexu Æneæ colloque pependit,
Et magnum [33] falsi [34] implevit genitoris amorem;
[35] Reginam petit. Hæc oculis, hæc pectore toto
[36] Hæret; & interdùm gremio fovet, inscia Dido
[37] Insideat quantus [38] miseræ [39] Deus. At memor ille
[40] Matris Acidaliæ, paullatim [41] abolere Sichæum
Incipit, & [42] vivo [43] tentat prævertere amore
[44] Jam pridèm resides animos, [45] desuetaque corda.
[46] Postquàm [47] prima quies epulis, [48] mensæque remotæ;
Crateras magnos [49] statuunt, & vina [50] coronant.
[51] Fit strepitus tectis, [52] vocemque per ampla volutant
Atria: dependent [53] lychni laquearibus aureis
Incensi, & [54] noctem flammis [55] funalia vincunt.

24 Indumentum muliebre Didoni datum. 25 Aureo opere Acanthum herbam referente. 26 Amori exitiali, & pestifero destinata, qui medulas ejus exedit, & ad mortem eam impulit. 27 Habere mentem satiatam. 28 Amore incenditur. 29 Phœnicum regis filia, Dido. 30 Quem puerum esse putabat. 31 Ad amandum excitatur. 32 Cupido, in formâ Ascanii pueri. 33 Qui & ipse putabat hunc esse Ascanium suum. 34 Plenis indiciis significavit. Cic. explevit *desideriis exspectationem.* 35 Aggreditur: accedit ad Didonem. 36 Puerum contemplans & Æneam. 37 In sinu sedeat, vel insidias faciat. 38 Didoni. 39 Amoris. 40 Mandati sibi negotii à matre Venere, quæ *Acidalia* dicta ab *Acidalio* fonte Bœotiæ, Veneri, & Gratiis sacro. 41 Delere memoriam ac amorem in Sichæum priorem maritum: ut posteà Æneæ amorem supponat. 42 Redivivo & vehementi, aut vivi hominis. 43 Conatur præoccupare, Junonem præveniendo. 44 Jam à plusculo tempore, scil. à morte Sichæi jacentes, & nullo amore excitatos. 45 Ab officio amoris, id est, incipit amovere amorem defuncti, & inserere amorem Æneæ viventis. 46 Inter primam & secundam mensam vacat libationibus, hilaritati, Musicæ. 47 Facta erat. 48 Fercula prioris mensæ: namque in mensâ manente statuuntur crateres, & facta libatio. 49 Magna pocula vinaria convivæ ante se constituunt. 50 Corolla florea sertoque cingunt: aut mero ὑπερχείλια ad labrum usque pocula implent: vide quæ ad calcem 2. Georg. *Socii cratera coronant.* 3. *Ev. Anchises magnum cratera corond Induit.* 51 Vehemens sonitus pedum fit ab his, qui ministrando cursitabant, & vina adferebant. 52 Lætitiæ. 53 Lucernæ ardentes, aut lampades. 54 Tenebras noctis. 55 Funes cerati, & incensi.

Hîc

[56] Hîc regina [57] gravem gemmis, auroque poposcit,
Implevitque [58] mero, [59] pateram: [60] quam Belus & omnes
A Belo soliti. Tùm [61] facta silentia [62] tectis
[63] Juppiter, ([64] hospitibus nam te dare [65] jura [66] loquuntur) 735
Hunc [67] lætum Tyriisque diem, [68] Trojâque profectis
Esse [69] velis, nostrosque [70] hujus meminisse [71] minores.
Adsit [72] lætitiæ Bacchus dator, & [73] bona Juno,
Et vos ô cœtum Tyrii celebrate [74] favente.
[75] Dixit, & in mensam [76] laticum [77] libavit honorem, 740
[78] Primaque libato [79] summo tenus attigit ore.
Tùm [80] Bittæ [81] dedit [82] increpitans. Ille [83] impiger hausit
[84] Spumantem pateram, & [85] pleno se [86] proluit [85] auro.
[87] Pòst alii proceres. Citharâ [88] crinitus [89] Iopas
[90] Personat auratâ, docuit quæ maximus Atlas. 745
Hic canit I. errantem Lunam, II. Solisque labores:

56 Hoc tempore, quo sic omnes genio indulgebant. 57 Pateram ex auro gravem, gemmis distinctam, vetustate nobilem. 58 Puro vino. 59 Vas potorium patulum. 60 Quam Belus Friscus, & ab illo omnes reges Phœniciæ, descendentes usque ad patrem Didonis, qui etiam Belus dictus est, solebant implere in libationibus. 61 Quod omnes linguis favebant, ut in sacris mos est. 62 In quibus aureà fiebat strepitus maximus. 63 Dido libans precatur Jovem Xenium, id est, hospitalitatis Deum, Junonem Carthaginis præsidem, Bacchum lætitiæ datorem. 64 Recipientibus, & receptis hospitio. 65 Hospitalitatis, scil. quæ violare nefas erat. 66 Omnes homines. 67 Hilarem, & prosperum. 68 Trojanis. 69 Precamur ut velis. 70 Diei. 71 Posteros. 72 Vini, quod cor hominis lætificat. 73 Benigna. 74 Cum favore linguarum, & ludorum. 75 Dido. 76 Vinum, quod principatum inter latices omnes obtinet. 77 Obtulit. 78 Et cùm libasset, quod relictum erat, primo ore levitèr tetigit. 79 Modestè & verecundè. 80 Sacerdoti primo: *ut alii*, magistro equitum. 81 Pateram. 82 Moram arguens: ille ergò *impiger hausit*. 83 Ebibit celer. 84 Ex vino infuso: & ita plenam, cùm Dido vix eam attigisset. 85 Vino ex aurea patera plena, quæ gravis erat auro, & gemmis. 86 Vino conspersit: vel pateram auream super faciem suam invertit. 87 Posteà alii principes civitatis ebiberunt pateram. 88 Habens longos crines. Ex more cytharœdor. qui Apollinem præsidem suum crinitum æmulabantur. 89 Afrorum rex. 90 Musicâ utebantur olim Græci & Romani in conviviis. Canit ergò ab Atlante, summo Philosopho & astronomiæ peritissimo, edoctus carmen physicum. I. *Lunæ cursus varios secundum latitudinem, & altitudinem.* II. *Solis cursus, ascensus & descensus, undè longiores æstate dies, hiemæ breviores.* III. *Rerum ortus & interitus, hominum, cæterorumque animalium.* IV. *Causas meteororum.* V. *Cœli, siderumque motus, situs, ortus, obitus.*

Un-

III. Undè hominum [91] genus, & pecudes; IV. undè imber,
& [92] ignes; Bootes
V. [93] Arcturum, [94] pluviasque [95] Hyadas, [96] geminosque
Triones:
[97] Quid tantùm [98] Oceano properent se tinguere [99] Soles
* Hiberni: vel [1] quæ [2] tardis mora [3] noctibus obstet.
[4] Ingeminant plausu Tyrii, [5] Troësque sequuntur.
Necnon & vario [6] noctem sermone [7] trahebat
[8] Infelix Dido, [9] longumque [10] bibebat amorem;
Multa [11] super Priamo rogitans, [12] super Hectore [13] multa:
Nunc, quibus Auroræ [14] venisset filius armis:
[15] Nunc, [16] quales Diomedis [17] equi: nunc, [18] quantus Achiles.
Immò age, & [19] à primâ dic, hospes, origine nobis
[20] Insidias, inquit, [21] Danaûm, [22] casusque tuorum,
[23] Erroresque tuos. [24] Nam te jam [25] septima [26] portat
Omnibus errantem terris & fluctibus [27] æstas.

91 Primùm processerit: originem sc. ducentium, si fab. respiciantur, à Prometheo, aut à Deucalione & Pyrrâ. 92 Fulgura & fulmina. 93 Sidus illud pluv. exeitans, Booten & Arctophylaca. Is fuit Arcas, Jovis filius ex Calisto. 94 Pluviosas; undè & Græcè ὕαδες dictæ, ἀπὸ τῦ ὕειν, id est, *pluere*. 95 Stellas in effigie Tauri. 96 Et boves plaustra trahentes duos qui in Septentrione sunt. 97 Cur Sol hieme tam citò occidat, eoque dies breviores sint. 98 Magno mari, totum orbem circumfluente, in quod mergi videntur sidera. 99 Quamvis unicus sit Sol, quod tamen quotidiè oriatur tamquàm plures sint, *Soles* dixit. * Hiberno tempore splendentes. 1 Cur æstate dies longiores sint. 2 Tardè venientibus, cùm dies longiores sint: aut tardè decedentibus, si de noctibus hibernis loquitur. 3 Æstivis aut hibernis. 4 Multiplicant applausum, & vocem lætantium. 5 Post Tyrios plaudunt quoque Trojani. 6 Quam flammis funalia vincebant. 7 Protrahebat. 8 Propter futuram infelicitatem. 9 Tractim, sensimque, *vel* altè fixum, mansurumque & duraturum, donec ipsa viveret. 10 Imbibebat. 11 De. Sic l. 10. *Multa* super *Lauso rogitat*. 12 De facinoribus Hectoris. 13 Epanalepsis est. 14 Trojam. 15 Memnon, quem Tithonus, Laomedontis frater, ex Aurora suscepit. 16 Aliquando rogitans. 17 Ardentes sc. 18 Quos à Rhæso abstulit, *priusquam Pabula gustassent Trojæ, Xanthumque bibissent*. 19 Quam strenuus fuerit in bello. 20 A raptu Helenæ, vel insidiarum. 21 Argumentum 2. libri. 22 Græcorum. 23 Excidium. 24 Argumentum 3. libri. 25 Ætiologia est, cur errores suos narrare debeat. 26 7. annus inchoatus: namque sub fine ejusd. Iris sub persona Beroës impellens Troadas ad incendium navium, in Sicilia, ait l. 5. *Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas*. Hoc verò Dido vel ex Æneâ, vel ex aliquo sociorum cognoverat. 27 Adducit nobis. 28 Annus, Synecdoche.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS

LIBER SECUNDUS.

ARGUMENTUM.

Didonis voluntati morem gerens Æneas, excidii Trojani seriem narrat: ea est hujusmodi. Græci decimo belli Trojani anno attritis jam viribus, virtutique diffidentes, ad dolum confugiunt: nocteque ed, quæ urbis incendium antecessit, fugam simulantes, circa Tenedum latitant, relicto in agro Trojano equo ligneo tantæ magnitudinis, ut portis urbis recipi non posset: ejus utero lectissimum quemque procerum includunt. Trojani partim fraude Simonis impulsi, partim Laocoontis supplicio territi, diruta muri parte, equum in arce statuunt. Nocte intempestâ Græci è Tenedo profecti, per eam muri ruinam, quâ equus erat introductus, urbem invadunt. Sinon reserato equi utero armatos emittit: omnia ferro, flammisque fœdantur. Æneas interim ab Hectore in somnis admonetur, ut sibi fugâ consulat. Deosque patrios incendio eripiat. Ille tamen honestam mortem turpi fugæ præferens, frustra in arma ruit: satis felicitèr primus impetus succedit Trojanis, donec Choræbi consilium secuti, sumptis Græcorum armis, suorum telis obruuntur intered Priami regia oppugnatur, Priamusque ipse à Pyrrho Achillis filio interficitur. Æneas itaque frustrà tentatis omnibus, cum jam nihil spei reliquum esset sacra Anchisæ patri committit, eoque in humeros suos sublato, assumptisque Ascanio filio Creusâque uxore, fugam arripit. Græci à tergo insequuntur. In eo tumultu Creusam uxorem amittit: cujus quærendæ causâ, per totam urbem oberranti, obvia fit uxoris umbra, virumque mortis suæ certiorem facit: ipse ad socios revertitur, quò jam magnus virorum mulierumque numerus confluxerat, ejus auspicium, quocumque terrarum abducere vellet, sequi paratus.

[1] CONticuêre omnes, [2] intentique ora tenebant:
[3] Indè [4] toro [5] pater Æneas sic [6] orsus [7] ab alto:
[7] Infandum, regina, jubes renovare dolorem;
Trojanas [8] ut opes, & [9] lamentabile regnum
[10] Eruerint Danai; quæque ipse [11] miserrima [12] vidi, 6

1 Simul racuerunt tàm Tyrii, quàm Trojani. Opportune post strepitum & citharæ crepitum indicat silentium factum. 2 Ora in eum defixa cum silentio attendebant: & tum Hypallage est: pro *intenta ora* habebant: vel, *intenti*, id est, avidi ad audiendum res novas. 3 Deindè, silentio facto. 4 A summo lecti loco, in quo discubuit Æneas, ut in medio Dido, in imo Ascanius, 1. priore. v. *mediamque locavit.* 5 Ab honore & principâtu. 6 Loqui cœpit. 7 Ineffabilem. Sic I. 1. *O sola* infandos *Trojæ miserata labores.* 8 Quomodò. 9 Lamentatione dignum. 10 Everterint Græci. 11 Et jubes renovare *miserrima, quæ*, &c. 12 Ut narraturo, & fides & auctoritas concilietur, promittit se non audita, sed comperta, & visa commemoraturum.

Eruc-

E quorum pars magna fui. Quis talia fando,
[13] Myrmidonum, [14] Dolopum-ve, aut [15] duri [16] miles [17] Ulixei
[18] Temperet à lacrimis! & jam [19] nox humida cœlo
[20] Præcipitat, suadentque [21] cadentia sidera [22] somnos.
Sed si [23] tantus amor casus [24] cognoscere nostros, 10
Et breviter Trojæ [25] supremum audire [26] laborem;
Quamquam animus meminisse horret, luctuque [27] refugit;
[28] Incipiam. [29] Fracti bello, [30] fatisque repulsi
[31] Ductores Danaum, [32] tòt [33] jam labentibus annis,
[34] Instar montis [35] equum [36] divinâ Palladis arte 15

13 Durissimorum hominum, quales sunt Myrmidones, pop. Thessaliæ, & milites immitis Achillis: à rege Thessalorum *Myrmidone* sic dicti: vel, à formicis. Vide Ovid. 7. Metam. 14 Militum Pyrrhi, Achillis filii truculentissimi, quippe qui Priamum & liberos ejus interemit. 15 Crudelis. 16 Milites. Synecdoche. 17 Secundæ formæ declin. Nominativo tetrasyllabo Ulysseus, Ulyssei, contractè Ulyssi. 18 Abstinere possit. Amplificatio à majori. Hostis non temperet à lachrymis, quantò minùs civis. 19 Ab importuno. 20 Sc. *se*, aut præcipitatur, aut præceps ruit cœlo, aut in exitum tendit. Ovid. Trist. lib. 1. Eleg. 3. *Jamque moræ spatium nox* præcipitata *negabat*. 21 Ad occasum vergentia, exacta jam media nocte, & appropinquante aurora. 22 Scil. *inire*. 23 Tantum desiderium est tibi. 24 Cognoscendi. 25 Excidium. 26 Recusavit, & hoc pro recusat. Enall. temporis, præteritum pro præs. 27 Sc. *dicere*. 28 Labefactati. 29 Et quia perficere non poterant, quæ facta oportuit antè Trojæ excidium: quæ fata, secundum Servium, tria fuerunt, vita Troili, Palladii conservatio, & Laomedont. sepulcrum integrum, quod in Scæa porta fuit. 30 Principes belli, & qui ceteris præcipiebantur. *Tot jam volventibus annis, Ductores Danaûm delecti prima virorum*. Luc. 31 Decem. 32 Celeriter transactis. 33 In magnitudinem montis, id est, tàm magnum, ut mole suâ montem æquiparet. 34 Machinam subruendis muris: vel portam, cujus insigne equus, qua ab Antenore aperta immissi Græci: vel equitatus Græcor. à quo victi Trojani: vel mons Hippius, undè ex insidiis adorti exercitum Trojan. in urbem irruerint Græci: vel classis, quâ advecti. Plaut. in Rud. *Nempè equo ligneo per vias cæruleas estis advectæ*. Vel denique monstrum aliquod arietis, aut machinæ bellicæ, quam ab enormi magnitudine, particula *ἵππος*, intendit quasi *ἱππομηχανὴν*. Huius porro equi fabricatorum Epeum, Panopæ filium, fuisse ajunt, ex Palladis consilio: quæ Trojanis irata, cum spem omnem Græci potiundæ urbis Trojanæ abjecissent, hoc inventum Epeo suggessit, eique exercitus primores inclusit, sc. Menelaum, Ulissem, Diomedem, Thessandrum, Sthelenum, Athamantem, Thoantem, Mechaonem, Pyrrhum. Celebratur hic equus *Dureus* seu *Durateus*, scriptoribus, sed nominatim ab Hom. Od. 8. & Lucr. 1. de Nat. rer. Adjectivum Græcum est. Illi enim, quæ nos *ligna*, appellant *Δόρατα*: inde *Dureus* seu *Durateus*, id est, *ligneus*. 35 Maximo artificio Palladis.

Ædificant: [35] sectaque intexunt abiete [37] costas.
[38] Votum pro reditu simulant. Ea fama [39] vagatur.
[40] Hùc delecta virûm [41] sortiti corpora [42] furtim
Includunt [43] cæco [44] lateri, penitùsque [45] cavernas
Ingentis, uterumque [46] armato milite complent.
Est in [47] conspectu [48] Tenedos, notissima famâ
Insula, [49] dives opum, Priami dùm regna [50] manebant;
Nùnc tantùm [51] sinus, & [52] statio malefida carinis:
[53] Hùc se provecti [54] deserto in litore [55] condunt.
Nos abiisse rati, & vento petisse [56] Mycenas.
Ergo omnis [57] longo solvit se Teucria luctu:
[58] Panduntur portæ. [59] Juvat ire, & [60] Dorica castra,
Desertosque videre locos, litusque relictum.
[61] Hîc [62] Dolopum manus, hic sævus [63] tendebat Achilles:
[64] Classibus hic locus: hîc [65] acie certare solebant.
[66] Pars stupet innuptæ donum exitiale Minervæ,

36 Fissâ. 37 Equi. 38 Simulant equum habere rationem voti pro felici navigatione in Græciam, cum inscriptione: *Danai Minervæ dono dant.* Higinus fab. 108. *Stipant graves Equi recessus Danai, & in voto latent.* Petronius, & mox: *Ibat juventus capta, dum Trojam capit.* 39 Per urbem, id est, vulgò dicunt illum equum Palladi vorum. 40 Ad hoc munus. 41 Postquàm misissent sortes. 42 Per insidias, clanculum. 43 Tenebroso: ita ut in eo nihil videatur. 44 Equi. 45 Latebras. 46 Multis militibus armatis. Singularis pro plurali. 47 Trojæ, id est, è regione, ex opposito, contra Trojam. 48 Significat locum, in quo abditus latuit Græcorum exercitus, cùm Trojam insidiis adorirentur. 49 Divitiarum plena. 50 Stabant. 51 Angulus maris. 52 Receptaculum, ubi ad tempus naves stant, non satis tutum navibus: propter rundum vadosum, vel piratas, qui se illic abscondunt. 53 In hanc insulam per speciem fugæ ductores Danaûm vecti per naves. 54 Tenedi scil. quæ cultoribus vidua, Achilli in prædam concessa erat. 55 Abscondunt. 56 Græciam. Synecdoche. 57 Tristitia decennali se Troja liberat. 58 Aperiuntur, quæ tempore belli clausæ erant. 59 Plurima delectantur egredi. 60 Quæ Græci illi reliquerant. *Doris* autem Græciæ regio est, media inter Thessaliam & Æoliam. 61 Docet Æneas, quid viderint Trojani, jam portis egressi. 62 Exercitus sociorum Pyrrhi. Verba sunt Trojanorum visentium castra relicta ab hostibus. 63 Tentoria habebat; castrametatus fuerat. 64 Manipulis, seu ordinibus equitum in classes distributorum, id est, hic exercebantur equites. 65 Præliantium. 66 Pars Trojanorum, egressorum cum stupore aspicit equum tàm magnum, quem ad exitium Trojæ simulabant Græci se velle dare Minervæ perpetuæ virgini, quæ nunquam nupsit.

Et

Et molem mirantur equi : primusque [67] Thymoetes
[68] Duci intra muros hortatur, & [69] arce locari ;
Sive [70] dolo, seu jam [71] Trojæ sic fata [72] ferebant.
At [73] Capys, & quorum melior sententia menti,
Aut [74] Pelago Danaûm insidias [75] suspectaque dona
Præcipitare jubent, subjectisque urere flammis :
Aut [76] terebrare cavas [77] uteri, & [78] tentare latebras.
[79] Scinditur [80] incertum studia in contraria vulgus.
Primus [81] ibi ante omnis, magnâ comitante [82] catervâ,
[83] Laocoön [84] ardens summâ decurrit ab [85] arce:
Et [86] procul, ô miseri, quæ tanta [87] insania, cives?
Creditis [88] avectos hostis ? aut ulla puratis
Dona carere dolis Danaûm ? [89] sic notus [90] Ulyxes?
Aut hoc inclusi [91] ligno occultantur Achivi,
Aut hæc [92] in nostros fabricata est machina muros ;
[93] Inspectura domos, [94] venturaque [95] desuper urbi;
Aut aliquis [96] latet [97] error. Equo ne [98] credite, Teucri.
[99] Quicquid id est, timeo Danaos [100] & * dona ferentes.
Sic ** fatus, validis ingentem viribus hastam

67 Vir Trojanus. 68 Equum. 69 Summo templo Palladis. 70 In ultionem scil. crudelitatis Priami, qui Thymœtis uxorem cum infante interficiendos curaverat. 71 Quæ erant de excidio Trojæ. 72 Constituebant sic, ut id horraretur in perniciem suam. 73 Unus Trojanorum principum : cui hoc nominis inditum ab avo Æneæ paterno. 74 In pelagus præcipitare, id est, submergere. 75 De dolo. 76 Perforare. 77 Alvi equinæ. 78 Penitus experiri. 79 Dividitur. 80 Instabile. 81 Eo tempore coram omnibus, quo nonnulli censerent in arce locandam esse. 82 Populi. 83 Vates & sacerdos Apollinis. 84 Zelo patriæ defendendæ, aut irâ. 85 Ἀ'κροπόλει : cui præses Pallas : infrà *summasque petunt Tritonidis arces.* 2. Ecl. *Pallas, quas condidit arces, Ipsa colat.* 86 A longè, & in cursu exclamavit, *ô miseri*, &c. 87 Scil. *est vobis?* Insanorum enim est contra se sentire. 88 Recessisse. 89 Tàm male : ut audeatis dona ejus, ruptis muris vestris, immittere in arcem? 90 Qui mendici habitu Trojam ingressus est ad explorandum ejus situm & statum, tum etiam ad surripiendum Palladium. 91 Ligneo equo. 92 In perniciem atque eversionem nostrorum murorum. 93 Ut perspiciat per eos, qui in eâ latent, domos nostras. 94 Quæ defensores mœnium desuper urbi ventura opprimat. 95 Utpote mœnibus ipsis altior. 96 In hoc equo. 97 Dolus alius. 98 Confidite. 99 Sive equus, sive donum censeri debeat. Epiphonema. 100 Tùm quoque, cùm dona se offerre simulant. * Ἐ'χθρῶν δ' ἄδωρα δῶρα καὶ οὐκ ὀνήσιμα. Sophocl. Ajax. ** Laocoon.

In latus, inque [1] feri curvam compagibus alvum
Contorsit. Stetit [2] illa tremens, uteroque [3] recusso
Insonuêre cavæ [4] gemitumque dedêre cavernæ.
Et, si fata Deûm, si [5] mens non [6] læva fuisset,
[7] Impulerat [8] ferro [9] Argolicas fœdare latebras: 55
[10] Trojaque nùnc [11] stares, Priamique arx alta maneres.
[12] Ecce, manus [13] juvenem [14] intereà post terga [15] revinctum.
Pastores magno ad regem clamore trahebant
Dardanidæ: qui se [16] ignotum [17] venientibus ultrò,
[18] Hoc ipsum ut [19] strueret, Trojamque [20] aperiret Achivis, 60
Obtulerat, [21] fidens animi, atque [22] in utrumque paratus,
Seu [23] versare dolos, seu certæ occumbere morti.
Undique [24] visendi studio Trojana juventus
[25] Circumfusa ruit, [26] certantque illudere capto.
[27] Accipe nùnc Danaûm insidias, [28] & crimine ab uno

1 Equi quadrupedis: ab eo quod toro corpore *feratur*. Al. *feræ*. 2 Hasta vacillans. 3 Ab armatis, qui intùs concutiebant, postquàm uterus foris concussus fuerat. 4 Sonitum. 5 Scil. ejus, qui sonitum perceperat. 6 Inimica Trojanis, pessima pro optimis sequens, si non fuisset arrepta in deteriora consilia, sed sibi constitisset. Nam *mens læva* in eos proverbii vice usurpatur, qui pessima pro optimis & sectantur & deligunt: optima rursum, ut pessima, repudiantes. Vide quæ nos ad Flor. pag. 101. 7 Illa impulisset Laocoonta, Enallage modi. 8 Hastæ. 9 Dilacerare (jam audito armorum sono) latebras, in quibus Græci latitabant. 10 Apostrophe ad Trojam. 11 Floreres, non diruta esses, si hoc fecisset Laocoon. Sicut enim urbes, cùm dirutæ sunt, dicuntur *jacére* & *credere*; ut apud Ovid. Ep. 1. *Troja* jacet *certè*: ita cum ædificantur, aut florent, dicuntur *stare* aut *surgere*: ut lib. 1. *Surgentemque nova Carthaginis arcem*. 12 Attentionis vim habet: atque usurpatur à Poëta, quoties singulare quiddam est dicturus. 13 Sinonem. 14 Dùm proceres sic dubitarent, an equus inducendus esset. 15 Habentem manus iterùm atque vinctas, ne forte elaberetur. 16 Quem non noverant esse Græcum. 17 Ad se capiendum. 18 Ut caperetur: vel, has ipsas insidias. 19 Sumpta est Metaphora à cæmentariis & fabris. 20 Per immissionem equi. 21 Habens animum confidentem. 22 Ad utramque fortunam instructus. 23 Versutè exercere seu exsequi. 24 Videndi cum cupiditate. 25 Dispersa celeritèr accurrit. 26 Juvenes Trojani certatim contendunt. 27 Audi, intellige. 28 Et ex hoc scelere, vel ex uno scelesto conjecturam facias universæ gentis Græcorum. A minori argumentatur, Q. d. si tantum dolis efficere potuit unus Sinon: quid multos vel plurimos Græcos facere existimabis?

Dis-

Disce [29] omnis. 65
Namque, [30] ut [31] conspectu in medio [32] turbatus inermis
Constitit, atque [33] oculis [34] Phrygia agmina circumspexit:
Heu, quæ nunc tellus, inquit, quæ me æquora possunt
[35] Accipere? aut quid jam misero mihi denique restat?
[36] Cui neque apud Danaos usquàm locus: insuper ipsi 71
[37] Dardanidæ infensi [38] pœnas cum sanguine poscunt.
Quò [39] gemitu [40] conversi [41] animi, compressus & omnis
[42] Impetus. [43] Hortamur fati, [44] quo sanguine cretus,
Quid-ve [45] ferat, memoret, quæ sit fiducia [46] capto. 75
(Ille hæc, [47] depositâ [48] tandem formidine, fatur.)
Cuncta equidem tibi, Rex (fuerit [49] quodcumque) fatebor
Vera, inquit: neque me [50] Argolicâ de gente negabo.
[51] Hoc primùm. [52] Nec, si miserum fortuna Sinonem
[53] Finxit, vanum etiam mendacemque [54] improba finget.
Fando [55] aliquod si fortè tuas pervenit ad auris 81
[56] Belidæ nomen [57] Palamedis, & [58] inclyta famâ
Gloria: [59] quem [60] falsa sub proditione [61] Pelasgi

29 Scil. *insidias*. 30 Postquam. 31 Priami, & ceterorum principum. 32 Quasi turbatus & attonitus. 33 Pleonasmus. 34 Multitudinem Trojanorum agminatim circumstantium. 35 Immergere, & devorare. 36 Mihi misero. 37 Trojani, apud quos spem meam reposueram. 38 Tormenta, & mortem. 39 Sinonis. 40 Ad commiserationem sunt. Respicit ad illud suprà: *Certantque illudere capto*. 41 Trojanorum. 42 Illusio. 43 Non proceres damus animum ut fertur. 44 Quo genere ortus sit. 45 Adferat. 46 Cùm captus sit. 47 Quam simulabat se deponere. 48 Post aliquam moram. 49 Sive pro me, sive contra me. 50 Græca: quod primum contra me est. 51 Scire & credere te velim. 52 Mirus artifex viam sibi ad insidias struit; qui, ubi se veracem profitetur maximè, tùm mentiatur maximè; sed dolis ita consarcinatis, ut falsis vera misceat; hæc illis fidem faciant. 53 Fecit. 54 Quæ bonis mala, & malis bona retribuit. 55 De aliquâ re. Al. *aliquod*. 56 A Belo orti, de genere Beli: Belus enim Danai pater fuit & Ægypti: undè Danai quinquaginta filiæ *Belides* dictæ sunt. Ex quarum unâ Amymone, Neptunus genuit Nauplium Palamedis patrem. 57 Hic fertur Trojano bello 4. litteras invenisse, scil. θ, ξ, χ, φ. 58 Excellens, ac illustris. 59 Cujus prudentiæ cùm invideret Ulysses, detectus ab illo infamiæ simulatæ, atque in frumentatione illi inferior, struxit Palamedi insidias, accusavit proditionis, prolatis litteris adulterinis, & auro, quod in illius tentorio abscondi curaverat, effoso: undè à Græcis Palamedes saxis est obrutus. Vide Ovid. 13. Met. 60 Sub falsò crimine. proditionis. 61 Græci.

[62] Insontem, [63] infando indicio, quia bella vetabat,
[64] Demisêre neci: nùnc [65] cassum lumine lugent.
Illi me comitem, & [66] consanguinitate propinquum,
Pauper in [67] arma pater primis [68] hùc misit ab annis.
[69] Dùm stabat regno incolumis, [70] regumque vigebat
[71] Consiliis: & [72] nos aliquod [73] nomenque decusque
Gessimus. [74] Invidiâ postquàm [75] pellacis Ulixei
([76] Haud ignota loquor) [77] superis [78] concessit ab oris;
[79] Afflictus vitam in tenebris, luctuque trahebam,
Et [80] casum insontis mecum indignabar amici.
Nec tacui [81] demens: & me, [82] fors si qua [83] tulisset,
Si [84] patrios umquam remeâssem [85] victor ad Argos,
[86] Promisi ultorem: & [87] verbis odia aspera movi.
Hinc mihi prima mali [88] labes: hìnc semper Ulixes
[89] Criminibus terrere novis: hìnc spargere voces
In volgum [90] ambiguas, & quærere [91] conscius [92] arma.
Nec requievit enim, [93] donec [94] Calchante [95] ministro.
Sed quid ego [96] hæc autem nequidquam [97] ingrata [98] revolvo?

62 Cùm innocens esset. 63 Testimonio proditionis ejus detestando. 64 Lapidibus obruerunt. 65 Privatum vita, id est, mortuum: quod falsò narrat Sinon. 66 Falsum: namque Ulyssis erat propinquus filius Æsimi, fratris Anticlæ, quæ Ulyssis mater. 67 Gerenda. 68 Ad hanc civitatem. 69 Dùm Palamedes unus ex regionibus erat. Palamedi enim delatum est subindè summum imperium, Agamemnoni abrogatum. 70 Græcorum. 71 Prudentissimorum virorum. 72 Græca juventus. 73 Quod jam amisimus. Pathos à fortuna. Vide Macrob. Sat. lib. 4. cap. 3. 74 Affectus movet à causâ, quòd nullo suo merito Palamedes neci deditus fuerit, sed mera invidia Ulyssis. 75 Quoslibet in perniciem allicientis. 76 Liptote. 77 Interfectus est. 78 Ad inferos. 79 Casu amici. 80 Mortem Palamedis innocentis tacitus in animo meo ægrè ferebam. 81 Postèà factus demens ex dolore. 82 Fortuna. 83 Attulisset occasionem. 84 Quæ mihi patria est. 85 Voti compos. 86 Minatus sum me ultorem fore. 87 Concitavi mihi Ulyssis odium. 88 Occasio provenit. 89 Criminationibus. 90 Periculosas, capitales, dubias: quia non audebat manifestè mortem minari. 91 Malì facti. 92 Sua, id est, artes dolosque, quibus me quoque è medio tolleret. 93 Scil. *me destinavit aræ*. Aposiopesis: de quâ Macrob. Sat. lib. 4. cap. 6. 94 Vate, & augure præstantissimo, Thestoris filio, qui cùm Græcorum ducibus ad Trojam venerat. 95 Illi ad hoc, quod volebat, obsequente. 96 Infortunia mea. 97 Nullam mihi gratiam, nullam veniam à vobis impetratura. 98 Commemoro.

Quid-

Quid-ve [1] moror? [2] si omnes [3] uno ordine habetis Achivos,
Idque audire sat est; jamdudùm sumite pœnas.
[4] Hoc Ithacus velit, & [5] magno mercentur Atridæ.
Tùm verò [6] ardemus scitari, & quærere [7] caussas,
Ignari scelerum tantorum, artisque [8] Pelasgæ.
[9] Prosequitur pavitans, & ficto [10] pectore fatur;
Sæpè fugam Danai Trojâ cupiêre relictâ
[11] Moliri, & longo fessi [12] discedere bello.
Fecissentque utinàm! sæpè illos [13] aspera Ponti
Interclusit hiems, & terruit [14] auster [15] euntis.
Præcipuè cùm jam hic trabibus contextus [16] acernis
[17] Staret equus, [18] toto sonuerunt [18] æthere [19] nimbi.
[20] Suspensi [21] Eurypylum scitatum oracula Phœbi
Mittimus, isque [22] adytis hæc [23] tristia dicta reportat.
[24] Sanguine [25] placastis ventos, & [26] virgine [27] cæsâ,
Cùm primùm [28] Iliacas Danai venistis ad oras:
[29] Sanguine quærendi reditus, [30] animâque [31] litandum

1 Differo mortem meam. 2 Si ex æquo Græcos omnes hostili odio prosequimini, jam satis audivistis, quod ultrà dicturus eram in rem vestram, non valebit ad gratiam: proinde oportuit jampridèm de me sumpsisse pœnas: pergratum hoc erit Ulyssi Ithacensi, qui Ithacæ regnavit, & Atridis. 3 Æquali affectione. 4 Ut sumatis de me pœnas. 5 Magno pretio emant. 6 Ardenter cupimus. 7 Ob quas Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ mortem ejus. 8 Græcanicæ, cujus est mentiri & fallere. 9 Sinon prosequitur sermonem suum pavitanti simili. 10 Simulato. 11 Attentare. 12 Troja. 13 Incommoda, & procellosa maris tempestas coërcuit ab ingressu maris. 14 Species pro genere. 15 Ire incipientes, aut volentes. 16 Ex acere arbore assumptis. 17 Erectus esset. 18 Per totum aëra. 19 Tempestates caligine, tonitru, fulgure mixtæ, quæ religionem objecerunt, & navigandi metum. 20 Nos dubii & solliciti. 21 Filium Astyoches, quæ soror Priami, vatem Herculis celebrem. 22 Locis templi secretioribus, quæ nemini, præterquàm sacerdoti, ingredi licebat: ex ἀ priv. & βάω, id est, *ingredior*. 23 Oracula horrenda omnibus Græcis. 24 Effusione sanguinis Iphigeniæ. 25 Sedastis. 26 Iphigenia, Agamemnonis filia, quam sibi immolandam poscebat Diana, indignata Agamemnoni ob cervam sibi sacram ab illo in Aulide cæsam, ventosque negarat. Cujus tamen Dea misserta, cervam illius loco summisit. 27 Occisa, aut simulatione quadam occisâ loco ejus cerva, ut diximus. 28 Ad Trojam, aut in Aulidem, Bœotiæ portum. 29 Græci hominis immolatione. 30 Duo, inquit Macr. 3. l. 5. c. sunt hostiarum genera: unum, quo per exta voluntas Dei disquiritur: alterum, in quo sola anima Deo sacratur. 31 Sacrificio facto numen placandum.

Argolicâ. Volgi quæ [32] vox ut venit ad auris,
Obstupuêre [33] animi, [34] gelidusque per [35] ima cucurrit
Ossa tremor [36] cui fata parent, quem poscat Apollo.
[37] Hîc [38] Ithacus vatem magno Calchanta tumultu
[39] Protrahit in medios [40] quæ sint ea [41] numina Divûm
Flagitat. Et mihi jam multi crudele [42] canebant
Artificis scelus, & [43] taciti [44] ventura videbant.
[45] Bis quinos silet [46] ille dies, [47] tectusque recusat
Prodere voce suâ quemquam, aut opponere morti.
Vix tandèm magnis Ithaci [48] clamoribus actus,
[49] Compositò rumpit vocem, & [50] me destinat aræ.
Assensere [51] omnes: &, quæ [52] sibi quisque timebat,
Unius in [53] miseri exitium [54] conversa [55] tulêre.
Jamque dies [56] infanda aderat: mihi [57] sacra [58] parari,
Et [59] salsæ fruges, & circum tempora [60] vittæ.
Erîpui (fateor) leto me, & vincula rupi:
[61] Limosoque lacu per noctem [62] obscurus in [63] ulvâ
Delitui, dùm vela darent, si fortè dedissent.
Nec mihi jam [64] patriam antiquam spes ulla videndi,
Nec dulcis [65] natos, exoptatumque parentem:
Quos [66] illi [67] fors ad pœnas [68] ob nostra reposcent

32 Sententia oraculi. 33 Vulgi. 34 Timore frigefactus. 35 Interiora. 36 Verebantur enim, cui fata mortem destinent. 37 Hoc tempore. 38 Ithacensis Ulisses. 39 Invitum atque adeò resistentem. 40 Et rogat, quid aut quem sibi Dii per talia oracula immolari poscant. 41 Oracula. 42 Prædicebant mihi mortem ex factione artificis Ulyssis. 43 Tacentis. 44 Quæ evenirent. 45 Decem. 46 Calchas. 47 Domi suæ abditus, renuit indicare suâ voce quemquam, aut destinare ad cædem. 48 Flagitationibus impulsus. 49 Pactus, coactusque ab Ulysse, non oraculi jussu, erumpit in vocem: & dictum est per contrarium: rumpitur enim silentium, non vox: ut, *Quid me alta* silentia *cogis* Rumpere? *Vocem* verò *rumpere*, est tacere. 50 Adjudicat me sacrificio faciendo Dianæ: cujus capite secundus ventus in patrium solaturis redimeretur. 51 Græci. 52 In se posse converti. 53 Mei Sinonis, *qui miser sum*. Pathos à suâ persona. 54 Scilicet *esse*. 55 Libentèr passi sunt. 56 Detestanda: quâ immolandus eram antè ares. 57 Præparatoria ad sacrificium. 58 Scil. *cæperunt*, aut parabantur. Infrà: *Nos pavidi* trepidare *metu*. 59 Mola, ex farina & sale facta, qua victimæ frons, cultrui, & foci spargebantur. 60 Fasciæ, *sive ornamenta capitis*, quibus victimæ obnubebantur. 61 In lacu cœnoso. 62 Per obscuram noctem. 63 Herbâ palustri. 64 Ætoliam charam, aut pristinam. 65 Liberos. 66 Infensi Danai. 67 Fortè. 68 Quia ego effugi.

Effu-

Effugia, & culpam [69] hanc [70] miserorum morte [71] piabunt.
[72] Quod [73] te per superos, & conscia [74] numina [75] veri,
[76] Per, si qua est, quæ restet adhuc mortalibus usquam
[77] Intemerata fides, oro miserere [78] laborum
Tantorum: miserere animi [79] non digna ferentis.
[80] His lacrimis vitam damus, & miserescimus [81] ultrò.
Ipse [82] viro primus [83] manicas, atque [84] arta [85] levari
Vincla jubet Priamus; dictisque ita fatur amicis:
Quisquis es, amissos [86] hinc jam obliviscere Grajos;
[87] Noster eris: mihique hæc [88] edissere [89] vera roganti.
[90] Quo [91] molem hanc immanis equi [92] statuêre? [93] quis auctor?
Quid-ve [94] petunt? quæ [95] relligio? aut quæ [96] machina belli?
[97] Dixerat. Ille [98] dolis [99] instructus & arte * Pelasgâ,
Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas.
Vos, [1] æterni ignes, & [2] non violabile vestrum
Testor numen, ait: vos [3] aræ, ensesque [4] nefandi,
Quos fugi, [5] vittæque Deûm, quas hostia gessi;
[6] Fas mihi [7] Grajorum [8] sacrata resolvere jura,

69 Meam. 70 Innocentium liberorum. 71 Purgabunt. 72 Propter quod. Peroratio affectuum plena. 73 O Rex. 74 Deos. 75 Veritatis. 76 Per fidem inviolatam te oro. Anaphora. 77 Inviolata. 78 Calamitatum tantarum. 79 Indigna patientis: quia non sum dignus sacrificari. 80 Hujusmodi, sic simulatis. Ostendi, quomodò Sinon in gratiam receptus sit, utque interrogatus fit à Priamo de equi causa. 81 Non sponte (jam enim rogati erant) sed insuper. 82 Ei, qui virilitèr locutus fuerat. 83 Ligaturas manuum. 84 Arctè ligata. 85 Dissolvi. 86 Ex hoc tempore. 87 Civis noster, juris nostri: allusum ad verba Imperatoris Rom. transfugam in fidem suam recipientis, teste Livio. 88 Eloquêre. 89 Veraciter, aut dic ea vera. 90 Quare, ad quem finem. 91 Ingentem magnitudinem. 92 Græci construxerunt. 93 Epeus ex consilio Palladis eum fabricavit. 94 Per eum. 95 Religiosa oblatio. 96 Scil. *est in eo equo*; id est, an religione, an belli causâ factus est! 97 Priamus. 98 Sinon. 99 Institutus, atque armatus. * Fraudulentâ, Pelasgis, seu Græcis propria. 1 Vestales. Alii *sidera* intelligunt, ad quæ suspiciens palmas sustulit. 2 Obtestor vestram potestatem divinam, quam violare nefas est. 3 Ad quas mactandus eram. 4 Quibus nefariè debebam mactari. 5 Vittæque, quas Diis devota hostia gessi: nam vittatus fugi. 6 Ego obtestor, quòd fas est mihi. 7 Ejurare, & revelare Græcos, & sacramenta eorum, quibus obligor. 8 Juramenta.

Fas,

Fas, odisse [9] viros, atque omnia [10] ferre sub auras,
Si quas [11] tegunt: [12] teneor patriæ nec legibus ullis.
Tu modò [13] promissis maneas, [14] servataque serves
Troja fidem; si vera [15] feram, si [16] magna rependam.
Omnis spes Danaûm, & cœpti fiducia belli
Palladis auxiliis semper [17] stetit: [18] impius ex quo
[19] Tydides, sed enim, scelerumque inventor Ulixes
[20] Fatale [21] aggressi sacrato [22] avellere templo
[23] Palladium, cæsis summæ custodibus [24] arcis,
Corripuêre [25] sacram effigiem, manibusque [26] cruentis
[27] Virgineas ausi [28] divæ contingere vittas:
[29] Ex illo [30] fluere ac [31] retrò sublapsa referri
Spes Danaûm: fractæ [32] vires, [33] aversa Deæ mens.
[34] Nec dubiis ea [35] signa dedit [36] Tritonia monstris.
[37] Vix positum [38] castris simulacrum; [39] arsêre [40] coruscæ
Luminibus [41] flammæ arrectis, salsusque per [42] artus
Sudor iit: terque ipsa [43] solo (mirabile dictu)
[44] Emicuit, [45] parmamque ferens, hastamque [46] trementem.
[47] Extemplò tentanda fuga canit æquora [48] Calchas:

9 Qui mihi mortem paraverunt. 10 Patefacere. 11 Teguntur: vel si qua Graji tecta, & secreta habent: ob ea quæ latent in equo. 12 Propter cædem, quam volebant mihi inferre mei. 13 Non recedas à promissâ mihi salute. 14 Ab excidio, per ea quæ dicturus sum. 15 Adferam aut dicam. 16 Beneficia scil. detegendo arcana Græcorum. 17 Reposita est. 18 Sed enim ex quo tempore impius Tydides, &c. 19 Diomedes Tydei filius. 20 De quo in fatis erat Trojam non posse capi, dum illud haberet. 21 Attentantes. 22 Avertere. 23 Simulacrum Palladis, movens oculos, atque hastam, quam manu gestabat: quod Diomedes, & Ulysses cuniculis, vel (ut alii dicunt) cloacis ascenderunt in arcem, & occisis custodibus simulacrum sustulerunt. 24 In quâ templum hoc erat. 25 Palladium. 26 Sanguinolentis, propter Palamedem ipsius astuto consilio interfectum. 27 Palladis *ἀεὶ παρθένου, μιθονύμφου.* 28 Quas Diva in capite gerebat. 29 Post illud tempus. 30 Dilabi cœpit. 31 Id est, nullam habuit prosperitatem. 32 Danaum. 33 Et favor Palladis est aversus à Danais. 34 Imò certis & manifestis. 35 Indignationis, & aversionis suæ. 36 Pallas, seu Minerva: à *Tritone*, Africæ palude, apud quam, regnante Ogygio, virginali primùm habitu apparuit. 37 Simulac positum fuit. 38 Græcorum. 39 Ardoris indicia emisêre. 40 Micantes. 41 Oculorum Divæ. 42 Simulacri. 43 Per terram. 44 Exsilit. 45 Breve scutum. 46 Quassatam ab irata, & minanti Dea. 47 Illicò fugiendum esse Græcis per mare vaticinatur. 48 Augur.

Nec

Nec posse Argolici [49] exscindi Pergama [50] teliş;
[51] Omina ni repetant Argis, [52] numenque reducant,
Quod pelago, & curvis secum [53] avexêre carinis.
Et nùnc, quòd [54] patrias vento petiêre Mycenas,
[55] Arma, Deosque parant comites, pelagoque remenso
[56] Improvisi [57] aderunt. Ita [58] digerit omina Calchas.
Hanc pro Palladio [59] moniti, pro numine læso
[60] Effigiem statuêre; [61] nefas quæ triste [62] piaret.
Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, [63] cœloque educere jussit;
Ne recipi [64] portis, aut duci in mœnia possit,
[65] Neu populum antiquâ sub relligione tueri.
[66] Nam si vestra manus violasset [67] dona Minervæ,
[68] Tum magnum exitium (quod Dii priùs [69] omen in [70] ipsum
Convertant) Priami imperio Phrygibusque futurum.
Sin manibus vestris vestram [71] ascendisset in urbem,
Ultrò [72] Asiam magno [73] Pelopeja ad mœnia bello
Venturam, & nostros ea fata manere [74] nepotes.
Talibus insidiis perjurique arte Sinonis
Credita [75] res, [76] captique dolis lacrimisque [77] coactis,

49 Disrumpi. 50 Armis Græcis. 51 Auspicia nisi de novo petant Argis: quia sub prioribus illis infeliciter cessit bellum. 52 Et Palladium in Græciam asportatum reducat in locum suum. Aliis placet, exp. & numen læsum reconcilient: quo favente navigarent. 53 Al. *Advexêre.* 54 Græciam patriam suam. Synecd. Id falsum est: quia adhùc in Tenedo latebant: sed dixerat Æneas, *Nos abiisse rati, & vento petiisse Mycenas.* 55 Id ideò faciunt, quia *arma*, &c. 56 Quod vere nimis accidit. 57 Redibunt. 58 Interpretatur numinis commotionem, & portenta. 59 Oraculo Apollinis, vel moniti à Pallade: vel, à Calchante. 60 Molem equi ligneï erexerunt. 61 Diomedis, & Ulyssis sacrilegium & profanationem Palladi: undè tristes effecti sunt. 62 Purgaret. 63 In cœlum usque. 64 Per portas. 65 Ne Trojanos sub priore relligione, aut favore tueri posset. 66 Hoc dicit, ne læderent equum, quia plerique suadebant comburi. 67 Equum. 68 Scilic. *cecinit.* 69 Excidii. 70 Calchantem hujus consilii auctorem. 71 Effigies equi. 72 Asiaticos, id est, Trojanos. Metonym. 73 Græcas urbes bello tentaturam: à Pelope Tantali filio, qui nomen indidit Peloponneso. 74 Nepotes. 75 De inducendo equo. 76 Et hi sunt capti fraude. 77 Vi expressis à Sinone, non sponte fluentibus. Sic Ter. Eun. Act. 1. Sc. 1. *Hæc verba meherculè una falsa lacrumula, Quam oculos terendo misere vix vi expresserit, Restinguet.*

Quos

[78] Quos neque Tydides, nec [79] Larissæus Achilles,
Non [80] anni domuêre decem, non mille carinæ.
[81] Hìc [82] aliud majus [83] miseris multoque [84] tremendum
Objicitur [85] magis, atque [86] improvida pectora [87] turbat.
Laocoön, [88] ductus Neptuno forte sacerdos,
[89] Sollemnis taurum ingentem [90] mactabat ad aras.
Ecce autem [91] gemini [92] à Tenedo [93] tranquilla per alta,
(Horresco referens) [94] immensis orbibus angues
[95] Incumbunt pelago, paritèrque ad [96] litora tendunt:
Pectora quorum inter fluctus arrecta, [97] jubæque
Sanguineæ exsuperant undas: [98] pars cetera [99] pontum
Pone legit, * sinuantque immensa [1] volumine terga.
Fit [2] sonitus, spumante [3] salo: jamque arva tenebant;
Ardentisque oculos [4] suffecti sanguine & igni,
[5] Sibila lambebant linguis [6] vibrantibus ora.
[7] Diffugimus visu exsangues. Illi [8] agmine certo
[9] Laocoönta [10] petunt: & primùm parva duorum
Corpora [11] natorum serpens amplexus uterque
[12] Implicat, & miseros morsu [13] depascitur [14] artus.

78 Nos Trojanos non domuit Græcorum virtus, sed doli. Huic loco affinis est Ovidianus ex epistola Deianiræ: *Quem non mille feræ, quem non Semeleius hostis, Non potuit Juno vincere, vicit amor.* 79 Thessalus. *Larissa* Thessaliæ oppid. cujus in vicina fuit Phthia Achillis patria. 80 Decennale bellum, quo à Græcis pressi fuerant. 81 Hoc tempore, id est, paullò post. 82 Portentum. 83 Trojanis. 84 Cum tremore & timore excipiendum. 85 Quam illud priùs. 86 Contra Deorum insidias. 87 Commovet. 88 Erat quidem Appollinis sacerdos: sed quia alius certus Neptuni sacris deerat, ille idem sorte ductus Neptuno. 89 Anniversario sacrificio religiosas. 90 Mactando sacrificabat. 91 Uno tempore nati. 92 Venientes. 93 Per mare tranquillum. 94 Habentes annulos valdè magnos. 95 Se toto conamine ingerunt mare. 96 Ubi Neptuno, maris, sacrificabatur. 97 Cristæ sanguinei coloris excedunt a quas, ita ut extra undas eminerent. 98 Anguium. 99 Mare à tergo mollitèr tranat. * Et in sinus, seu annulos collegit. 1 Involutione. 2 Aquarum scil. ex celeri annatatu anguium. 3 Mari. 4 Infecti sanguineo & igneo colore. 5 Sibilantia. 6 Micantibus, mobilibus: nullum enim animal tam celeritèr linguam movet, ut triplicem habere videatur, cùm una sit. 7 Nos id videntes, in diversas partes fugimus morientes solo aspectu. 8 Tractu, lapsu, impetu deliberato: ut *Leni fluit* agmine *Tibris.* 9 Sacerdotem. 10 Hostilitèr aggrediuntur. 11 Laocoontis. 12 Involvit ea. 13 Pascendo absumit. 14 Eorum, scil. filiorum Laocoontis.

Post

Post [15] ipsum, auxilio [16] subeuntem ac [17] tela ferentem,
[18] Corripiunt, [19] spirisque ligant ingentibus: & jam
[20] Bis medium amplexi, [20] bis collo squamea [21] circum
Terga dati, [22] superant capite & cervicibus [23] altis.
Ille simul manibus [24] tendit divellere [25] nodos,
Perfusus [26] sanie [27] vittas, atroque veneno:
Clamores simul horrendos ad [28] sidera tollit.
[29] Quales mugitus, fugit cum [30] saucius aram
Taurus, & [31] incertam excussit cervice securim.
At gemini [32] lapsu [33] delubra ad summa dracones
Effugiunt, [34] sævæque petunt [35] Tritonidis arcem:
Sub pedibusque [36] Deæ, [37] clipeique sub [38] orbe teguntur.
Tùm verò tremefacta novus per pectora cunctis
[39] Insinuat pavor: & [40] scelus expendisse merentem
Laocoönta ferunt; [41] sacrum qui [42] cuspide robur
[43] Læserit, & [44] tergo [45] sceleratam [46] intorserit hastam.
Ducendum [47] ad sedes simulacrum, [48] orandaque [49] Divæ
Numina [50] conclamant.
Dividimus [51] muros, & [52] mœnia pandimus urbis.
[53] Accingunt omnes operi, [54] pedibusque rotarum
[55] Subjiciunt lapsus, & [56] stupea vincula [57] collo
[58] Intendunt. Scandit [59] fatalis machina [60] muros,

15 Laocoonte. 16 Natis. 17 Quibus angues feriat, aut depellat. 18 Invadunt. 19 Annulis. 20 Anaphora. 21 Per circuitum. 22 Supereminent. 23 In altum erectus. 24 Conatur. 25 Spiras. 26 Corrupto sanguine. 27 Quia sacerdos. 28 Cœlum. 29 Clamores tales, quales mugitus tauri tollit, &c. 30 Vulneratus. 31 Dubiè incussam, nec, quam volebat, partem ferientem, ideòque certam tauro mortem non afferentem. 32 Celeri motu. 33 Templum Palladis, in arce Trojana. 34 Ulciscentis munus suum à Laocoonte læsum. 35 Palladis, à Tritone, Africæ palude, sic dictæ. Vide suprà. 36 Palladis. 37 Quem tenet. 38 Umbone. 39 Implicat se, in sinum immittitur. 40 Impietatem commissam in vulnerando equo persolvisse. 41 Deæ destinatum. 42 Hasta. 43 Violare voluerit. 44 In tergum equi. 45 Quâ ipse scelestus abusus est. 46 Impulerit. 47 Ad templum Palladis. 48 Supplicationibus placanda. 49 Palladis. 50 Concordes, atque uno ore clamant. 51 Superpositos Sceæ portæ: *murum* autem ambitum, *mœnia* munimen esse volunt. 52 Transitum per urbis mœnia facimus. 53 Præparant se ad opus, id est, ad equum introducendum. 54 Equi. 55 Rotulas, per quas facilè labatur, id est, molliter promoveatur, substernunt. 56 Funes ex stupâ contortos. 57 Equi. 58 Alligant scilic. ad protrahendum. 59 Exitialis. 60 Trojanos.

Fœta

[61] Fœta armis. Pueri circùm innuptæque puellæ
[62] Sacra canunt, [63] funemque manu contingere gaudent.
Illa [64] subit, [65] mediæque [66] minans illabitur urbi.
O patria, ô divûm domus Ilium, & [67] inclyta bello
Mœnia Dardanidum! quater ipso in [68] limine [69] portæ
[70] Substitit, atque utero sonitum quater arma dedêre.
[71] Instamus tamen [72] immemores cæcique furore,
Et [73] monstrum [74] infelix sacratâ [75] sistimus arce.
[76] Tunc etiam [77] fatis aperit [78] Cassandra futuris
Ora [79] Dei jussu, non umquam credita Teucris.
Nos [80] delubra Deûm miseri, quibus ultimus esset
Ille dies, [81] festâ velamus [82] fronde per urbem.
[83] Vertitur [84] intereà cœlum, & [85] ruit Oceano nox,
[86] Involvens [87] umbrâ magnâ terramque polumque,
[88] Myrmidonumque dolos: [89] fusi per mœnia Teucri
Conticuêre: [90] sopor [91] fessos complectitur artus.
Et jam [92] Argiva phalanx [93] instructis navibus [94] ibat

61 Gravida, seu impleta armatis viris. Sic lib. 1. *Loca fœta furentibus Austris.* Respicit autem hic ad illud: *Uterumque armato milite complent.* 62 Hymnos Deæ sacratos. 63 Quo fatalis machina trahebatur. 64 Paullatim infertur. 65 In mediam urbem. 66 Nutans, ex motu caput concutiens, & ita quasi exitum urbi extremum pollicens. Juvenal. 3. Sat. de plaustris pinum vehentibus, *nutant altè, populoque minantur.* 67 Gloriosa & nobilia virtute bellica. Quia Trojani totam Mysiam superarant. 68 Primo ingressu. 69 Sceæ, in quâ erat sepulchrum Laomedontis. 70 Equus. 71 Instanter laboramus introducere equum. 72 Fraudis Græcorum. 73 Ob prodigiosæ magnitudinis molem. 74 Infelicitatem, & exitium nobis adferens. 75 Constituimus. 76 Cùm sæpe priùs idem fecisset. 77 Loquendo scil. de fatis futuris, id est, de excidio Trojano. 78 Priami filia, & vates, cui vaticinii munus dederat Apollo virginitatis libamen pactus: quâ fraudatus fidem illi vera dicenti sustulit. 79 Apollinis. 80 Templa. 81 In dicto festo, id est, diem festum agimus. 82 Lauro & myrto. 83 Occidente Sole. Post introductum equum docet excidium Trojæ. 84 Dum omnes lætum diem agerent. 85 Præcipitatur à mari Oceano. Noctis advenientis descriptio. 86 Occultans. 87 Caligine. 88 Græcorum. Synecd. 89 Prostrati, & recubantes passim. 90 Profundus somnus. 91 Ex labore introducendi equi. 92 Argivorum acies constans 8000. pedibus: Macedones *phalangem* vocant peditum stabile agmen, ubi vir viro, arma armis conserta sunt. 93 More militari. 94 Veniebat ad opprimendam Trojam, somno, vinoque sepultam.

A [95] Tenedo, [96] tacitæ per [97] amica silentia lunæ,
[98] Litora nota petens: [99] flammas cùm * regia puppis
Extulerat: [1] fatisque Deûm defensus iniquis,
Inclusos [2] utero Danaos, & [3] pinea [4] furtìm
Laxat claustra Sinon: illos [5] patefactus [6] ad auras
Reddit equus: lætique cavo se [7] robore [8] promunt
[9] Thessandrus, [10] Sthenelusque duces, & dirus [11] Ulixes,
[12] Demissum [13] lapsi per funem, Acamasque, [14] Thoasque,
[15] Pelidesque [16] Neoptolemus, [17] primusque Machaon,
Et [18] Menelaus, & ipse [19] doli fabricator [20] Epeos,
Invadunt [21] urbem somno vinoque [21] sepultam.
Cæduntur [22] vigiles, portisque parentibus omnes

95 Insula illa, in quâ occultabantur. 96 Minime tùm quidem lucentis, ut Græcorum insidiæ latere magis possent. Solventibus enim à Tenedo & Trojam appellentibus nondum exorta erat luna, mox urbe capta lucebat. Elegans translatio ab auribus ad oculos: nam ut silentio nil auditur; ita in tenebris nihil cernitur. An, lunam silentem pro nocte intempesta intelligi placet, quia tunc omnia tacent? 97 Grata. 98 In quibus decennium stationem, & castra habuerat. 99 Faces, signum solutarum è Tenedo navium, & advenientum sociarum copiarum. Pro more navigationis nocturnæ, ubi puppes regias, *den Admirael*, præfert facem sociæ classi, ut sequatur ducem. An Sinoni datum intelligemus solutarum navium signum, uti opportunè laxaret claustra equi? Sinon certe facem extulisse fertur: nec non Helena 6. Æn. * In qua rex erat. 1 Voluntatibus, & prædestinationibus Deorum infestis Trojanis. 2 Equi. 3 Ex pinu facta. 4 Secretò aperit. 5 Apertus. 6 In lucem edit, tamquàm creditum, seu depositum. Horat. Od. 3. lib. 1. *Navis, quæ tibi creditum Debes Virgilium, finibus Atticis* Reddas *incolumem, precor.* Vel reddit in auras tamquam mater fœtum sive partum. Sic terra cum fœnore dicitur reddere creditum sibi semen. 7 Equo ligneo, seu roboreo. Metonymia. 8 Proferunt. 9 Polynicis, & Argiæ filius. 10 Capanei, & Evadnes filius. 11 Laërtæ filius & Anticleæ. 12 Deorsùm missum. Hinc conjicere licet altitudinem equi. 13 Descendentes. 14 Ætolorum dux. 15 Pelei nepos, Achillis filius, scilic. Pyrrhus. Patronymicum ab avo. 16 *Novus miles* dictus, quod admodum adolescentulus primum tyrocinium in bello Trojano posuit. 17 Princeps: vel *primus* arte medica. Machaon enim, & Podalyrius, Æsculapii filii, propter peritiam medicæ artis ad hoc bellum vocati sunt. 18 Atrei filius, frater Agamemnonis, propter quem bella gerebantur. 19 Equi dolosi opifex. 20 Panopei filius, Æaci pronepos. 21 Trojanos gravatos, obrutos. 22 Ab officio, non ab opere: quia non vigilantes, sed vigilare debentes.

Ac-

[23] Accipiunt socios, atque agmina [24] conscia jungunt.
[25] Tempus erat, quo prima [26] quies mortalibus [27] ægris
Incipit, & [28] dono divûm gratissima [29] serpit:
[30] In somnis, ecce, antè oculos mœstissimus Hector
Visus adesse mihi, largosque effundere fletus;
[31] Raptatus bigis, [32] ut quondam, [33] aterque cruento
Pulvere, [34] perque pedes trajectus lora tumentes.
Hei mihi, [35] qualis erat! quantùm mutatus [36] ab illo
Hectore, qui redit [37] exuvias indutus Achillei,
[38] Vel Danaûm Phrygios jaculatus puppibus ignis!
[39] Squallentem barbam, & concretos sanguine crinis,
Vulneraque illa gerens, quæ [40] circum plurima muros
Accepit [41] patrios. [42] Ultrò flens ipse videbar
[43] Compellare virum, & [44] mœstas [45] expromere voces.
O lux [46] Dardaniæ, spes ô fidissima Teucrûm,
Quæ tantæ tenuere moræ? quibus Hector ab [47] oris
[48] Exspectate venis? ut te post multa tuorum
Funera, post varios hominumque urbisque labores
Defessi aspicimus! quæ causa [49] indigna serenos

23 Reliquas Græcorum copias, è Tenedo profectas, in urbem accipiunt. 24 Quæ ventura esse certò sciebant, socia, armis, insignibus, & tesseris sibi invicem nota, è Tenedo profecta. 25 Cùm urbem invaderent Græci. Describit primam noctis partem, quam *Concubium* appellant. Docet autem Æneas, quomodo ab Hectore excitatus sit, & ad fugam faciendam admonitus. 26 Quieta dormitio. 27 Imbecillibus; vel diurno labore defessis, Georg. 1. *dua mortalibus ægris Munere concessa divûm.* 28 Beneficio. 29 Mollitèr per membra diffunditur. 30 Dùm dormirem. 31 Frequentèr tractus circum mœnia Trojana alligatus currui Achillis. Supr. l. 1. *Ter circùm Illiacos raptaverat Hectora muros.* 32 Ut paullò antè raptus fuerat. 33 Perfusus pulvere intermixto atro cruore. 34 Habens lora trajecta per pedes inflatos propter lora. 35 Hector tunc. 36 A specie illius Hectoris. 37 Quas occiso à se Patroclo, armis Achillis induto, detraxerat. *Exuviæ*, ab *exuendo* dictæ, sunt spolia hostibus detracta: quæ si dux duci detrahat, *opima* dicuntur, quod fecit Hector. Vide quæ nos ad Flor. p. 130. Eodem nomine, & animalium ceterorum tegmina dicuntur: ut 2. Georg. *Cùm positis novus* exuviis. 38 Vel cum jaculatus est ignes Trojanos in naves Græcorum, præcipuè Protesilai, qui primus in litus Phrygium descendit, & interfectus est ab Hectore, ejusque navis incensa. 39 Immundam. 40 Cùm clausis portis, solus extra urbem cum Græcis confligeret. 41 Patriæ suæ Trojæ. 42 Priusquam me alloqueretur. 43 Alloqui. 44 Mœstitiæ indices. 45 Proferre. 46 Trojæ. 47 Regionibus. 48 Diu desiderate. 49 Viro forti.

Fœ-

Fœdavit vultus? aut cur hæc vulnera cerno?
[50] Ille nihil: nec me quærentem vana moratur:
Sed gravitèr gemitus imo de pectore ducens,
Heu fuge, nate Deâ, teque his, ait, eripe flammis.
Hostis habet [51] muros: [52] ruit alto à culmine Troja.
Sat patriæ, Priamoque datum. Si [53] Pergama [54] dextrâ
Defendi [55] possent, etiam [56] hac defensa fuissent.
Sacra suosque [57] tibi commendat Troja [58] Penates:
Hos cape [59] fatorum comites. His [60] mœnia quære,
Magna pererrato statues quæ [61] denique [62] ponto.
Sic [63] ait: & manibus [64] vittas, [65] Vestamque potentem,
[66] Æternumque [67] adytis effert [68] penetralibus [66] ignem.
Diverso interea [69] miscentur mœnia luctu:
Et magis atque magis, quamquàm [70] secreta parentis
Anchisæ domus, arboribusque obtecta [70] recessit,
[71] Clarescunt sonitus; [72] armorumque [73] ingruit horror.
Excutior somno, & summi [73] fastigia tecti

50 Ille Hector nihil respondit mihi intempestivè hæc rogranti: neque enim vacabat. 51 Urbem. Synecd. 52 Præceps cadit. 53 Mœnia Trojana. 54 Humano auxilio. 55 Potuissent. 56 Hac meâ dextrâ. Sed Æn. 11. *Hectoris, Æneæque manu victoria Graiûm Hæsit.* 57 Tuæ fidei. 58 Deos domesticos. Penates qui fuerint, vide supra lib. 1. ad illud: *victosque Penates.* 59 Rerum per fata tibi promissarum adjuturos. 60 Urbem, scil. Lavinium, quod, partâ quiete, & pace in Italiâ, conditurus erat. 61 Post septem annorum errorem, & post atrox bellum cum Italicis hostibus gestum. 62 Mari. Synecd. 63 Hector. 64 Fascias, velamina, pepla Deorum. 65 Cujus nomine ignis, cultus & ἄσβεστος in ἑστίᾳ servatus, quæ religio à Persis, quibus ignis pro Deo tamquàm solis symbolum ad Græcos, indè ad Romanos fluxit. *Nec tu aliud Vestam quam vivam intellige flammam.* Ovid. 6. Fast. De Vesta ignisque inextincti ratione, vide quæ nos ad Sal. p. 60. 61. & 62. & Val. Max. p. 4. Flor. p. 19. Rom. Antiquit. lib. 3. c. 19. 66 Perpetuò conservandum, inextinctum. In æde Deæ Vestæ ignis æternus servabatur: cui semper una ex virginibus Vestalibus diligentissima custos adhibebatur: quæ vigilando servaret, ne aliquo casu exstingueretur ignis. Qui si fortè per negligentiam fuisset exstinctus, nequaquam alio ex igni reparare fas erat; sed accensa per fomites ex sole flammâ, purus & cœlestis ignis eliciebatur. 67 Sacrariis sine aditu & accessu. 68 Penitus intrabilibus à sacerdote summo. 69 Confunduntur & perturbantur. 70 Longè posita est in secreto loco, id est, longè abfuit. 71 Clariùs audiri incipiunt, increbescunt. 72 Increpat auribus meis horribilis armorum concussio. 73 Culmina.

Adscensu supero, atque [74] arrectis auribus adsto.
[75] In [76] segetem veluti cùm flamma furentibus austris
Incidit, aut [77] rapidus [78] montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata [79] læta, [80] boumque labores;
[81] Præcipitesque trahit silvas: stupet [82] inscius alto
Accipiens sonitum [83] saxi de vertice pastor.
Tùm verò [84] manifesta fides, Danaûmque [85] patescunt
Insidiæ. Jam [86] Deiphobi dedit [87] ampla ruinam,
[88] Vulcano [89] superante, domus: [90] jam [91] proximus ardet
Ucalegon: [92] Sigæa igni freta [93] lata relucent.
Exoritur clamorque virûm, clangorque tubarum.
Arma amens capio; nec sat rationis in armis:
Sed [94] glomerare manum bello, & concurrere in [95] arcem
[96] Cum sociis [97] ardent animi. Furor iraque mentem
[98] Præcipitant; pulchrumque mori [99] succurrit [100] in armis.
Ecce autem telis Panthus elapsus Achivûm,
Panthus * Othryades, ** arcis Phœbique sacerdos,
Sacra manu, *** victosque deos, parvumque nepotem

74 Ad auscultandum. *Arrigere* enim *aures* dicuntur, qui avidè auscultant, aut spectant, quid dicendum sit. Ducta Metaphora ab animantibus, quorum plerisque mos est, siquando quid eminùs audiant, *aures surrigere*, id quod cervis peculiare est. Ter. *Arrige aures Pamphyle.* Contrarium hujus usurpat Hor. lib. 1. Sat. *Demitto auriculas, ut iniquæ sortis asellus.* Vide quæ nos ad Ter. p. 88. 75 Et accipio sonitum, velut cum, &c. 76 Maturam scil. 77 Omnia secum rapiens. 78 De monte defluente. 79 Fertilia, & agricolam ob spem amplæ messis lætificantia. 80 Fructus multi cultus, & laboris. 81 Præcipitantèr cum impetu detractas. 82 Nescius undè talis sonus generetur. 83 Rupis, aut scopuli. 84 Fidelitas Græcorum, quæ nulla est, id est, perfidia Græcorum est manifesta: vel manifesta veritas patuit. 85 Patefiunt. 86 Filii Priami, cui post Paridis mortem nupsit Helena: de quo plura 6. Æn. 87 Magnifica. 88 Igni. Metonym. 89 Vincente eam. 90 Cùm domus Deiphobi cecidisset. 91 Proxima illi domus Ucalegonis ardet. Ponit pro domo hominem. Meton. 92 Mare Hellesponticum sub Sigæo promontorio. 93 Latè, propter magnitudinem incendi. 94 Conserere manum ad bellum. 95 Ubi res sacræ erant. 96 Quos illuc concurrere videbat. 97 Vehementèr desiderant. Metaphora. 98 Præcipitantèr obruunt. Q. d. Non est mirum, me arma cepisse sine ratione: nam furor, &c. 99 In mentem venit. 100 In ipsâ pugnâ & bellico actu. * Otrei filius, ad distinctionem alterius, qui Euphorbii f. ** Phœbi, summa etiam arce culti: vel, templi Palladis, quod erat in arce. *** Qui cum non transissent evocati ad victores, comitabantur victos.

Ip-

Ipse trahit, cursuque [1] amens ad litora tendit.
Quo res summa [2] loco, [3] Panthu? [4] quam prendimus arcem?
Vix ea fatus eram, gemitu cùm talia [5] reddit:
[6] Venit summa dies, & ineluctabile tempus
Dardaniæ. [7] Fuimus Troës: fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum. [8] Ferus [9] omnia Juppiter Argos
Transtulit. Incensâ [10] Danai dominantur in urbe.
Arduus armatos [11] mediis in mœnibus adstans
[12] Fundit equus, [13] victorque Sinon incendia [14] miscet
Insultans. Portis alii [15] bipatentibus adsunt,
[16] Millia quot magnis umquàm venêre Mycenis:
Obsedêre alii telis [17] angusta viarum
[18] Oppositi, stat [19] ferri acies mucrone corusco
[20] Stricta, parata [21] neci: vix primi prælia tentant
Portarum vigiles, & [22] cæco Marte resistunt.
Talibus [23] Othryadæ dictis, & [24] numine divûm
In flammas & in arma [25] feror: quò tristis [26] Erinnys,
Quò fremitus vocat, & sublatus ad æthera clamor.

1 Sine mente, & attonitus. 2 Statu. 3 Vocativus Græcus contractus. 4 Siquidem Minervæ arx, undè tu sugis, ab hoste sit occupata. 5 Respondit Panthus. 6 Rogas, Æneа, quo loco sit *res summa?* nullo: venit ultima, aut novissima dies regni Trojani, & exitium irremediabile, & inevitabile. *Quis fons, quis torrens*, inquit Macrob. lib. 5. c. 1. *quod mare tòt fluctibus, quòt hic verbis inundavit?* Non ultrà sumus, & miserum est fuisse. 7 Perditas, ac deploratas Trojanorum res indicat, ἦμεν Τρῶες. Hic loquendi modus in proverbium abiit, ubi periisse quempiam significamus. 8 Sævus in Trojanos. 9 Fortunam, opes, imperium à nobis ad Græcos victores. 10 Græci, qui à Danao, Ægypti fratre, Danai appellati sunt. 11 Ubi fuerat arx. 12 Abundè emittit. Persistit in Metaphora uteri armatis gravidi, & jam parientis. 13 Voti compos. 14 Mixtim facit sine discrimine. 15 Utrinque parentibus, seu januæ portæ, quæ binis foribus discluditur. 16 Tòt millia aliorum adsunt, quòt umquam, &c. 16 Angustias viarum, id est, angiportus. Sic, *Strata viarum.* 17 Illis, quia ad defensionem fortè occurrere tentarent. 19 Ferrata acies. Hendiadys. 20 Evaginata, nudata, id est, strictis gladiis. 21 Ad necandum. 22 Confuso in tenebris, nocturno prælio seu pugna, Metonym. 23 Panthi Otrei filii. 24 Furore itaque divinitùs immisso. 25 Trahor. 26 Impatientia animi me ad vindicandam patriam trahit. Alioqui *Erinnys* est una Furiarum in ernalium: ita dicta, ἀπὸ τῆς ἐρρύσιν τὶν νόον, id est, *à corrumpenda mente.*

Addunt se socios Ripheus, & maximus [27] armis
Æpytus: obiati [28] per lunam, Hypanisque Dymasque,
Et lateri [29] agglomerant nostro: juvenisque [30] Corœbus
[31] Mygdonides. [34] Illis qui ad Trojam fortè [32] diebus
Venerat, [33] insano [34] Cassandræ incensus amore:
Et [35] gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat.
Infelix, [36] qui non [37] sponsæ præcepta [38] furentis
[39] Audierit.
Quos ubi [40] confertos audere in prælia vidi;
Incipio [41] super his: Juvenes, [42] fortissima frustrà
Pectora, si vobis [43] audentem [44] extrema cupido est
Certa sequi, (quæ sit rebus fortuna videtis.
[45] Excessêre omnes, [46] adytis arisque relictis,
Dii, [47] quibus imperium hoc steterat) succurritis urbi
Incensæ. [48] Moriamur, & in media arma ruamus.
Una salus victis, [49] nullam sperare salutem.
[50] Sic animis juvenum furor additus. [51] Indè [52] lupi ceu
Raptores [53] atrâ in nebulâ, quos [54] improba [55] ventris

27 Al. *annis*: quia infrà, *Iphitus ævo Jam gravior.* 28 Occupata enim jam urbe, Luna oriebatur, quæ, Græcis è Tenedo castra moventibus, nondùm exorta: silebat, ut suprà cecinit: *Tacitæ per amica silentia Lunæ.* 29 Se. *se*, id est, associantur. 30 Hic Chorœbus proverbio locum fecit, *Stultior Chorœbo.* Tam stultus enim fuisse dicitur, ut maris undas numerare conatus sit: sed cùm non potuisset ultra quinque prosequi, stupidus deindè sempèr habitus est. 31 Mygdonis filius. 32 Paullò antè. 33 Valdè magno. 34 Filiæ Priami, & vatis, ut suprà diximus. 35 Tamquam genere esset. 36 Quod, utpotè qui. 37 Cassandræ. 38 Vaticinantis, adeòque præcipientis ut in patriam rediret, eò quod Troja peritura esset. 39 Obediendo perfecerat. 40 Agglomeratos, instructos. 41 Insuper his verbis sequentibus. 42 Fortissima pectora, frustrà contenditis succurrere urbi jam incensæ. 43 Scil. *me.* 44 Summa pericula mortis. 45 Dii Tutelares, si non elicio carmine evocati ad hostes transierint, certè urbe in hostium potestatem redactâ, jam excessêre. Vide Macrob. lib. 3. Sat. cap. 9. 46 Sacratis arcanis. 47 Qui auctores & conservatores imperii nostri fuerant. 48 Irruamus in hostes armatos morituri. Hyst. prot. 49 Sic ut desperantes de salute, & certi de morte, audacissimè irruamus in hostes. Apud Justinum legimus, Locrenses, cum Crotoniensibus pugnantes, nulla alia causa vicisse, quam quòd anteà ob suorum paucitatem desperassent. 50 Per talem cohortationem meam. 51 Deindè nos vadimus, &c. 52 Sicut lupi vadunt prædatores. 53 Obscurâ. 54 Inducens ad dira facinora. 55 Fames.

Exe-

[56] Exegit [57] cæcos [55] rabies, [58] catulique relicti
Faucibus exspectant [59] siccis; [60] per tela, per hostis
Vadimus [61] haùd dubiam in mortem: mediæque tenemus
Urbis iter. Nox [62] atra [63] cavâ circumvolat umbrâ.
Quis cladem illius noctis, quis funera fando
[64] Explicet, aut possit [65] lacrimis æquare labores?
Urbs [66] antiqua ruit, [67] multos dominata per annos:
Plurima perque vias sternuntur [68] inertia [69] passim
Corpora, perque domos, & religiosa Deorum
Limina. Nec soli pœnas dant sanguine Teucri:
[70] Quondàm etiam victis redit in [71] præcordia virtus;
[72] Victoresque cadunt Danai. Crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, & [73] plurima mortis [74] imago.
Primus se Danaûm, magnâ comitante [75] caterva, 370
Androgeus offert nobis, [76] socia agmina [77] credens
Inscius; atque ultrò verbis [78] compellat amicis:
[79] Festinate viri. Nam quæ tam [80] sera moratur
Segnities? alii [81] rapiunt incensa [82] feruntque
[83] Pergama: vos celsis nùnc primùm à navibus [84] itis? 375
[85] Dixit: & [86] extemplò (neque enim responsa dabantur
[87] Fida satis) sensit medios [88] delapsus in [89] hostes:

56 Extra latebras suas expulit ad prædam. 57 Excæcatos, vel cujuscumque periculi securos. 58 Scil. *& dnos.* 59 Sitibundus, aut esurientibus. 60 Per tela hostilia. Hendiadys. 61 Certam. 62 Tenebrosa. 63 Obscura. Omne enim concavum est obscurum. 64 Explicare posset. 65 Lacrymas æquare laboribus, id est, miseriis illius noctis. 66 Nobilis. 67 Quæ regnavit per bis mille & quingentos annos. 68 Inertium, nullam virtutem bellicam habentium, ut senum, feminarum. 69 Quasi per singulos passus. 70 Aliquando, interdum, id est, vicissim vincunt & vincuntur Trojani. Horat. Od. 10. lib. 2. *non si male nunc & olim. Sic erit:* quondam *cithara tacentem Suscitat Musam, neque semper arcum Tendit Apollo.* 71 Corda, quæ fortitudinis sedes. *Præcordia* propriè sunt membranæ, quæ exta separant ab inferiori viscerum parte: ita dicta, quod cordi *prætenduntur.* 72 Qui erant de exercitu victorum. 73 *Mille simul lethi facies.* Sil. 4. 74 Varia mortis genera significat. 75 Agmine Græcorum. 76 Sociorum. 77 Sc. *agmina nostra esse.* 78 Alloquitur. 79 Diripere urbem. 80 Tarda. 81 Diripiunt. 82 Asportant. 83 Trojam: Trojanas opes ab incendio ereptas. 84 Venitis. 85 Androgeos. 86 Illico. 87 Quibus considere posset. 88 Hellenism. delapsum. 89 Trojanos.

Obstupuit, retròque pedem cum voce repressit.
Improvisum [90] aspris veluti qui [91] sentibus anguem
Pressit [92] humi nitens, trepidusque repentè [93] refugit
Attollentem iras, & cærula colla tumentem:
[94] Haùd secùs Androgeus [95] visu tremefactus [96] abibat.
[97] Irruimus, densis & [98] circumfundimur [99] armis;
Ignarosque loci passim, & formidine captos
Sternimus. * Adspirat primo fortuna [1] labori.
Atque hìc successu exsultans, animisque Corœbus,
O socii, quâ prima, inquit, fortuna salutis
Monstrat iter, quâque ostendit se [2] dextra, sequamur.
Mutemus clipeos, [3] Danaûmque [4] insignia nobis
Aptemus. Dolus, an virtus, quis [5] in hoste requirat?
[6] Arma dabunt [7] ipsi. Sic fatus, deindè [8] comantem
Androgei galeam, [9] clipeique insigne [10] decorum
Induitur, lateríque [11] Argivum accommodat ensem.
[12] Hoc Ripheus, hoc ipse Dymas, omnisque juventus
Læta facit: [13] spoliis se quisque [13] recentibus armat.
[14] Vadimus immixti Danais, [15] haùd numine nostro
Multaque per [16] cæcam congressi prælia noctem
[17] Conserimus: multos Danaum demittimus [18] Orco.
Diffugiunt alii ad navis, & litora cursu

90 Asperis. Syncope. 91 *In* sentibus, seu spinis. 92 Per terram pedem figens, sive incedens. 93 Anguem. 94 Applicatio similitudinis. 95 Dùm nos videret hostes. 96 Abire parabat. 97 Incurrimus in Androgeum. 98 Circumcingimur. 99 Catervæ eum comitantis. * Favet: undè & favor *aura* dicitur: ut illud: Gaudent popularibus auris. Ov. 1. Met. *Dii cœptis* Aspirate *meis*. 1 Nostro. 2 Virtus nostra bellica. 3 Græcorum jam interfectorum. 4 Clypeis insculpta: subjicitur enim, *Clypeique insigne decorum*. 5 In facto quod fit contra hostem. 6 Contra scil. 7 Græci. 8 Cristas, seu comas habentem. 9 Id est, clypeum induitur. 10 Ornamentum, signum. Pugnantes ferunt signa, ut cognoscantur. In clypeis Græcorum, erat Neptunus: in Trojanorum scutis, Minerva. 11 Græcum. 12 Accomodat sibi arma Græcorum. 13 Armis, quibus recentèr hostem spoliaverat. 14 *Se quoque principibus permistum agnovit Achivis*, lib. 1. 15 Alienis Auspiciis, Græcorum scilic. quorum in armis pro Græcis habiti: vel adverso, non favente nutu, seu voluntate Deorum: quia non ferebamus Minervam, nostrum numen, in clypeis. 16 Tenebrosam. 17 Conserendo manus conficimus. 18 Neci, ad infernum. *Orcus* inferorum est fluv. à Styge palude defluens: ab ὁρκος, quod est *juramentum*. Nam Dii per illum fluvium, & per Stygem paludem jurare solebant.

Fi-

[19] Fida petunt: pars ingentem formidine turpi
Scandunt [20] rursus equum, & [21] notâ conduntur in alvo.
Heu nihil invitis fas quemquam fidere Divis!
Ecce trahebatur [25] passis [23] Priameia virgo
Crinibus [24] à templo Cassandra [25] adytisque Minervæ,
Ad cœlum [26] tendens ardentia lumina [27] frustra:
[28] Lumina: nam teneras [29] arcebant vincula [30] palmas.
Non [31] tulit hanc [32] speciem furiata mente [33] Coroebus,
Et sese medium injecit [34] periturus in [35] agmen.
[36] Consequimur cuncti, & [37] densis incurrimus armis.
Hic primùm ex alto [38] delubri culmine telis
[39] Nostrorum obruimur, oriturque miserrima cædes,
Armorum [40] facie & [41] Grajarum errore [42] jubarum.
Tùm Danai gemitu atque [42] ereptæ virginis irâ,
Undique collecti [43] invadunt; acerrimus [44] Ajax,
Et [45] gemini Atridæ, [46] Dolopumque exercitus omnis.
[47] Adversi rupto [48] ceu [49] quondàm [50] turbine venti
Confligunt, Zephyrusque, Notusque, & lætus [51] Eois
Eurus [52] equis: stridunt silvæ, sævitque [53] tridenti
Spumeus, atque imo [53] Nereus [54] ciet æquora fundo.

19 Scil. *sibi*, id est, in quibus plus, quàm in armis, confidebant. 20 Denuò. 21 In quâ prius fuerant occulti. 22 Diffusus, sparsis per collum: à *pando pandis*. 23 Cassandra Priami filia. 24 Quò supplex confugerat in summo discrimine Cassandra, Coroebo desponsata. Ilio capto ab Ajace Oilei vitiata, in prædæ divisione Agamemnoni cessit: cum ipso à Clytemnestra in convivio trucidata. 25 Penitioribus locis. 26 Extendens oculos micantes ob iram. 27 Quia Dii non miserabantur ejus. 28 Anaphora. 29 Continebant, stringebant ne extenderentur. 30 Manus. 31 Perpessus est. 32 Virginis tam miserabiliter tractatæ. 33 Procus, aut sponsus ejus. 34 Certus mori. 35 Cœtum hostium. 36 Chorœbum. 37 In densa arma hostium. 38 Templi, undè trahebatur virgo. 39 Amicorum, id est, Controjanorum. 40 Simulata specie armorum Græcorum, quibus induti eramus. 41 Cristarum, quæ in clypeis Græcorum erant. *Jubæ* sunt propriè leonum, equorum & similium à colle dependentes crines. 42 Quam Chorœbus eripuerat. 43 Nos. 44 Oilei f. namque Telamonius ante excidium Trojanum sibi necem consciverat. 45 Duo Atrei filii, Agamemnon, & Menelaus. 46 Quorum dux erat Pyrrhus. 47 Ex adverso concitata. 48 Veluti. 49 Aliquando: ut quondam *etiam victis redit in præcordia virtus*. 50 Globo ventorum. 51 Orientalibus: nam ab ortu spirat. 52 Quibus advehi fingitur. 53 Ponitur pro Neptuno: Deus maris pro Deo maris; namque Neptuni proprius est tridens. 54 Concitat aquas maris.

[55] Illi etiam, si quos obscurâ nocte per umbram
[56] Fudimus insidias, totâque agitavimus urbe,
Apparent: primi clipeos [57] mentitaque tela
Agnoscunt, atque ora [58] sono discordia [59] signant.
[60] Ilicet obruimur [61] numero. Primusque Corœbus
Penelei dextra, [62] divæ [63] armipotentis ad aram,
Procumbit: cadit & Ripheus, justissimus [64] unus
Qui fuit in Teucris, & [65] servantissimus æqui.
Dis [66] aliter visum. Pereunt Hypanisque Dymasque,
Confixi à sociis: nec te tua plurima Panthu,
Labentem pietas, [67] nec Apollinis infula texit.
[68] Iliaci cineres, & flamma [69] extrema meorum,
Testor, in occasu vestro, nec tela, nec ullas
Vitavisse [70] vices Danaûm; &, [71] si fata fuissent,
Ut caderem, [72] meruisse manu. [73] Divellimur indè:
Iphitus, & Pelias [74] mecum: quorum [75] Iphitus [76] ævo
Jam gravior, Pelias [77] & vulnere, tardus [78] Ulixi.
Protinùs ad [79] sedes Priami [80] clamore [81] vocati.
[82] Hic verò ingentem [83] pugnam, [84] ceu cætera nusquam
Bella forent, nulli totâ morerentur in urbe:
Sic [85] Martem indomitum, Danaosque ad tecta ruentis

55 Qui erant cum Androgeo. 56 Disjunximus. 57 Simulata, quæ nos Græcos esse mentiebantur. 58 Linguæ Græcæ. 59 Notant. 60 Præcipuè illic, confestim. 61 Multitudine ingruentium. 62 Palladis. 63 In cujus manu bella sunt & victoriæ. 64 Solus: vel, unus justissimorum. 65 Observantissimus æquitatis, aut justitiæ. 66 Quia visum, ut moreretur, & sic superiores fiant scelerati, & pereant immeriti; & est indignatio. Nam Ripheus erat dignus vitâ propter æquitatem. 67 Neque te protexit religio, ratione habita esr sacerdotii, cujus insigne infula Apollinis, quam gerebas Velamentum scil. capitis sacerdotalis, vittas habens laneas, albas coccineis intextas, utrimque dependentes. 68 Trojani. 69 Quæ extremo loco meos absumpsisti. 70 Pugnas aut ictus, ut paterer vulnera & cædem à Danais, non sciens ipse iis inferebam. 71 Si Deorum voluntas ita ordinasset & voluisset, ut occiderer. 72 Pugnasse, id est, tantam stragem dedisse manu meâ, ut Dii visi essent mihi paria fecisse, si percuti me quoque jussissent. 73 Ex ea pugnâ, seu ab eo loco inviti separamur. 74 Scil. *divelluntur*. 75 Scil. *erat*: Epanodos, seu Regressio. 76 Ætate gravior, id est, senior. 77 Etiam vulnere, non senectute. 78 Ab Ulysse illato. 79 Regiam. 80 Expugnantium, defendentiumque arcem. 81 Scil. *sumus*. 82 In hac regia Priami. 83 Scil. *cernimus*. 84 Veluti in nulla alia urbis parte pugnaretur à cæteris, quam in regia Priami. 85 Impetum belli ab indomitis fieri.

Cer-

Cernimus, [86] obsessumque [87] actâ testudine [88] limen.
[89] Hærent parietibus scalæ, [90] postesque sub ipsos
Nituntur gradibus, clipeosque [91] ad tela sinistris
Protecti [92] objiciunt: [93] prensant fastigia dextris.
Dardanidæ contrà [94] turris ac [95] tecta domôrum
Culmina convellunt (his se, quando [96] ultima cernunt,
[97] Extremâ jam in morte parant defendere telis)
[98] Auratasque trabes, veterum [99] decora alta parentum,
* Devolvunt. Alii strictis [1] mucronibus imas
[2] Obsedêre fores: [3] has servant agmine [4] denso.
[5] Instaurati [6] animi, [7] regis succurrere tectis,
[8] Auxilioque lavare [9] viros, [10] vimque addere victis.
[11] Limen erat, [12] cæcæque fores, & pervius usus
[13] Tectorum [14] inter se Priami, postesque [15] relicti
A tergo: [16] infelix quâ se, dum [17] regna manebant,
Sæpius [18] Andromache ferre [19] incomitata solebat
Ad [20] soceros, & [21] avo puerum [22] Astyanacta [23] trahebat.
[24] Evado ad summi fastigia [25] culminis: undè
Tela manu miseri jactabant [26] irrita Teucri.

86 A Græcis. 87 Protectione, sive connexione ex scutis contra tela & lapides facta in morem testudinis. *Testudo* enim dicebatur congregata militum multitudo consertis scutis tecta adversus impetum lapidum, aliorumque telorum desuper incidentium. 88 Fores, aut portam regiæ, Synecdoche. 89 Affixæ sunt. 90 Tendentes ab inferiore parte ad ipsos postes. 91 Contra. 92 Græci. 93 Et prendere frequentèr tentant summitatem murorum. 94 Materiam turrium. 95 Summitates domorum tectas tegulis abstrahunt. 96 Excidium. 97 Quam proximè imminentes. 98 Auro obductas. 99 Ornamenta superba majorum, & priscorum regum Trojanorum. * Deorsum volvunt in hostes ascendentes. 1 Ensibus acutis. 2 Ne ruptis illis, irrierent Danai. 3 Imas fores. 4 Densè constructo adversus irrupturos. 5 In statum pristinum reducti sunt. 6 Nostri. 7 Ad succurrendum tectis regiæ, aut aulæ Priami. 8 Nostro. 9 Virilitèr resistentes. 10 Vires. 11 Introitus per posteriores fores. 12 Secretæ, & paucis notæ, aut ab hostibus non visæ. 13 Domôrum. 14 Ut ab alterâ in alteram transire liceret. 15 Erant segregati à regiâ, & domicilio ipsius regis. 16 Propter mortem Hectoris. 17 Priami. 18 Uxor Hectoris. 19 Sine ullis pedissequis. 20 Priamum & Hecubam, socerum, & socrum Andromaches. 21 Ad avum ejus Priamum. 22 Filium suum & Hectoris, q. urbis principem, ἄρχιον ἀπάντα: dictum & Scamandrum, ab illis Nesum. Tradunt scriptores hunc à Græcis, capta Troja, è muro, aut è turri præcipitem datum fuisse. 23 Trahendo ducebat. 24 Per hunc parvum aditum è mediis hostibus pervenio. 25 Tecti. 26 Nihil profutura, cum arx defendi nequiret.

Tur-

Turrim in [27] præcipiti stantem, summisque [28] sub astra
Eductam tectis, undè omnis Troja videri,
Et Danaum [29] solitæ naves, & Achaïca castra,
Aggressi [30] ferro circum, [31] quâ summa labantis
Junctûras tabulata dabant; [32] convellimus altis
Sedibus, [33] impulimusque. Ea [34] lapsa repentè [35] ruinam
Cum sonitu trahit, & Danaum super agmina latè
Incidit. Ast [36] alii subeunt: nec [37] saxa, nec ullum
Telorum [38] intereà cessat genus.
[39] Vestibulum ante ipsum primoque in limine [40] Pyrrhus
Exsultat telis, & [41] luce coruscus [41] aënâ.
[42] Qualis [43] ubi in lucem coluber [44] mala gramina pastus,
Frigida sub terrâ [45] tumidum quem [46] bruma tegebat,
[47] Nùnc positis novus exuviis, nitidusque [48] juventâ,
Lubrica [49] convolvit [50] sublato pectore terga
[51] Arduus ad solem, & [52] linguis [53] micat ore [52] trisulcis.
Unà ingens Periphas, & [54] equorum agitator Achillis
Armiger Aut omedon; unà omnis [55] Scyria pubes
Succedunt tecto, & flammas ad [56] culmina jactant.
Ipse inter primos correptâ dura [57] bipenni
Limina perrumpit, postesque [58] à cardine vellit
Æratos: jamque excisa trabe [59] firma [60] cavavit

27 Loco alto, undè quis præceps dari posset. 28 Ferè usque ad astra: Hyperbole est. 29 Sc. *erant*. Zeugma. 30 Instrumentis ferreis. 31 Ab eâ parte, quâ summæ connexiones tabularum invalidiores, & faciliores ad labendum erant. 32 Simul divellimus juncturis, quæ in alto erant. 33 In hostes. 34 Dissoluta. 35 Casum. 36 Danai subintrant locum & munus oppressorum. 37 Zeugma. 38 Dùm sic alii subirent. 39 Introitum regiæ. 40 Achillis fil. ex Deidamiâ, Lycomedis filia. 41 Fulgore armorum æreorum. 42 Scil. *exsultat*. 43 Ad lucem & solem egressus. 44 Perniciosis, seu venenatis herbis. 45 Inflatum veneno. 46 Hyems. 47 Et qui nunc innovatus vetere pelle deposita. 48 Pelle novâ, qualem habuit in juventa. 49 Complicat. 50 Erecto. 51 Erectus. 52 In tres sulcos fissis, id est, linguâ, quæ ob celerem motum triplex videtur, id est, nunc exserit, nùnc inserit linguam, sicut micantes nunc erigunt, nunc deprimunt digitos. 53 Per vices sine ordine movetur. 54 Auriga. 55 Juventus, quæ ex Scyro insulâ cum Pyrrho venerat: erat enim Pyrrhus filius Deidamiæ, filiæ Lycomedis regis Scyriæ; in cujus domo inter puellas latuit Achilles. 56 Summitatem tectorum. 57 Securi utrinque habente aciem. 58 Ab angulo, ubi est quasi cor januæ, dimovet. 59 Fortia. 60 Perforavit.

Ro-

Robora, & ingentem lato dedit ore [61] fenestram.
[62] Apparet [63] domus intùs, & atria longa [64] patescunt:
Apparent Priami & veterum [65] penetralia [66] regum:
[67] Armatosque vident stantis in limine primo.
At [68] domus interior gemitu miseroque [69] tumultu
Miscetur; penitùsque [70] cavæ [71] plangoribus [70] ædes
Femineis [72] ululant. Ferit [73] aurea sidera clamor.
Tùm pavidæ tectis matres ingentibus [74] errant,
Amplexæque [75] tenent [76] postes, atque oscula figunt.
Instat [77] vi patriâ Pyrrus: nec claustra, nec ipsi
Custodes [78] sufferre valent. Labat [79] ariete crebro
Janua, & emoti procumbunt [80] cardine postes.
Fit [81] via vi: [82] rumpunt aditus, [83] primosque trucidant
Immissi Danai, & latè loca [84] milite complent,
Non [85] sic, aggeribus ruptis cùm spumeus amnis
[86] Exiit, oppositasque evicit [87] gurgite [88] moles.
Fertur in arva furens [89] cumulo, camposque per omnis
Cum stabulis armenta trahit. Vidi ipse furentem
Cæde [90] Neoptolemum, geminosque in limine [91] Atridas:

61 Aperturam in medio forium in similitudinem fenestræ habentium latum hiatum. 62 Conspicitur. 63 Regia. 64 Patere incipiunt hostibus. 65 Domorum. secreta. 66 Trojanorum. 67 Defensores regiæ, quos mòx *custodes* vocat. 68 Ubi feminæ, & infantes erant. 69 Strepitu, perturbatione. 70 Camerata tecta. 71 Immoderato fletu cum corporis agitatione. 72 Lugubrem vocem edunt. 73 Pulchra, micantia sidera: Hyperbolica locutio. 74 Discurrunt. 75 Eos. 76 Quos religione sacros, & sibi familiores, extremo amplexu, osculo, & vale dicto salutant. 77 Insolentia paterna, quâ pater ejus Achilles in tali successu instare solebat: ut, *Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris.* 78 Vim ejus sustinere possunt. 79 Trabe ingenti ferro præmunitâ, cornutâ fronte in morem arietis (quæ à multitudine retrò acta ad majorem impetum, deindè emissa propellebatur ad quassanda, labefactanda, diruendaque mœnia) frequentèr impulsa. 80 Ex loco, in quo fixi erant. 81 Transitus invitis Trojanis. 82 Rumpendo obstacula faciunt accessus. 83 Quos primos offendunt obstantes. 84 Militibus, id est, agminatim irrumpunt. 85 Tam violentèr, ut Græci ferebantur in aulam Priami. 86 Alveum suum. 87 Impetu aquarum. 88 Aggeres. 89 Impetu multo aquarum. 90 Pyrrhum novum militem obvios quosque trucidantem. 91 Agamemnonem, & Menelaum.

Vi-

Vidi [92] Hecubam, [93] centumque nurus, Priamumque
[94] per aras
[95] Sanguine [96] fœdantem, [97] quos ipse sacraverat, ignis.
Quinquaginta [98] illi [99] thalami, spes tanta nepotum,
[1] Barbarico postes auro, [2] spoliisque [3] superbi
Procubuêre. [4] Tenent Danai, quâ [5] deficit ignis.
[6] Forsitàn &, Priami fuerint quæ fata, requiras.
[7] Urbis ubi [8] captæ [9] casum, [10] convolsaque vidit
Limina tectorum, & [11] medium in penetralibus hostem;
Arma diu senior desueta trementibus [12] ævo
Circumdat nequidquam humeris, & [13] inutile ferrum
Cingitur, ac densos fertur moriturus in hostis.
Ædibus in mediis, [14] nudoque sub ætheris axe
Ingens ara fuit; [15] juxtàque veterrima laurus
[16] Incumbens aræ, atque umbrâ complexa [17] Penates.
[18] Hìc Hecuba, & natæ [19] nequidquam altaria [20] circum,
[21] Præcipites [22] atrâ ceu tempestate [23] columbæ,
[24] Condensæ, & [25] divom amplexæ simulacra sedebant.
Ipsum autem sumptis Priamum juvenalibus armis
[26] Ut vidit: Quæ mens tam [27] dira, miserrime conjux,
Impulit [28] his [29] cingi [28] telis? aut quò ruis? inquit.
Non [30] tali auxilio, nec defensoribus [31] istis

92 Priami uxorem. 93 Quinquaginta filiorum uxores, natas totidem, vel *centum*, id est, plurimas: ut sit numerus finitus pro infinito. 94 Super aras, quæ miseris in periculis asyli, seu confugii erant locus. 95 Sacrificiorum. 96 Imbuentem, cruentantem. 97 Quos ipse pervigiles sacraverat in aræ Jovis Hercei. 98 In damnum illius. 99 Cubicula, ubi nurus cum maritis cubabant. 1 Phrygio, seu Asiatico: sed Græcis cetere omnes gentes habitæ barbaræ. 2 Barbarorum illis affixis. 3 Superbè exstructi. 4 Occupant ab eâ parte. 5 Deest. 6 Recitat jam exitum Priami. 7 Trojæ. 8 A Græcis. 9 Excidium. 10 A sedibus suis avulsa. 11 In mediis ædibus. 12 Propter senectutem. 13 Quo frustra unus usurus erat. 14 Sub dio. 15 Propè. 16 Inflexa supra aram. 17 Deos domesticos. 18 Ad hanc aram, tamquam ad asylum, confugerat Hecuba cum natis, nuribus, &c. 19 Sed frustrà: namque hinc per vim & scelus abstractæ. 20 Anastrophe. 21 Festinæ propter tempestatem. 22 Nimbosâ. 23 Convolant. 24 Compressæ, turmatim collectæ. 25 Deorum Penatium: tutas sè fore ratæ ab hostili injuria loci sacri religione. 26 Postquàm vidit Hecuba. 27 Furiata. 28 Juvenilibus & tibi inutilibus armis. 29 Scil. *te*. 30 Quale tu adferre potes. 31 Inutilibus ac decrepitis, cujusmodi tu es, sed longè præstantioribus.

Tem-

[32] Tempus eget: [33] non, si ipse [34] meus nunc adfores Hector.
[35] Huc tandem concede [36] hæc ara tuebitur omnis:
Aut moriêre simul. Sic [37] ore effata, recepit
Ad sese, & [38] sacrâ [39] longævum in sede locavit.
Ecce autem elapsus [40] Pyrrhi de cæde Polites,
Unus natorum Priami, [41] per tela, per hostis
Porticibus longis fugit, & [42] vacua atria [43] lustrat
Saucius. Illum ardens [44] infesto [45] vulnere Pyrrhus
Insequitur, [46] jam jamque manu tenet, & premit hastâ.
[47] Ut tandem ante oculos [48] evasit & [49] ora parentum,
Concidit, ac multo [50] vitam cum [51] sanguine fudit.
[52] Hic Priamus, quamquàm in [53] mediâ jam morte tenetur,
Non tamen [54] abstinuit, nec [55] voci iræque pepercit.
At tibi pro scelere, exclamat, pro talibus ausis,
Di, si qua est cælo pietas, quæ talia [56] curet,
Persolvant grates dignas, & præmia reddant
Debita: qui nati [57] coram me cernere letum
Fecisti, & patrios [58] fœdasti [59] funere vultus.
At non ille, [60] satum quo te mentiris, Achilles
Talis [61] in [62] hoste fuit Priamo: sed [63] jura [64] fidemque
Supplicis [65] erubuit, corpusque [66] exsangue sepulcro
Reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit.

32 Status rerum præsentium. 33 Egeret scil. tali auxilio, quale is præstare possit, cùm serum fit. 34 Filius. 35 Ad me. 36 Quæ miseris in periculis asylum, seu confugii erat locus: quo qui confugissent, immunitatem, impunitatemque consequebantur, qui aras amplexi fuissent. Vide quæ nos ad Ter. pag. 271. 37 Pleonasmus. 38 Sacrata, in qua summus Pontifex sedere solebat. 39 Priamum senem. 40 Quam Pyrrhus faciebat in altos, & in hunc facere parabat. 41 Per tela hostilia. Hendiadys. 42 In quibus jam nullus remanserat, ad quem se reciperet. 43 Circumspicit. 44 Vim illaturo, hostili. 45 Telo, quo vulnus faceret. 46 Et in proximo est ut teneat. 47 Postquàm. 48 Cum difficultate fuga venit. 49 In conspectum Priami, & Hecubæ. 50 Mortuus est. 51 Respicit ad illorum opinionem, qui animæ sedem in sanguine esse putant. 52 Hoc tempore. Docet finem vitæ Priami. 53 Manifestam, & certam mortem ante oculos videt. 54 A convitiis. 55 Contumeliosæ. 56 Vindicet. 57 In conspectu meo. 58 Contaminasti. 59 Nati. 60 Progenitum: quia ejus mores non obtinet. 61 In me, utcumque hoste: supplicitèr venienti pro Hectoris cadavere redimendo jus, fidemque servavit. Homer. Il. ult. 62 *pro hostem.* 63 Ne hostis ab hoste violarer. 64 Fidem pacis ad redimendum datæ. 65 Cum rubore excepit. 66 Mortuum.

Sic

Sic fatus [67] senior, telumque [68] imbelle sine ictu
Conjecit: [69] rauco quod protenùs [70] aere repulsum,
Et [71] summo clipei [72] nequidquad [73] umbone pependit.
Cui [73] Pyrrhus: [74] Referes ergo [75] hæc, & nuntius ibis
[76] Pelidæ genitori. Illi mea [77] tristia facta,
[78] Degeneremque Neoptolemum narrare memento.
[79] Nunc morere. Hoc [80] dicens, [81] altaria ad ipsa [82] trementem
[83] Traxit, & in multo lapsantem sanguine [84] nati,
[85] Implicuitque comam lævâ, dextrâque [86] coruscum
Extulit, ac [87] lateri capulo tenus abdidit ensem.
Hæc [88] finis Priami fatorum: [89] hic exitus illum
Sorte tulit, Trojam incensam, & prolapsa [90] videntem
[91] Pergama; [92] tòt quondàm populis, terrisque [93] superbum
[94] Regnatorem Asiæ. [95] Jacet ingens litore truncus,
[96] Avulsumque humeris caput, & [97] sine nomine corpus.
At me tùm primùm [98] sævus circumstitit horror:
Obstupui: [99] subiit cari * genitoris imago,
[1] Ut [2] regem [3] æquævum [4] crudeli vulnere vidi

67 Priamus. 68 Imbecille, invalidum, sine viribus ad ictum, & vulnus. 69 Parum sonante, eò quod sine viribus impulsum esset. 70 Clypeo ereo. 71 In summa curvatura, seu media clypei parte levitèr infixum est, id est, non penetravit totum clypeum. 72 Nihil, aut levitèr penetrans, neque vulnus faciens. 73 Respondit. 74 Sarcasmus. 75 Facinora mea. 76 Achilli, Pelei filio, patri meo. 77 Turpia, tristitiam illi allatura. 78 Ab ejus virtute, & generositate degenerantem. 79 Ut sc. nuntius eas. 80 Pyrrhus. 81 Quæ à Priamo constructa erant in honorem Deorum. 82 Senectute. 83 Priamum. 84 Filii Politæ. 85 Et involvit sinistram manum comâ Priami. 86 Refulgentem. 87 In latere Priami usque ad manubrium, quo capitur. 88 Exitus erat. 89 Hujusmodi, & tam infelicem exitum ille sortitus est. 90 Priamum scil. 91 Arces Trojanas. 92 Pathos à fortunæ mutatione. Vide Macrob. lib. 4. Sat. cap. 3. 93 Nobilem, clarum. 94 Imperaverat enim Phrygiæ & Mygdoniæ, Synecd. 95 Qui jacet. Allusum à Poëta volunt ad histor. Pompejii, à Ptolomæi satellitibus cæsi: cujus truncus, capite abscisso, in litore jacuit. Negant enim Priamo ablatum caput, aut in litore cecidisse. Alii à Pyrrho raptatum Priamum ferunt ad tumultum Achillis in Sigæo, ibique prope litus cæsum. Alii Trojam in litore conditam. 96 Amputatum. 97 Non agnoscendum, ablato capite: vel, sine horrore sepulturæ, & inscriptione nominis, ignobile. 98 Sævus. 99 Quia in mentem venit mihi. * Patris Anchisæ. 1 Postquàm. 2 Priamum. 3 Patri meo Anchisæ coævum. 4 Violentèr.

Vi-

Vitam [5] exhalantem. Subiit [6] deserta [7] Creüsa,
Et direpta domus, & [8] parvi casus [9] Iüli.
Respicio, & quæ sit me circùm [10] copia lustro.
[11] Deseruêre [12] omnes defessi, & [13] corpora saltu
Ad terram misêre, aut [14] ignibus [15] ægra dedêre.
[16] (Jamque adeò [17] super [18] unus eram: cùm limina Vestæ
Servantem, & tacitam secreta in sede latentem
[19] Tyndarida adspicio: dant [20] clara incendia lucem
[21] Erranti, passimque oculos per cuncta ferenti.
Illa sibi infestos eversa ob [22] Pergama Teucros,
Et pœnas [23] Danaûm & [24] deserti [25] conjugis iras
Permetuens, Trojæ & patriæ communis [26] Erinnys,
Abdiderat sese, atque [27] aris [28] invisa sedebat.
Exarsêre [29] ignes animo: [30] subit ira cadentem
Ulcisci patriam, & [31] sceleratas sumere pœnas.
[32] Scilicèt [33] hæc [34] Spartam incolumis, [35] patriasque Mycenas
Adspiciet? [36] partoque ibit [37] regina triumpho?
[38] Conjugiumque, domumque, [39] patres, natosque videbit,
[40] Iliadum turbâ, & Phrygiis comitata ministris?
[41] Occiderit ferro Priamus? Troja arserit igni?

5 Effantem. 6 Relicta domi. 7 Uxor Æneæ, filia Priami. 8 Pathos à puerilli ætate, ut notas Macrob. lib. 4. cap. 13. 9 Ascanii, qui Astyanacti coævus erat. 10 Militum scil. quantus numerus armatorum, an sufficere posset ad resistendum hostibus. *Copia* numero singulari rarò pro exercitu accipitur. 11 Me. 12 Socii. 13 Præcipitaverunt se. 14 Præcipitaverunt se in ignes. 15 Saucia. 16 Versus 22. qui sequuntur, non admittunt quidam, ut qui Deiphobo casum suum referenti lib. 6. Æneid. non sonent, ideòque amotos à Tuccâ, Varoque, tamquam adulterini irrepserint. 17 Supereram. Tmesis. 18 Solus. 19 Helenam Jovis è Ledâ, Tyndari uxore, filiam. 20 Penetralia clarificantia. 21 Per diversa loca mihi vaganti. 22 Mœnia Trojana. 23 Quas Græci ab eâ exigere possent. 24 Cùm Paridem sequeretur. 25 Mariti Menelai. 26 Furibundi hujus belli fax. 27 Juxta aras Vestæ, ad quas confugerat. 28 Non visa, sed occulta. 29 Incendia irarum. 30 Incessit mihi. 31 De scelerata Helenâ: vel sceleris pœnas. 32 Æstuans apud se deliberatio Æneæ Helenam stomachantis. 33 Quæ caput, & origo mali est. 34 Suam patriam. 35 Menelai conjugis sui patriam. 36 Acquisito de Trojanis. 37 Tamquam regina. 38 Conjugem suum. 39 Parentes, aut proceres. 40 Virginum Trojanarum. 41 Postquam occisus sit ense ferreo.

Dar-

Dardanium toties [42] sudârit sanguine litus?
[43] Non ita. [44] Namque, etsi nullum [45] memorabile nomen
[46] Fœminеâ in pœnâ est, nec habet [47] victoria laudem;
[48] Exstinxisse nefas tamen, & sumpsisse [49] merentis
Laudabor pœnas: [50] animumque explêsse [51] juvabit
Ultricis flammæ, & [52] cineres satiasse meorum.
Talia [53] jactabam, & furiatâ mente [54] ferebar;)
Cùm mihi se, non antè oculis tam clara, videndam
Obtulit, & purâ per noctem in luce refulsit
Alma [55] parens, confessa Deam; qualisque videri
Cœlicolis, & quanta solet: [56] dextrâque prehensum
Continuit, [58] roseoque hæc insuper addidit ore:
[59] Nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?
Quid furis? aut quònam [60] nostri tibi cura recessit?
Non [61] priùs adspicies, ubi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? [62] superet conjuxne Creüsa,
Ascaniusque puer? [63] quos omnis undique Grajæ
Circum [64] errant acies: &, ni mea cura [65] resistat,
Jam flammæ [66] tulerit, [67] inimicus & [68] hauserit ensis.
Non tibi [69] Tyndaridis [70] facies [71] invisa Lacænæ,

42 Irrigatum sit. Hæ interrogationes indignitatem rei exaggerant in deliberatione. 43 Scilicet: atque ita negat talem triumphi speciem Helenam in patriam reportaturam. 44 Tacitæ cuidam objectioni occurrit. 45 Memoriâ dignum. 46 Quam de femina summam. 47 In feminam. 48 Et quamquam nefas est exstinxisse eâm. 49 Meritas, vel, de eâ, quæ benè meruit. 50 Animum vindictæ cupidine inflammatum. 51 Delectabit. 52 Umbras civium occisorum, & manes hac hostia inferiis placasse: quos in sepulchris habitare persuasum erat, & hostiarum sanguine satiari. Vide quæ nos ad Flor. pag. 230. 53 Inanitèr dicebam. 54 Concitabar. 55 Venus. 56 A cœlestibus cœlum habitantibus: nam majores esse credebant habitu corporis Deos, quàm homines. 57 Per dextram meam, quâ Helenæ ictum minabar. 58 Fragranti, & pulchro in morem rosæ. Sic Æneid. 1. roseâ *cervice refulsit*. 59 Oratio Veneris, quâ filium hortatur, ut pietatis potiùs, quam iræ, aut vindictæ, rationem habeat. 60 Quam de nobis habere debes. Georg. 4. Aristæus ad matrem: *aut quo tibi nostri Pulsus amor?* 61 Potius. 62 Supersit in vita. 63 Anchisen, Creüsam, & Ascanium. 64 Divagantur. 65 Restitisset. 66 Abstulissent & absumpsissent omnes eos. 67 Ab inimicis illatus. 68 Occidisset eos. 69 Helenæ Laconicæ, seu Spartanæ. 70 Pulchritudo faciei. 71 Odiosa tibi, eo quod ob eam Trojam eversam putes.

Cul-

[72] Culpatus-ve Paris. Divom [73] inclementia, divom
Has evertit opes, [74] sternitque à [75] culmine Trojam.
([76] Adspice: namque omnem, quæ nùnc [77] obducta tuenti
Mortales [78] hebetat visus tibi, & humida circum
Caligat, [79] nubem eripiam: tu ne qua [80] parentis
Jussa time, neu [81] præceptis parêre recusa)
Hìc, [82] ubi disjectas moles, avolsaque [83] saxis
Saxa vides, [84] mixtoque [85] undantem pulvere fumum,
[86] Neptunus muros, magnoque [87] emota tridenti
[88] Fundamenta [89] quatit; totamque à [90] sedibus urbem
Eruit. Hìc [91] Juno [92] Scæas [93] sævissima portas
[94] Prima tenet, [95] sociumque furens à navibus agmen
[96] Ferro accincta vocat.
[97] Jam summas arcis [98] Tritonia (respice) Pallas
[99] Insedit, * nimbo effulgens, & [1] Gorgone sævâ.
Ipse [2] Pater Danais animos, viresque [3] secundas
[4] Sufficit: [5] ipse [6] Deos in Dardana suscitat arma.

72 Qui dicitur in culpa esse, criminosus. 73 Sævitia Deorum. Causam Trojani excidii ab Helena in Deos transfert. 74 Prosternit. 75 Imperii. 76 Q. d. Videre potes, an vera dicam. 77 Superducta tibi intueri volenti. 78 Obtundit. 79 Perturbationem. 80 Mea quæ parens sum. 81 Parentis tui, quæ sunt: *Eripe nate fugam, finemque impone labori.* 82 Postquam. 83 Murorum. 84 Admixto ei. Amplificat murorum ruinam à signis consequentibus: nam ex ponderum lateritiorum ruina pulvis cèu fumus in aërem surgit. 85 Ad undarum speciem in nubem se erigentem. 86 Et ubi vides, quod Neptunus, &c. Neptunus & Apollo fabricavêre mœnia Trojana: cum Laomedon denegasset mercedem: Dii ob id irati fuerunt Trojanis. 87 E loco suo mota sceptro suo tres dentes habenti. Censebant enim Neptunum tridente suo non solum mare, sed terram etiam movere, & labefactare. 88 Murorum, & ædificiorum. 89 Concutit. 90 Fundamentis suis. 91 Junoni portas tribuit, ut quæ regnis præsideat... 92 Ad Scæum promontorium vergentes. 93 In Trojam. 94 Tamquam princeps expugnationis. 95 Ut priori associetur. 96 Armis ferreis. 97 .... Palladi arces, ut quæ ipsius inventum & cura. *Pallas, quas condidit arces, Ipsa colat.* Et in arce Trojana præcipuus hujus Deæ cultus & Palladium, memor utraque judicii Paridis. 98 A *Tritone* palude Africæ sic dicta. 99 Occupavit. * Nube divina circumradiante. 1 Ægide, seu scuto, in quo caput Medusæ erat. Vid. lib. 8. Æn. *ipsamque in pectore Divæ Gorgona.* 2 Juppiter. 3 Faustas & efficaces. 4 Abundè subministrat. 5 Emphasin habet: q. d. Juppiter ipse, qui omnibus æquus esse solet, favet Græcis: fuge ergo. 6 Neptunum, Junonem & Palladem.

[7] Eripe, nate, fugam, finemque impone labori.
Nusquàm abero, & tutum patrio te [8] limine [9] sistam.
[10] Dixerat: & [11] spissis noctis se condidit umbris. 625
[12] Apparent [13] diræ facies, inimicaque Trojæ
Numina magna Deùm.
Tùm verò omne mihi visum [14] considere in ignis
Ilium, & ex [15] imo verti [16] Neptunia Troja. 625
[17] Ac veluti summis antiquan in montibus ornum,
Cùm ferro accisam crebrisque bipennibus instant
Eruere agricolæ certatim; illa [18] usque [19] minatur,
Et tremefacta [20] comam concusso vertice nutat;
[22] Vulneribus donèc paullatìm evicta, [23] supremum 630
Congemuit, traxitque jugis avolsa [24] ruinam.
Descendo, ac ducente [25] Deo flammam [26] inter & [27] hostis
[28] Expedior. Dant tela locum, flammæque [29] recedunt.
Ast ubì jàm [30] patriæ [31] perventum ad limina [32] sedis,
Antiquasque domos; genitor, quem [33] tollere in altos 635
Optabam [34] primùm montis, primumque [35] petebam;
Abnegat excisâ [36] vitam producere Trojâ
Exsiliumque pati. Vos ô, quibus [37] integer ævi

7 Ubi ergo hæc omnia vides, fac, cape celeritèr fugam. Horat. Od. 29. lib. 3. *Eripe te moræ.* 8 Domo. Synecd. 9 Stare faciam, ducam. 10 Venus. 11 Densis. 12 Mihi scil. discedente fulgore matris. 13 Terribiles & infestæ facies Junonis, Palladis, Neptuni, Jovis. 14 Resolvi in carbones ignitos. 15 Scil. *fundo*, id est, funditus everti. 16 A Neptuno & Apolline condita, aut muris cincta. 17 Sic Græci, favent ibus Diis, everterunt Trojam, ut rustici ornum. 18 Continuò. 19 Ruinam. 20 Ramos. Metaphora ab animali ad non animal. 21 Vacillat. 22 Crebris ictibus ferri. 23 Supremum gemitum dedit. 24 Aliarum arborum. 25 Venere, numine Veneris, quæ mas & femina perhibetur, à Cypriis barbara culta, sed veste muliebri, cum sceptro, ac statua viri: quin & θῆλυ utriusque esse generis autumant. Vide Macrob. 3. Sat. 8. c. 26 Anastrophe. 27 Inter flammas hostiles. Hendiadys. 28 Expeditus ingredior: vel, impeditis extrahor. Metaphora ab animalibus, quæ, pedibus laqueo impeditis, difficultèr se evolvunt. 29 A me. 30 Patris mei Anchisæ. 31 Est à me & matre. 32 Habitationis. 33 Exportare. 34 Præcipuum, vel ante filium & uxorem. 35 Appetebam. 36 Diutiùs victurum. 37 Non minutus. Juvenis intelligi: quia non est integer sanguis in senibus, in quibus i.le per ætatem minuitur: undè ille tremor. Sic lib. 9. *Atque* integer ævi *Ascanius*. Horat. Od. 12. lib. 1. *Integer vitæ*.

San-

Sanguis, ait, [38] solidæque [39] suo stant robore vires,
[40] Vos agitate fugam.
Me si cœlicolæ voluissent ducere vitam,
Has mihi servassent [41] sedes. [42] Satis una superque
Vidimus excidia, & captæ [43] superavimus urbi.
Sic ò, [44] sic [45] positum adfati discedite corpus.
Ipse [46] manu mortem inveniam. [47] Miserebitur hostis,
[48] Exuviasque petet. [49] Facilis jactura sepulcri.
[50] Jam pridèm invisus Divis, & inutilis annos
[51] Demoror: ex quo [52] me divom pater, atque hominum [53] rex,
Fulminis [54] adflavit [55] ventis, & [56] contigit [57] igni.
Talia perstabat memorans, [59] fixusque manebat.
Nos contrà [60] effusi lacrimis, conjuxque Creüsa,
Ascaniusque, omnisque [61] domus, ne [62] vertere secum
Cuncta pater, fatoque [63] urgenti incumbere vellet.
[64] Abnegat, inceptoque & [65] sedibus hæret in isdem.
Rursùs in arma [66] feror, mortemque miserrimus opto.
Nam quod consilium, aut quæ jam fortuna dabatur?
Mene [67] efferre pedem, genitor, te posse relicto

38 Plenæ, firmæ. 39 Proprio, & conveniente, sine alterius auxilio, quo eget Anchises. 40 Qui juvenes estis, cogitate de fugâ. 41 Habitationem. 42 Satis superque est, quod Trojani ab Hercule, sub Laomedonte semel excisam vidimus expugnatæ urbi superstites. 43 Superstites fuimus. Sic lib. 3. *Quid puer Ascanius, superatne, & vescitur aurâ Æthereâ?* 44 Cum tali animo, & zelo. 45 Situm suis sedibus, id est, me pro mortuo, & conclamato hic relinquite: ex more, ter Vale dicto. Æneid. 11. *Æternumque vale.* 46 Mea, id est, sic irruam in hostes, ut me interficiant. 47 Senectutis meæ, & occidet me. 48 Spoliabit me. 49 Pro nihilo reputabo, si fuero insepultus. *Nec tumulum curo, sepelit naturâ relictos.* Mœcenas. *Capit omnia tellus, Quæ genuit, cœlo tegitur, qui non habet urnam.* Lucan. 50 Jam à plusculo tempore. 51 Detineo & extendo. 52 De Veneris concubitu gloriantem. 53 Juppiter. 54 Levitèr tetigit. 55 Halitu, id est, levi contactu. 56 Non tamen prostravit. 57 Fulminis. 58 Talibus dictis perseverabat in moriendi consilio. 59 Obstinatus. 60 Effusi in lachrymas: vel effusis lachrymis. 61 Familia. Metonym. Cic. *Tota* domus *te salutat.* 62 Evertere, destruere. 63 Ipsum ad præsentem mortem impellenti. 64 Constantissimè negat precibus nostris acquiescere. 65 Firmis sententiis. 66 Trahor & excitor. 67 Nedum fugere.

Sperâsti ? [68] tantumque nefas patrio excidit ore ?
Si nihil ex tantâ superis placet urbe relinqui ;
Et [69] sedet hoc animo, perituræque addere Trojæ
Teque tuosque [70] juvat : [71] patet isti janua leto,
[72] Jamque aderit multo Priami de [73] sanguine Pyrrhus,
[74] Natum ante ora patris, [75] patrem qui obtruncat ad aras.
Hoc erat, alma parens, quò me per tela, per ignis
Eripis, ut mediis [76] hostem in [77] penetralibus, utque
Ascanium, patremque meum, juxtàque Creüsam,
Alterum in alterius mactatos sanguine cernam ?
Arma, viri, [78] ferte arma : [79] vocat lux ultima victos.
Reddite me [80] Danais, sinite instaurata revisam
Prælia. Numquàm omnes hodiè moriemur inulti.
[81] Hîc ferro accingor rursùs, clipeoque sinistram
Insertabam [82] aptans, meque extra tecta ferebam.
[83] Ecce autem complexa [84] pedes in limine [85] conjux
Hærebat, parvumque [86] patri tendebat Iülum :
[87] Si [88] periturus abis, & nos rape in [89] omnia tecum :
Sin aliquam [90] expertus sumptis [91] spem ponis in armis,
[92] Hanc primùm tutare domum. [93] Cui parvus Iülus,
Cui pater, & conjux [94] quondàm tua dicta [95] relinquor ?

68 Tam iniquum de pietate meâ judicium, ut velim te deserere cædi expositum; aut ut tu velis nos hic morantes una perire. 69 Si hoc (nihil relinqui) firmitèr decretum est tibi, stat sententia. 70 Delectat. 71 Aditus, & modus patet ad illud tam ignobile, quod tamen affectas, mortis genus. 72 Statim revertetur à cæde Priami. 73 Sanguinis effusione. 74 Politum in conspectu patris Priami : suprà, *Quo nati coram me cernere letlium fecisti*. 75 Priamum. 76 Qui jam aderit. 77 Domus paternæ. 78 Adferte in hostes. 79 Ultimum tempus vitæ expetit ad mortem non victos. 80 Græcis, quibus me mater eripuit. 81 Hoc tempore armo, & instruo me ad certamen subeundum. 82 Eam loris clypei. 83 Ita Andromache. Il. 6. Hectorem, ad bellum prodeuntem, remorari domique continere laborat. Ναὶ δ' ἐπὶ πύργον ἔχεσ'. 84 Meos. 85 Creüsa. 86 Mihi patri porrigebat. 87 Et clamavit, si, &c. 88 Eo animo, ut pereas. 89 Pericula, id est, in mortem. Ejusdem generis est affectus Halcyonis apud Ovid. 11. Met. *Quod tua si flecti precibus sententia nullis Chare potest conjux, nimiumque es certus eundi, Me quoque tolle simul : certè jactabimur unâ.* Immò etiam uxoris ipsius Ovidii, lib. 1. Trist. El. 3. *Tum verò conjux humeris abeuntis inhærens*, &c. 90 Peritus armorum. 91 Salutis. 92 Nostram domum. 93 Domui. 94 Dùm mecum vivere constituisti. 95 A te.

Talia [96] vociferans, gemitu [97] tectum omne replebat:
Cùm subitum, dictuque [98] oritur mirabile [99] monstrum.
Namque * manus juxtà, mœstorumque ora parentum,
Ecce [1] levis summo de vertice visus Iüli
Fundere [2] lumen [3] apex, [4] tactuque [5] innoxia [6] mollis
[6] Lambere flamma comas, & circum [7] tempora [8] pasci.
Nos pavidi [9] trepidare metu, [10] crinemque flagrantem
Excutere, & [11] sanctos restinguere [12] fontibus ignis.
At pater Anchises oculos ad sidera [13] lætus
Extulit: & [14] cœlo palmas cum [15] voce tetendit:
Juppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,
[16] Adspice nos; [17] hoc tantùm: & si pietate meremur,
Da deindè auxilium, pater; atque hæc [18] omina firma.
Vix ea fatus erat [19] senior: [20] subitoque fragore
Intonuit [21] lævum, & de cœlo lapsa per umbras
Stella [23] facem ducens multâ cum luce [24] cucurrit.
Illam, summa super labentem culmina [25] tecti,
Cernimus [26] Idæâ claram se condere silvâ,

96 Creüsa. 97 Totam domum. 98 Ostentatur. 99 Prodigium. * Dùm marer filium patri porrigeret. 1 Ignis jambens à capite diffusus regni præsagium agnoscit Anchises augurii non imperitus, ceteris timentibus. Allusum volunt ad histor. Servii Tullii: cujus pueri admodùm caput arsit in domo Tarquini Prisci. 1. Liv. de Lavinia, lib. 7. 2 Radios quosdam ignis. 3 Globulus in summitate pilei. Vide quæ nos ad Val. Max. p. 4. 4 Mollitèr tangens. 5 Non nocens puero. 6 Levitèr tangere. 7 Capitis Iüli. 8 Nutriri, crescere. 9 Trepidabamus. Enallage modi. 10 Ignem capiti inhærentem. 11 Quos posteà sanctos esse didicimus, inviolabiles, cœlitus profectos. 12 Aquis mundis. 13 Ex tali portento. Nam intelligebat omen, quod à Diis datum erat. 14 Ad cœlum: ut alibi, *it clamor* cœlo. 15 Orarione sequenti. 16 Esto nobis propitius. Intuentes enim Dii juvant, & favent. 17 Tam magnum bonum quod nobis portenditur. 18 Portenta confirma. Mos fuit auguribus, petere à Jove confirmari, quæ visa erant: non enim unum vidisse satis est, nisi confirmetur. 19 Anchises. 20 Juppiter confirmat augurium ab alio signo auspicato, id est, omine secuto, quod erat tonitru lævum. 21 Læva pars, quod boni est ominis. Quæ enim nobis læva, à Diis dextra proveniunt. Vel, quia auspicia captantibus, & Meridiem servantibus, læva auguria sunt ab Oriente, quæ melior cœli pars. Vide Macrob. lib. 3. c. 1. Cic. lib. 2. de Divin. 22 Et hæc etiam prospera, firmat omen, signatque viam fugæ: ducto claro lucis tractu ab Anchisæ domo ad Antandrum sub Idâ. 23 Periphrasis Cometæ, quæ lucidam caudam post se trahit, & tandem labitur. 24 Celeritèr tracta est per cœlum. 25 Domus nostræ. 26 Idæ, sylvæ Trojanæ, ubi erat Æneæ domus.

Signantemque [27] vias: tùm longo [28] limite [29] sulcus
Dat lucem, & late circum loca [30] sulfure fumant.
Hic verò [31] victus genitor se tollit ad auras,
Affaturque Deos, & [32] sanctum sidus adorat.
[33] Jam jam nulla mora [34] est. Sequor; & quâ ducitis, adsum.
Dii patrii, servate [35] domum, servate [36] nepotem:
[37] Vestrum hoc augurium, vestroque in [38] numine Troja est.
[39] Cedo equidem, nec, nate, [40] tibi comes ire recuso.
Dixerat [41] ille: & jam per mœnia [42] clarior [43] ignis
Auditur, propiusque [44] æstus incendia volvunt.
[45] Ergo age, care pater, cervici [46] imponere nostræ:
Ipse subibo humeris, nec me labor iste gravabit:
[47] Quos res tumque cadent, unum & commune periclum,
Una salus [48] ambobus erit. Mihi parvus Iülus
Sit comes, & [49] longo [50] servet vestigia conjux.
Vos famuli, quæ dicam, animis advertite vestris.
Est [51] urbe egressis [52] tumulus templumque vetustum
[53] Desertæ Cereris, [54] juxtàque antiqua [55] cupressus,
Religione [56] patrum multos [57] servata per annos.

27 Per quas nobis fugiendum erat. 28 Metaphora ab agrorum cardinibus, in quibus propriè limites sunt, qui agros dividunt. 29 Oblongus tractus. 30 Odore sulphureo, qui mortem Anchisæ portendebat. Sulphureæ materiæ fuisse fulmina, faces, & alios ignes divinos opinabantur veteres, atque hinc θεῖον sulphuri nomen. 31 Revocatus ab instituto Deorum portentis, sive firmato augurio. 32 A Diis missum, aut bonæ rei significativum. 33 Et inquit, *jam jam*, &c. 34 In me. 35 Familiam, genus. 36 Ascanium. 37 A vobis profectum. 38 Protectione, potestate. 39 A proposito meo. 40 Tecum. 41 Pater Anchises. 42 Qui vicinior erat. 43 Crepitus ab igne procedens. 44 Calores ex incendiis provenientes. 45 Quia jam cessisti, & ignis propinquat. 46 Sine ut imponaris. 47 Quocumque, id est, in quamcumque partem, aut eventum. Tmesis. 48 Nobis. 49 E longinquo, procul sequatur: ne ab hoste advertamur multi simul. 50 Observet. 51 Offenditur ab iis, qui egressi sunt Troja. 52 Colliculus quidam. 53 Vel, quia Cereris fanâ in recessibus semper fundata, ad memoriam derelictæ Cereris, & orbatæ filia rapta: vel, quia arvorum Dea, extra urbem posita: vel, quia cultus jam desuetus per decennalem obsessionem. 54 Huic tumulum & hoc templum. 55 Quæ arbor Diti sacra, & funebre signum ad domus funestas, maximè nobilium apud Romanos, juxta aras, & templa conseri solita. 56 Majorum nostrorum. 57 Observata, & venerata.

Hanc

Hanc [58] ex diverso [59] sedem veniemus in unam.
Tu, genitor, cape [60] sacra manu, patriosque Penates.
[61] Me, bello è tanto digressum & cæde recenti,
Attrectare nefas; donèc me [62] flumine vivo
Abluero.
Hæc fatus, [63] latos humeros [64] subjectaque colla
Veste [65] super, fulvique insternor [66] pelle leonis;
Succedoque oneri. [68] Dextræ se parvus Iülus
Implicuit, sequiturque [69] patrem non passibus [69] æquis:
[70] Pone subit conjux. [71] Ferimur per [72] opaca locorum.
Et me, quem dudùm non ulla injecta movebant
Tela, neque averso [73] glomerati ex agmine Graji,
Nunc omnes terrent auræ: sonus [74] excitat omnis
[75] Suspensum, & paritèr [76] comitique [77] onerique timentem.
Jamque propinquabam portis, omnemque videbar
Evasisse [78] viam; subitò, cum creber ad auris
Visus adesse pedum [79] sonitus: [80] genitorque per umbram
Prospiciens, Nate, exclamat, fuge, ante; [81] propinquant.
[82] Ardentis clipeos, atque aera [83] micantia cerno.

58 Ex diversis partibus, sive itineribus. 59 Locum. 60 Quæ Æneæ Panthus occultaverat ante cædem factam per eum. 61 A cæde, aut etiam funere venientibus nefas sacra adire, nisi fluviali aquâ priùs lotis, ac purificatis. 62 Aquâ semper fluenti. Vide Macrob. Sat. lib. 3. cap. 1. 63 Lati humeri insternuntur mihi. 64 Quæ patri subjeci. Propert. l. 4. El. 1. *Cùm pater in nati tremulus cervice pependit, Et verita est humeros urere flamma pios.* Vide Ovid. 13. Metam. 65 Desuper. 66 Tractum est illud ab antiquis Heroïbus, qui decoris, & horroris gratia ad terrorem incutiendum ferarum pellibus, ac præcipuè leonum, tegi solebant. 67 Et suscipio patrem in humeros, super vestem, & pellem illam. 68 Meæ. 69 Inæqualibus, quia longè brevioribus, sed pluribus: alioqui patrem dimisisset. 70 A tergo sequitur. 71 Trahimur impetu horroris. 72 Opacitatem: ut, *clausa domorum, strata viarum*, &c. 73 In formam glomeris circum me collecti. Ducta Metaphora à glomere, in quo fila in globi speciem sunt collecta. 74 Ad fugam, vel ad horrorem. 75 Dubium, perplexum. Metaphora. 76 Iulo. 77 Patri. 78 Periculosam. 79 Strepitus. 80 Anchises territus, pavensque videtur sibi per imaginationis umbram videre, quæ non sunt: certè, quæ cæco, utpotè fulminis afflato ventis, conspici nequaquam possent. 81 Hostes appropinquant. 82 Ferreos candefactosque. 83 Resplendentia. Quidam hæc Æneæ verba esse volunt.

Hìc mihi nescio quod trepido [84] malè numen amicum
[85] Confusam eripuit [85] mentem. Namque [86] avia cursu
Dùm sequor, & notâ excedo regione viarum;
Heu! misero conjux [87] fatone erepta Creüsa
[88] Substitit, erravitne [89] viâ, seu lassa [90] resedit,
Incertum; nec post [91] oculis est reddita nostris:
Nec priùs amissam [92] respexi, [93] animumque [94] reflexi,
Quàm [95] tumulum antiquæ Cereris [96] sedemque sacratam
Venimus. Hìc [97] domùm collectis [98] omnibus [99] una
Defuit; & * comites, natumque, virumque fefellit.
Quem non [1] incusavi [2] amens hominumque Deorumque?
Aut quid in eversa vidi [3] crudelius urbe?
Ascanium, Anchisemque patrem, Teucrosque Penates,
Commendo sociis, & [4] curvâ valle recondo.
[5] Ipse urbem [6] repeto, & cingor fulgentibus armis.
[7] Stat [8] casus renovare omnes, omnemque reverti
Per Trojam; & rursùs caput objectare periclis.
Principio muros, [9] obscuraque limina portæ,
Qua gressum extuleram, repeto, & [11] vestigia retrò
Observata sequor per noctem, & [12] lumine lustro.
Horror ubique [13] animos, simul ipsa silentia terrent.

84 Quis Deus non satis favorabilis, iratus, inimicus. Ut suprà: *Et statio* male fida *carinis*. Genium malum intelligit. Prisci arbitrabantur, singulis binos genios assignatos: quorum alter salutem, alter perniciem, moliretur. Quos secuti Theologi hominibus, recens natis, Angelum bonum, & malum assignant. 85 Attonitum, amentem animum. 86 Loca inaccessa, ubi non erat via, saltèm trita. 87 Voluntate Deorum. 88 Mansit stans. 89 Per viam sibi incognitam. 90 Remansit sedens. 91 Nisi in umbris. Tantùm enim umbram ejus vidit. 92 Retrospiciendo percepi. 93 A numine malè amico. 94 Ab instituto currendi ad tumulum, ut patrem, & filium salvem. 95 Ad colliculum. 96 Templum. 97 Tandem: quia ex diverso convenerant. 98 Aliis. 99 Illa sola. * Spem fefellit comitum, &c. quia si adfuisset, omnes simul aufugissemus. 1 Criminatus sum. 2 Factus sine mente, propter impatientiam amissæ conjugis. 3 Tristius. Catul. *Quid faciant hostes captâ crudeliùs urbe?* 4 Vel ob circumjectos montes: vel, ob vicinia litora, quæ curva dicuntur. 5 Hysteron proteron, pro cingor armis, atque urbem repeto. 6 Quæsitum conjugem amissam. 7 Placet, & decretum est mihi, velutque fixum in animo, & immotum. 8 Quos priùs obieram. 9 Per noctem occulta, nec omnibus nota. Al. *obsessaque limina portæ*. 10 Per quam egressus fueram. 11 Meos. 12 Mea, id est, viam remetior. 13 Oculis, non face, nec incendii lumine circumspicio.

In-

Indè [14] domum, si fortè pedem, si fortè [15] tulisset,
Me refero. [16] Irruerant Danai, & [17] tectum omne tenebant.
[18] Illicet ignis [19] edax summa ad [20] fastigia vento
Volvitur: [21] exsuperant flammæ: [22] furit æstus ad auras.
Procedo, & [23] Priami [24] sedes arcemque [25] retiso.
Et jam [26] porticibus [27] vacuis [28] Junonis [29] asylo,
[30] Custodes [31] lecti Phœnix & dirus Ulixes,
Prædam adservabant. [32] Hùc undique Troia [33] gaza
Incensis erepta [34] adytis, [35] mensæque Deorum,
[36] Crateresque auro solidi, [37] captivaque [38] vestis
[39] Congeritur. [40] Pueri & pavidæ longo ordine matres
Stant circùm.
Ausus quinetiam [41] voces jactare per [42] umbram
Implevi clamore vias, mœstusque Creüsam
Nequidquam [43] ingeminans [43] iterùmque iterùmque vocavi.
[44] Quærenti, & tectis urbis sine [45] fine furenti,
[46] Infelix simulacrum atque ipsius umbra Creüsæ
Visa mihi ante oculos, & [47] nota major imago.

14 Meam. 15 Rediisset domum Creüsa. 16 Et cum eò venissem, *irruerant*, &c. 17 Totam meam domum occupabant. 18 Illicò, statim: sumptum à judiciis. 19 Consumens. 20 Culmina domus. 21 Evincunt domum. 22 Fragor vehementèr crepitat, & exsilit ad auras. 23 Patris Creüsæ. 24 Regiam, 25 Quia priùs eam viserat. 26 Scil. *in*. 27 Amplis. 28 Loco immunitatem concedenti, à quo neminem ad supplicium abstraere licebat, qui erat in tutela Junonis. Dictum *Asylum* ἀπὸ τῦ συλάω, id est, *spolio*, *prædor*; vel; ἀπὸ τῦ σύρω, id est, *traho*, quod fugienti illùc spolia non detrahebantur. Est autem *a* particula privativa; undè *Asylum* est locus, à quo nemo extrahi, aut rapi possit. In sacris litteris *urbes perfugii* dicuntur Asyla, quæ Deus ipse constituit certis quibusdam casibus, atque iis, qui delicta non voluntaria commiserant. Vide Deuter. 4. 41. 42. 20 Præstarum. 30 Electi. 31 Amyntoris filius. 32 In hanc porticum, & asylum Junonis. 33 Vox Persica, quæ regiam pecuniam, thesaurum, & divitias propriè significat. 34 Locis templi secretioribus, & sacratis, quæ nulli, præterquam summo sacerdoti, adire olim licebat. 35 Explicat, quæ Gaza dixerit. 36 Pocula sacrificatoria, facta ex solido auro. 37 Captivorum. 38 Vestes, & ornamenta simulacrorum. 39 In commune præda posteà dividenda. Zeugma. 40 Captivi abducendi. 41 Clamare. 42 Tenebras. 43 Alludit ad ritus funebres priscorum: undè, Nequidquam ait se inclamasse uxorem, de quâ jam conclamatum esse crederet. 44 Quærenti eam. 45 Modo, aut mensurâ. 46 Infelicitèr mihi ereptum. 47 Imago ejus erat major, quam ea esset, quam noram, id est: erat major, quàm ea ipsa, cujus imago erat.

Obs-

Obstupui,[48] steteruntque[49] comæ & vox faucibus[50] hæsit.
Tùm sic[51] affari, & curas his demere dictis:
Quid tantùm[52] insano[53] juvat indulgere dolori,
O dulcis[54] conjux? non hæc sine numine divom
Eveniunt. Nec te hinc[55] comitem asportare Creüsam
Fas: aut ille sinit[57] superi regnator Olympi.
Longa tibi[58] exsilia, & [59] vastum maris æquor arandum.
Et terram[60] Hesperiam venies: ubi[61] Lydius, arva
Inter opima virûm, leni fluit[63] agmine[64] Thybris.
Illic res lætæ, regnumque, & [67] regia conjux
Parta tibi, lacrimas[68] dilectæ[69] pelle Creüsæ.
[70] Non ego [71] Myrmidonum sedes, [72] Dolopumve superbas
Aspiciam, [73] aut Grajis servitum matribus ibo,
[74] Dardanis, & divæ Veneris nurus:
[75] Sed me magna Deûm genitrix[76] his detinet oris.

48 Stupore adeò lapsus est in quantitate syllabæ, cui corripiendæ Grammatici Systolen adhibent. 49 Capilli. 50 Adhæsit, id est, non potui loqui. Ter. in Eunuc. *Lingua hæret metu.* 51 Creüsa, aut imago ejus visa est, cœpit. 52 Magna & inutili, vehementi. Sic Eclog. 9. Insani *feriant sine litora fluctus.* Supra de Chorœbo: insano *Cassandræ incensus amore.* 53 Delectat te indulgenter operam dare. 54 Marite. 55 Nutu, & voluntate Deorum. 56 Sociam itineris tui vi & clam portari. 57 Jovis periphrasis. 58 Sc. *restant.* 59 Amplum mare navigandum est. Metaphora ab agris. 60 Italicam. 61 Thuscus. Namque Lydi, Tyrreno duce, in hac Italiæ parte consederant: *Ubi Lydia quondam Gens bello præclara, jugis insedit Hetruscis*, lib. 8. & 10. 62 Pinguia, fertilia. 63 Fluxu, impetu aquarum. 64 Tiberis. Syncope. Albula initio dictus: verum quod in trajectu ejus, Tiberinus, Albanorum rex, submersus sit, Tiberis nomen sortitus est: labitur ex Apennino monte. 65 Ad Tiberim in Italiâ. Consulatur à spe commodarum, & suavium rerum. 67 Lavinia Latini regis filia. 68 Quas effundis super me Creüsa tibi dilecta. 69 Depelle igitur. 70 Neque enim in manus hostium Græcorum veni inter captivas abducenda. 71 Thessalorum illorum. 72 Sociorum Pyrrhi. Has duas nationes pro Græciâ posuit. Vide suprà. 73 At contrà: Hecuba *modò regia conjux, Regia dicta parens, Asiæ florentis imago*, se Penelope servitum ituram conqueritur apud Ovid. 13. Metam. *modo maxima rerum*, &c. 74 Ego Dardani neptis, & ab illo inclyto viro, Jovis filio, oriunda. Pathos à conditione. 75 De Creüsa memoriæ proditum est, à Deûm matre & Venere Græcis præreptam esse, & vindicatam in libertatem. Alii putant, Virgilium hic innuere, Creüsam esse mortuam, & sepultam tellure detineri: terram, communem omnium parentem, *Matrem Deûm* vocans. 76 In his regionibus.

Jam-

Jamque vale, & [77] nati serva communis amorem.
Hæc ubi dicta [78] dedit, lacrimantem, & multa volentem
Dicere, deseruit, [80] tenuisque recessit in auras.
[81] Ter conatus [82] ibi [83] collo dare brachia circum;
Ter [85] frustra comprensa [86] manus effugit imago,
[87] Par levibus ventis, [88] volucrique simillima [88] somno.
[89] Sic demùm [90] socios, consumptâ nocte, reviso.
Atque [91] hîc ingentem comitum [92] adfluxisse novorum
Invenio admirans numerum, matresque, virosque,
Collectam [95] exsilio pubem, miserabile vulgus.
Undique convenere, animis opibusque parati;
In quascumque velim [97] pelago deducere terras.
[98] Jamque [99] jugis summæ * surgebat Lucifer [1] Idæ,
[2] Ducebatque diem: Danaique obsessa tenebant
Limina portarum: nec spes [3] opis ulla dabatur.
[4] Cessi, & [5] sublato [6] montem genitore petivi.

77 Filii Ascanii. 78 Creüsa. 79 Me. 80 Vix palpabiles. 81 Τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἐλέειν τέ με θυμὸς ἄνωγε, Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιὴ ἐπλετο ἢ καὶ ὀνείρῳ Ἐπτατ'. Odyss. 11. 82 Eo tempore, quo aufugerat. 83 Ejus. 84 Per circuitum complectendo ea. 85 Quia contineri nequibat. 86 Meas. 87 Similis. 88 Citò avolanti phantasmati. 89 Id est, certior factus, quia conjugem amissam recuperare non poteram. 90 Quos in monte Idâ dereliquerat in valle reconditos. 91 Ubi meos reliqueram. 92 In morem fluctuum advenisse. 93 Si Dareti Phrygio credimus, 3400. 94 Matronas. 95 Ad exilium mecum obeundum. 96 Scil. *sequi*. 97 Per pelagus. 98 Auroræ descriptio. 99 Super verticem. Sol, & stellæ Poëtis, ex opinione, & sensu vulgi dicuntur montes prospicere, & ex pelago oriri. * Oriebatur stella matutina lucem ferens. 1 Montis sylvosi in Phrygiâ. 2 Ferebar; quia solem præcedens nuntiat esse diem. 3 Servandæ, aut recuperandæ urbis. 4 Locum dedi fatis, per Laocoontis exsitium, per diligentiam matris, quæ mihi Deos potiùs, quam Græcos, inimicos ostendit, per incendium ex filii mei vertice, per horrationem patris, & religiosas voces uxoris. 5 Humeris meis. 6 Idam.

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER TERTIUS.

ARGUMENTUM.

EVersa Troja, Æneas, collectis suorum reliquiis, quæ cædi flammisque supererant, parataque apud Antandrum viginti navium classe, primùm in Thraciam defertur: ubi cum futuræ urbis fundamenta poneret, territus Polydori, à Polymnestore cæsi, prodigiis, Delum petit. Consultoque ibi Apollinis oraculo, cum antiquam gentis suæ matrem, hoc est, primam originis suæ terram repetendam didicisset, falsa Anchisæ patris interpretatione adductus, Cretam contendit. Verùm cum ibi quoque, positis jam mœnibus, gravissima peste exagitaretur, in somnis monitus à Diis Penatibus, relicta Creta Italiam petit. Ibi subitò oborta tempestate primùm ad Strophades Insulas appulsus, ab Harpyis infestatur: mòx Actium delatus, in honorem Apollinis ludos celebrat. Indè Corcyram prætervectus, Epirum tenet: quæ id temporis Heleno Priami filio parebat, cui post Pyrrhi cædem Andromache in conjugium cesserat. Helenus Æneam hospitio excipit, omnique humanitatis genere complectitur, imminentiumque terra marique periculorum certiorem facit. Æneas, relicta Epiro, Tarentum, primamque Italiæ oram prætervectus, ad eam Siciliæ partem, quæ Æneæ monti adjacet, appellitur. Ibi Achæmenidem ab Ulysse in Cyclopis antro desertum, supplicem recipit, edoctusque ab eo de Cyclopum feritate, indè anchoras solvit: memorque præceptorum Heleni, vitalis Charibdis & Scyllæ periculis, Siciliæ litora longo circuitu circumvectus, tandem Depranum advehitur, ubi Anchises tum senio, tum longæ navigationis jactatione fatigatus satis concedit. Indè Italiam petiturus, immissa ab Æolo suscita tempestate, in Africam ejicitur: quam partem libro primo exsequitur.

POstquàm [1] res Asiæ, Priamique evertere [2] gentem
[3] Immeritam [4] visum superis, [5] cecidítque [6] superbum
[7] Ilium, & omnis [8] humo fumat [9] Neptunia Troja;

1 Imperium Trojanum, florentissimum in phrygia minore, quæ in Asia, *Columen eversus occidet Pollentis Asiæ.* Sen. Troa. 2 Progeniem & domum. 3 Invidiosè in Deos, & fata causam excidii rejicit. 4 Placuit. Sic loquebantur veteres in rebus parum secundis. Lib. 2. *Diis aliter visum.* 5 In cineres corruit. 6 Magnificè, & superbè exstructum, nobile. 7 Præcipuum oppidum in Troja. 8 De terrâ adhùc fumat. Nam cùm excidium, cædes, & incendium citò desierint, fumus diutiùs perseveravit. 9 A Nepruno mœnibus cincta & fabricata. Ov. 11. Met.

Di-

Diversa [10] exsilia, & [11] desertas [12] quærere terras
[13] Auguriis [12] agimur divum, [14] classemque sub ipsâ
[15] Antandro & [16] Phrygiæ [17] molimur montibus Idæ;
Incerti quo fata [18] ferant, ubi [19] sistere detur;
[20] Contrahimusque [21] viros. Vix [21] prima inceperat [22] æstas;
Et pater Anchises dare [23] fatis vela jubebat:
Litora tùm [24] patriæ lacrimans portusque relinquo,
[25] Et [16] campos ubi Troja fuit. Feror [27] exsul in [28] altum
Cum sociis, natoque, [29] Penatibus, & [30] magnis Dis.
[31] Terra [32] procul [33] vastis [34] colitur [35] Mavortia campis,
([36] Thraces arant) [37] acri quondam [38] regnata [39] Lycurgo;
Hospitium antiquum [40] Trojæ, [41] sociique Penates,

10 In quibus exsules degamus. 11 Ab incolis desertas, adeòque vacuas: *vel*, a Dardano quondam derelictas, Italas scil. ut Thraciam, Siciliam, Cretam, &c. 12 Ad quærendum impellimur. Græcismus ἀγεμαθία ἔστιν. 13 Imperiis, fatis, oraculis, prodigiis Deorum: ut quæ per crinem flagrantem Iüli, & per stellam, quæ facem ducebat, portendebantur: item per monita Hectoris, & Creüsæ, lib. 2. 14 Collectionem navium. 15 Oppido ad radicem montis, in quo Paris inter Deas judicârat, montes autem Idæ numerant quattuor Phalacran, Lecton, Pergamon, Gargaron. 16 Quia etiam Ida in Creta est, sed classem parabat inter Antandrum & Idam montem. 17 Cum mole, & difficultate paramus. 18 Avehant nos. 19 Subducere classem, & finire errores. 20 Congregamus. 21 Quorum in 1. meminit, Ilioneum, Cloanthum, Sergestum, Gyan, Leucaspin, Achaten, atque alios. 22 Verna temperies. Ab opportuna anni parte. 23 Secundùm fata & arbitrium Deorum, aut ut fata indicabant. 24 Pathos à loco. 25 *Ecce*, inquit Macrob. lib. 5. cap. 1. *paucissimis verbis maximam civitatem hausit, Venit summa dies*, &c. 26 Arabiles scil. quia jam ignis omnia exederat. 27 Pathos à statu, & conditione. 28 Mare. 29 De Penatibus, lib. 1. & alibi. 30 Diis majorum gentium, qui publicè celebrantur, & quorum maximum imperium ac numen erat: qui sunt Juppiter, Neptunus, Apollo, &c. Enniano disticho inclusi. Vide Macrob. lib. 3. c. 4. 31 Thracia scil. quam describit ab habitatoribus, militari laude, priscis gentis regibus, & regni usu. Docet quomodo coactus sit diversa quærere exsilia. 32 A Troja. 33 In valdè amplis campis. 34 Subigitur ab agricolis. 35 Bellicosa: undè Marti patria assignatur. 36 Quam terram Thraces assiduo labore exercent. 37 Severo, bellicoso, strenuo: vites enim omnes succidi jussit, exosus Thracum ebrietatem. 38 Gubernata. 39 Thracum rege. Non ergò intelligit hic Licurgum, sanctissimum illum Lacedæmoniensem legislatorem, sed Dryantis filium. 40 Trojanorum, qui jure hospitalitatis olim à Thracibus accipiebantur, & eos vicissim accipiebant. 41 Confœderati & amici.

Dùm

Dùm fortuna [42] fuit. Feror [43] huc, & [44] litore curvo
[45] Mœnia prima [46] loco, fatis ingressus [47] iniquis:
Æneadasque meo [48] nomen de nomine [49] fingo.
[50] Sacra [51] Dionææ matri, divisque [52] ferebam
[53] Auspicibus cœptorum operum: [54] superoque [55] nitentem
[56] Cælicolûm [57] regi mactabam in litore [58] taurum
[59] Fortè fuit [60] juxta [61] tumulus, [62] quo cornea summo
Virgulta, & [63] densis hastilibus horrida [64] myrtus.
[65] Accessit, viridemque ab humo convellere [66] silvam
Conatus, ramis [67] tegerem ut frondentibus aras:
[68] Horrendum, & dictu video mirabile [69] monstrum.
Nam, quæ prima [70] solo ruptis radicibus [66] arbos
Vellitur, [71] huic [72] atro liquuntur sanguine guttæ
Et terram [74] tabo maculant. Mihi [75] frigidus horror

42 Scil. *prospera*, id est, dum fortunati fuimus. 43 In hanc terram, id est, Thraciam. 44 Scil. *in*. 45 Æni oppidi. 46 Statuo. 47 Non faventibus. 48 Fuit appellata hæc urbs ab Æneæ nomine Æneas, & populi Æneadæ. 49 Voco populos illius civitatis Æneades. 50 Sacrificia. 51 Veneri, matri meæ, Dionis ex Jove filiæ, quæ una Nympharum Tethyos, & Oceani fuisse dicitur. 52 Offerebam. 53 Auxiliatoribus, aut faventibus, inchoatis operibus. Hinc *auspicari*, est bonis auspiciis felicitèrque incohare: ducta Metaphora ab auspiciis. 54 Cœlesti, supremo. 55 Nitidum, utpote pinguem, & saginatum: *vel*, candidum, ex religione, quia Diis superis candidæ offerebantur victimæ, Diis inferis nigræ. 56 Cœlicolarum. Syncope. 57 Jovi. 58 Sacrificium non litans, itaque secutum: *Horrendum dictu, & visu miserabile monstrum.* Nam Jovi nusquam, sed vel Apollini, aut Neptuno, aut Marti, taurus sacrificabatur. Committitur ergo res non ignorantia, sed ut monstro locum faceret secuturo, ut docet Macrob. lib. 3. c. 10. Alii tamen taurum ritè Jovi immolari tradunt. 59 Commemorat occasionem insecuti prodigii. 60 Prope eum locum. 61 Et collis sepulcrum. 62 In quo tumulo summo, id est, in cujus vertice erat virgarum pullulantium densitas corni arboris. 63 Densitate virgultorum, undè facilè hastilia fierent, inculta & aspera. 64 *At* myrtus *validis hastilibus, & bona bello Cornus.* 2. Georg. 65 Tumulum. 66 Frondes, frutices virgarum, seu densa illa hastilia virentia. 67 A causa finali. Solemne enim priscis erat, aras frondibus vestire ac ornare. 68 Maximè admirandum, & stupendum. 69 Nam cùm ramos evelleret, effluxit sanguis, quod monstri simile erat. 70 Terra, in quâ sustentabatur. 71 Arbori. 72 Atri sanguinis. 73 Defluunt. 74 Sanguine atro, & corrupto contaminant. Lucret. lib. 3. *Et terram conspergere tabo.* 75 Me frigidum faciens. Metonym.

Mem-

Membra [76] quatit, [77] gelidusque [78] coït formidine [79] sanguis.
Rursùs & [80] alterius [81] lentum convellere vimen [82] Insequor, & caussas penitùs [83] tentare [84] latentis:
Ater & [85] alterius sequitur de cortice sanguis.
Multa [86] movens animo, Nymphas [87] venerabar agrestis,
[88] Gradivumque patrem, [89] Geticis qui præsidet arvis,
[90] Ritè secundarent visus, [91] omenque levarent.
[92] Tertia sed postquàm majore [93] hastilia [94] nisu
Aggredior; genibusque [95] adversæ obluctor arenæ;
(Eloquar, an sileam?) gemitus [96] lacrimabilis imo
[97] Auditur tumulo, & vox [98] reddita fertur ad auris:
[99] Quid miserum, Ænea, laceras? jam parce sepulto:
* Parce pias scelere manus. Non me tibi Troja
[1] Externum tulit: [2] haud cruor hic de stipite [3] manat.
Heu! fuge [4] crudelis terras, fuge litus [5] avarum.
Nam [6] Polydorus ego. Hic [7] confixum [8] ferrea [9] texit

76 Concutit, & tremere facit. 77 Quasi congelatus. 78 Concrescit, & constringitur præ timore. 79 Meus. 80 Arboris. 81 Molle, & flexibile. 82 Insequenter conor. 83 Tentando scrutari. 84 Mihi ignotas. 85 Virgulti. 86 Agitans. 87 Hamadryades, arborum præsides, & inquilinas nativas; veritus ne fortè ipsarum sanguinem elicuissem. 88 Martem, Thraciæ præsidem, & Deum bellicosum. Aliis placet à *gradiendo* dictum esse, quod sc. *gradatim* in bellum vadatur. Nec verò desunt, qui, ἀπὸ τῆς περὶ αἰφνης, id est, *à vibrando* deducant: quòd hastæ in bello *vibrentur*, torqueanturque. 89 Thracie arvis, cujus partem olim tenuerunt Getæ. 90 Ut prosperas facerent visiones, & prodigium illud. Liv. lib. 1. *Hoc velut domestico exterritus visu.* 91 Portentum illud leve, ac bonum facerent. 92 Docet, quomodo agnoverit Polydorum illic sepultum, postquam à Polymnestore occisus fuerat. 93 Tertium virgultum. 94 Conatu evellendi. 95 Incumbo terræ, quæ in litore arenoso esse solet, mihi oppositæ. 96 Quasi à lachrymante editus. 97 A me. 98 Data, facto jam transitu. 99 Loquitur umbra Polydori. * Cave polluere manus tuas insontes. 1 Sed civem propinquum, affinem. 2 Produxit, educavit. 3 Distillat. 4 In quibus impium facinus commissum est. 5 In quo avarus rex imperium tenet. 6 Filius Priami, quem nostri esse Polymnestori. 7 Confossum. 8 Jacula cornea, myrtea ferro armata, quæ è sepulcra enata constituunt hoc virgultum. Allusumque volunt ad hastam à Romulo ex Aventino in palatium jactam, quæ, radice actâ, in arborem excrevit. 9 Sepelivit, & occultavit.

Telorum [10] seges, & [11] jaculis increvit acutis.
Tùm verò [12] ancipiti mentem formidine pressus
[13] Obstupui [14] steteruntque comæ, & vox faucibus [15] hæsit.
[16] Hunc Polydorum auri quondàm cum pondere magno
[17] Infelix Priamus [18] furtìm mandârat alendum
[19] Threïcio regi; [20] cùm jam diffideret [21] armis
Dardaniæ, cingique urbem obsidione videret.
[22] Ille, [23] ut opes fractæ Teucrûm, & fortuna [24] recessit,
[25] Res Agamemnonias [26] victriciaque arma secutus,
[27] Fas omne abrumpit: [28] Polydorum obtruncat, & [29] auro
Vi potitur. [30] Quid non mortalia pectora cogis
Auri [31] sacra fames? [32] postquam pavor ossa reliquit:
Delectos populi ad [33] proceres, [34] primumque parentem,
[35] Monstra Deûm [36] refero, &, [37] quæ sit sententia, posco.
Omnibus [38] idem [39] animus, [40] sceleratâ [41] excedere terrâ;
Linquere pollutum hospitium, & dare [42] classibus austros.

10 Multitudo, copia. 11 Reviruit in hastilia illa acuta, quæ avellis. 12 Me ancipitem, & dubium, quid facerem reddente. 13 Idem habetur versus sub fine secundi lib. 14 Obriguerunt capilli. 15 Adhæsit. Ter. Eun. *Lingua hæret metu.* 16 Digreditur à cœptâ narratione, per occasionem prodigii ostentati, in historiam Polydori. Adi Euripidis Hecubam, & Ovid. 13. Metam. & Dictyn Cret. 17 Propter casum, qui post evenit. 18 Secreto, ne res hostibus innotesceret, & puer ad cædem deposceretur. 19 Thraciæ regi Polymnestori: cui Ilione maxima natarum Priami nupserat. 20 In spem restaurandi regni Troj. quod ipse Priamus in se redempto expertus fuerat. *Consilium sapiens, sceleris nisi præmia magnas Adjecisset opes.* 13. Met. Ov. 21 Portentis Trojæ, id est, cùm incepisset desperare de salute Trojanorum, & Trojæ. 22 Polymnestor. 23 Postquàm. 24 Ab eis. 25 Partes Agamemnonis, imperatoris exercitus Græcorum. 26 Victorum Græcorum. 27 Jus hospitale, & socia fœdera violat. 28 Caput Polydori amputat. 29 Deposito cum Polydoro. — 30 Ad quid, id est, ad omne nefas. Epiphonema per interrogationem prolatum, ut augeatur indignatio. Sal. Cat. *Namque avaritia fidem, probitatem, cæterasque bonas artes subvertit: pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habere edocuit*: Vide Horat. Od. 16. lib. 3. 31 Exsecranda cupido. Virg. sacras *depellere tædas.* 32 Redit à digressione ad omissam narationem. 33 Primores, & principes. 34 Et præcipuè. 35 Portenta. 36 In consultationem porro, propono. 37 Quid faciendum sentiant. 38 Uniformis. 39 Erat. 40 Scelere tanto pollutâ. 41 Ut excederemus. 42 Violatum tali cæde. 43 Classes ventis Hypallage.

Ergo

Ergo [44] instauramus Polydoro funus, & ingens
[45] Aggeritur tumulo tellus: [46] stant manibus aræ
Cæruleis mæstæ [47] vittis, [48] atràque cupresso;
Et [49] circùm [50] Iliades crinem [51] de more solutæ. 65
[52] Inferimus tepido spumantia cymbia lacte,
Sanguinis & [53] sacri [54] pateras: [55] animamque [56] sepulcro
Condimus, & magnâ [57] supremum voce cieramus.
[58] Indè, ubi prima [59] fides pelago, [60] placataque venti
Dant maria, & [61] lenis [62] crepitans vocat [63] auster in altum, 70
[64] Deducunt socii navis, & litora complent.
[65] Provehimur portu: [66] terræque, urbesque recedunt.
Sacra mari colitur medio gratissima [67] tellus
[68] Nereidum matri, & Neptuno [69] Ægæo:
Quam [70] pius [71] Arcitenens, oras & litora circùm 75

44 Ab integro facimus errantibus Polydori manibus sepulcrum, aut officium funebre, quod prætermissum erat. 45 Magna moles terræ accumulatur, & apportatur ad tumulum extruendum. 46 Positæ, erectæ sunt Diis inferis. 47 Sertis. 48 Tristi, funebri, & ob id ingratâ: quare pro funebri signo ante domos funestras poni consuevit. 49 In circuitu. 50 Mulieres Trojanæ stant habentes crinem passum & sparsum per colla. 51 Patriæ, aut exsequiarum. 52 Inferimus in tumulum pocula in morem navium, id est, cymbarum facta: abundè repleta lacte recens mulso. *Cymbia* autem diminutivè dicta sunt à *cymbâ*, quod navigii genus est. Vide Macrob. Sat. lib. 5. cap. 21 53 Ex sacrificio collecti. 54 Pocula patentia orificio amplo. 55 Polydori. 56 Comsepelimus. 57 Ultimum Vale ter conclamamus. 58 Deindè, postquàm officium funebre peregimus. 59 Confidendi ratio est facta pelago, id est, ubi primum satis potuimus confidere pelago, & citra periculum vela dare. 60 Tranquilla. 61 Lenitèr flans. 62 Cum crepitu ad navigandum hortatur. 63 Quilibet ventus. 64 Deorsum ducunt à litore, quo eas subduxerant. Hujus enim contrarium est, *subducere*; ut lib. 1. *Urbem quam statuo, vestra est*, subducite *puppes*. 65 Porrò avehimur. 66 Videntur navigantibus recedere, cum ipsi recedant. Oculus quippè nos quiescere judicans, motu conspecto quasi semet retractans, terram retrò tendere opinatur. 67 Delos insula, dicta priùs Ortygia. 68 Doridi. 69 Æges urbs erat Eubœæ, ubi templum Neptuni Ægæi: undè & nomen mari Ægæo: quod tamen alii à scopulo αἰγὰς referente dictum autumant: alii à fluctibus protervis & αἴγων more insultantibus. 70 In matrem, quam ulta est Pythone interempto, & in patriam Delon, quam priùs fluctuantem vado alligavit ac fixit. 71 Apollo, κλυτότοξος, ἀργυρότοξος. Vide Macrob. l. 6. cap. 5.

[72] Errantem, [73] Gyaro celsa [74] Myconoque [75] revinxit:
[76] Immotamque coli dedit, & [77] contemnere ventos.
[78] Hùc ſe[ce]dit: hæc feſſos tuto placidiſſima portu
Accipit. [79] Egreſſi veneramur [80] Apollinis [81] urbem.
Rex [82] Anius, rex idem hominum Phœbique ſacerdos,
[83] Vittis & ſacrâ [84] redimitus tempora [85] lauro,
[86] Occurrit: veterem Anchiſen [87] agnoſcit [88] amicum.
Jungimus [89] hoſpitio dextras, & [90] tecta ſubimus.
[91] Templa dei ſaxo venerabar ſtructa vetuſto;
[92] Da propriam, [93] Tymbræ, domum: [94] dà mœnia [95] feſſis,
Et [96] genus, & [97] manſuram urbem. Serva [98] altera Trojæ
Pergama, reliquias Danaûm, atque [99] immitis Achillei.
Quem ſequimur? quòve ire jubes? ubi ponere ſedes?
Da, * pater, [1] augurium; atque animis [2] illabere noſtris.
[3] Vix ea fatus eram: tremere omnia viſa repentè,
[4] Liminaque, laurusque [5] dei; totuſque moveri

72 Vagantem, & fluctuantem. 73 Insula in mare Ægæo: in qua mures ferrum arrodunt. 74 Insulà, quæ Ovid. 7. Met. *humilis*, sed in quâ mons celsus Dimastus. 75 Colligavit. 76 Eum immobilem, & quietam, vadoque fixam habitari. 77 Nihil curare ventos, undè priùs agitabatur. 78 In hanc terram Delon nunc ita firmam ac stabilem, ut nullis tempestatibus sede sua dimoveri possit. 79 Navibus. 80 Qui eam firmavit. 81 Delon. 82 Filius Apollinis ex Staphyli filia, quem regno & sacerdotio Dei pater honoravit. Quin & olim apud varias gentes ipsi Reges, atque Imperatores, iidem Sacerdotes erant, & Pontifices. 83 Quia sacerdos. 84 Cinctus. 85 Quia rex. 86 Nobis. 87 Iterum novit. *Agnoseo* enim, & *cognosco* ita plerisque distinguuntur, ut *agnoscere* dicamur olim notos: *cognoscere*, priùs incognitos. 88 Suum. 89 Hospitalitatis jure. 90 Regia scil. id est, regiam ipsam intraturus. 91 Templum Apollinis. 92 Ubi templum Delphicum, aliaque in Græcia incendiis, prædonibus, ac terræ motibus diruta essent, Delium intactum semper manebat eodem saxo. Macrob. 3. lib. 6. c. Sat. 93 Et dico scilic. ostende nobis habitationem nobis debitam & perpetuam, in quâ permanere possimus. 94 Apollo cui templum fuerat huc usque in Thymbræo campo prope Trojam. 95 Nobis. 96 Propagationem generis. 97 Perduraturam. 98 Nos, qui sumus secunda mœnia, id est, tutamina Trojæ. 99 Crudelis. * Apollo. 1 Oraculum, aut aliud evidens signum, quo certi simus, quò eundum sit. 2 Illabendo significa, ita ut & credere, & intelligere valeamus. 3 Docet, quod subsecutum sit oraculum, &c. 4 Templi. 5 Apollinis, id est, quæ in tutela ejus est, eò quòd Daphne puella, ab eo adamata, in laurum conversa fingitur.

Mons

Mons circum, & mugire [6] adytis [7] cortina [8] reclusis.
[8] Submissi perimus [9] terram, [10] vox fertur ad auris:
[11] Dardanidæ [12] duri, quæ vos à stirpe parentum
Prima tulit [13] tellus, eadem vos [14] labere lætо 95
Accipiet [15] reduces. [16] Antiquam exquirite [17] matrem.
[18] Hic [19] domus Æneæ [20] cunctis dominabitur [20] oris,
[21] Et nati natorum, & [22] qui nascentur ab illis.
Hæc Phœbus: mixtoque ingens exorta tumultu
Lætitia: & [23] cuncti, quæ sint ea mœnia, quærunt, 100
[24] Quò [25] Phœbus vocet errantis, jubeatque reverti.
Tum [26] genitor [27] veterum volvens monumenta virorum.
Audite, ô proceres, ait, & [28] spes discite vestras.
Creta [29] Jovis magni [30] medio jacet insula [30] ponto;
Mons [31] Idæus ubi, & [32] gentis cunabula nostræ 105

6 Secretioribus penetralibus: quæ adire non licet, apertis. 7 Locus secretior, corio Pythonis tectus, undè responsa, edebantur. 8 Humiliari. 9 Ut ab adytis perfectè vocem acciperemus. 10 Audimus vocem dicentem. 11 A Dardano oriundi, qui & ipse ortum habuit ex Italia: quam vel hinc innuere voluit Oraculum ab illis reperendam. 12 Variis laboribus exerciti, fortes. 13 Italia. 14 Læta fecunditate. 15 Redeuntes. 16 Terram patriam, id est, Italiam: sed non intellexerunt hoc Trojani. Allusum simul ad historiam Bruti, & Tarquiniorum Liv. 1. qui cum oraculum Delphici Apollinis peterent, responsum est, ejus imperium fore qui primus matrem reversus oscularetur. Quod solus Brutus agnoscens, de navi egressus, simulans casum, osculatus est terram: undè & potitus imperio est. 17 Ovid. 13. Met. super eadem re: *Cumque die surgunt, adeuntque oracula Phœbi, Qui petere antiquam matrem, cognataque jussit Litora.* 18 In Italiâ. 19 Æneæ posteri. 20 Orbi terrarum: imperium Romanum innuit. 21 Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται. Il. 20. 22 Omnes in infinitum succedentes. 23 Trojani. 24 Ad quæ. 25 Apollo. 26 Anchises. 27 Animo agitans testimonia, quæ nos admonere possent majorum nostrorum, unde originem traximus. *Monumenta* dicta videntur à *monendo*, & esse ea omnia, quæcumque vel defuncti causa ædificantur, vel ad memoriam alicujus, ut nos illius admoneant, ut sepulcra, statuæ, libri & similia. 28 Undè requiem vicinam sperare potestis. 29 In quâ magnus Juppiter natus dicitur. 30 In mari Mediterraneo. 31 A quo is, quem in Phrygia fuisse legimus, nomen accepit. 32 Primæ origines nostri generis. *Cunabula* propriè lecticuli sunt, in quibus infantes ponuntur. Hinc per Metaphoram pro primordiis & origine alicujus sumitur, ut hoc loco.

[33] Centum urbis [34] habitant magnas, [35] uberrima regna:
[36] Maximus undè pater, si [37] ritè audita recordor,
Teucrus [38] Rhœteas [39] primùm est advectus ad oras.
[40] Optavitque locum [41] regno. Nondùm [42] Ilium, & arces
[43] Pergameæ [44] steterant: [45] habitabant vallibus imis.
[46] Hinc mater [47] cultrix Cybele, Corybantiaque æra,
Idæumque nemus: hinc fida silentia [48] sacris,
[49] Et junĉti currum dominæ subiêre leonis.
Ergo agite, &, divûm ducunt quâ jussa, [50] sequamur:
[51] Placemus ventos, & [52] Gnossia regna petamus:
Nec longo [53] distant [54] cursu: [55] modò Juppiter adsit,
[56] Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
[57] Sic [58] fatus, [59] meritos [60] aris mactâvit honores,
Taurum [61] Neptuno, taurum tibi, pulcher Apollo,
[62] Nigram [63] Hiemi pecudem, [64] Zephyris felicibus albam.

33 Ἑκατόμπολιν Cretam. Ariadne Theseo apud Ovid. *Non ego te, Crete, centum digesta per urbes Aspiriam, puero cognita terra Jovi.* 34 Cretenses. 35 Fertilissima. Referunt ad illa oraculi: *eadem vos ubere læto Accipiet reduces.* 36 De quâ insulâ primus auctor generis nostri. 37 Ut decet. 38 Phrygias, à *Rhœteo*, Trojæ promontorio. 39 Primus, Fallitur autem in eâ re Anchises, quia ante Teucrum venerat Dardanus. 40 Elegit Teucer, ut lib. 1. *Pars optare locum tecto.* 41 Ad regiam exstruendam. 42 Oppidum præcipuum Trojæ. 43 Trojanæ. 44 Erectæ erant. 45 Incolæ. 46 Ex hac insulâ, vel, à Teucro inductus cultus matris Deorum Cybeles: cymbala, quæ à Corybantibus pulsantur, & quibus Jovis nascentis vagitus celebatur. Idæ nomen, & religio: silentium in sacris: Dea *Turrigeræque urbes, bijugique ad fræna icones*: ut 10. lib. Æn. 47 Exornatrix regionis nostræ. 48 Cœpta sunt sacrificiis, aut rebus sacris agendis, quæ nefas erat notificare. 49 Ex imitatione hujus gentis tractus est mos, ut currus Cybeles à leonibus traheretur. Alludit ad fabulam Hippomenis & Atalantæ, quos Cybele in leones vertit, currumque suum subire coëgit: de quâ Ovid. Met. 10. 50 Navigemus in Cretam. 51 Propitios nobis reddamus Deos ventorum, sacrificio facto. 52 Cretam: cujus urbes insignes Gortyne, Cydon, Gnossus. Syneed. 53 A Delo. 54 Spatio. 55 Dummodò cœlum, aura, & venti nobis auxilio sint & faveant. 56 Tertius dies. 57 Docet sacrificio peracto in Cretam profectos, & illinc pestilentia rursùs pulsos. 58 Anchises. 59 Diis debitos. 60 Ad aras. 61 His enim duobus tantum, & Matri tauro sacrum fiebat. 62 Quia infaustus est Deus. 63 Tempestati, pro Deo consecratæ à Romanis. Cic. 3. de Natur. Deorum. 64 Species pro genere.

Fa-

Fama [65] volat[66] pulsum regnis [67] cessisse paternis
[68] Idomenea ducem, [69] desertaque litora Cretæ,
Hoste vacare [70] domos, sedesque [71] adstare [72] relictas.
Linquimus [73] Ortygiæ portus, [74] pelagoque volamus,
[75] Bacchatæque [76] jugis [77] Naxon, [78] viridemque Donysam
Olearon, [79] niveamque Parum, [80] sparsasque per [81] æquor
[82] Cycladas, & [83] crebris [84] legimus freta consita [85] terris.
[85] Nauticus exoritur [86] vario certamine [85] clamor
Hortantur socii, Cretam [87] proavosque petamus.
Prosequitur [88] surgens à puppi ventus [89] euntis,
Et [90] tandèm [91] antiquis [92] Curetum [93] allabimur oris.
Ergo avidus muros optatæ [94] molior urbis,
[95] Pergameamque voco. Lætam [96] cognomine gentem
Hortor [97] amare focos, arcemque attollere tectis.
Jamque ferè sicco [98] subductæ [99] litore puppes,

65 Velocitèr circumfertur. 66 Regno à suis pulsum, quod à Trojâ redeunti sibi filium gratulatum progressum immolare parabat; ex voto, oblaturum se quod primum occurreret. 67 Excessisse. 68 Deucalionis filium. 69 A duce. 70 Cretenses. 71 Vacuatas esse. 72 A duce profugo. 73 Deli, ita appellatæ ab eâ Ortygia, quæ in Ætolia est. Alii à coturnicibus, quæ ὄρτυγες, & ibi frequentes. 74 Et celerrimè navigamus per pelagus. 75 Bacchi Orgiis celebratam: ut 2. Georg. *Virginibus* bacchata *Lacænis Taygeta*. Al. *Bacchatam*, id est, vitibus consitam. 76 In montibus. 77 Insulam. 78 A pabulo, quo abundat: vel, à marmore viridi insignem maris Ægæi insulam. 79 Niveo marmore nobilem. 80 Undè & σποράδες dictæ hæ insulæ: & *freta hac terris consita*. Præferunt alii lectionem *concita*, id est, æstu scilicèt crebro, & recipiocis undis commota. 81 Ægæum. 82 Insulas in circuitu in morem Cycladis vestis, & circa Delon in orbem sitas. 83 Insulis toto mari sparsis, & quasi disseminatis. 84 Prætervehimur. 85 Nautarum hortantium se invicem, κέλευσμα. 86 Quia cum secundo uterentur vento, certatim incumbebant veloci navigationi. 87 Majores nostros. 88 Flans à posteriori parte navis, & ita à tergo. 89 Nos proficiscentes. 90 Post longa desideria, vel post biduì navigationem. 91 Unde antiquam ordinem originem traximus. 92 Populorum in Cretâ, qui primi cultores ejus fuerunt. 93 Infrà: *Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris*. 94 Cum mole exstruo. 95 Urbem scil. Pergamum inter Cretæ urbes agnoscunt Geographi vet. 96 Urbis. 97 Sacrificia celebrare: vel domos privatas exstruere, & arcem juxta in editiore loco ad defensionem, vel, tecta arci imponere, per Hypallagen. 98 Erant. 99 In litus.

[1] Connubiis arvisque novis operata juventus;
[2] Jura domosque [3] dabam: [4] subitò cùm tabida [5] membris,
Corrupto [6] cœli tractu, [7] miserandaque [8] venit
Arboribusque satisque [9] lues, & [10] letifer annus.
Linquebant dulcis [11] animas, aut [12] ægra [13] trahebant
Corpora. [14] Tùm [15] sterilis [16] exurere [17] Sirius agros
Arebant herbæ, & victum seges [18] ægra negabat.
Rursùs ad oraclum [19] Ortygiæ [20] Phœbumque [21] remenso
Hortatur pater ire mari, [22] veniamque precari:
Quam fessis finem rebus [23] ferat: undè labôrum
[24] Tentare auxilium jubeat: quò vertere [25] cursus.
[26] Nox erat, & terris animalia somnus [27] habebat.
Effigies sacræ divûm, [28] Phrygiique Penates,
Quos mecum à Troja, mediisque ex ignibus urbis
Extuleram, visi ante [29] oculos adstare [30] jacentis
Insomnis, [31] multo manifesti lumine, qua [32] se
Plena per [33] insertas [34] fundebat Luna fenestras.
Tùm sic [34] affari, & curas his demere dictis:

1 Conjugia contrahere, agros signare, & colere cœpêre juvenes: sed non nisi auspiciis sumptis, & peractis sacrificiis. Vel, juventus erat ferè operata, id est, sacrificia fecerat propter conjugia, & arva jam primum ab eis arata. Virg. 1. Georg. *Sacra refer Cereri, lætis* operatus *in herbis.* 2 Civitatis. 3 Eis. 4 Occasio ad cognitionem erroris circa interpretationem oraculi Deliaci. Describit autem pestem à causis suis. 5 Hominum. 6 Aëris regione, aut climate. 7 Miserandos nos faciens. 8 Exorta est. 9 Pestis: redi ad 3. Georgic. sub finem libri. 10 Mortem per pestem adferens. 11 Vitam suam, id est, moriebantur. 12 Illa infirma. 13 Eas animas, id est, anhelitum, id est, afflabuntur peste. 14 Insuper. 15 Quos exurendo steriles effecit. 16 Exurebat. Enallage modi. 17 Stella in ore canis; cujus exortu intolerabilis calor in terra sentitur. *Jam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat*, &c. 4. Geor. 18 Et ipsa lue facta, propter peccatum Anchisæ, oraculi perperam interpretari de Cretâ, non de Italiâ. 19 Deli, in quo Apollo oracula edebat. Vide supra. 20 Ad Apollinem. 21 Renavigatio. 22 Hanc gratiam, ut dicat, *Quem fessis*, &c. 23 Constituat. 24 Attentando obtinere. 25 Navigationis nostræ. 26 Sic lib. 4. *Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem Corpora.* Docet, quomodò Dii Penates cohortati sint in Italiam proficisci. 27 Occupabat. 28 De his lib. 1. & 2. supr. 29 Meos. 30 Cubantis mei. 31 Mihi visibiliter apparentes. 32 Lumen suum infundebat, inspergebat. 33 Quæ ædibus interpositæ erant. 34 Affari, & alloqui visi sunt, ac certiores facere, quonam flectendum sit iter.

Quod

Quod tibi [35] delato Ortygiam dicturus Apollo est,
Hic canit, & tua nos en ultrò ad limina mitti.
Nos te, [36] Dardaniâ incensâ, [37] tuaque arma secuti;
Nos * tumidum [38] sub te [39] permensi classibus æquor:
Idem venturos [40] tollemus in astra [41] nepotes,
Imperiumque [42] urbi dabimus. Tu [43] mœnia [44] magnis
Magna para, longumque fugæ ne [45] linque laborem.
Mutandæ [46] sedes. [47] Non hæc tibi [48] litora suasit
Delius, aut [49] Cretæ jussit considere Apollo.
[50] Est locus, Hesperiam Graji cognomine dicunt,
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glæbæ.
OEnotri coluêre viri: nùnc fama, minores
Italiam dixisse, ducis de nomine, gentem.
[51] Hæc nobis [52] propriæ sedes; [53] hinc [54] Dardanus ortus,
[54] Iasiusque pater, genus à [55] quo principe [56] nostrum.
Surge age, & hæc lætus longævo dicta [57] parenti
[58] Haùd dubitanda refer: [59] Corythum, terrasque requirat
[60] Ausonias. [61] Dictæa negat tibi Juppiter arva.
Talibus [62] attonitus visis, ac [63] voce Deorum,

35 Postquam delatus fueris in Delon. 36 Troja. 37 Tuam protectionem, tuum imperium secuti sumus. * Procellosum. 38 Sub ducto tuo. 39 Perfectè mensi sumus, id est, pernavigavimus. 40 Extollemus. 41 Posteros tuos. 42 Romæ. 43 Romæ scil. septem montes comprehendentis. 44 Nepotibus, posteris. 45 Relinque. 46 Habitationes, id est, discedendum est è Cretâ. 47 Confirmat ab auctoritate oraculi Deliaci: quod perperam interpretatus fuit Anchises. 48 Habitanda. 49 In Cretâ. 50 Topographia Italiæ, à nominis ratione, incolarum antiquitate, rei militari gloria, ubertate soli, & à majoribus, qui inde Phrygiam primi coloniam deduxêre. Habentur 4. hi versus l. 1. ex ore Ilionei. 51 Hesperia, aut Italia. 52 Perpetuæ. 53 Ex his regionibus Italiæ. 54 Iasius & Dardanus filii Coriti, regis Hetruriæ, de hæreditate patris defuncti decertarunt. Siculus, Hispaniæ rex, Atlantis filius, literis Iasii accitus fratres pacavit. Dardanus posteà Iasium fratrem per scelus interceptum peremit. Quod parricidium ulturus avunculus Siculus, Dardanum Hetruriâ expulit. Ille primum Samothraciam, indè in Asiam delatus. Ilium condidit: ab illo Erichthonius, Tros, Ilus, Laomedon, Priamus. 55 Quorum priori, & principe viro Dardano. 56 Trojanum. 57 Anchisæ. 58 Certissima, & verissima. 59 Hetruriæ opp. à Corito rege conditum: unde Dardanus venit. 60 Italas, ab Ausone, Ulysses, & Calypsus filio. 61 Cretensia. *Dicte* mons Cretæ: hinc *Dictæus*, id est, Cretensis. 62 Stupefactus visionibus. Est autem *Visum*, cùm res usuvênit eodem modo, quo apparuit. 63 Responso.

([64] Nec sopor illud erat; sed coram agnoscere [65] vultus,
[66] Velatasque comas, præsentiaque ora videbar:
Tùm [67] gelidus toto manabat corpore [67] sudor)
[68] Corripiò è [69] stratis corpus, tendoque [70] supinas
Ad cœlum cum [71] voce manus, & [72] munera libo
[73] Intemerata [74] focis. Perfecto lætus [75] honore
Anchisen facio [76] certum, [77] remque ordine pando.
[78] Agnovit [79] prolem ambiguam, [80] geminosque parentis.
Seque [81] novo veterum deceptum errore [81] locorum.
[83] Tùm memorat: Nate, [84] Iliacis exercite fatis,
Sola mihi talis [85] casus [86] Cassandra canebat.
Nùnc [87] repeto hæc generi portendere debita nostro;
Et sæpè Hesperiam, sæpè Itala regna [88] vocare.
Sed quis ad [89] Hesperiæ venturos litora Teucros
Crederet? [90] aut quem [91] tum vates Cassandra [92] moveret?
[93] Cedamus Phœbo, & moniti [94] meliora sequamur.
Sic [95] ait: & cuncti [96] dicti[97]paremus [97] ovantes.
Hanc [98] quoque deserimus [99] sedem, paucisque * relictis
Vela ** damus, vastumque *** cavâ trabe currimus æquor.

64 Nec videbam illud per insomnia. 65 Penatium Deorum. 66 Vittis. 67 Qui stuporem indicabat. 68 Celeriter rapio. 69 Lectis. 70 Sursum erectas. 71 Prece sequenti. 72 Thus & vinum offero. 73 Ritè perfecta. 74 Aris Deorum Penatium. 75 Honorifico sacrificio. 76 Certiorem: Gradus pro gradu. 77 Aperio omnia, quo ordine dicta & facta sint. 78 Pater Anchises agnovi statim errorem suum, ex geminis originis auctoribus, Dardano multò antè ex Italiâ, Teucro longo post tempore in Phrygiam ex Cretâ profecto. 79 Gentem Trojanam duplicem: vel, incertam, quo parente, Dardanone an Teucro, dicatur orta. 80 Duos: Dardanum scil. & Teucrum. 81 Insolito. 82 Cretæ & Italiæ. 83 Deindè eloquitur. 84 Fatigate, exercitate totum decennium proximum fatis Trojanis debitis. 85 Eventus miseros, ut diu erraremus Italiam quærentes. 86 Priami filia, & vates. 87 Memoria scilic. id est, memini fata denunciasse, & signis prædixisse, hæc eventura nostro generi. 88 Exoptare. 89 Italiæ. 90 Vaticiniorum fide sublata, *Dei jussu non umquam credita Teucris:* suprà Æn. 2. 91 Cùm obsidione urbs nostra premeretur. 92 Incitaret ad credendum. 93 Pareamus monitis Phœbeis, quæ Italiam significant. 94 Quam hic nacti sumus, undè dira peste propellimur. 95 Anchises. 96 Monitis ejus. 97 Lætitiâ exultantes. 98 Ut priùs Thraciam deseruimus. 99 Civitatem in Cretâ jam exstructam. * Qui Pergamum, novam à se conditam urbem, incolerent. Al. *relictis*, id est, pestilentia absumptis. ** Ventis. *** Nave incurrimus.

Post-

Postquàm [1] altum tenuêre rates, nec jam ampliùs ullæ
Apparent terræ, cœlum undique, & undique pontus:
Tùm mihi cæruleus supra caput adstitit [2] imber,
[3] Noctem, hiememque ferens, & [4] inhorruit unda tenebris.
[5] Continuò venti volvunt mare, [6] magnaque surgunt
Æquora. Dispersi jactamur [7] gurgite vasto.
[8] Involvêre diem nimbi, & [9] nox humida cœlum
Abstulit. [10] Ingeminant abruptis nubibus [11] ignes.
[12] Excutimur cursu, & [13] cæcis erramus undis.
Ipse diem noctemque [14] negat discernere [15] cœlo,
Nec meminisse viæ mediâ [16] Palinurus in undâ.
[17] Tris adeò incertos cæca caligine soles
Erramus [19] pelago: [20] totidèm sine [21] sidere noctes.
Quarto terra die primùm se [22] attollere tandem
Visa, aperire procul montis, ac volvere fumum.
Vela cadunt; remis [24] insurgimus: haud mora, nautræ
Adnixi torquent spumas, & [25] cærula verrunt.
[26] Servatum ex undis [27] Strophadum me litora primùm
Accipiunt. Strophades [28] Grajo stant nomine dictæ,

1 Profundum mare, uti est in medio. 2 Nubes densa. 3 Caliginem, & tempestatem pluviosam, qualis hyberno tempore esse solet. 4 Facta est horrida. 5 Assiduo motu. 6 Integræ convolutiones aquarum oriuntur. 7 Mari amplo. Sic 1. Æn. *Apparent rari nantes in* gurgite vasto. 8 Nubes pluviosæ implicuerunt claritatem diurnam. 9 Nubes pluviosa aspectum cœli oculis nostris eripuit. 10 Scil. id est, ingeminantur, multiplicantur fulgura, crepant tonitrua. 11 Coruscationes & fulmina. 12 A proposito itinere avertimur. 13 Tenebrosis, in quibus nulla patebat certa via. 14 Scil. *se posse.* 15 Per inspectionem cœli. 16 Gubernator regiæ navis peritissimus: de quo vide lib. 5. 17 Dubios an dies, an nox esset. 18 Dies. 19 In mari. 20 Etiam tres. 21 Apparitione cujusvis sideris. 22 Nam terra videtur exsurgere, cùm litoribus appropinquamus. 23 Ostendere. 24 Innitimur, ut ad terram appellamur. 25 Maria cærulei coloris invertunt remis suis. Metaphora à scopis ducta ad remos. 26 A submersione & præsenti periculo naufragii liberatum. De nautis, & oleastro, lib. 12. Servati ex undis *ubi figere dona solebant.* 27 ἀπὸ τῆς στροφῆς, id est, *à reversione*: quod Calaïs, & Zethus, Boreæ filii alati, hùc usque Harpyias persecuti, *revertebantur* in Arcadiam, ab Iride moniti, ne ulteriùs Jovis canes persequerentur: cum priùs *Plotæ* dictæ fuissent hæ insulæ. 28 Vocabulo Græco, nam στροφὴ est *reversio*, ut diximus.

In-

[29] Insulæ in Ionio magno: quas [30] dira Celæno,
[31] Harpyiæque colunt aliæ, [32] Phineïa postquàm
[33] Clausa domus, [34] mensasque metu liquêre priores.
[35] Tristius haùd [36] illis monstrum, nec sævior ulla
Pestis & ira Deûm [37] Stygiis sese extulit undis.
[38] Virginei [39] volucrum vultus, fœdissima ventris
[40] Proluvies, [41] uncæque manus, & pallida semper
Ora [42] fame.
[43] Hùc ubi [44] delati portus intravimus; eccè
[45] Lætâ boum [46] passim campis armenta videmus,
[47] Caprigenumque pecus, nullo custode, per [48] herbas.
[49] Inruimus [50] ferro, & Divos, ipsumque vocamus
[51] In partem prædamque Jovem. Tum litore curvo
Exstruimusque [52] toros, dapibusque epulamur opimis.
At subitæ [53] horrifico lapsu de montibus adsunt
Harpyiæ, & magnis quatiunt clangoribus alas,
[54] Diripiuntque [55] dapes, contactuque omnia fœdant
Immundo: tùm [56] vox tetrum dira inter odorem.
Rursùm in [57] secessu longo sub rupe cavatâ,
Arboribus clausi circùm atque horrentibus umbris,

29 Duæ. 30 Exsecrabilis. 31 Monstra volucria & rapacia, undè & nomen habent (nam ἁρπάζω, est *rapio*) tria. Aëllo, id est, Ἑλὼν ἀλλὰ *alienum tollens*: Ocypete, id est, *citiùs auferens*: Celæno, Celænum Græci *nigrum* vocant *Harpyias malas*, pro nequissimis mulieribus usurpasse videtur Apulejus. 32 Phineus rex Arcadiæ, liberos ex priore uxore, suasu Harpalices super inductæ iis novercæ excæcavit. Hanc impietatem Dii ulti & ipsum oculis privarunt, missis insuper his monstris, quæ cibos ejus fœdarent. 33 Harpyis, per Zethum, & Calaïm, Boreæ filios. 34 Regis Phinei, quas priùs polluerant. 35 Execrabilius. 36 Harpyis. 37 Infernalis lacus. 38 Sunt scil. quales virgines habent. 39 Harpyiarum. 40 Sordis effusio. 41 Ungues curvi, Græci καμψωνυχίς. 42 Voracitate. 43 In has Harpyiarum insulas. Docet, quomodò ab Harpyiis infestati fuerint. 44 Necessitate scil. nam sponte venimus, non deserimus, nisi necessitate. 45 Pinguia: vel, per Hypallag. Nos læti. 46 Pasci ubique. 47 Caprorum, & Caprarum. 48 Pascua. 49 In armenta, & gregem. 50 Telis ferreis. 51 In prædationem, & participationem prædæ. Moris enim erat Romanis, ad prædam exituris, ut Jovi prædatori partem voverent. 52 Lectos discubitorios ex herbis intortis: qui in unoquoque toro tres erant ad capiendum cibum parati. 53 Horrificè labentes. 54 In diversum trahentes rapiunt. 55 Nostras. 56 Scilic. *auditur*. 57 Loco secreto.

In-

Instruimus mensas, arisque [58] reponimus ignem.
Rursùm ex [59] diverso cœli [60] cæcisque latebris
[61] Turba [62] sonans prædam [63] pedibus circumvolat uncis:
Polluit ore dapes. Sociis tunc, arma capessant
Edico, & dirâ bellum [64] cum gente gerendum.
Haud secùs ac jussi [65] faciunt: [66] tectosque per herbam
Disponunt ensis, & scuta [67] latentia [68] condunt.
Ergo ubi [69] delapsæ sonitum per curva dedere
Litora; [70] dat signum [71] specula [72] Misenus ab altâ
[73] Ære cavo. [74] Invadunt socii, & [75] nova prœlia tentant,
[76] Obscœnas per pelagi ferro [77] fœdare volucres.
Sed neque [78] cum plumis ullam, nec vulnera tergo
Accipiunt; celerique fugâ [79] sub sidera [80] lapsæ
[80] Semesam prædam & [81] vestigia fœda relinquunt.
[82] Una in præcelsâ consedit rupe [83] Celæno,
[84] Infelix vates, [85] rumpitque hanc pectore vocem:
[86] Bellum etiam [87] pro cæde boum stratisque juvencis,
[88] Laomedontiadæ, [89] bellum hoc inferre paratis
Et [90] patrio [91] Harpyias insontis pellere regno?

58 Iterum ponimus, id est, iterùm sacrificamus Jovi, quem in partem prædæ invocaveramus. 59 Tractu: vel diversis partibus aëris. 60 Ob securis, occultis. 61 Harpyiarum. 62 Volans, clangens. 63 Unguibus. 64 Cum crudeli animantium genere. 65 Socii. 66 Tegunt, & disponunt, ut ex inopinato eas ita adoriantur. 67 Quæ occultando latere faciebant. 68 Abscondunt. 69 Harpyiæ deorsùm lapsæ de rupe. 70 Ineundi prælii, id est, classicum canit. 71 A loco editiore, undè speculabatur opportunitatem invadendi. 72 Tubicen: *quo non præstantior alter Ære ciere viros, Martemque accendere cantu*, l. 6. 73 Lituo, tubâ. 74 Harpyias. 75 Insolita: vel, quia rarum est pugnare cum Harpyis: vel, quia vulnerari non poterant. 76 Adversa portendentes. 77 Circa Pelagus versari solitas. Ideò Terræ & Ponti, ut alii, Neptuni filias: indè mox, *regno patrio*, id est, Neptunio, insul. scil. 78 Trucidare, dilacerare. 79 In sublime. 80 Semivoratam. 81 Indicio unguium suorum. 82 Harpyiarum. 83 Nomine. 84 Nuntia infelicitatis: ut Homer. *μάντις κακῶν*. 85 Violenter expressit, id est, locuta est hoc modo. 86 Exordium abruptum, & cum stomacho enunciatum, continens expostulatoriam de injuriâ, & damno acceptis. 87 Quia occidistis boves nostros, & quia prostravistis juveneos nostros. 88 Trojani, à perfido rege Laomedonte denominati, & instituti, qui Deos Apollinem, & Neptunum, fraudavit mercede suâ. 89 Repetitio emphatica. Q. d. ubi veniam precari debebatis, & damnum reponere, injuriam majorem infertis. 90 Patris nostri Neptuni. 91 Quæ vobis, priusquàm boves auferretis, nihil nocuimus.

Ac-

92 Accipite ergo, animis atque hæc mea figite dicta. 250
Quæ Phœbo 93 pater omnipotens, mihi Phœbus Apollo
Prædixit, vobis 94 Furiarum ego 95 maxima 96 pando.
97 Italiam cursu petitis, ventisque 98 vocatis
99 Ibitis Italiam, * portusque intrare licebit:
Sed non antè 1 datam cingetis mœnibus urbem, 255
Quàm vos 2 dira fames nostræque injuria 3 cædis
4 Ambesas 5 subigat 6 malis absumere mensas.
7 Dixit: & in silvam pennis ablata 8 refugit.
At sociis subitâ gelidus formidine sanguis 259
9 Deriguit: 10 cecidêre animi: nec jam amplius armis,
Sed votis precibusque jubent exposcere 11 pacem,
94 Sive 12 deæ, seu sint 94 diræ obscænæque volucres.
Et pater Anchises, 13 passis de litore 13 palmis,
Numina magna vocat, 14 meritosque indicit honores.
DI prohibete 15 minas: DI 16 talem avertite 16 casum: 265
Et placidi servate 17 pios. Tum litore funem
Deripere, 18 excussosque jubet 19 laxare rudentis.
20 Tendunt vela Noti: 21 fugimus spumantibus undis,
Quâ cursum ventusque gubernatorque vocabant.
Jam 22 medio apparet fluctu 23 nemorosa 24 Zacynthos, 270

92 Intelligite hæc mea dicta & intellecta memoriæ mandate. 93 Juppiter. 94 Easdem enim Harpyias, & Furias esse volunt: apud inferos scil. Furias & Canes: apud Superos, Diras, & Aves: in medio, Harpyias. 95 A suâ auctoritate. 96 Manifesto, declaro. 97 Vaticinium Harpyiæ. 98 Invocatis in auxilium vestrum. 99 Pervenietis quidem in Italiam. * Italicos. 1 Concessam vobis à Diis. 2 Dirum Harpyiæ Celænûs vaticinium; cui etiam eventus respondit, lib. 7. *Heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus.* 3 In boves & juvencos nostros illatæ. 4 Circumesas, circumrosas. 5 Compellat, cogat. Sic l. 6. *Castigatque, auditque dolos*, subigitque *fateri.* 6 Mandibulis, ac dentibus devorare quadras, sive orbiculos paniceos, è quibus cibum sumebant, quique carnibus subjiciebantur. 7 Celæno. 8 Avolavit, ne placari posset à Trojanis. 9 Congelatus est. Sic supra: *Gelidusque coit formidine sanguis.* 10 Animi sociorum labefacti sunt. Propert. cecidit *spiritus ille tuus.* 11 Veniam. 12 Quæcumque essent, quæ futura præsciebant, & prædicebant. 13 Extensis manibus. 14 Sacrificia congruentia, aut quæ mereantur expiationem, solemni ritu denuntiat. 15 Quæ minatur dira Celæno. 16 Tam diram famem. 17 Religiosos Trojanos. 18 Extensos. 19 Explicare ventis funes velorum, & antennarum. 20 Exrendunt. 21 Celeriter avehimur. 22 Scil. *è.* 23 Silvosa. 24 Græciæ insula.

Du-

Dulichiumque, Sameque, & [25] Neritos ardua saxis.
[26] Effugimus scopulos Ithacæ, [27] Laërtia regna,
Et terram [28] altricem [29] sævi [30] execramur Ulyxi.
Mox & [31] Leucatæ [32] nimbosa cacumina montis,
Et [33] formidatus nautis [34] aperitur Apollo.
[35] Hunc petimus fessi, & parvæ succedimus [36] urbi.
[37] Anchora de prorâ jacitur. Stant [38] litore puppes.
Ergo [39] insperatâ tandem tellure potiti.
[40] Lustramurque Jovi, votisque incendimus [41] aras;
[42] Actiaque [43] Iliacis celebramus litora ludis.
Exercent [44] patrias oleo [45] labente [46] palæstras
Nudati socii. [47] Juvat evasisse tot urbis
Argolicas, mediosque fugam tenuisse per [48] hostis.
[49] Interea [50] magnum sol circumvolvitur [50] annum,
Et [51] glacialis hiems Aquilonibus [52] asperat undas.

25 Mons Ithacæ: à quo Ulysses. *Neritius* est dictus. 26 Celeriter transimus. 27 In quibus regnabat Laërtes pater Ulyssis. Scopulos autem per irrisionem *Regna* vocat. 28 Nutricem, alumnam. 29 Trojæ domitoris: ut, cujus fraude maximè urbs Troja deleta fuit. 30 Detestamur. 31 Montis Epiri, à petris λευκαῖς, id est, *coloris albi*, dicti. 32 Summitates, in quibus jugiter sunt nubes & venti. 33 Propter scopulos naufragos evitatum promontorium, in quo templum Apollinis. 34 Ostenditur, procùl apparet. 35 Apollinem, id est, templum Apollinis. 36 Actio: apud quod cum Antonio, & Cleopatra Augustus felici prælio congressus est. 37 Ferramentum utrimque uncum, quod in vadum immissum funibus naves retinet: ne tempestate inguente, loco moveantur. Gr. ἄγκυραι. 38 Scil. *in*. 39 Quia non sperabamus potiri. 40 Jovi sacrificando peccatum nostrum expiamus, ob piaculum in ejus canes Harpyias commissum, vel etiam, læti gratias acturi quod Græcas evasissemus urbes & hostes, allusum simul ad lustrum Roman. quia ludi isti quinquennales. 41 Templi Apollinis in Actiaco litore. 42 Ludos Actiacos ab Augusto Cæsare institutos in litore juxta Actium: Ambracii sinus promontorium, ob victoriam ibi de Cleopatra, & Antonio relatam. 43 Trojanis: lucta scil. palestra, idque nudi & uncti. 44 Quales in patria exercere solebant. 45 Defluente: ungebantur enim oleo, priusquam palæstram inirent. 46 *Palæstra* propriè locus est, in quo adolescentes luctatores nudi, & oleo perfusi quondam luctabantur: πάλη enim *lucta* est: à quâ hæc vox ad reliqua exercitia est translata. 47 Delectat eos. Publici gaudii rationem reddit, quod scilic. per medias hostium urbes hùc usque penetrassent. 48 Græcos. 49 Dùm ludis intenti erant socii. 50 Per circulum ac orbem anni Solaris, qui est duodecim mensium. Addidit ergo *Magnum*, ne Lunaris annus, qui est triginta dierum, intelligeretur. Vide Macrob. de Somn. Scip. lib. 2. c. 11. 51 Glaciem congelans. 52 Exasperat: ideò ventus ad navigandum suadebat.

Ære

[53] Ære cavo clipeum, magni gestamen [54] Abantis,
Postibus [55] adversis [56] figo, & rem [57] carmine signo:
[58] Æneas hæc [59] de Danais [60] victoribus arma.
Linquere tùm portus jubeo, & considere [61] transtris.
[62] Certatim socii [63] feriunt mare, & æquora [64] verrunt.
Protenus [65] aerias [66] Phæacum abscondimus arces,
Litoraque Epiri [67] legimus, [68] portuque subimus
Chaonio, & celsam [69] Buthroti ascendimus urbem.
[70] Hìc incredibilis rerum fama [71] occupat auris,
[72] Priamidem Helenum [73] Grajas regnare per urbis,
Conjugio [74] Æacidæ Pyrrhi [75] sceptrisque potitum:
Et [76] patrio Andromachen iterùm [77] cessisse marito,
Obstupui; miroque incensum pectus [78] amore
Compellare virum, & [79] casus cognoscere tantos
Progredior portu, classis [80] & litora linquens.
[81] Sollemnis [82] tùm forte dapes, & [83] tristia dona,
Ante urbem in luco [84] falsi Simoentis ad undam
[85] Libabat [86] cineri Andromache, [87] Manisque vocabat

53 Qui erat ex ære cavo. 54 Græci alicujus cum Androgeo ab Æneâ victi, & spoliati: namque de Abante Trojano mentio rursus, lib. 10. 55 Contra nos positis. 56 Affigo, scil. *abiturus*. 57 Titulo unius versus. 58 Sc. *consecravit*. 59 Scil. *detracta*. 60 Qui se victores gloriantur. 61 In tabulis navium, in quibus remiges sedere solent, quæ propriè *Transtra*, aut *Juga* dicuntur. 62 Cum certamine. 63 Remis verberant, ut naves propellant. 64 Invertunt remis suis. Metaphora à scopis ducta ad remos, ut suprà diximus. 65 Valdè altas, quæ ambæ sunt in montibus exstructæ. 66 Corcyram (insulam inter Epyrum & Calabriam, ubi Alcinous, rex Phæacum, qui Ulyssem hospitio susceperat, regnabat) è conspectu amittimus. 67 Prætervavigamus. 68 Et intramus regionem illam per portum Chaonium. 69 Id est, Buthrotum. 70 In hortu. 71 Increpuit auribus nostris. 72 Priami filium. 73 Sortitiam partem Epiri, ut cui post cædem Pyrrhi cesserit uxor ejus Andromache cum regno. 74 Pronepotis Æaci: Æacus enim genuit Peleum: Peleus Achillem: Achilles Pyrrhum. 75 Imperio, quod per sceptrum significatur. 76 Trojano scil. Heleno, qui erat de patria prioris mariti Hectoris, fratris Heleni. 77 Jure concessam. 78 Desiderio, & affectu alloquendi Helenum. 79 Rerum eventus. 80 Ad litora appulsas. 81 Legitima, & anniversaria sacrificia. 82 Cùm advenirem. 83 Funebria, & ad luctum pertinentia. 84 Repræsentati hìc in Epiro ab Heleno, & nuncupati ad memoriam Trojani illius fluv. 85 Sacrificabat, ad placandum fortè. 86 Hectoris. 87 Umbras Hectoris.

Hectorem [88] ad tumulum : viridi quem [89] cespite [90] inanem,
Et [91] geminas, [92] caussam lacrimis, [93] sacraverat aras.
Ut me conspexit venientem, & Troïa circum
Arma [94] amens vidit ; magnis exterrita [95] monstris
[96] Deriguit visu in medio : calor ossa reliquit.
[97] Labitur & longo [98] vix tandem [99] tempore fatur.
* Verane te facies [1] verus mihi nuncius [2] adfers,
Nate [4] deâ ? vivis-ne ? aut si lux [5] alma [6] recessit,
[7] Hector ubi est ? dixit, lacrimasque effudit, & omnem
Implevit [8] clamore locum. [9] Vix pauca [10] furenti
[11] Subjicio, & [12] raris turbatus vocibus hisco.
Vivo equidem, vitamque [13] extrema per omnia duco.
Ne dubita ; nam [14] vera vides.
Heu ! quis te casus [15] dejectam conjuge [16] tanto
Excipit ? aut quæ [17] digna satis fortuna revisit ?
[18] Hectoris Andromache [19] Pyrrhin' connubia servas ?
[20] Dejecit vultum, & demissa voce locuta est :

88 Juxta. 89 Scil. *de*. 90 Sine cadavere. Cenotaphium intelligit, qualia erigi solent iis, quorum corpora haberi non poterant, nec scil. omni sepulturæ honore destituti, Stygiam paludem transnare non possent. 91 Unam Hectori marito, & alteram Astyanacti filio : Ut Ecl. 5. *Ecce duo tibi, Daphni, duoque altaria Phœbo* : binis scil. honorabant Deos & heroas. 92 Deflens causam parentationis : quia duo charissima pignora amiserat. 93 Cum sacrificatione exstruxerat. 94 Propter occursum Æneæ inopinatum. 95 Viso miro, & inexspectato. Monstri enim simile erat, Trojanos, & præcipuè Æneam *in Epirum descensurum*. 96 Obstupuit. 97 Animi deliquio concidit. 98 Cum difficultate. 99 Scil. *post*. * In hac parte habetur sermo Andromaches ad Æneam adventantem, & Æneæ ad illam. 1 Species adfertre. 2 Non simulatus. 3 Præsentas. 4 Venere. 5 Quæ alit viventes. 6 A te, id est, si mortuus es, & non verus nuntius tui es, sed umbra ab inferis descendens. 7 Maritus meus ; cui hæc sacrificia libo. 8 Ejulatu. 9 Cum difficultate. 10 Affectu, & dolore consternatæ, impatientèrque dolenti Andromachæ. 11 Adjicio. 12 Et attonitus commiseratione in Andromachen (quam lachrymantem vidi) aperio, & loquor verbis per intervalla prolatis, aut paucis. 13 In extremis miseriis, & periculis 7, annorum sursum deorsum aditis 14 Verum & vivum hominem non simulato corpore. 15 Privatam. 16 Quantus erat Hector. 17 Meritis tuis, cum iterum sis patrio conjuncta marito Heleno. 18 Scil. *uxor*. 19 An perseveras in conjugio ejus, cujus pater Hectorem occidit? Q. d. indignissimum est. 20 Pudibunda, sive præ pudore.

[21] O felix una ante [22] alias [23] Priameia virgo,
[24] Hostilem ad tumulum Trojæ sub mœnibus altis
[25] Jussa mori, [26] quæ [27] sortitus non pertulit ullos,
Nèc victoris [28] heri tetigit captiva [29] cubile!
[30] Nos, [31] patriâ incensâ, diversa per æquora vectæ, 325
[32] Stirpis Achilleæ fastus, [33] juvenemque superbum,
[34] Servicio enixæ tulimus. Qui [35] deindè secutus
[36] Lacedæam Hermionen, [37] Lacedæmoniosque Hymenæos.
[38] Me famulo [39] famulamque Heleno transmisit habendam.
Ast [40] illum, ereptæ magno inflammatus amore 330
[41] Conjugis, & [42] scelerum Furiis [43] agitatus, [44] Orestes
[45] Excipit incautum, [46] patriasque obtruncat ad aras.
Morte [47] Neoptolemi regnorum [48] cessit

21 O felix est. Collatione malorum Polyxenæ, suam calamitatem exaggerat Andromache. Macrob. Sat. lib. 4. c. 6. 22 Virgines. 23 Polyxena Priami filia, à Pyrrho ad placandos manes patris Achillis, ob amorem ejus in Apollinis templo à Paride occisi, mactata ad tumulum Achillis. Immolationem Polyxenæ describit Ovid. 13. & Catul. de Nupt. 24 Achillis hostis. Hoc cum suo exsilio comparat. 25 A Pyrrho. Quod minus acerbum est, quam mori non posse, cùm velit. 26 Quæ sortitione cessit nemini Græcorum, ut ego, quæ primo Hectori, deindè Pyrrho, & rursus Heleno, & reliquæ Trojanæ primariæ. 27 Sortitiones. 28 Domini alicujus. 29 Thalamum. 30 Ego. 31 Troja igni cremata. 32 Pyrrhi superbam. 33 Pyrrhum scil. cujus pater Achilles præter alios Hectorem, & Troïlum: filius, patre crudelior, Politem, adeoque ipsum Priamum, filiamque Polyxenam trucidarit: hujus ego fastum tuli, inquit. 34 Quæ peperi Pyrrho in servitute filium Molossum. 35 Postquam me sortitus erat. Transitio, quâ exponit, quomodò à Pyrrhi servitio fuerit liberata. 36 Ledæ neptem, filiam Helenæ, & Menelai, à quo desponsata sibi fuerit, repetit Pyrrhus: & ipse ab Oreste, dum sacris operaretur, cæsus. 37 Nuptias Hermiones Laconicæ, id est, infelices, quales erant Clytemnestræ, & Helenæ. 38 Ut captiva nuberem captivo. 39 Paronomasia. 40 Pyrrhum. 41 Hermiones: quia eripuit Hermionem Oresti. 42 Ob interfectam à se matrem Clytemnestram, quod cum Ægistho, qui patrem occiderat, adulterium commisisset. 43 Vexatus, impulsus. 44 Filius Agamemnonis, & Clytemnestræ. 45 Adoritur sibi non præcaventem. 46 Sibi patrique fatales, Achilles enim à Paride ad aram item Apollinis Thymbræi extra Trojam, Neoptolemus Delphis ad aram item Apollinis ab Oreste interfectus. Vel, *patrias*, id est, Achileas: quas Achilli patri suo exstruxerat. 47 Pyrrhi. 48 Jure obvenit: quia genuerat filium, qui post mortem patris moriens, matri reliquit portionem regni.

Pars

Pars [49] Heleno: [50] qui Chaonios cognomine campos,
Chaoniamque omnem Trojano à [51] Chaone [52] dixit:
[53] Pergamaque [54] Iliacamque [55] jugis hanc addidit arcem.
Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedêre?
Aut quisnam [56] ignarum nostris Deus appulit oris?
Quid puer [57] Ascanius, [58] superat-ne, & vescitur aurâ?
[59] Quem tibi jam Troja ***
Ecqua tamen [60] puero est amissæ cura [61] parentis?
Ecquid in [62] antiquam virtutem, animosque virilis,
Et pater Æneas & [63] avunculus excitat Hector?
[64] Talia [65] fundebat lacrimans, [66] longosque ciebat
[67] Incassum fletus: cum sese à mœnibus [68] heros
Priamides [69] multis Helenus comitantibus adfert,
Agnoscitque suos, lætusque ad mœnia ducit,
Et [70] multum lacrimas verba inter singula fundit.
[71] Procedo, & [72] parvam Trojam, [73] simulataque magnis
Pergama, & [74] arantem [75] Xanthi [76] cognomine rivum
Agnosco, Scææque [77] amplector limina portæ.

49 Marito meo. 50 Helenus. 51 Fratre suo, id est, Heleni: qui, ita poscente oraculo, devoverat se ut servarentur socii Heleni: grassante sæva inter eos peste. 52 Denominavit. 53 Repræsentata & delineata ad formam antiquæ Trojæ. 54 Quam Illium appellavit. 55 Montibus. Pars pro toto. 56 Ignorantem quod hic essemus. 57 Scilic. *agit*. 58 An superest, supervivit, superstes est? 59 Ἀποσιώπησις sensu, & versu imperfectus, supplent alii. *Quem tibi jam Trojâ peperit fumante Creusa.* 60 Ascanio. 61 Trojæ patriæ, quæ communis omnium est parens: non Creüsæ, quia ejus mortem Andromache scire non poterat, ut quidam volunt. 62 Majorum suorum. 63 Frater matris. Q. d. An ne aliquod paternæ virtutis specimen in eo elucet? An ne avunculum suum Hectorem aliquandò est præstiturus? 64 Tales querelas. 65 Andromache. 66 Diu duraturos excitabat. 67 Frustrà. 68 Heroïca virtute præditus, rex & vates; qui, interfecto Pyrrho, Chaonia potitus erat. 69 Quod in 1. dixit: *magna stipante caterva.* 70 Abundè. 71 Progredior ad urbem. 72 Ad repræsentationem magnæ, & veteris Trojæ: ut suprà, *falsi Simoëntis*, ubi Pergama, Xanthus, Scæa porta. 73 Efficta ad similitudinem magnorum mœnia Trojana parva: condiderat enim aliam Trojam Helenus. 74 Sine aquis. Sic & Horat. Epod. 13. & Lucan. 7. l. *Parvus & in sicco serpebat pulvere Xanthus.* 75 Fluvii Trojam interfluentis. 76 Cui cognomen erat. 77 Veneror in memoriam portæ illius Trojanæ, quæ ad σκαιὰν lævam sita, vel ad Scæum promontorium, & exstructa ad similitudinem illius.


Nec non & [78] Teucri [79] sociâ simul urbe fruuntur.
[80] Illos porticibus [81] rex [82] accipiebat in amplis.
[83] Aulaï in medio [84] libabant pocula [85] Bacchi,
Impositis [86] auro dapibus: paterasque tenebant.
Jamque dies, alteque dies processit: & [88] auræ
Vela vocant, [89] tumidoque inflatur [90] carbasus [91] austro.
His [92] vatem aggredior dictis, ac talia [93] quæso:
[94] Trojugena, [95] interpres [96] divûm, qui [97] numina Phœbi,
Qui [98] tripodas, [99] Clarii lauros, qui *sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ,
Fare age (namque) omnem cursum mihi prospera dixit
[4] Religio, & cuncti suaserunt [5] numine divi
Italiam petere, & terras tentare [6] repostas:
Sola [7] novum dictuque [8] nefas Harpyia Celæno
[8] Prodigium canit, & [9] tristis denuntiat [10] iras,

78 Socii mei. 79 Socialiter in urbem Buthrorum recipiuntur, ubi cives nostri imperabant. 80 Teucros. 81 Helenus, qui in partem regni pervenerat. 82 Convivio excepit, q. cœna adventitia. Sic Ter. Eun. Accipit *homo melius nemo, neque prolixius.* 83 Aulæ seu regiæ, Dieresis, more veterum. Lucretio perfamiliaris. Diphtongus Græca αι quæ ae est. 84 More sacrificantium absumebant apud Helenum. 85 Vini. Metonym. 86 Escariis aureis. 87 Unus. 88 Venti secundi leniter spirantes invitat nos ad vela paranda, & navigandum. Alibi contra: *vocat jam carbasus Austros.* 89 Ab effectu. 90 Velum ex carbaso. 91 Vento. Species pro genere. 92 Helenum regem, qui & vates erat. 93 Precor. 94 O in Troja genite, Trojane. 95 Θεοπροπῶν vaticinandi perite ex afflatu numinis, astrologia, & augurio. 96 Voluntatis Deorum. 97 Divinitatem. 98 Revelationem factam apud tripodas Apollinis, id est, mensas in templo Apollinis Delphici, sive suggesti genus, quod conscendebat Pythia ἄσμα δαιμόνιον haustura, quo temulenta, ut & δαφνηφάγος, lauro comesa, responsum dedit, v. suprà, *mugire adytis cortina reclusis.* 99 Apollinis, (cui sacra Claros insul. vel ut alii, urbs Colophoniorum) oracula sub lauro fieri solita. Vide Plin. lib. 15. c. 13. * Indicium astrorum. 1 Oscines & præpetes observans: ex cantu scil. & volatu avium divinans. 2 Auguria ex avium volatu afferre potes: nam aves, ex quarum cantu omnia prædicuntur, *Oscines* dicuntur. 3 Hypallage: omnis religio mihi dixit cursum prosperum. 4 Pia & religiosa gens, ut Cassandra, Creüsa, Hector. 5 Protestate divina. Apollinis spiritum intelligit, cujus afflatu omnia norunt vates. 6 Remotas, longè positas. 7 Inauditum mihi. 8 Suprà, hoc libro. 9 Incommodas nobis. 10 Deorum scil. ob injurias sibi illatas. Nuntiaverat enim Celæno fore edendas mensas, & ferendam famem.

Obs-

[11] Obscænamque famem) quæ prima pericula vito ?
[12] Quidve sequens tantos possim superare labores ?
[13] Hic Helenus, cæsis primùm [14] de more juvencis,
[15] Exorat pacem divûm, vitasque [16] resolvit 370
Sacrati [17] capitis, meque [18] ad tua limina, [19] Phœbe,
Ipse [20] manu multo [21] suspensum numine ducit :
Atque hæc deinde canit [22] divino ex ore [23] sacerdos :
Nate deâ, (nam te [24] majoribus [25] sic per altum 374
[26] Auspiciis manifesta [27] fides : sic [28] fata Deûm rex
Sortitur, [29] volvitque [30] vices : [31] is vertitur ordo)
Pauca tibi è [32] multis, quò tutior [33] hospita [34] lustres
Æquora, & [35] Ausonio possis [36] considere portu,
[37] Expedium dictis (prohibent nam [38] cetera [39] Parcæ
Scire, [40] Helenum farique vetat [41] Saturnia Juno) 380
[42] Principio Italiam, quam tu jam [43] rere propinquam,
[44] Vicinosque [45] ignare paras [46] invadere portus,
[47] Longa procul [48] longis via [49] dividit invia [50] terris.

11 Indecoram : vel, quæ homines ad obscœna compellit. 12 Age eloquere, quomodò possim evitare famem, & reliqua pericula ac difficultates, quas Celæno mihi prædixit. 13 Hoc tempore. 14 Sacrificantium scil. ad obtinendum divinandi beneficium. 15 Orando impetrat reconciliationem, aut favorem Deorum. *Exorare* propriè, est orando impetrare id, quod petimus. 16 Laxat, ut demissæ pendeant : ritu sacro. Nam hoc significabant animo curis soluto se ad numen accedere. 17 Sui scil. qui sacerdos & vates erat. 18 Ad ingressum templi tui. 19 Apostrophe ad Apollinem. 20 Sua. 21 Religiosè anxium, sollicitum, & attentum de futuris. 22 Apollinis, id est, ut ab Apolline acceperat. 23 Helenus. 24 Majoribus fatis, quàm quæ auspiciis egeant Jovis. 25 Navigare. 26 Persuasio est. 27 Res fatalitèr, id est, Deorum providentia futuras Juppiter ordinat, disponit per sortes indicat. Allusit enim ad sortes Apollinis, cujus est sacerdos. 28 Rerum. 29 Hæc ordinatio agitur. 30 Quæ mihi dicta sunt. 31 Externa: vel, ut alii, vicina. 32 Circumnaviges. 33 Italico. 34 Sedem capere. 35 Expeditè dicam. 36 Ut quæ de morte Anchisæ, & etiam ipsius Æneæ posteà evenerant. 37 Tres illæ Deæ fatales originem, medium, & exitum omnium rerum disponentes. De his vide Ecl. 4. 38 Scil. *me*. Tertia persona pro primâ. 39 Saturni filia. 40 Vaticinium Heleni. 41 Reris, id est, arbitraris. 42 E proximo : quia vicini sunt. 43 Rerum futurarum. 44 Intrare. Metaphora à re militari. 45 Scil. *quos*. 46 Non situ loci, sed fatis negantibus : nam ex Epiro in Italiam brevis est transitus. 47 Per longas terras, in quas prius appelletis. 48 Ab ingressu tuo. 49 Immeabilis, superatu difficilis.



An-

50 Antè & 51 Trinacriâ 52 lentandus remus in undâ,
Et 53 salis Ausonii 54 lustrandum navibus 54 æquor,
55 Infernique lacus, 56, Ææque 57 insula 58 Circes.
Quàm tutâ possis 59 urbem 60 componere terrâ.
61 Signa tibi dicam: tu 62 conditâ mente teneto.
63 Cùm tibi 64 sollicito 65 secreti ad 66 fluminis undam
Litoreis ingens inventa sub illicibus 67 sus,
68 Triginta 69 capitum fœtus enixa, jacebit,
70 Alba, 71 solo recubans, albi circùm 72 ubera 73 nati:
74 Is locus urbis erit: requies ea certa 75 laborum.
Nec tu 76 mensarum morsus horresce futuros:
Fata 77 *viam invenient*, 78 *aderitque* 79 *vocatus Apollo.*
80 Has autem terras, Italique hanc litoris 81 oram,
Proxima quæ 82 nostri perfunditur æquoris 83 æstu,
Effuge: cuncta 84 malis habitantur 85 mœnia Grajis.
86 Hic & Narycii posuerunt mœnia Locri,

50 Priùs. 51 Freto Siculo: à tribus promontoriis Siciliæ, Lilybæo, Pachyno, Peloro. De his Ovid. 13. Met. 52 Lentâ navigatione flectendus, id est, in Siculo mari navigandum tibi est. 53 Maris Italici: infrà, hoc eod. lib. 54 Circumnaviganda æqua unda. 55 Avernus, per quem ad inferos descendit Æneas, lib. 6. 56 Ab *Ææa*, urbe Colchorum, dictæ. 57 Hanc insulam præternavigantem fingit Æneam, lib. 7. 58 Solis, & Perses Nymphæ filiæ. Hæc venefica fuit. 59 Lavinium. 60 Condere. 61 Terræ tutæ, in quâ urbem condas. 62 Ea secreta. 63 Adi l. 8. sub initio, ubi idem habetur vaticinium. 64 Solicitè indaganti in quam terram deveneris. 65 Ad quod secretus advenies. 66 Tyberis. 67 Porca. 68 Quo prodigio regnaturum triginta annis Ascanium significabatur. 69 Suillorum, porcellorum. 70 Qui color Albam prænotat ab Ascanio condendam. 71 In terrâ. 72 Matris. 73 Suilli, porcelli scil. *jacebunt*. 74 In quo hæc invenies, erit locus urbis condendæ in terrâ tutâ. 75 Postquàm non testabunt labores navigandi, sed tamen bellandi. 76 Quibus te fames ambesas subigat malis absumere mensas (ut Celæno dixit) licet futuri sint. Prodigii hujus exitum habes lib. 7. 77 Rationem, aut medium sedandi eam famem. 78 Auxilio erit, favebit. 79 In auxilium. 80 Ostendentis est hanc Italiæ partem, quæ è regione nobis adversa, scilic. Calabriam, Apuliam: Lucanium, &c. *Magnam* quondam *Græciam* dictam, quod magnus ille Pythagoras inibi philosophatus fuerit: declina. 81 Extremam regionem. 82 Adriatici. 83 Fervore. 84 Hostibus nostris, adeòque fidei malæ. 85 Hæ urbes. 86 Hic Græci, & Narycio urbe Atticâ profecti, socii Ajacis Oïlei, condidêre urbem Locros in hac proxima ora Italica.

[87]Et Sallentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus; [88] hic illaducis Meliboei
Parva Philoctetæ [89] subnixa Petilia muro.
[90] Quin, ubi [91] transmissæ steterint trans æquora classes,
Et [92] positis aris jam vota in litore [93] solves,
[94] Purpureo [95] velare comas adopertus [94] amictu.
Ne qua inter sanctos [96] ignes [97] in honore Deorum
Hostilis facies occurrat, & [98] omina turbet.
Hunc [99] socii morem * sacrorum, hunc ipse teneto:
Hac [1] casti maneant in [1] religione [2] nepotes.
Ast, ubi [3] digressum Siculæ te admoverit oræ
Ventus, & [4] angusti rarescent claustra Pelori,
[5] Læva tibi tellus, & [6] longo læva petantur
Æquora [6] circuitu: [7] dextrum fuge litus, & [8] undas.
[9] Hæc loca vi quondam, & [10] vastâ convulsa [11] ruinâ
(Tantum [12] ævi longinqua valet mutare vetustas!)

87 Idomeneus, è Lysto, Cretæ oppid. pulsus consedit in Salentinis. 88 Philoctetes ex Meliboea, Thessaliæ urbe, condit Petiliam. 89 Cincta. 90 Quinimò, aut insuper. 91 Appulsæ fuerint ad litus Italicum, aut Calabrum. 92 Exstructis. 93 Ut ostium oppida, & concursus omni studio evitentur. 94 Phrygio more, ut mox, & orto ab Æneâ, qui in litore Laurenti, dum sacra faceret velato capite, non agnitus est ab Ulysse, qui ibi fortè appulerat. Alii referunt ad Diomedem sacris intervenientem. Sed & arceri à sacris profanos, sollemne erat, ne mysteria non initiati funestarent: unde vela viis, foribus, fenestris prætensa, & despectio è fenestris interdicta. Macrob. Sat. lib. 8. cap. 6. 95 Fac ut veleris (est enim Imperativus passivus) comas, id est, ut habeas comas velatas, id est, operto capite sacris operare. 96 Quibus sacrificium cremari debeat. 97 In ipso sacrificio, id est, inter sacrificandum. 98 Sacrificii ordinem rumpat. 99 Tui tenento. * Sacrificandi velato capite. 1 Casta, sive religiosa observatione. 2 Nepotes tui. 3 E litore Italico, ubi magna Græcia est. 4 Modici, & quasi clausi introitus Pelori (promontorii Siciliæ, à *Pelori*, gubernatore Annibalis denominati) arcti minùs, & minùs videbantur. 5 Quæ ad sinistram manum jacet. 6 Faciendo longum circuitum, id est, circumnaviges. 7 Italicum. 8 Dextra Siciliæ. 9 Hujus partis Siciliæ. Digressio in descriptionem Scyllæ, & Charybdis. 10 Fuit quondam Italia Siciliæ conjuncta: posteà ruina & tempestate separata & avulsa. Vide quæ nos ad Flor. p. 83. & Sil. l. 14. Ovid. Met. 15. Claud. de raptu Proserp. l. 1. 11 Terrarum, quarum fundum jam aquæ exederant. 12 Temporis, multorum enim locorum situs, & facies longorum temporum vetustate mutantur. Epiph. sive Acclamatio. Sic Georg. 2. *Adeo in teneris consuescere multum est*: Et Georg. 3. *Tantus amor florum, & generandi gloria mellis.*

[13] Dissiluisse ferunt, [14] cùm protenùs utraque tellus
Una foret: venit [15] medio vi [16] pontus, & [17] undis
[18] Hesperium Siculo latus abscidit, arvaque & urbis
Litore [19] diductas [20] angusto interluit æstu.
[21] Dextrum [22] Scylla latus, [23] lævum [24] implacata Charybdis
[25] Obsidet, atque [26] imo barathri ter gurgite vastos
Sorbet in abruptum fluctus, rursùsque [27] sub auras
Erigit [28] alternos, & [29] sidera verberat undâ.
At Scyllam [30] cæcis [31] cohibet spelunca latebris,
Ora [32] exsertantem, & navis in saxa [33] trahentem.
[34] Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
[35] Pube tenus: postrema [36] immani corpore [37] pistrix,
[38] Delphinum caudas utero commissa luporum.
Præstat [39] Trinacrii [40] metas lustrare Pachyni

13 In diversas partes quasi per saltum divisas esse violentia aquarum dicunt illi, qui de situ orbis locuti sunt. 14 Cùm continuatim una esset terra, id est, continens, Italia, & Sicilia. 15 In medium: ut, *It clamor* cœlo Terræ motu avulsum refert Strabo, undè è Rhegio nomen. 16 Impetus maris. 17 Vi undarum 18 Italicum à Siciliensi avulsit, abrupit. 19 Separatas litore, id est, quia nunc diversum habent litus. 20 Modico freto. 21 Versus Italiam. 22 Periculum illud maris Siculi, in quod mulier voracissima (quæ boves Herculis fertur rapuisse) fingitur versa: ideò dicitur à Jove fulmine icta, & in maria præcipitata, & in tale monstrum conversa, omnia devorans, & absorbens. Vide Ovid. Met. 4. 23 Versùs Siciliam. 24 Voracissima. Al. *impacata*. 25 Occupat, tenet in perniciem prætereuntium. Metaphora à re militari. 26 Profundo gyro profundissimæ voraginis sæpè valdè amplos fluctus Charybdis sorbet in voracitatem abruptam. 27 In aëra. 28 Fluctus alternatim, nunc in baratrum absorptos, & nùnc in aëra ejectos. 29 Ad cœlum usque videtur attingere. 30 Obscuris & quæ videri non possunt. 31 Continet. 32 Aperientem. 33 Ingurgitatione aquarum. 34 Suprema dispositio corporis Scyllæ est facies virginis, id est, mulier supernè, desinit in piscem, balænam vel Dephinum, sub utero latrantibus monstris, lupis, ceu canibus succincta: ut 6. Ecl. Moralem hujus figmenti rationem vide apud Cæs. antiq. lect. lib. 14. cap. 3. 35 Inguinibus. 36 Turpi. 37 Similis est pisci marino longissimo, atque augusto colore, caudis luporum. Ab hujus similitudine navis oblonga dicitur *Pistrix*. 38 Commissas habens, id est, adaptatas, vel junctas caudas Delphinum utero luporum: qui vorax est, aut quia canes in utero habere fingitur, propter undarum sonitum, quem scopuli latratui persimilem edunt. 39 Promontorii Siculi. 40 Oram, & terminos circumnavigare.

Ces-

41 Cessantem, longos & circum flectere cursus,
Quam semèl 42 informem vasto vidisse sub antro
Scyllam: & 43 cæruleis canibus resonantia saxa.
Præterea, si quâ est 44 Heleno 45 prudentia, 46 vati
Si qua fides, animum si 47 veris implet Apollo,
48 Unum illud tibi, ante deâ, proque 49 omnibus unum
Prædicam; & repetens iterumque 50 monebo.
Junonis magnæ primùm prece 51 numen adora:
Junoni 52 cane vota libens, dominamque potentem
53 Supplicibus 54 supera donis. 55 Sic denique 56 victor
Trinacriâ finis Italos mittere relictâ.
57 Hùc ubi 58 delatus 59 Cumeam accesseris urbem,
60 Divinosque lacus, & 61 Averna sonantia 62 silvis;
63 Insanam vatem aspicies: quæ rupe sub 64 imâ
65 Fata canit, 66 foliisque 67 notas & 68 nomina mandat.
Quæcumque in foliis descripsit carmina virgo,
Digerit in 69 numerum, atque 70 antro seclusa 71 relinquit.
72 Illa 73 manent immota 74 locis, neque ab 75 ordine cedunt.
Verùm 77 eadem 78 verso tenuis cùm 78 cardine ventus

41 Non properantem, morantem: vel, cùm viæ, & temporis dispendio potiùs circumvectum, quam semèl, &c. 42 Turpem. 43 Marinis, quos Scylla in ventre gestare propterea fingitur, quod fluctus illi collisi, quasi latratum edant. 43 Mihi, in quantum Heleno. Tertia persona pro prima. 45 De rebus futuris. 46 In quantum vati. 47 Responsis, aut sententiis. 48 Præcipuum. 49 Aliis. 50 Te illud unum præ omnibus. 51 Potestatem divinam. 52 Pronuncia. 53 Supplicitèr, & submisso animo votis. 54 Sacrificiis expugnatam concilia, & cogè tibi esse benevolam. 55 Per talia vota, & dona. 56 Voti compos. 57 In hos fines Italos. 58 Vi tempestatis. 59 Cumas, quæ sunt in littore Italico, lib. 6. 60 Apollini consecratos, & Sybillæ lacus Lucrinum & Avernum. 61 Declinatur *hic Avernus, i*, in singulari, & *hæc Averna, orum*, in plurali. 62 Per silvas. 63 Fatidicam, affatam numine, & furore divino, ut lib. 6. unam è Sibyllis Deiphoben scil. quæ *Cumæna* dicitur. 64 Profunda. 65 Rerum eventa fatalitèr prævisa. 66 In foliis palmarum scribi fata à Sibylla solita, scribit Varro, & Æneid. lib. 6. 67 Litteras. 68 Res notis descriptas. 69 Seriem, & ordinem. 70 Per antrum seclusa à carminibus, quæ foris relinquit. 71 Ea ante antrum. 72 Folia, aut carmina. 73 Foris. 74 A locis, in quibus in numerum digesta sunt. 75 Suo scil. in quo collocata deseruntur. 76 Recedunt. 77 Carmina, in foliis siccis descripta. 78 Aperta janua vertendo cardinem.

Impulit, & teneras turbavit [79] janua [80] frondis,
Numquàm deinde cavo volitantia [81] prendere saxo,
Nec [82] revocare situs, aut [83] jungere carmina [84] curat.
[85] Inconsulti [86] abeunt, [87] sedemque odere Sibyllæ.
Hic tibi [88] ne qua moræ fuerint dispendia tanti:
Quamvis [89] increpitent socii, & vi [90] cursus in altum
Vela vocet, possisque [91] sinus implere secundos:
[92] Quin adeas vatem, precibusque [93] oracula poscas.
[94] Ipsa canat, vocemque [95] volens atque ora resolvat.
[96] Illa tibi Italiæ populos, venturaque bella,
Et quo quemque modo [97] fugiasque ferasque laborem.
[98] Expediet; [99] cursusque dabit venerata secundos.
Hæc sunt, quæ nostrâ liceat te voce moneri.
Vade age, & * ingentem factis [1] fer ad æthera Trojam.
[2] Quæ postquam [3] vates sic ore effatus amico est,
Dona dehinc auro gravia, [5] sectoque elephanto,
Imperat ad navis ferri, & stipatque carinis
Ingens argentum, [7] Dodonæosque lebetas,

79 Aperta, admittens ventum, id est, ventus per januam ingressus. 80 Palmarum scil. jam aridas, in quibus Sibylla scripsit. 81 Colligere in rupem seu antrum, quod est ex saxo cavato. 82 Reparare positionis foliorum, in quibus carmina per ordinem descripta erant. 83 Per ordinem connectere. 84 Sibylla. 85 Oraculi responso non accepto. 86 Consultores. 87 Antrum. 88 Ne aliqua jactura temporis, quam feceris morando, reputetur à te tanti momenti. 89 Obmurmurent, quod illic morari velis, ubi periculum sit. 90 Prospera navigatio. 91 Medium velorum, ventorum flatu curvatorum, prosperum ventis implere, id est, licet prosperrima sit navigatio, & socii omnes optent procedere. 92 Tamen ne omittas, quin adeas Sibyllam. 93 Responsa Deorum. 94 Et quin poscas, ut ipsa vates prædicat futura, non autem scribat in palmarum foliis, quæ vento abripi possint. Ideò lib. 6. ait Æneas: *Foliis tantum nec carmina manda: Ipsa canas oro.* 95 Libentèr loquatur. 96 Prædictio ista Sibyllæ his versibus concepta est, lib. 6. *O tandem magnis pelagi defuncte periclis: Sed terrâ graviora manent: in regna Latini Dardanidæ venient.* 97 Declines, & tolerès pericula. Polysyndeton est. 98 Promptè, & expeditè declarabit, docebit. 99 Rationem navigandi in fatalem Italiæ partem commonstrabit. * Quæ per te ingens instaurabitur, quoniam ex eâ olim Roma orietur. 1 Ad cœlos usque extolle. 2 Responsa. Recitat jam dona, quæ ab Heleno acceperit. 3 Helenus. 4 Favorabile. 5 Dente elephanti, sive ebore polito. Synecdoche. 6 Condensat, cumulat. 7 Ollas æreas ex ære Dodoneo, quod vaticiniis æquè celebratur, ac quercus Dodonæa.

Lo-

Loricam [8] consertam [9] hamis auroque trilicem.
Et [10] conum [11] insignis galeæ, cristasque [12] comantis:
[13] Arma Neoptolemi. Sunt & [14] sua dona parenti.
[15] Addit equos, additque [16] duces; 470
[17] Remigium supplet; [18] socios simùl instruit [19] armis.
Intereà [20] classem velis aptare jubebat
Anchises, fieret vento mora ne qua [21] ferenti.
[22] Quem [23] Phœbi interpres [24] multo compellat honore:
Conjugio Anchisa Veneris [25] dignate [26] superbo, 475
[27] Cura Deûm, [28] bis Pergameis erepte ruinis,
Eccè [29] tibi Ausoniæ tellus; [30] hanc arripe vellis.
[31] Et tamen hanc [32] pelago præterlabare necesse est.
Ausoniæ pars illa procul, quam [33] pandit Apollo.
Vade, ait, ô felix [34] nati pietate. Quid [35] ultrà 480
Provehor, & fando [36] surgentis demoror [37] austros?
[38] Nec minus Andromache, digressu mœsta supremo,
Fert [39] picturatas [40] auri subtegmine vestis,

8 Consertam hamis aureis, iisque triplici serie connexis, seu tribus liciis constantibus. 9 Circulis ferreis, quibus fit lorica. *Hami* propriè sunt unci, quibus pisces capi solent. 10 Curvaturam, quæ est in summitate galeæ, cui crista imponitur. 11 Excellentis. 12 Quæ in morem comarum à cono dependebant: sunt enim *cristæ* ornamenta galearum. 13 Existentia arma Pyrrhi, qui ea moriens Heleno reliquerat. 14 Anchisæ data. 15 Helenus ad dicta dona. 16 Belli-ne futuri? an navigationis? an fortè equisones? 17 Remiges deficientes addit, eò quod in Creta multos amiserat, & & nonnullos reliquerat. 18 Itineris mei. 19 Nauticis armamentis. 20 Classem instruere, & disponere ad navigandum. 21 Secundo, flanti, stanti. 22 Anchisen. 23 Oraculorum Phœbi, id est, Helenus. 24 Valdè honorificè alloquitur. 25 Qui dignus est habitus. 26 Nobili, magnifico. 27 Qui Diis es curæ. 28 Primò: cùm ab Hercule Ilium esset expugnatum, Priamus, Anchises, & alii nonnulli, secretò elapsi sunt. Secundò sub Priamo, cùm captâ à Græcis Troja, salvus filii humeris in pacatum evasit. 29 In conspectu tuo est. 30 Appelle in Italiam. 31 Quamvis hæc Italiæ pars vicinior sit, necesse tamen est eam relinquere. 32 Per pelagus. 33 Aperit vobis petendam. 34 Propter pietatem filii tui. 35 Ulteriùs, quam constitueram, sermonem prosequor, protrahò. 36 Spirare incipientes. 37 Ventos. 38 Nihilominùs, quamvis multa dederit Helenus. Recitat etiam dona, quæ Andromache descendentibus contulit, & verba ultrò citroque habita. 39 Quibus intertextæ variæ rerum & animantium picturæ inerant. 40 Aureo subtegmine. *Subtegmen* enim filum est sub flamine: *stamen* verò in tela filum firmum est: at *sub tegmen* ultrò citròque transmittitur.

Et

Et [41] Phrygiam Ascanio chlamidem; [42] nec cedit honori:
[43] Textilibusque onerat donis, ac talia [44] fatur:
Accipe [45] & hæc, manuum tibi quæ monumenta mearum
Sint, puer, & longum [46] Andromachæ testentur amorem,
Conjugis [47] Hectoreæ. Cape dona extrema [48] tuorum,
O mihi sola [49] mei [50] super Astyanactis [51] imago.
[52] Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat:
Et nunc [53] æquali tecum pubesceret ævo.
[54] Hos [55] ego digrediens [56] lacrimis affabar [56] obortis:
Vivite felices, quibus est [57] Fortuna peracta
Jam [58] sua; nos alia ex aliis in [59] fata vocamur.
Vobis parta quies: nullum maris æquor [60] arandum:
Arva neque Ausoniæ, [61] semper cedentia retrò,
Quærenda. [62] Effigiem [63] Xanthi [64] Trojamque videtis,
Quam vestræ fecere manus, [65] melioribus (opto)
Auspiciis; & quæ fuerit minùs [66] obvia Grajis.
Si [67] quando [68] Thybrim, vicinaque Thybridis arva
Intrâro, gentique meæ [69] data mœnia cernam,

41 Acu pictam: propriè, opus, & inventum Phrygum. 42 Neque enim Andromache in honore munerum cedit Heleno, id est, tam pretiosa dona dedit Ascanio, ut Helenus Æneæ. Liberalitatem Andromaches intelligit. 43 Contextis. 44 Ad Ascanium. 45 Etiam hæc munera, quæ admoneant te, & memorem faciant operum manu mea factorum. 46 Meum. 47 Hectoris avunculi tui. 48 Necessariorum. Q. d. posthàc non offendes plures ex genere & patria tua. 49 Filii. 50 Superstes, qui superes. 51 Quia similis es meo Astyanacti. Pathos ab imagine: de quo Macrob. Sat. lib. 4. c. 5. 52 Ut tu facis. 53 Ejusdem esset ætatis, cujus tu es. Pathos à collatione ætatis utriusque. 54 Helenum, & Andromachen. 55 Æneas. 56 Lachrymas inter loquendum. 57 Adversa. 58 Propria. 59 Fatalia incommoda. 60 Sulcandum navibus. Metaphora à terra ad mare. Sic Ovid. 1. Trist. El. 2. *Non ego divitias avidus sine fine parandi, Latum mutandis mercibus æquor aro.* 61 Quia cum propè fuerimus, adhùc longo circuitu sunt quærenda. *Italiam sequimur fugientem*, lib. 5. 62 Suprà: *simulataque magnis Pergama, & arentem Xanthi cognomine rivum.* 63 Fluvii Trojani. 64 Fictitiam, scil. de illà magna quondam denominatam. 65 Meliori successu, & auspicato incepto facta sit, quàm prior Troja manibus Deorum facta prædicatur. 66 Obstans Græcis: vel, Græcorum injuriæ exposita: ita ut ab eis non eruatur. 67 Aliquando. 68 Fluvium Italiæ, Romam interfluentem. 69 Fatis concessa.

Cog-

70 Cognatasque urbis 71 olim, populosque 72 propinquos,
73 Epiro Hesperiâ, quibus idem Dardanus auctor,
Atque 74 idem casus, unam faciemus utramque
Trojam 75 animis. 76 Maneat nostros 77 ea cura nepotes.
78 Provehimur pelago 79 vicina 80 Ceraunia juxta:
81 Undè iter Italiam, cursusque brevissimus 82 undis.
Sol 83 ruit interea, & montes 84 umbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris 85 ad undam.
Sortiri remos, passimque in litore sicco
Corpora 86 curamus. 87 Fessos sopor 88 irrigat artus.
Necdùm orbem medium nox horis 89 acta subibat:
90 Haud segnis 91 strato surgit Palinurus, & omnis
92 Explorat ventos, atque auribus 93 aera captat:
Sidera 94 cuncta notat 95 tacito labentia cœlo,
96 Arcturum, 97 pluviasque Hyadas, 98 geminosque Triones,

70 Hanc in Epiro vestram, & in Italiâ nostram inter se propinquas, scil. quæ mari Hadriatico, seu Jonio tantum dirimantur. 71 Tempore futuro. 72 Affines. 73 Ex Epiro, & Italia. 74 Eadem fortuna: quia propter excidium Trojæ ambæ à profugis habitæ, ut nos. 75 Fœdere, & concordi voluntate, id est, referemus in diversis locis, quod in uno non possumus, Trojam patriam nostram eversam. 76 Et si id nos perficere non poterimus, sollicitudo ejus rei faciendæ exspectet posteros à nobis, & à nostris descensuros. 77 Fœderum, & amicitiæ: de quâ re lege Dionysium Halicarnasseum, lib. 1. Contraria huic imprecatio Didonis, lib. 4. 78 Porrò vehimur à Buthroto per pelagus. 79 Nobis descendentibus à Buthroto. 80 Acroceraunia, promontoria Epiri, è regione Italiæ: à fulmine, quò crebrò feriuntur, dicta. 81 A quibus iter in Italiam est brevissimum. 82 Per undas. 83 Occidit. 84 Sublato è nostro hemisphærio sole, obscurantur. 85 Juxta undam, id est, exponitur terræ ad ostium undarum disponentes & sorte obtinentes remos, ut ad signum Palinuri quisque navalibus instructus adesset. 86 Ut ad laborem posteà alacriores, & expeditiores essemus. 87 Id est, dormimus. 88 A naturali somni causa. 89 Transacta conscendebat, id est, nondum erat medium noctis. 90 Non ignavus, sed strenuus. 91 Toro. 92 Inquirit. 93 Si usquàm audiret murmur aëris, quod futuram tempestatem indicet. 94 Nautis observanda. 95 Nocturno, per quod tacetur, quieto: vel (ut alii) quo signa Australia, & Septentrionalia sunt conspicua, quæ, lucente Lunâ, maximè obscurantur. 96 Stellam primæ magnitudinis, inter crura Bootæ. Sidus Septentrionale, quod nautæ solent observare. 97 Septem stellas in fronte Tauri, quæ ortu suo & occasu pluvias creant, ἀπὸ τοῦ ὕειν. 98 Utramque ursam, quarum majorem, plaustrum scilic. trahunt triones boves.

Ar-

[1] Armatumque auro circumspicit Oriona.
Postquàm cuncta [2] videt cœlo [3] constare sereno;
Dat clarum è puppi [4] signum [5] nos [6] castra movemus,
[7] Tentamusque viam, & [8] velorum pandimus alas.
Jamque rubescebat stellis aurora [9] fugatis,
Cùm procul [10] obscuros [11] colles, [12] humilemque videmus
Italiam. [13] Italiam primus [14] conclamat Achates,
Italiam læto socii clamore salutant.
Tùm pater Anchises magnum [15] cratera [16] corona
Induit; implevitque mero; divosque [17] vocavit
Stans [18] celsâ in puppi.
DI [19] maris & terræ, tempestatumque [20] potentes,
Ferte viam [21] vento facilem, & [22] spirate secundi.
[23] Crebrescunt optatæ auræ, portusque [24] patescit
Jam propior, [25] templumque apparet [26] in arce Minervæ,
Vela [27] legunt socii, & proras ad litora torquent.
[28] Portus ab [29] Eurogo fluctu curvatur in [30] arcum;
[31] Objectæ [32] salsa spumant [33] aspergine cautes:

1 Sidus Australe stellis 32. conspicuum, stellato ense fulgens. 2 Palinurus. 3 Consentire ex statu suo. Vocula hæc serenitatis perseverantiam indicat. 4 Tubæ: aut etiam vigiliis tædam, aut facem incensam. Translata similitudo est à re militari, in quâ ad pugnam milites classico excitantur: quod hac ratione fecisse dici potest Virg. quod hunc Trojanis mutandum esse locum, & ulteriùs esse navigandum sciret. 5 Nos, qui eramus in litore, more militum colligimus sarcidulas, & discedimus illinc, ubi stationem habueramus. 6 Nautica, id est, classem. 7 An fluxus opportunus esset, id est, navigamus. Hysteron proteron. 8 Antennas intendimus. 9 A splendore solis absconditis. 10 Nondùm Solis radiis adumbratos: vel propter intercapedinem, & longinquitatem. 11 Italiæ. 12 Humilem apparentem: aqua enim terrâ altior est. 13 Repetitio, desiderium fatalis terræ indicans. 14 Simul clamat. 15 Vas vinarium. 16 Ex pampinis. Id quod lætitiæ argumentum. 17 Invocavit. Simplex pro composito. 18 In summâ parte navis juxta gubernaculum. 19 *Maris*, quod navigo; *terræ*, quam peto; *tempestatum*, quas timemus. 20 Qui habetis potentiam. 21 Aspiratione venti. 22 Spirantes facite ventos secundos. 23 Lenes venti desiderati crebri fiunt. 24 Patent. 25 In Japygiæ promontorio Salentino Minervæ eminebat arx, hodiè *Castro*. Sub illo portus Veneris. 26 Exstructum. 27 Colligunt. 28 Topographia portus Salentini. 29 Orientali, seu ab Oriente impingente: à fronte enim spectat ortum. 30 Sinum, recessum, scopulos utrimque defendentes portum descriptum: vide lib. 1. Æn. 31 Oppositæ fluctibus. 32 Aquâ maris, quæ aspergitur ex impetu quæ spumas creat. 33 Saxa prædura, quæ & cotes dicuntur.

Ip-

34 Ipse latet. 35 Gemino demittunt 36 brachia muro
37 Turriti scopuli, 38 refugitque à litore templum.
Quattuor hîc 39 primum omen equos in gramine vidi
40 Tondentis campum latè, 41 candore nivali.
Et pater Anchises: 42 Bellum, ô terra 43 hospita, 44 portas:
45 Bello armantur equi: bellum 46 hæc armenta minantur.
Sed 47 tamen Idem 48 olim 49 curru succedere sueti
50 Quadrupedes, & frena 51 jugo 52 concordia ferre.
Spes est pacis, ait. 53 Tùm numina sancta precamur
Palladis 54 armisonæ, quæ 55 prima accepit 56 ovantis:
57 Et capita ante aras Phrygio velamur amictu;
Præceptisque Heleni, dederat quæ 58 maxima, 59 ritè
Junoni 60 Argivæ 61 jussos adolemus honores.
Haùd mora: continuò perfectis ordine votis,

34 Portus occulitur procul intuentibus. 35 In morem duplicis muri utrimque exstructi. 36 Colles à jugis suis, quibus portum complectuntur. 37 Instar turrium saxa eminentia. 38 Non videtur. 39 Pro primo omine rerum futurarum in Italia. 40 De pascentes gramen, latè pascentes per campum. 41 Undè convinci poterat, bellum non portendere: nam alba, & candida omnia, auspicata creduntur: perindè ut atra, infelicia. Itaque candor in omen potiùs victoriæ capiendus erat, si omnino bellum minabantur. 42 Belli præsagium interpretatur equum, ad bella natum: ut 1. lib. de Carthagine, in cujus fundamentis reperiebatur *caput acris equi*. Et in contentione Neptuni cum Minervâ de Athenis: quoniam verò quattuor, iique candidi, & curru succedere, frænaque ferre fueri, in omen pacis convertit, agriculturæ scil. certaminibus, triumphis aptos. 43 Quæ nos hospitio excipis, aut excipies. 44 Adfers. 45 Ad bellum. 46 Hi equi denunciant, aut portendunt. 47 Quamvis bello armentur. Correctio interpretationis, ab usu diverso. 48 Aliquando, finito bello. 49 Sub currum. 50 Equi. 51 Sub jugo, aut conjugati. 52 Ipsi concordes. 53 Postquam sic locutus est. 54 Arma concutere solitæ, bellorum præsidis, in cujus tutela erat locus. 55 Ante cetera numina, quia ad templum ejus appulsi sumus. 56 Lætos: levium bellorum, aut non justorum victores urbem ingrediebantur ovantes, equo uno vecti, vel etiam pedites, & ovem mactabant: ut triumphantes tantum. 57 Ex præcepto Heleni: suprà, *Purpureo velare comas*, &c. vide rationem ibid. 58 Præcipua. 59 Ex more, & ut decit. 60 Argivorum protectrici, & ab Argivis illis cultæ. 61 Incendimus sacrificia jussa, id est, sacrificamus. Monuerat anteà Helenus, ut protinùs, transmisso æquore, cùm vota Diis cursus sui auspicibus, in litore persoluturus esset, certis quibusdam cærimoniis sacra velato capite faceret, ne hostium interventu ea turbarentur, & ut eam religionem posteritati suæ commendaret.

Cor-

[61] Cornua [63] velatarum [64] obvertimus antennarum, 542
[65] Grajugenûmque domos [66] suspectaque linquimus arva.
Hinc [67] sinus [68] Herculei, [68] si vera est fama, Tarenti
[69] Cernitur. Attollit se [70] diva Lacinia, [71] contrà,
[72] Caulonisque arces, & [73] navifragum [74] Scylaceum.
Tùm procul è fluctu [75] Trinacria cernitur Ætna,
[76] Et [77] gemitum ingentem pelagi, [78] pulsataque saxa 555
Audimus longè, [79] fractasque ad litora [80] voces:
[81] Exsultantque [82] vada, atque [83] æstu miscentur arenæ.
Et [84] pater Anchises: Nimirùm hæc illa Charybdis:
Hos Helenus scopulos, hæc [85] saxa horrenda canebat.
[86] Eripite, ô socii: [87] pariterque insurgite remis. 560
Haùd minus ac jussi faciunt: primusque [88] rudentem
Contorsit [89] lævas proram Palinurus ad undas:
[90] Lævam [91] cuncta cohors [92] remis, ventisque petivit.
Tollimur in cœlum curvato [93] gurgite, & [94] Idem
[95] Subductâ ad [96] Manis imos desedimus undâ. 565
[97] Ter scopuli [98] clamorem inter cava saxa dedêre:

62 Metaphora ab animali ad non animal. 63 Velis indutarum. 64 In pelagus, ut cursum mutaremus. 65 Ab Heleno moniti, ut partem illam Italiæ, quæ à Græcis, ibi colonis, Magnæ Græciæ nomen sortita est, vitaremus: suprà. 66 Propter inhabitantes hostes. 67 Angulus. 68 Neque enim planè stare vult Aristotelis fide, qui in libro περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων scribit Tarentum ab Hercule conditum, ac Heracleam dictum: alii à Tarà, Herculis comite. 69 A nobis. 70 Junonis Laciniæ templum in promontorio cognomine juxta Crotonem. 71 Ex adverso. 72 Post Sagram Caulonia extat, priùs Aulonia, Strab. 6. l. 73 Periculosum, juxta quod sæpè fit naufragium, cùm sint illic scopuli. 74 Promontorium in Brutis. 75 Siciliensis, à tribus promontoriis, ut suprà. 76 *Nimirum hæc Scylla est.* 77 Crepitum: quod in Scyllæ ventre canes Lupos, vitulos marinos habitare, & horrendum sonare, fabulentur Poëtæ. 78 Ab impetu aquarum. Epexegesis: explicat enim, quis sit ille gemitus. 79 Collisas, & reverberatas. 80 Aquarum scil. 81... *Nimirum hæc illa Carybdis.* 82 Aquæ, per quas vadere licet, cùm sint minùs profundæ, sed magis periculosæ, frequentèr exsiliunt, & eriguntur. 83 Fervore aquarum commotarum. 84 Exclamat. 85 Scyllæ. 86 Vos his periculis. 87 Pari ictu. 88 Stridentem, multum sonantem inter saxa, dum secat fluctus. Metaphora à ruditu asinorum. 89 Ad sinistram jacentes ad Charybdin. 90 Partem. 91 Tota alia classis. 92 Toto conatu. 93 Globo aquarum. 94 Qui paullò ante in cœlum sublati eramus. 95 Aqua remota, & abstracta navibus nostris: cùm enim hic deprimitur, illic erigitur. 96 Ad inferos profundos. 97 Rupes saxosæ. 98 Vehementem fragorem.

Ter

Ter spumam [1] elisam & [2] rorantia vidimus astra.
[3] Intereà [4] fessos [5] ventus cum sole reliquit;
Ignarique viæ [6] Cyclopum adlabimur oris.
[7] Portus ab accessu ventorum [8] immotus, & ingens
[9] Ipse; sed [10] horrificis [11] juxtà tonat [12] Ætna [13] ruinis,
Interdùmque [14] atram [15] prorumpit [16] ad æthera nubem,
[17] Turbine fumantem piceo & [18] candente favillâ;
[19] Attollitque globos flammarum, & sidera [20] lambit:
Interdùm scopulos [21] avolsaque [22] viscera montis
Erigit [23] eructans, [24] liquefactaque saxa [25] sub auras
Cum [26] gemitu glomerat, fundoque [27] exæstuat imo.
Fama est, [28] Enceladi semustum [29] fulmine corpus
[30] Urgeri mole hac, ingentemque [31] insuper Ætnam
Impositam, ruptis flammam [32] exspirare [33] caminis;
Et, [34] fessum quoties [35] mutet [36] latus, [37] intremere omnem

1 Vi expressam. 2 Aspergine irrorata, aquis sparsa. 3 Docet, quomodo in Cyclopas inciderit. 4 Remigando. 5 Ventus cecidit, cadente simul Sole. 6 Ad regiones gigantum illorum, unum oculum in fronte habentium. 7 Ad quem accessimus, scilic. *est*. 8 Quietus, nec turbatus. 9 Portus scil. 10 Horrendis, horrorum incutientibus. 11 Propè ipsum portum sonat. 12 De Ætna, monte Siciliæ flammivomo, post Philosophos, Geographos, vide Macrob. c. 17. lib. 5. Saturn. calumniantem Virgilium parum felicitèr æmulatum esse Pindari Ætnam descriptione Pythiorum. Vide & Justin. lib. 4. Ovid. Metam. 15. 13 Eructationibus flammarum & lapidum semustorum. 14 Quia fumosam. 15 Eructat, evomit, projicit. 16 Ad summum aëra. 17 Impetu fumi exuperantis, qualis de pice exusta procreatur. 18 Modica flamma resplendente inter fumum. 19 Et erigit. 20 Tremulo motu, ad instar vibratæ linguæ, flammis suis ascendit, & mollitèr attingit. 21 A ceteris, quibus cohærebant. 22 Saxa è visceribus montis, tamquam ejus partes: nam & *ossa terræ* dicuntur. 23 Ejiciens quasi ex stomacho, ut faciunt eructantes. 24 Resoluta vi sulphuris & ignis. 25 Sursùm in auras. 26 Vehementi crepitu in morem glomeris circumvertendo rotat. 27 Æstum exhalat. 28 Fil. Titanis, & Terræ, qui cum cœlo bellum cum aliis gigantibus inferret, à Jove fulminatus, atque Ætnæ subjectus est. Quod tamen nonnulli de Typhoëo narrant. Placet autem Poëtæ à verâ causâ, visceribus, scil. sulphureis, à vento per cavernosam terram accensis, discedere ad fabulas. 29 Quo Jupiter in gigantes usus est. 30 Opprimi hoc immenso pondere montis. 31 Postquàm illic sepultus erat vivus. 32 Evaporare, & quasi exhalare. 33 Fornicibus, fumariis. 34 Crepitu vehementi. 35 Movet. Al. *mutat*. 36 Super quod recubuerit. 37 Intrinsecùs & multum tremere.

Mur-

[38] Murmure [39] Trinacriam, & cœlum [40] subtexere fumo.
[41] Noctem illam tecti in silvis immania monstra
Perferimus: nec, quæ [42] sonitum det caussa, [43] videmus.
Nam neque erant [44] astrorum ignes, nec lucidus [45] æthrâ
Sidereâ polus: obscuro sed [46] nubila [47] cœlo; 586
Et Lunam in [48] nimbo nox [49] intempesta tenebat.
[50] Postera jamque dies primo surgebat [51] Eoo,
[52] Humentemque [53] Aurora [54] polo dimoverat [55] umbram:
Cùm subitò silvis [56] macie [57] confecta [58] suprema 590
Ignoti [59] nova forma [60] viri miseranda que cultu
Procedit, supplexque manus [61] ad litora tendit.
[62] Respicimus. [63] Dira illuvies, [64] immissaque barba,
[65] Consertum tegumen spinis: at [66] cetera Grajus,
Et [67] quondàm [68] patriis ad Trojam missus in armis. 595
Isque ubi Dardanios habitus, & Troia vidit
Arma procul; paullùm [69] aspectu conterritus [70] hæsit,
[71] Continuitque gradum: mox sese [72] ad litora [73] præceps
Cum fletu precibusque tulit. [74] Per sidera testor,
Per superos, atque hoc cœli [75] spirabile lumen; 600
Tollite me Teucri: quascumque [76] abducite terras.

38 Motu. 39 Siciliam. 40 Ab inferiore parte occulere, ac cooperire fumo, quem tunc emittit. 41 Redit ad omissam narrationem. Occidente Sole hùc appulerant, & noctem insequentem metu in silvâ latuerant. 42 Tam vehementem. 43 Intelligimus. 44 Steliæ, quarum lumen per objectas nubes adimitur. 45 Splendore ætheris, à sideribus allato: Syncope. Vide Macrob. lib. 6. c. 4. 46 Scil. *erant*. 47 Aëre. 48 Nube circumvoluta in morem nimbi. 49 Obscura, ad nullum opus tempestiva, utpotè media. 50 Postridiè, quam accessimus, oriens. 51 Oriente. 52 Humidam. 53 Tempestas matutina. 54 A cœlo. 55 Noctem: nam nox est umbra terræ. 56 Exhausta. 57 Supra quam ferre nequeat. 58 Quasi larva hominis, aut λυκανθρωπος. V. Ovid. Met. 15. 59 Græci. 60 Ad nos, qui eramus in litore. 61 Eum, aut eam. 62 Et videmus, quod erat illi immunditia immanis. Pathos ab habitu. 63 Promissa, seu in pectus demissa, prolixa. 64 Indumentum, quo tegebatur, erat illigatum, & densum spinis. 65 Per, vel quoad cetera, κατὰ τὰ ἄλλα. Hellenismus. Horat. Ep. 10. l. 1. *Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ. Excepto quod non simul esses*, cetera *lætus*, id est, quod ad cetera attinet. 66 Dudùm aliquandò. 67 Paternis. 68 Hostium. 69 Fixit gradum, aut dubitavit. 70 Et substitit. 71 Ad nos qui eramus in litore. 72 Velox, & non salutis sperans. 73 Exordium orationis petitoriæ abruptum. 74 Obtestor. Simplex pro composito. 75 Aërem, cujus beneficio ex æquo spiramus. 76 Scil. *me in*.

Hoc

Hoc [77] sat erit. [78] Scio me [79] Danais è classibus unum,
Et [80] bello Iliacos fateor [81] petiisse Penates.
Pro [82] quo, si [83] sceleris tanta est injuria nostri,
[84] Spargite me in fluctus, vastoque immergite [85] ponto.
Si pereo, [86] hominum manibus periisse [87] juvabit. 606
[88] Dixerat: & [89] genua [90] amplexus, [91] genibusque volutans
Hærebat. Qui sit, fari, quo sanguine [92] cretus,
Hortamur; quæ deinde [93] agitet Fortuna, fateri. 609
Ipse pater [94] dextram Anchises, [95] haud multa moratus,
Dat juveni; atque [96] animum [97] præsenti pignore firmat.
[98] Ille hæc, * depositâ tandem formidine, fatur:
Sum patria ex Ithacâ, comes [1] infelicis Ulyxi
Nomine Achemenides, Trojam genitore Adamasto
[2] Paupere ([3] mansissetque utinàm fortuna!) profectus.
[4] Hìc me, dùm [5] trepidi [6] crudelia limina linquunt,
[7] Immemores socii [8] vasto Cyclopis in antro
Dëseruere. [10] Domus sanie, dapibusque cruentis,

77 Beneficii loco abundè, effugisse Cyclopas. 78 Fateor. 79 Ex equitum ordinibus Græcis. 80 Jure belli. 81 Appetiisse, aut invasisse res Trojanas. 82 Facto, aut bello. 83 Quam scelere nostro in vos commisimus. 84 Præcipitem me date in mare. 85 Mari. 86 Et non monstrorum, nec dirâ fame. 87 Delectabit me. 88 Achæmenides. 89 Nostra. Misericordiæ veteres assignabant genua, ut & mentum; pudori os; sagacitati nasum, judicio aurem, fastui supercilium: virtuti & fidei dextram. 90 Pathos à gestu. 91 Volutans se genibus suis, quibus incumbebat repens: vel, volutans adhærebat genibus nostris. 92 Procreatus sit. 93 Impellat eum ad talia facienda. 94 In signum auxilii, & benevolentiæ. 95 Non multum. Nomen plurale loco adverbii. 96 Ejus. 97 Præsentaro pignore fidei, & dextræ. 98 Confirmat. 99 Achæmenides. * Postquàm dextram præbuerat Anchises. 1 Vobis invisi, nec suis minus: quantum ad se ipsum, miserrimi, diutino scil. errore jactari per septem annos. 2 *Pauper in arma pater primis me misit ab annis.* Sinon 2. l. 3 Atque utinam propria quiessem pelle, infra fortunam meam utcumque pauperculum tutus, potius quam, &c. 4 In hac insulâ. Explicat brevitèr, quo casu in hanc insulam delatus sit. 5 Festini præ timore, ne à Cyclope, ob strepitum ad naves & mare trepidè fugientium stationem petente, occuparentur. 6 Crudelis Polyphemi. 7 Mei. 8 Ingenti. 9 Polyphemi. 10 Cujus domus est corrupto occisorum sanguine, & carnibus humanis mactatis, seu cruore aspersis intus fœda.

Intùs opaca, ingens. [11] ipse arduus, altaque [12] pulsat.
Sidera, (dicam) [13] DI talem terris avertite [14] pestem!
Nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli.
Visceribus [16] miserorum & [17] sanguine vescitur atro.
Vidi egomet, duo de numero cùm corpora nostro,
[18] Prensa manu magnâ medio [19] resupinus in antro
Frangeret ad saxum: sanieque [20] exspersa [21] natarent
Limina: vidi atro cùm membra fluentia tabo
[23] Manderet, & tepidi [24] tremerent sub [25] dentibus artus.
Haùd impunè quidem. Nec [26] talia passus Ulixes,
Oblitusve [27] sui est [28] Ithacus [29] discrimine tanto.
Nam [30] simul expletus dapibus, [31] vinoque sepultus,
Cervicem inflexam [32] posuit, jacuitque per antrum
Immensus, saniem eructans, ac [33] frustra cruento
[34] Per somnum commixta mero; nos, magna precati
Numina, sortitique [35] vices, una undique circum—
Fundimur, & [36] telo [37] lumen terebramus acuto
Ingens, quod torva [38] solum sub fronte [39] latebat,
[40] Argolici clipei, aut [41] Phœbeæ lampadis instar:
Et tandem [42] læti sociorum ulciscimur [43] umbras.
[44] Sed fugite, ô [45] miseri, [46] fugite, atque ab litore [47] funem

11 Cyclops Polyphemus. 12 Vertice suo, id est, Polyphemus tam procerus est, ut cœlum vertice feriat. Hyperbole. 13 Pathos per exclamationem. Vide Macr. lib. 4. cap. 6. 14 Tam truculentum aspectum hominis, aut tantam perniciem. 15 Cujus aspectum nemo ferat, nedum colloquium: qui tam terribilis est. 16 Hominum. 17 Sanie. 18 Comprehensa. 19 Prostratus. 20 Al. *exspersa*, id est, madefacta. 21 Inundarentur. 22 Sanguine. 23 Dentibus frangeret. 24 Resilirent. 25 Ejus. 26 Impunè fieri. 27 Salutis, vel versutiæ, & industriæ suæ, id est, nec sibi, nec suis defuit, ubi opus fuit, sed præsentibus consiliis valuit. 28 Ithacensis Ulysses. 29 In tanto periculo. Nam hoc demum sapere, est in periculo sapere. 30 Simul ac Polyphemus, &c. 31 Ut suprà lib. 2. *Invadunt urbem, somno*, vinoque sepultam. 32 Reclinavit. 33 Fragmenta carnis. 34 Inter dormiendum. 35 Officia vicissim occupandi membra ejus. 36 Sude oleaginea præusta. 37 Oculum unum perforamus, & effodimus. 38 Solum. 39 Dormienti Cyclopi clausum erat. 40 Græci, qui totum corpus circumtegunt. 41 Solis, vel Lunæ, quanti nobis apparent: nam Sol *Phœbus* dicitur, & Luna *Phœbe*. 42 De successu. 43 Manes sociorum nostrorum, quos ipse occiderat, & devoraverat. 44 Oratio ex abrupto turbida, timentis & fugam cum festinatione suadentis, interveniente ab improviso ipso Polyphemo. 45 Futuri. 46 Pathos à repetitione verbi. 47 Retinacula ferro abrumpite. Vim, celeritatemque ostendit.

Rum-

Rumpite.
[48] Nam qualis quantusque cavo Polyphemus in antro
[49] Lanigeras claudit [49] pecudes, atque [50] ubera [51] pressat,
[52] Centum alii curva hæc habitant ad litora [53] vulgò
[54] Infandi Cyclopes, & [55] altis montibus [56] errant.
[57] Tertia jam Lunæ se cornua lumine complent
[58] Cùm vitam in silvis, inter [59] deserta ferarum
[60] Lustra domosque traho, vastosque ab [61] rupe Cyclopas
[62] Prospicio, sonitumque pedum [63] vocemque tremesco.
Victum [64] infelicem, [65] baccas [66] lapidosaque corna,
[67] Dant [68] tami, & [69] vulsis [70] pascunt radicibus herbæ.
Omnia [71] collustrans, hanc primum ad litora classem
Conspexi venientem. Huic me, [72] quæcumque fuisset,
[73] Addixi: satis [74] est [75] gentem effugisse nefandam.
Vos [76] animam hanc [77] potiùs quocumque absumite leto.
Vix ea [78] fatus eram: [80] summo cùm monte videmus
Ipsum inter [81] pecudes vastâ se [82] mole moventem
Pastorem Polyphemum, & litora [83] nota petentem:
Monstrum horrendum, [84] informe, ingens, cui lumen
[85] ademptum;
[86] Trunca manu [87] pinus regit, & [88] vestigia firmat.
Lanigeræ [89] comitantur oves: [90] ea sola voluptas,

48 Causa, ob quam debeant sine mora rudentes abrumpere. 49 Oves suas. 50 Ovium. 51 Mulget. 52 Tales & tanti *centum alii*, &c. Numerum finitum pro infinito posuit. 53 Passim. 54 Detestandi. 55 In his altis scopulis. 56 Vagantur. 57 Jam est tertium plenilunium, aut tertius mensis. 58 Ex quo, postquam. 59 Ab hominibus. 60 Latibula & specus. 61 De quâ descendunt, quâ errant: uti mox de Polyphemo: *summo cum monte videmus Ipsum inter pecudes vastâ se mole moventem.* 62 Procul observo. 63 Eorum. 64 Miserabilem. 65 Agrestium arborum fructus. 66 Magnos lapides, seu magna ossa continentia. 67 Mihi. 68 Arborum, & dumorum. 69 Evulsis. 70 Me. 71 Circumspiciens. 72 Sive amica, sive inimica. 73 Adjudicavi, & in potestatem ejus destinavi. 74 Mihi. 75 Cyclopum. 76 Vitam. 77 Quàm ut talium monstrorum dentibus conficiar. 78 Genere mortis. 79 Achæmenides. 80 In summo scopulo. 81 Oves suas. 82 Magnitudine corporis sui attollentem. 83 Quæ sæpè peterat antequam excæcatus esset. 84 Sine forma humano corpori debita. 85 Scil. *erat*. 86 Amputata. 87 Hinc immanem corporis vastitatem conjicere licet. 88 Ne vacillet, aut labatur jam cæcus. 89 Pastorem suum. 90 Ea sola, quam ex ovibus habet, est voluptas Polyphemi.

[91] Solamenque mali.
[92] Postquàm [93] altos [94] tetigit fluctus, & ad æquora venit,
[95] Luminis effossi fluvidum [96] lavit inde cruorem,
[97] Dentibus infrendens gemitu: graditurque per æquor
Jam medium, nec dum fluctus [98] latera ardua tinxit;
Nos procul [99] indè fugam * trepidi [1] celerare, [2] recepto
Supplice, [3] sic meritò; tacitique incidere [4] funem.
[5] Vertimus & [6] proni [7] certantibus æquora remis.
Sensit, & ad sonitum [9] vocis vestigia torsit.
Verùm ubi nulla datur [10] dextram adfectare potestas,
Nec [11] potis Iönios fluctus æquare sequendo,
Clamorem immensum [12] tollit: quo [13] pontus & omnes
[14] Intremuêre undæ, penitusque exterrita tellus
Italiæ, curvisque [15] immugit [16] Ætna [17] cavernis.
At genus è silvis Cyclopum & montibus altis
[18] Excitum ruit ad portus, & litora complent.
Cernimus [19] adstantis, [20] nequidquam lumine torvo,

91 Deorsum pendet. 92 Postquàm undas litoreas emensus in altum planumque mare venit: *quam magnus Orion, Cum pedes incedit medii per maxima Nerei Stagna, viam scindens, humero supereminet undas*, lib. 10. 93 Profundos. 94 Pinu sua. Hysteron proteron. 95 Qui quotidie fluebat de oculo effosso. 96 Deinde abluit. 97 Quòd salsedinis acrimoniam in vulnere sentiret. 98 Ejus. 99 Ab eo loco, ubi ipsum vidimus. * Festini: ut, *Accepit* trepidos, & *Nisum dicere jussit*. 1 Celerabamus. 2 In navem nostram Achemenide, qui genua amplexus nobis supplicaverat. 3 Merito de nobis, ut id faceremus: qui forte in Cyclopas incidissemus, nisi nos præcavere præmonuisset. 4 Navis retinacula. 5 Invertimus remis, id est remigamus. Metaphora à scopis ad remos, & solido pavimento ad mare. Suprà: *Certatim socii feriunt mare, & æquora* verrunt. 6 Incumbentes remis. Quo verbo studium & conatum summum sociorum coarguit. 7 Certatim ferientibus. 8 Polyphemus advertit ex ictibus & percussione remorum, fugientium strepitum. 9 Fluctuum remis agitatorum: suprà, *fractasque ad litora voces: & fugam trepidi celerare, tacitique incidere funem*: modò. 10 Manus intendendi, & anxia quadam aviditate manus in naves injiciendi easque tenendi facultas. Sic & *affectare viam ad aliquid* dicimus. Terent. Phorm. *Hi gladiatorio animo* ad me affectam viam. 11 Scil. *est*, id est, nec potest æquis viribus aut gradibus consequi fluctus maris Ionii. 12 Emittit & effert. 13 Mare. 14 Multum tremuêre. 15 Reboavit. 16 Siciliæ mons. 17 Fornacibus. 18 Excitatum illo clamore. 19 Ad litus. 20 Extra ictum enim, & periculum se expedierant Troes: & longinqui nocere non poterant. 21 Minaci.

Æt-

[22] Ætnæos fratres, [23] cœlo capita alta ferentis;
[24] Concilium horrendum: [25] quales cùm vertice celso
[26] Aëriæ quercus, aut [27] corniferæ cyparissi 680
[28] Constiterant, sylva alta Jovis, lucusve Dianæ.
Præcipites metus [29] acer agit [30] quocumque rudentis
Excutere, & ventis intendere vela [31] secundis.
[32] Contrà jussa [33] monent Heleni, Scyllam, atque Charybdin,
Inter [34] utramque viam, [35] leti discrimine parvo, 685
[36] Ni teneant cursus: certum est dare [37] linea retrò.
[38] Ecce autem Boreas [39] angusta ab sede Pelori
[40] Missus adest. [41] Vivo prævehor ostia saxo
[42] Pantagiæ, [43] Megarosque sinus, [44] Thapsumque jacentem.
Talia monstrabat [45] relegens errata retrorsum 690
Litora Achemenides, comes infelicis Ulixi.
[46] Sicanio prætenta sinu jacet insula [47] contra,

22 Siculos Cyclopas, juxta Ætnam genitos: allusum simul ad αἰπυαίοι, immanes. 23 Ad cœlum usque. Hyperbole. 24 Cœtum. Appositio. 25 Exsistentes tales, *quales quercus* erant, &c. 26 Sublimes se in aërem extollentes. 27 Ferentes multos cornos. 28 Simul sreterant. 29 Quercus enim sacra Jovi; cupressus Dianæ infernæ. 30 Vehemens urget nos. 31 In quacumque re funes velorum raptim colligere, &, quocumque venti vocarent, cursum intendere. 32 Etiam iis, qui nos à puppi secuti urgebant inter Siciliam atque Italiam: sed memores præceptorum Heleni, quæ monebant, ne tenereimus cursum cum vitæ discrimine per angustum fretum inter Scyllam, & Charybdim, retrorsum vela dare contendebamus. Cum subito mutatus numinis benignitate ventus nos in Austrum revectos Siciliam circumvehi impulit. 33 E contrario. 34 Scil. *vitare*. 35 Scyllæ & Charybdis. 36 Cum parvâ differentiâ & distantiâ mortis. 37 Neu teneant medium cursum: vel Nisi possint tenere medium cursum. 38 Vela, ex linteis confecta, obvertere in Calabriam, aut sinum Tarentinum. Horat. Od. 16. Epod. *Neu conversa domum pigeat* dare lintea. 39 Non est hic monstrantis particula, sed attentionem ad rem novam, & insperatam captantis. 40 A freto Siculo quod perangustum est, inter Pelorum. 41 Promontorii Siciliæ Septentrionem versus. 42 Favore numinum quæ suprà rogaverat Anchises: *Ferte viam vento facilem, & spirate secundi.* 43 Quæ sunt ex saxo naturâ, non humanâ opera sic parata. Sic lib. 1. vivoque *sedilia saxo*. 44 Fluminis Siciliæ. 45 Juxta Megaram, Siciliæ oppidum. 46 Insulam, decem stadia à Siciliâ distantem, humilem. 47 Renavigans retrorsum litora, per quæ errârat priùs cum Ulysse. 48 Siculo. 49 Ex opposito, è regione.

[50] Plemmyrium undosum: [51] nomen dixêre priores
[52] Ortygiam. Alpheum fama est [53] huc [54] Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare: qui nùnc
[55] Ore [56] Arethusa tuo siculis [57] confunditur undis.
[58] Jussi numina magna, [59] loci veneramur: & indè
[60] Exsupero [61] præpingue solum [62] stagnantis [63] Helori.
[64] Hinc altas [65] cautes [66] projectaque saxa [67] Pachyni
[68] Radimus, & [69] fatis numquàm concessa [70] moveri,
[71] Apparet [72] Camerina procul, campique [73] Geloi,
[74] Immanisque Gela fluvii cognomine dicta.
[75] Arduus indè [76] Acragas ostentat maxima longè
Mœnia, magnanimum quondàm generator equorum
[77] Teque datis [78] linquo ventis, [79] palmosa Selinus;
Et vada [80] dura [81] lego saxis [82] Lilybeïa cæcis.

50 Promontorium juxta Syracusas: ἀπὸ τῆς πλυμμύρης, id est, *inundationis*. 51 Cujus nomen veteres Cosmographi appellaverunt Ortygiam, quòd in eâ primæ visæ sunt coturnices: ὀρτύγας enim Græci *coturnices* vocant. 52 Insulam, quam pons Syracusis connectit: hic fons Arethusa, ex quo ferunt per subterraneos cuniculos emergere Alpheum flumen Elidis. 53 In hunc locum. 54 Qui ab Elide nascitur. 55 Ostio. 56 Apostrophe. Arethusa fons à Nymphâ quadam venatrice nomen habet, quæ cum fortè lassa in Alpheo flumine se lavaret, ab eo fuit adamata: quæ, cum amatorem fugeret, in Siciliâ transformata est in fontem sui nominis. Alpheus autem per occultos terræ meatus eam consecutus est, donec illi in Sicilia misceretur. 57 Commiscetur. 58 Illius. 59 A patre. 60 Prætervehor. 61 Præter cetera pingue. 62 Inundantis & superfusi ad instar Nili: cujus inundatio terram pinguem facit: aut lente fluentis, quasi stagnum sit. 63 Amnis, sic dicti ab *Heloro* rege, qui eum sponte junxit, & pervium fecit. 64 Scil. *provecti*. 65 Rupes. 66 Abjecta, porro jactata in mare, & exstantia. Vide Macrob. Sat. lib. 6. cap. 4. 67 Pachynum promontorium Siciliæ Austrum spectans. 68 Remigando præternavigamus, levitèr contingimus. 69 Volentibus. 70 Exsiccati: quia cùm exsiccaretur, accolæ ab hostibus deleti sunt. 71 Conspicitur. 72 Camarina urbs supra paludem cognominem, è cujus terræ exhalatione cum orta esset pestilentia, consultus à civibus Apollo, an siccanda esset, respondet: Μὴ κίνει Καμαρίναν: illi autem, contempto oraculo, exsiccarunt, undè sedata pestilentia, sed per eam ingressi hostes urbem ceperunt. 73 Gelæ civitati vicini agri. 74 Urbs magna à fluvio cognomine dicta. 75 Sublimis. 76 Siciliæ mons. 77 Apostrophe. 78 Præter eo. 79 Silvestrium palmarum fertilis, & apii, undè nomen. 80 Propter saxa non apparentia, sed aquis abstrusa. 81 Præternavigo. 82 Lilybæum, tertium Siciliæ promontorium, sub quo vada latentibus saxis periculum nautis facessunt.

Hìnc

Hinc [83] Drepani me portus, & [84] illætabilis ora
Accipit. Hîc pelagi tot tempestatibus actus,
Heu, genitorem, omnis curæ casusque levamen,
Amitto Anchisen. Hîc me, pater optime, [85] fessum
Deseris, heu, tantis nequidquam erepte periclis!
Nec vates Helenus, cùm multa [86] horrenda moneret,
Hos mihi prædixit luctus, non dira [87] Celæno.
[88] Hic labor [89] extremus, longarum hæc meta viarum.
[90] Hinc me digressum vestris Deus appulit [91] oris.
Sic [92] pater Æneas [93] intentis omnibus [94] unus
[95] Fata renarrabat divom, cursusque docebat.
[96] Conticuit [97] tandem, factoque [98] hinc fine [99] quievit.

83 Urbis ad radicem montis Erycis à falce Saturni ibi projecta: vel, Cereris ibi à Vulcano acceptâ: δρέπανον enim falx est. 84 De quâ lætari nequeam, non læta, tristis, amisso hic patre. 85 Tot navigationum malis. 86 Religiosa, & monita horrorem incutientia. 87 Harpyia. 88 Epilogus narrationis Æneæ brevis, quo in compendium cursum suum contrahit, quem copiosè hactenus prosecutus est. 89 Ultimus apud Drepanum erat. 90 Ex hac regione Siciliæ. Undè in 1. dictum est: *Vix è conspectu Siculæ telluris*, &c. 91 Ad regiones Libycas. 92 Vir venerabilis. 93 Omnibus aliis attendentibus. 94 Solus loquens. 95 Voluntates Deorum de excidio narrabat Trojæ, & suos errores, & navigationes. 96 Æneas. 97 Post prolixam narrationem. 98 In hoc dicto de morte Anchisæ, & de profectione ex Siciliâ in Carthaginem. 99 Et animo & ore.

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER QUARTUS.

ARGUMENTUM.

Dido, amore Æneæ insanientis, animi sui morbum furori aperit: ejusque consilium secuta, ad nuptias animum adjicit. Juno quoque, ut Æneam facilius ab Italiâ averteret, agit cum Venere: ut ejus bona cum venia liceat Æneæ Elisam uxorem ducere: quòque id commodius fieri possit, se opportunitatem oblaturam ostendit. Postridiè Æneas, & Dido venatum proficiscuntur. Ibi omnibus jam prædæ intentis, Juno subitam immittit tempestatem. Comites alius aliò diffugiunt. Æneas, & Dido in idem antrum conveniunt, ibique infaustis omnibus conjunguntur. Interim Juppiter Iarbæ, Getulorum regis (qui advenam sibi præferri iniquo animo ferebat) precibus fatigatus, Mercurium mittit ad Æneam, jubetque, ut, relictâ Africâ, in Italiam naviget. Ille Jovis imperio morem gerens, quæcumque ad navigationem erant necessaria, clam per socios parari jubet. Ceterum Dido, ubi classem instaurari sensit, suspicata id quod res erat, gravitèr cum ipso expostulat, precibusque & lachrymis tùm per seipsam, tum per sororem, eum ab incepto revocare conatur. Æneas iterùm in somnis à Mercurio admonitus, intempesta nocte anchoras solvit. Illa doloris impatiens, in editissima ædium parte, simulatione sacrorum ingentem pyram exstruit, ablegatâque Barce, Sichæi nutrice, ne quid destinatæ morti impedimenti afferret, necem sibi conscisicit.

[1] AT [2] regina gravi [3] jam dudum [4] saucia curâ,
[5] Vulnus alit venis, & [6] cæco carpitur igni.
Multa [7] viri * *I.* virtus [8] animo, multusque [9] recursat
II. Gentis honos. Hærent [10] infixi pectore *III.* vultus,
IV. Verbaque: nec placidam membris dat [11] cura quietem.

1 Transitionis particula indicat Poëta, se novam narrationem ordiri earum rerum, quæ narrante Æneâ jamque absolvente, acciderint. 2 Dido. 3 Ex eo tempore, quo Æneas narrare cœpit, vel hospitio susceptus est, & Cupido loco Ascanii. *Jamdudum* enim de longiori temporis spatio propriè dicitur. 4 Vulnerata amore. 5 Amoris. 6 Accenditur igni amoris, qui excæcat. Ovid. *Quoque magis tegitur, tanto magis æstuat ignis.* 7 Æneæ. * Causarum amoris enumeratio: namque Didonem interea moverat Æneæ. I. *Ardens virtus.* II. *Trojanæ gentis nobilitas.* III. *Flagrans oris venustas.* IV. *Facundia prudens.* V. *Genus divinum: tacito itaque & ad tempus celato amore jamdudum accensa æstuare jam, atque in flammas ire cœpit.* 8 Didonis. 9 Frequentèr revolvitur, obversatur. 10 Fixi in pectore. 11 Sollicitudo amoris: quia *Res est solliciti plena timoris amor.* Ovid. 1. Ep. Her.

Po-

[12] Postera Phœbea lustrabat lampade terras, 6
Humentemque aurora polo [13] dimoverat [14] umbram;
Cùm sic [15] unanimam adloquitur [16] male sana [17] sororem:
Anna soror, quæ me [18] suspensam [19] insomnia [20] terrent!
[21] Quis novus hic nostris successit sedibus hospes! 10
[22] Quem III. sese IV. ore ferens! quam I. forti pectore, & [23] armis!
Credo equidem (nec [24] vana fides) V. [25] genus esse Deorum.
[26] Degeneres animos timor arguit. Heu, quibus [27] ille
Jactatus [28] fatis! quæ bella [29] exhausta canebat!
[30] Si mihi non animo fixum immotumque sederet, 15
Ne cui me vinclo vellem sociare jugali,
Postquàm primus [31] amor deceptam [32] morte fefellit:

12 Sequens dies luce solari terras illustrabat, illuminabat: unam enim noctem consumpserat Æneas narrando calamitates. Declarat porrò Poëta, quomodò Dido vim amoris sui Annæ sorori detexerit. 13 Priùs. 14 Noctis. 15 Unius animi & voluntatis in conjugium illiciendi Æneam. 16 Non sana, amore furens. Rationem enim amentia quadam amor excæcat. 17 Annam: quæ cum salubriter consulere debebat, ceu oleo igni addito, vehementiùs etiam accendit plus satis suâ sponte furentem. 18 Dubiam, anxiam, adeoque incertam, quid sim factura. Translatio à corpore ad animum. 19 Phantasmata, visa nocturna. *Insomnia* propriè sunt, quæ in somnis videmus. 20 Turbant per reliquam noctem, quæ à fine narrationis Æneæ superfuit ad auroram. 21 Qualis hospes, qui mihi usque huc incognitus fuit, recensque intervenit (sicut *vetus hospes* dicitur, cui multum temporis assuevimus) huc ad regnum nostrum divertit. Dicimus autem, *Succedo tibi, & succedo in locum tuum.* 22 Al. sic exponunt: Qualem gerens aut extollens seipsum, dum labores & errores suos narraret, oratione! Sed meliùs ad formæ decus hoc refertur: undè in 1. dixit: *Obstupuit primò aspectu Sidonia Dido, casu deindè viri tanto,* &c. 23 Fortibus. 24 Est falsa. 25 Ipsum esse de genere Deorum: ex virtute Æneæ generis divinitatem colligit. Nam (ut ait Horat.) *Fortes creantur fortibus, & bonis.* 26 Quia timor demonstrat ac convincit animos aliorum esse degeneres, id est, à nobili prosapiâ meticulositate degenerare. Sic Horat. Od. 11. l. 1. *Humor & in genas Furtim labitur,* arguens. *Quam lentis pœnitus macerer ignibus.* 27 Tam nobilis hospes noster. 28 Infortuniis, fatalibus laboribus, Diis ita volentibus. 29 Gesta à se enunciabat, id est, gravissima. 30 Propositio deliberationis, votum ne irritum faciat, an non. 31 Matrimoniali, id est, si non constituissem, quòd nunquam alteri nuberem. 32 Conjux Sichæus, 1. l. Æneid. 33 Prioris conjugis Sichæi, à Pygmalione interempti.

Si

Si non [34] pertæsum [35] thalami [36] tædæque fuisset,
Huic uni forsan [37] potui succumbere culpæ.
Anna, fatebor enim; [38] miseri post fata Sichæi
Conjugis, & sparsos [39] fraternâ cæde penatis,
[40] Solus hic inflexit sensus, animumque [41] labantem
[42] Impulit. Agnosco veteris vestigia [43] flammæ.
Sed mihi vel tellus optem priùs [44] ima dehiscat,
Vel [45] pater omnipotens [46] adigat me fulmine ad umbras,
[47] Pallentis umbras [48] Erebi, [49] noctemque profundam,
Antè pudor quàm te volo, aut tua [50] jura resolvo.
[51] Ille meos, primus qui me sibi [52] junxit, amores
Abstulit. Ille [53] habeat secum, servetque sepulcro.
Sic [54] effata, [55] sinum lacrimis implevit [56] obortis.
Anna [57] refert: [58] O luce magis dilecta [59] sorori,
[60] Solane perpetuâ mœrens [61] carpêre juventâ?
Nec [62] dulcis natos, Veneris nec præmia noris?
[63] Id [64] cinerem aut manis credis curare sepultos?

34 Est, à *Pertædet*. 35 Nuptiarum & conjugii: quibus sternitur lectus genialis in aulâ, & præferuntur quinque faces è tæda arbore de laricum genere. 36 Facis nuptialis, quæ ante nubentes fertur, id est, si non omnino afficerer tædio matrimonii, & secundarum nuptiarum, & ita constituerim non amplius nubere. 37 Potuere me victam dedere secundis nuptiis, Digamiæ: quarum nomen etiam apud Ethnicos infame erat. Vide Cœl. lib. 28. c. 22. 38 Post mortem indignissimam Sichæi mariti mei miseri: quòd propter opes conditas sub terrâ à Pygmalione, fratre Didonis, esset interfectus. 39 A fratre meo Pygmalione conjugi meo illatâ. 40 Hospes noster Æneas movit meum animum, & de proposito suo abduxit. 41 A firmo proposito labi incipientem, paullatim decidentem. 42 In amorem sui: vel, paullatim labefecit. 43 Amoris, quem erga Sichæum habui. 44 Profunda aperiat se mihi ad absorbendum me. 45 Juppiter. 46 Impellat. 47 Pallidos, & pallidas facientes. 48 Loci obscurissimi in inferno. 49 Caliginem infernalem. 50 Vincla jugalia. 51 Sichæus. 52 Conjugio. 53 Eos. 54 Elocuta Dido. 55 Gremium: non sinum oculorum tantùm, ut volunt quidam. 56 Subitò ortis. 57 Respondet ad objecta contra novas nuptias. 58 O soror Dido, quæ mihi vita mea charior es. 59 Mihi, quæ tua soror sum. Enallage personæ. 60 Solitaria, sine consorris solatio & sobole. 61 Consumeris, quasi mœrore totam juventam transigens. 62 Quam dulces sint liberi his, qui procreant eos, nec voluptatem libidinosam? Ex Sichæo nullos sustulit liberos. 63 Ut carpare perpetua juventa. Q. d. mortuos maritos non curare, an uxores iterum nubant. 64 Conjugis Sichæi defuncti.

Esto:

[65] Esto: [66] ægram nulli quondàm [67] flexêre [68] mariti:
[69] Non Lybiæ, non antè Tyro, despectus [70] Iarbas,
[71] Ductoresque alii, quos [72] Africa terra [73] triumphis
Dives alit. [74] Placitone etiam pugnabis [75] amori?
[76] Nec venit in mentem, quorum [77] consederis arvis?
[78] Hìnc [79] Getuliæ urbes, [80] genus insuperabile bello:
Et Numidæ [81] infreni [82] cingunt, & [83] inhospita Syrtis:
[84] Hìnc [85] deserta siti regio, latèque furentes
[86] Barcæi. Quid bella [87] Tyro surgentia dicam,
[88] Germanique minas?
DIS equidem [89] auspicibus reor & Junone [90] secundâ

65 Permittatur ita esse. Concesso. 66 Mœrore. 67 Ob mortem enim Sichæi recentiorem, quæ adhuc ob oculos versabatur, à nemine, ut nuberet, induci potuit. 68 Moverunt. 69 Lybiæ proceres, qui voluerunt esse mariti, sed nec Iarbas quidem invisus Libycis, & multò ante Tyriis populis. 70 Rex Mauritanorum: qui cum Elisæ per legatos ambiret nuptias, non sine belli, si recusaret minis: illa trimestris spatii impetrata mora, ut prioris mariti manes placaret, in pyram, quam eo prætextu exstruxerat, se conjecit, maluitque ardere, quam nubere. Historiam lege apud Justinum lib. 18. contra cujus veritatem obtinuit Virgilii figmentum de Æneâ. 71 Principes. 72 Africana. 73 Victoriosa, & sæpe triumphare solita, id est, ponamus, quòd principes Africani te non flexerint. 74 Amori grato resistere poteris? Q. d. Contempsisti eos, qui tibi displicebant, an nunc pugnabis cum amore placito? 75 Cum amore. Catul. *Nuli pugnare* duobus. 76 An non consideras? 77 Locum habitando ceperis. A necessario. Q. d. Versaris inter nationes barbaras, bellicosas, & opibus pollentes tu, femina, fratris & amicorum præsidiis destituta, nec est cujus implores auxilium: proindè censeo nubendum esse, ut habeas, qui te, cives, urbem, & regnum, consilio, armisque tueatur. 78 Ex unâ parte urbis nostræ. Ratio, quare nubere debeat. Carthaginem à meridie Getulia & deserta Libyæ, ab Ortu Syrtis major, ab Occasu Numidia, sive Mauritania, à Septentrione mare, cingebant. 79 Getulorum, qui sunt Africæ populi. Augendi timoris gratiâ *Urbes* vocat, quæ tantummodò mapalia sunt, in quibus Getuli habitant. 80 Hominum. 81 Qui equos non fræno regunt, sed virgâ tantum. Gens tamen fera, nec legibus, nec imperio parens. Æn. 1. *cui condere Juppiter urbem, Justitiaque dedit gentes frænare superbas.* 82 Non scil. ab occasu. 83 Importuosa, & inaccessa, propter vada, & reciprocos æstus, & accolas Nasamonas naufragiis, & raptu victitantes. Duæ autem sunt Syrtes. 84 Ex alia parte, scil. ad Austrum. 85 Libya deserta, propter aquarum penuriam (quæ intolerabilem sitim procreat) neque fluvios habens, neque pluviam. 86 Gens Africæ bellicosa. 87 Contra Tyriam urbem, seu Carthaginem. 88 Pygmalionis, vindicaturi fugam suorum, & thesauros abductos, lib. 1. 89 Faventibus, propitiis. 90 Prospera: utpote, *Cui vincla jugalia curæ:* infrà.

Hùc

[91] Hùc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
[92] Quam tu urbem, soror, hanc cernes! quæ [93] surgere regna
[94] Conjugio tali! Teucrûm comitantibus armis,
[95] Punica se quantis [96] attollet gloria rebus!
Tu modo posce Deos [97] veniam, [98] sacrisque litatis
[99] Indulge hospitio, caussasque * innecte ** morandi;
[1] Dùm pelago desævit hiems, & aquosus [2] Orion,
[3] Quassatæque rates, [4] dum non tractabile cœlum.
His dictis [5] incensum 6 animum [7] inflammavit amore,
[8] Spemque dedit [9] dubiæ menti, solvitque pudorem.
[11] Principio [12] delubra [13] adeunt, [14] pacemque [15] per aras
Exquirunt: [16] mactant lectas de more bidentis
[17] Legiferæ Cereri, [18] Phœboque, patrique [19] Lyæo:
[20] Junoni ante omnis, cui vincla [21] jugalia curæ.
Ipsa tenens dextrâ [22] pateram pulcherrima Dido,
[23] Candentis [24] vaccæ media inter cornua [25] fundit:

91 Ad nos. 92 Qualem, quantum, id est, clarissimam. A consequentibus. 93 Oriri. 94 Ex talis herois conjugio. 95 Populorum Punicorum. 96 Eriget. 97 Hanc gratiam perjurii, ut ignoscant tibi, quod cineri Sichæo fidem non serves. Undè posteà: *Non cineri servata fides.* 98 Diis placatis per sacrificia. 99 Da operam, ut detineas eum hospitio. * Æneæ. ** Manendi apud te. 1 Quoad usque tempestas hiberna sæviratem suam finierit. 2 Sidus navigantibus infestum, ortu & occasu tempestates, aquas & nimbos excitans. 3 Et quandiu naves sunt lacerate, & nondum refectæ. 4 Asperum, & durum ad navigandum. 5 Amore. 6 Didonis. 7 Anna. 8 Nubendi secundò. 9 Ancipiti, incertæ, quidnam agere deberet. 10 Quo arcebatur à secundis nuptiis. 11 Ante omnia. 12 Templa, in quibus erant Deorum simulacra. Veteres enim ut nihil nisi auspicato inceptabant: sic in contrahendo matrimonio exta consulere iis mos erat, num felix futurum esset conjugium. 13 Ambæ. 14 Veniam, gratiam, favoremque Deorum, ut eorum pace facere liceret, quod omninò facere stabat sententia. 15 Ad aras diligenter per exta hostiarum Deorum voluntatem explorant, observantque quid illa portendebant. 16 Occidunt ad sacrificandum oves eximias de more sacrificantium. *Bidentes* autem nonnulli appellant omnes bestias bimas, nedum oves solas. 17 Θεσμοφόρῳ, quæ frugibus inventis, unà leges, urbes, civilem vitam, conjugia sanxit. 18 Ut auspicia mitteret bona, quæ nuptiis felicibus prævia. 19 Lætitiæ, libertatisque datori. 1. Æneid. 20 Pronubæ, & nuptiarum præsidi. 21 Matrimonialia. 22 Poculum orificio amplo, & patenti. 23 Candidi coloris: quod ipsum lætum & auspicatum, omen futurarum nuptiarum esse voluit. 24 Cùm alias Apollini taurus cædatur. 25 Effundit.

Aur

[26] Aut ante [27] ora Deûm [28] pinguis spatiatur ad aras,
[30] Instauratque diem donis, [31] pecudumque [32] reclusis
[33] Pectoribus [34] inhians [35] spirantia consulit exta.
[36] Heu vatum [37] ignaræ mentes! quid [38] vota [39] furentem,
Quid [40] delubra juvant? [41] Est [42] mollis [43] flamma [44] medullas 66
[45] Interea, & [46] tacitum [47] vivit sub pectore [48] vulnus.
[49] Uritur infelix Dido, totâque vagatur
Urbe furens: [50] qualis [51] conjectâ [52] cerva sagittâ,
Quam procul [53] incautam memora inter [54] Cressia fixit
Pastor [55] agens telis, [56] liquitque [57] volatile ferrum 71
[58] Nescius. [59] Illa fugâ silvas [60] saltusque peragrat
[61] Dictæos: [62] hæret lateri letalis arundo.
[63] Nunc media Æneam secum per [64] mœnia ducit,

26 Dûm non fundit. 27 Simulacra, & statuas Deorum. 28 Victimarum sanguine perfusas, in quibus posteà victimæ concremabantur. 29 Late deambulat. Fuit ergo area delubro adjuncta. Vide Macrob. Sat. lib. 3. cap. 4. 30 De novo celebrat. Quia & anteà sacrificarat. 31 Mactatarum. 32 Apertis. 33 Diastole in cæsura. 34 Avidè intenta, tum ad explorandam numinis voluntatem in extis, tùm ad extispicum responsa. 35 Exhalantia, & adhuc palpantia consilium expetit. Undè dicitur victima *consultatoria* apud Macrob. lib. 3. cap. 5. 36 Exclamatio in vanitatem vatum, & haruspicum inscitiam. 37 Virium amoris. 38 Quæ fecit Diis. 39 Insanientem amore. 40 Deorum templa, quæ adierat. 41 Edit, consumit: ab *edo, es, est.* 42 Al. *molles.* Catul. Epig. 42. *Ignis* mollibus *ardet in medullis.* 43 Amoris. 44 Didonis. 45 Dum sacrificaret. 46 Occultum, & quod vatibus tacitum habuit. 47 Innovatur, id est, perditè amat. 48 Amoris scil. id est, sagittis Cupidineis illatum. 49 Ab amore. 50 Comparatione illustrat rem, ita ut pastori Æneam, cervæ Didonem, amori telum, nemori Cretensi urbem Carthaginem, per quem regina vagatur, comparet. 51 In eam. 52 Vagatur. 53 Non caventem. 54 Cretensia. Cretenses enim semper præstantissimi fuerunt saggitarii: quibus ex arundine sagittæ conficiebantur. 55 Persequens eam. 56 In ipsâ cervâ fugiente. 57 Ad volandum aptum. 58 Latens cervam, dum percusit: vel Active: Nescius à se percussam cervam, adeoque non insequens. Ovid. 5. Met. *Quam si venâbula taurus Corpore fixa gerat, factique refugerit auctor.* 59 Cerva percussa. 60 Densiores silvas: quæ ob arborum spissitudinem difficultèr perviæ sunt: ac in quibus lustra sua habent feræ. 61 *Dictys* mons Cretæ, quæ celebris peritiâ sagittandi, cervis & Dictamno. 62 Sagitta arundinea mortifera inhæret lateri cervæ. 63 Aliquando. Affectus miserè amantis, & artes, quibus Æneam contueri, remorari, ambire studet. 64 Carthaginis.

Si-

[65] Sidoniasque [66] ostentat opes, urbemque paratam. 75
Incipit effari, [67] mediâque in voce resistit.
Nùnc [68] eadem, [69] labente die, convivia quærit;
[70] Iliacosque iterùm [71] demens audire [70] labores
[72] Exposcit, [73] pendetque iterùm narrantis ab ore.
Post, ubi [74] digressi, [75] lumenque [76] obscura vicissim 80
Luna [77] premit, suadentque [78] cadentia sidera [79] somnos:
[80] Sola domo [81] mœret [82] vacuâ, [83] statisque relictis
Incubat. Illum absens absentem auditque [84] videtque;
Aut gremio Ascanium, [85] genitoris imagine capta,
Detinet, [86] infandum si [87] fallere possit amorem. 85
[88] Non [89] cœptæ [90] adsurgunt [91] turres: non arma juventus
Exercet, portusve aut [92] propugnacula bello

65 Quas à Sidone fugiens minus fratris Pygmalionis, huc secum avexerat: vel, Punicas opes, id est, ipsam urbem jam regiâ magnificentiâ exstructam. 66 Ad ostentationem demonstrat. 67 Nondum dato ad integrum responso Æneæ. *Πάθος* amantium. Horat. Od. 1. lib. 4. *Cur facunda parum decoro Inter verba cadit digna silentio?* 68 Consimilem cœnam, & qualem fecerat Æneæ, & ceteris Trojanis in primo adventu. 69 Occidente. 70 Quos Trojani passi sunt in excidio Trojæ. 71 Quæ vellet eadem, quæ noverat, audire. 72 Non tam rerum narrandarum causa, quam ut Æneæ conspectu fruens, voluptatem ex eo caperet. 73 Eum narrantem diligentèr attenteque iterum audire vult & intueri: nam *oculi sunt in amore duces.* Amantis habitum egregiè exprimit, quæ dicentis verba intuendo excipit. Sic Ovid. in Ep. Penul. *Narrantis conjux pendet ab ore viri.* 74 A toris, in quibus quisque accubuerat: vel, ex convivio. 75 Diurnum. 76 Id est, nox; nam nihil tam contrarium est lunæ, quàm obscuritas: vel, *obscura* respectu Solis. Indicat noctem profundam quâ signa alia occidere, alia rursum exoriri videntur. 77 Imminuit. 78 Occidentia: exacta jam media nocte, & appropinquante aurorâ. 79 Scil. *inire.* 80 Sine eo: quem amabat: nam regina sola esse non poterat. 81 Contristatur. 82 Amato. 83 Lectis desertis ab Æneâ. 84 Per imaginationem. Ut suprà: *Hærent infixi pectore vultus. Verbaque*, &c. Ita quoque Ovid. epist. ejusdem Didonis ad Æneam, *Æneasque oculis semper vigilantibus hæret, Æneamque animo noxque diesque refert.* Undè non inelegantèr dictum est, amantium animos ibi magis esse, ubi amant, quàm ubi animant. 85 Æneæ, cujus simulacrum in pueri vultu elucebat. 86 Ineffabilem. 87 Eludere; & exstinguere satiando se amplexu honesto Ascanii, loco patris. 88 A consequentibus. Amor enim negligentes, & ad officia segniores facit. 89 Extolli. 90 Extolluntur ampliùs, exædificantur. Metaphora ab animata ad non animatum. 91 In muris. 92 Munimenta ad futurum bellum propulsandum.

Tu-

Tuta parant: [93] pendent opera [94] interrupta, [95] minæque
Murorum ingentes, [96] æquataque machina cœlo.
[97] Quam simul ac tali [98] persensit [99] peste * teneri
[1] Cara Jovis conjux, [2] nec famam obstare furori;
Talibus aggreditur Venerem [3] Saturnia dictis:
[4] Egregiam verò laudem & spolia [5] ampla [6] refertis
Tuque [7] puerque tuus: magnum, & [8] memorabile nomen;
[9] Una dolo divûm si femina victa [10] duorum est.
Nec me adeò [11] fallit, [12] veritam te mœnia nostra,
[13] Suspectas habuisse domos Carthaginis altæ.
Sed quis erit [14] modus? aut [15] quò nùnc [16] certamine tanto?
[17] Quin potius pacem æternam [18] pactosque Hymenæos
Exercemus? habes, totâ quod mente petisti.
[19] Ardet amans Dido, traxitque [20] per ossa furorem.
[21] Communem hunc ergo [22] populum, paribusque regamus
[23] Auspiciis: [24] liceat [25] Phrygio [26] servire marito,
[27] Dotalesque tuæ [28] Tyrios permittere [29] dextræ.

93 Suspensa manent. 94 Ab operantium priùs fervore. 95 Eminentiæ, sive partes eminentes, id est, pinnæ murorum, unde propugnatores hostium impetus arcent, ἐπάλξεις. 96 Machina ædificii, aut turris concepta ut erigatur ad cœlum usque. Hyperbole. 97 Didonem. Transit, intermissa narratione, ad consilia Deorum, quorum auspiciis uterque alteri jungitur. 98 Perfectè sensit. 99 Amoris. * Irretitam esse. 1 Juno. 2 Adversa fama, æquè ac amore, laborare. 3 Juno Saturni filia. 4 Ironia amaritudinis plena. 5 Opima. 6 Reportatis. 7 Filius, ac minister tuus Cupido, pro Ascanio suppositus. 8 Dignum quod in perpetua sit memoria. 9 Emphaticè omnia. 10 Tuo & Cupidinis. 11 Latet, λανθάνει. Ter. *Num me* fefellit *hosce id struere?* Cic. *Multa nos* fefellerunt. 12 Ut lib. 1. v. 675. *Et vereor, quo se Junonia vertant Hospitia.* 13 De insidiis, id est, sinistram de Carthagine exsistimationem concepisse. 14 Finis. 15 Quare. 16 Scil. *opus est*, aut *contendimus*? 17 Cur non. 18 Nuptias certo fœdere constitutas. 19 Nam ardet incendio amoris. Metaphora. 20 Venenum amoris ad medullas usque. Ut, *Est mollis flamma medullas.* 21 Communibus auspiciis. 22 Carthaginensem. 23 Præsidiis & potestatibus. 24 Invidiose & virulenter, quasi in servitium turpe cum suis cessura sit, quæ Æneæ Phrygio nupserit. Cum respectu simul ad Rom. nuptias, quæ per coëmptionem fiebant: addi 1. Georg. *teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.* 25 Ut molli, effeminato, & parum viro. 26 Didonem scil. 27 Nomine dotis in potestatem Æneæ filii tui venientes. 28 Tyrios. 29 Potestati, fidei, connubio. Metaphora.

[30] Olli (sensit enim [31] simulatâ mente locutam,
Quò regnum Italiæ [32] Libycas averteret oras)
Sic [33] contrà est ingressa Venus: Quis [34] talia demens
[35] Abnuat, aut [36] tecum malit contendere bello?
[37] Si modò, quod memoras, factum [38] fortuna sequatur.
Sed [39] fatis incerta feror, [40] si Juppiter unam
Esse velit Tyriis urbem [41] Trojaque profectis,
[42] Miscerive probet [43] populos, aut fœdera [44] jungi.
Tu [45] conjux, tibi fas [46] animum tentare precando.
[47] Perge: sequar. Tùm sit [48] excepit [49] regia Juno.
[50] Mecum erit iste labor. Nunc quâ ratione, quod [51] instat,
[52] Confieri possit, paucis (adverte) docebo.
[53] Venatum Æneas, unaque [54] miserrima Dido
In nemus ire parant, [55] ubi primos [56] crastinus ortus
Extulerit [57] Titan, [58] radiisque [59] retexerit orbem.
[60] His [61] ego nigrantem commixtâ grandine nimbum,

30 Illo tempore. 31 Quia amicitiam simulabat, cùm utilitati suæ inhiaret. 32 In Carthaginem. 33 Ad hunc modum ille vicissim invidiosè respondit Venus. 34 Fœdera æternæ pacis. 35 Renuat, reprobet? 36 Emphaticè, quæ regia Juno, regis filia, soror, uxor. 37 Dummodo id, quod factum est, possit sortiri felicem effectum. 38 Tangit tria, fortunam, id est, casum, fatum, voluntatem Deorum. 39 De fatis dubia, id est, nescio an fata id velint, quod nos volumus. 40 Utrum, an. 41 Trojanis. 42 In unius populi corpus coalescere. 43 Tyrios & Trojanos. 44 Inter eos. 45 Jovis es. 46 Jovis. 47 Ad Jovem. 48 Extra id quod Venus prætendit, in aliud propositum cepit sermonem. 49 Regis summi conjux, id est, Divûm regina. 50 Iste labor Jovis animum explorandi, quem mecum obire vis, assumetur à me, quæ eum sola obibo. 51 Instanter agendum est. 52 Simul fieri. 53 A circunstantiis rei facilitatem ostendit. 54 Perditè amore saucia. 55 Ut primum Sol ortus fuerit. 56 Qui cras oriturus est. 57 Sol. 58 Splendore, & luce sua, quâ omnia illustrat, tenebrasque dispellit. Est autem propriè *radius* lignum teres, quo mensuræ raduntur, æquanturque. 59 Aperuerit globum terræ umbrâ noctis priùs tectum. 60 In hoc venantes. Exponit consilium suum, quid venantibus sit immissura. 61 Ritè, ac jure, ut quæ aëri præsit, ut Juppiter cœlo, Neptunus mari, Pluto inferis.

Dùm

[62] Dùm trepidant alæ, [63] saltusque [64] indagine cingunt,
Desuper infundam, & tonitru [65] cœlum omne ciebo.
[66] Diffugient comites, & [67] nocte tegentur opacâ:
[68] Speluncam Dido [69] dux & Trojanus eamdem
Devenient. [70] Adero, & , [71] tua si mihi [72] certa voluntas,
[73] Connubio [74] jungam stabili, [75] propriamque dicabo,
Hìc [76] Hymenæus erit. Non [77] adversata [78] petenti,
[79] Adnuit, atque [80] dolis risit [81] Cytherea repertis.
[82] Oceanum [83] intereà surgens Aurora reliquit.
[84] It portis [85] jubare exorto [86] delecta juventus.
Retia [87] rara, [88] plagæ, [89] lato venabula ferro,
[90] Massylique [91] ruunt equites, & [92] odora canum [93] vis.
Reginam thalamo [94] cunctantem ad [95] limina [96] primi
Pœnorum exspectant: ostroque [97] insignis & auro.

62 Dùm equites, sive comites à latere, in morem alarum dispositi ad insidias ferarum, festinant hùc illùc discurrentis, ut, cum clamore feras in obstantes plagas impellant. *Alæ* autem dictæ sunt equitum turmæ, à similitudine *alarum*: quia circum legiones dextra, lævaque disponuntur perinde ut in avium corporibus, quibus illæ proteguntur, volatuique incumbunt. 63 Loca, in quibus feræ salire solent. 64 Serie plagarum, formidinibus vicissim interpositis, ad retinendas, vel terrendas feras. *Indago* enim propriè est venatorum rete, seu series plagarum, quibus saltus, strabulaque ferarum cinguntur à venatoribus. Vel, in venatu propriè indagines sunt canes ab investigandis, inquirendisque feris, atque adeò indagandis earum lustris denominationem habentes. Vide quæ nos ad Flor. p. 158. 65 Totum aërem concitabo. 66 In diversa loca fugient. 67 Caligine tempestuosa, ita ut reginam, quò se receperit, non videant. 68 Scil. *ad.* 69 Æneas. 70 Affectione conjugali eos conciliatura. 71 Sic etiam tuum subsequatur officium. 72 Exploratum. 73 Hunc eumdem versum repete, 1. Æneid. 74 Eos. 75 Perpetuam conjugem. 76 Matrimonii nodus, conjugium, quod tota mente petimus. 77 Obstans. 78 Junoni. 79 Assentit ei. 80 Propter dolos repertos à Junone, vel compertos, id est, animadversos. 81 Venus. 82 Ex opinione vulgi maritimi, cui sidera è mari emergere videntur: cum relatione item ad fabulosum Auroræ & Oceani conjugium. 83 Dùm Juno & Venus talia consultarent. 84 Exit è portis. 85 Lucifero, vel etiam Sole. 86 Juvenes delecti ad venationem. 87 Minùs densa, in quæ compulsæ feræ capiuntur. 88 Nomini generali subjecta est species per oppositionem: nam plagæ sunt retia rariora. 89 Et instrumenta venatoria habentia latum ferrum, ut sunt cuspides. 90 Ex Massyliâ regione, juxta Mauritaniam, Numidiæ parte, equites expediti. 91 Confuse exsequitant, & exeunt. 92 Naris sagacis canes. 93 Multitudo. 94 Immorantem. Nam *dùm moliuntur, dùm comuntur, annus est.* Ter. in Heaut. 95 Regiæ. 96 Principes Tyriorum. 97 Purpura ornatus, & phaleris auratis.

[1] Stat [2] sonipes, ac frena ferox spumantia mandit. 135
[3] Tandem [4] progreditur, magnâ [5] stipante [6] catervâ,
[7] Sidoniam [8] picto [9] chlamydem circumdata [10] limbo:
[11] Cui [12] pharetra [13] ex auro, crines [14] nodantur in aurum,
Aurea purpureum subnectit [15] fibula vestem.
Necnon & Phrygii [16] comites, & [17] lætus Iulus. 140
Incedunt. Ipse ante alios pulcherrimus omnis
Infert se [18] socium Æneas, atque [19] agmina [20] jungit.
[21] Qualis, ubi [22] hibernam [23] Lyciam, [24] Xanthique fluenta
Deserit, ac [25] Delum maternam invisit Apollo,
Instauratque [26] choros: mixtique [27] altaria circum 145
[28] Cretesque [29] Dryopesque [30] fremunt, [31] pictique [32] Agathyrsi:
[33] Ipse jugis Cynthi graditur, mollique [34] fluentem
[35] Fronde [36] premit crinem [37] fingens, atque [38] implicat
[39] auro:

1 Præsto est. 2 Equus, à calceamentis ferreis, quibus sonum edit ingrediens. 3 Post longam exspectationem. 4 Regina. 5 Dense comitante. Sic lib. 1. *Regina ad templum formâ pulcherrima Dido Incessit, magnâ juvenum* stipante *catervâ*. 6 Satellitum, & comitum. 7 Tyriam. 8 Cujus fascia, extremitatem ambiens, erat picta. 9 Pallium non minus viatorium ac venatorium, quam militare. 10 *Limbus* propriè est extrema rei ora: hic ad vestis extremitatem refertur. 11 Reginæ Didoni. Describit reginam à venatricis habitu. 12 Prominet, pendet. 13 Al. *ex humero*. 14 Colliguntur in modum reticuli ex auro. 15 Acus, qua vestes subnectuntur. 16 Comitantes Æneam & reginam. 17 More puerorum. 18 Ad venandum. 19 Comites, comitatum suum. 20 Agminibus Didonis. 21 Exsistens talis, *qualis*, &c. 22 Ubi hyberno tempore commoratur. 23 Asiæ provinciam: in quâ Xanthus fluv. 24 Fluvii tepidi in Lycia. 25 Insul. natalem Apollinis, Latonæ sacram. 26 Sacris propemodum omnibus adhibiti chori: maximè Apollinis: qui, & ipse ἀρχηγὸς summis: hujus altaria circum gens omnis, Cretes saltandi peritissimi, Dryopes Parnasi accolæ, Agathyrsi Scythiæ pop. qui se pingunt, ut de Gelonis dictum 2. Georg. saltant: idque à sinistris dextrorsum, Solis in Zodiaco cursum signantes, & à dextris sinistrorsum cœli cursum notantes. 27 Apollinis. 28 Cretenses. Diastole in cæsura. 29 Populi juxta Parnassum montem in Apollinis tutela. 30 Hymnos suos cantantes modulantur. 31 Auro ornati. 32 Scythiæ populi. 33 Apollo scil. spatiatur telis, pharetrâque conspicuus per juga Cynthi, montis Deli insulæ: unde *Cynthius* dicitur. 34 Vento expositum. 35 Lauri. 36 Colligat. 37 Componens. 38 Crinem. 39 Reticulo aureo.

Te-

[40] Tela sonant humeris. Haud [41] illo [42] segnior ibat
Æneas: tantum egregio decus enitet [43] ore.
Postquam altos ventum in montis, atque [44] invia lustra:
Ecce feræ [45] saxi [46] dejectæ vertice capræ
Decurrêre jugis: aliâ de parte [47] patentis
[48] Transmittunt cursu campos, atque agmina cervi
[49] Pulverulenta [50] fugâ glomerant, montisque relinquunt.
At puer [51] Ascanius mediis in vallibus acri
Gaudet equo: jamque [52] hos [53] cursu, jam præterit illos,
[54] Spumantemque [55] dari pecora inter [56] inertia [57] votis
Optat aprum, aut [58] fulvum descendere [59] monte [60] leonem.
[61] Intereà magno [62] misceri [63] murmure cœlum
Incipit. Insequitur commixtâ grandine nimbus.
Et Tyrii comites passim, & Trojana juventus,
[64] Dardaniusque nepos Veneris, diversa per agros
[65] Tecta metu petiêre. [66] Ruunt de montibus [67] amnes.
[68] Speluncam Dido, [69] dux & Trojanus eamdem
Deveniunt. [70] *I.* Prima & Tellus, & [71] pronuba Juno
Dant [72] signum; *II.* fulsêre ignes, & *III.* conscius [73] æther

40 Apollinis; quia pharetratus Apollo. 41 Apolline. 42 Vegetus æquè & alacer, ac pulcher, tamque oris decore insignis. 43 Æneæ, quantum in ore Apollinis. 44 Ferarum latibula nullas vias habentia, sine viis. 45 Montis scopulosi, quæ capreis sive rupicapris sedes. 46 Deorsum compulsæ à canibus. 47 Amplos. 48 Transeunt celeriter currentes. Vide Macrob. Sat. lib. 6. cap. 4. 49 Pulveris plena. 50 Propter fugam in formam glomeris coliguntur. 51 Vetus Ascan. jam patri redditus, Veneris mandatis à suppositio illo peractis: utpote Didone satis inflammata. 52 Cervos. 53 Equi. 54 Ex fuga & ira. 55 Offerri sibi. 56 Imbellia, capras, cervos, & quæ repugnare nesciant: quibus omnis spes in fugâ consistit. Ut, *Sternuntur* inertia *passim corpora*. 57 Multis desideriis. 58 Fulvi coloris. 59 De monte. 60 Ut eum aggrediatur. 61 Dum sic venationi intenti essent. 62 Turbari. 63 Tonitru, tempestate ingruente. 64 Ascanius. 65 Latibula ferarum, cavas arbores, antra, rupes prominentes. 66 Præcipites defluunt. 67 Aquæ, imbres. 68 In vel ad speluncam. 69 Æneas. 70 Male ominata omnia. I. *Pro auspiciis, Terræ motus, & surda tonitrua*: II. *Pro facibus nuptialibus, fulgura*: III. *Pro auspicibus, aër solus conscius*: IV. *Pro puellis, quæ ante thalamos vespera ad mediam noctem concinerent, ejuld'um Nymphæ, ut in iis nuptiis, quas mors secutura esset: fuerintne illa Oreades & Napeæ, ut alii volunt, Dryades*. 71 Dea matrimonii. 72 Prodigia infelicis conjugii. 73 Aër.

[74] Connubiis, summoque *IV.* ululârunt [75] vertici Nymphæ.
Ille dies primus leti primusque [76] malorum.
Caussa [77] fuit. Neque enim [78] specie, [79] famave movetur,
Nec jam [80] furtivum Dido [81] meditatur amorem:
[82] Conjugium vocat: hoc [83] prætexit [84] nomine [85] culpam.
[86] Extemplò Lybiæ magnas [87] it Fama per urbis;
[88] Fama, malum quo non [89] aliud velocius ullum:
Mobilitate [90] viget, viresque adquirit [91] eundo;
[92] Parva metu [93] primò: [94] mox sese [95] attollit in auras,
Ingrediturque [96] solo, & [97] caput inter nubila condit.
[98] Illam Terra [99] parens, irâ irritatâ * Deorum,
[1] Extremam, ut [2] perhibent: [3] Coeo Enceladoque sororem
Progenuit, pedibus celerem, & [4] pernicibus alis.
Monstrum horrendum, ingens: cui, quot sunt corpore plumæ,
Tot vigiles oculi [5] subter, mirabile dictu
Tot linguæ, [6] totidem ora sonant, tot [7] subrigit [8] auris.
[9] Nocte [10] volat [11] cœli medio [12] terræque per umbram
[13] Stridens, [14] nec dulci declinat lumina somno.
[15] Luce sedet [16] custos aut summi culmine [17] tecti,

74 Infelicis. 75 Montium. 76 Necis: quia ipsam post multos dolores interemit. 77 Didoni. 78 Decore præsentis status sui. 79 Quæ indè divulgetur. 80 Occultum. 81 Exercet. 82 Quod tamen non erat. 83 Velavit. 84 Conjugii. 85 Illegitimi stupri. 86 Illicò. 87 Divulgatur, scilic. venisse Æneam, & conjugium cum Didone celebrasse. 88 Imitamen hujus descriptionis habes apud Ovid. 12. Met. quem adhibe hujus quasi expositorem. 89 Sc. *malum est.* 90 Crescit. 91 Quia quantò ad plures pervenit, tantò major & potentior est. 92 Quia nemo audet rem ignoram confidenter divulgare. 93 A principio. 94 Paullò post. 95 Erigit. 96 Super terram. 97 Quia auctor rumorum ferè incertus est: vel quia in immensum crescit. 98 A parentibus, quos obscuros fuisse, & humiles coarguit. 99 Gigantum. * Qui Gigantes occiderant. 1 Extremo loco, & ita pessimam, amoturam à fratribus suis crimen cœli affectati, & ulturam Deos, furia eorum & delicta divulgando: vel, quod Gigantes cœlum expugnare aggressi primi famam & nomina celebria ex impiis facinoribus apud posteros quæsivêre. 2 Ajunt. 3 Gigantibus. 4 Celeribus, velocibus. 5 In occulto: & ita omnia citò videt, & celerrimè defert. 6 Quot sunt in corpore plumæ. 7 Erigit, arrigit. 8 Ad audiendum. 9 A circumstantiis loci ac temporis. 10 Fama. 11 Inter cœlum & terram media. 12 Noctis tenebras. 13 Propter velocem impetum. 14 Nec umquam dormit. 15 Interdiu. 16 Speculatrix. 17 Privatarum ædium.

Tur-

[18] Turribus aut altis, & magnas territat urbis;
[19] Tam ficti pravique [20] tenax, quàm nuntia [21] veri.
[22] Hæc tùm multiplici populos sermone replebat
[23] Gaudens, & paritèr facta atque [24] infecta [25] canebat:
[26] Venisse Æneam Trojano à sanguine [27] cretum, 191
Cui se pulcra viro [28] dignetur jungere Dido:
Nunc hiemem inter se [29] luxu; [30] quàm longa, fovere
[31] Regnorum immemores, turpique cupidine captos.
Hæc passim [32] Dea fœda virûm [33] diffundit in ora. 195
Protenùs ad [34] regem cursus [35] detorquet [36] Iarban,
[37] Incenditque [38] animum [39] dictis, atque [40] aggerat iras.
[41] Hic [42] Hammone satus [43] raptâ Garamantide Nymphâ,
Templa [44] Jovi [45] centum, latis [46] immania [47] regnis,
Centum [48] aras [49] posuit, [50] vigilemque sacraverat ignem,
[51] Excubias divûm æternas, [52] pecudumque cruore 201
[53] Pingue solum, & [54] variis florentia limina sertis.
[55] Isque amens animi, & rumore [56] accensus amaro,

18 Regum aulis. 19 Ov. 9. Met. *Cùm fama loquax pervenit ad aures Deianira tuas, quæ veris addere falsa Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit.* 20 Perseverans assertrix. 21 Illius quod verum est. 22 Fama. 23 Novitate rerum. 24 Non facta, id est, & vera & falsa. 25 De Didone & Æneâ. 26 Carthaginem. Verum illud erat. 27 Progenitum. 28 Quasi superior inferiori. 29 Genio indulgere, luxui dare. 30 Quam longa est, id est, totam hiemem. Neque tamen hiemem Carthagini insumebat. Hæc fama tam ficti pravique tenax, quam nuncia veri: namque dicit Iris l. 7. *Septimo post Trojæ excidium jam vertitur æstas.* 31 Æneam, & Didonem immemores, hunc illam Africani. Verùm hoc: nam uterque regni sui oblitus luxui, & voluptati vacabat. 32 Fama execrabilis. 33 Promulgat per ora. 34 Libyæ. 35 Fama vi detorquet. 36 Jovis filium, ex Garamantide Nympha. 37 Irâ. 38 Ejus. 39 Relationibus rerum novarum, & ipsi dispicientium. 40 Accumulat. 41 Iarbas. 42 Jovis Ammonis, in arenosâ regione Cyrenaïca cultu sub forma arietis, & Nymphæ ex gente, vel patre Garamante, filius. 43 A Jove stuprata. 44 Ammoni, patri suo. 45 Finitus numerus pro infinito. 46 Ingentia, immensa. 47 In regnis suis. 48 Singulas cum Arietis statuâ: unde *Ammon* dictus Juppiter. 49 Constituit, consecravit. 50 Vigilia summa ἄσβεστον, id est, inextinguibilem, sive ne extinguatur, observandum: qualis Romæ erat ignis æternus Vestæ consecratus. 51 Vigilias in honorem Divorum. 52 Hostiarum mactatarum sanguine. 53 Imbutum. 54 Limina vestibuiorum habentia serta variorum florum. 55 Iarbas impos mentis, ut amator. 56 Irâ perturbatus.

Dicitur ante [57] aras, [58] media inter numina Divûm,
[59] Multa [60] Jovem [61] manibus [62] supplex orasse supinis:
[63] Juppiter omnipotens, cui nùnc [64] Maurusia pictis
Gens [65] epulata toris [66] Lenæum libat honorem, 207
[67] Aspicis hæc? An te genitor, cùm fulmina [68] torques,
Nequicquam horremus? [69] cæcique in nubibus ignes
Terrificant animos, & [70] inania munera miscent? 210
[71] Femina, quæ nostris [72] errans in [73] finibus [74] urbem
[75] Exiguam pretio posuit, cui [76] litus arandum,
Cuique [77] loci leges dedimus, connubia nostra
[78] Reppulit, ac [79] dominum Æneam in [80] regna recepit.
Et nunc ille [81] Paris cum [82] semiviro comitatu, 215
[83] Mœnia [84] mentum mitrâ crinemque [85] madentem
[86] Subnixus, [87] rapto [88] potitur. Nos [89] munera templis

57 Quas constituerat. 58 Diis testibus & præsentibus. 59 Multum, aut multas res. 60 Patrem suum. 61 Conversis ad cœlum palmis. 62 Exprobrans potiùs & expostulans indignabunde. 63 Precario larbæ incusatoria, quâ expostulat cum patre suo, quòd ad acceptam à Didone injuriam ferat: advenam ab eâ receptum, se exclusum, qui Jovi religiosè pariter ac lautè sacrificat. 64 Mauritana. 65 Epulis saturata toris triclinii, id est, lectis discubitoriis. 66 Vinum offert. *Lenæus* Bacchi nomen, à λυνὸς *torcular*, & *lacus*: ubi exprimuntur uvæ. 67 Curas hæc? 68 Vi impellis. 69 Fulmina sine viribus, fortuita, & errore in hunc, atque in illum decidentia, quæ sunt in nubibus: vel, quod ex nubium in aëre mutua collisione fieri credantur. Ut enim cæcus non percipit lumen: ita quamvis facinorosi & impii afflati fulgur non sentiunt; neque tonitrum crepitu perterrefiunt. 70 Non timenda, omni vi carentia tonitrua, id est, numquid non timendus es? Sic videtur, quia impios non punis. 71 Nam femina. Invidiam quærit à sexu. 72 Profuga sedem quærens. A modo. 73 Extremis regni nostri oris. A loco. 74 Cujus solum parvo à me emit. 75 Vili paratam. 76 Extremam oram regni colendam. 77 Pomerii, ad mensuram corii bubuli, id est, ut tantùm acciperet terræ, quantum corio bubulo circumdarit. 78 Per contemptum rejecit. 79 Contemptim & Ironicè, ut non maritum, sed dominum, ipsi imperiosè dominaturum, cui sit per omnem vitam servitura, sibi adjunxisse intelligat. Juno suprà, *Phrygio servire marito.* 80 Sua scil. à nobis concessa. 81 Paridi similis adulter Æneas. Invidiam quærit à persona. 82 Molli, corpore quidem viris, animo & cultu feminis, spadonibus, gallis: quibus exsecta sunt genitalia. 83 Lydio pileo, seu habitu Phrygio in capite, viris parum decoro habitu. 84 Caput. Synecdoche. 85 Unguentis delibutum, & nitidum. 86 Fultus, ac sustenta us. 87 Conjugio, id est, raptâ Didone, ut Paris Helenâ. 88 Enallage conjugationis: ut lib. 3. *Polydorum obtruncat*, & *auro Vi* potitur. Et Ovid. *poterémur* pro *potiremur* dixit. 89 Oblationes ad tua templa ferimus. Indignantis verba.

Quip-

90 Quippe tuis ferimus, famamque fovemus 91 inanem.
Talibus 92 orantem dictis, 93 arasque tenentem
Audiit 94 omnipotens, oculosque ad 95 mœnia 96 torsit
Regia, & 97 oblitos famæ melioris amantes.
Tunc sic Mercurium adloquitur, ac talia mandat:
98 Vade age, 99 nate, voca * Zephyros, & labere pennis:
1 Dardaniumque ducem, 3 Tyriâ Carthagine qui nunc
4 Exspectat, 5 fatisque datas non respicit 6 urbis,
Adloquere, & 7 celeres 8 defer mea 9 dicta per auras.
Non 10 illum nobis 11 genitrix pulcherrima 12 talem
Promisit, Grajûmque 13 ideò 14 bis 15 vindicat armis:
16 Sed forè, qui 17 gravidam imperiis, 18 belloque frementem
Italiam regeret, genus alto à sanguine Teucri
19 Proderet, ac totum sub 20 leges mitteret orbem.
21 Si nulla 22 accendit 23 tantarum gloria 23 rerum,
Nec 24 super ipse sua 25 molitur laude laborem;

90 Quia certè. 91 Non sortientem effectum. 92 Iarbam. 93 Ex more precantium & jurantium. Sacrificantes enim orantesque litare non poterant, nisi manibus aras tenerant: undè *Aras*, tamquam *Ansas*, dictas voluit Varro. Vide Macrob. lib. 3. Sat. c. 2. 94 Juppiter. 95 Carthaginensia. 96 Flexit. 97 Ad amantes immemores regni sui; Æneam regni, quò vocabatur; & Didonem regni, quod exstruere cœperat: vel *famæ*, id est, pudicitiæ. 98 Mandatum Jovis, ut Mercurius, Carthaginem profectus, inde Æneam facessere jubeat. 99 O fili, genuit enim Mercurium ex Majâ. * Qui vehant te Mercurium Carthaginem. 1 Alarum tuarum: Talaria intelligit, quæ Mercurio peculiaria sunt. 2 Æneam. 3 A Tyriis exstructa. 4 Moratur, & terit tempus. 5 Deorum voluntate ex præordinatione ei concessas. 6 Italicas. 7 Quas celeritèr pertranseas. 8 Deorsùm fer. 9 Mandata. 10 Scil. *fore*. 11 Mater ejus Venus. 12 Voluptati deditum. 13 Ad eum finem, ut mulieri inserviat. 14 A Diomede, ipsa Iliad. 5. Iterum ab Achille, per Neptunum. Iliad. 20. & Æn. 5. 15 Vindicavit, liberavit, & liberum servavit. Enallage temporis. 16 Sed promisit eum futurum esse talem. 17 Quæ aliquandò multa pareret imperia. 18 Bellicosos Italos. Metonym. 19 Propagaret, extenderet: proferret: vel, factis ostenderet, se genus à Teucro ducere, nihil ab eo degeneraus. 20 Legibus. 21 A personâ Æneæ, & filii. 22 Ardentèr eum incitat. 23 Quantæ tibi promissæ sunt: sc. ut stirps tua imperet orbi. 24 Pro. 25 Cum molimine tentat.

Ascanione [26] pater Romanas invidet [27] arces? 234
Quid [28] struit? aut quâ spe [29] inimica in gente moratur?
Nec prolem [30] Ausoniam, & [31] Lavinia respicit arva?
Naviget. Hæc [32] summa est, [33] hinc nostri nuncius esto.
[34] Dixerat. [35] Ille [36] patris magni parêre parabat
Imperio, & primùm [37] pedibus [38] talaria nectit
[39] Aurea: quæ [40] sublimem alis, [41] sivè æquora suprà, 240
Seu terram, [42] rapido pariter cum flamine [43] portant.
Tum [44] virgam capit. Hac [45] animas ille evocat [46] Orco
Pallentis; âlias sub tristia Tartara mittit;
[47] Dat somnos, adimitque, & [48] lumina morte [49] re-
signat.
Illâ [50] fretus [51] agit ventos, & [52] turbida [53] tranat 245
Nubila: jamque volans [54] apicem, & latera ardua cernit
[55] Atlantis duri, [56] cœlum qui [57] vertice fulcit;

26 Cùm sit pater Ascanii, emphaticè: qui naturali amore in filium parùm ducatur. 27 Quæ olim ab Ascanii progenie exstruentur. Hæc in laudem Julii Cæsaris dicuntur, qui se ab Ascanio originem traxisse gloriari solebat. 28 In Carthagine scilic. 29 Quæ olim adversus ejus posteritatem crudelissimum odium sit exercitatura. 30 Quæ in Italiâ oritura esset. 31 Quæ illi in agro Laurenti subjicientur: vel, ex futura Latini regis affinitate ad se devolvenda. 32 Mandatorum meorum id est, omnia mandata mea in hoc recidunt, ut quam primùm naviget. 33 Mandatorum nostrorum in hac re. 34 Juppiter. 35 Mercurius. 36 Jovis, πατρὸς μεγάλε. 37 Suis. 38 Indumenta ad talos usque defluentia, & quibus annectuntur: sive calceamenta cum alis. Cic. At. lib. 14. proverbiali allegoria dixit, *Talaria inducere*, id est, fugam adornare, & quasi velle quopiam avolare. 39 Fulgentia more auri. 40 Supra limum, id est, terram exaltatam per alas illis annexas. 41 Velit ferri. 42 Vento raptim volanti, sive celeritate ventis pari. 43 Eum. 44 Caduceum, κηρύκειον: quod ab Apolline pro lyra à se inventa acceperat. 45 Umbras defunctorum. πομπαίους, scil. ψυχαγωγοὺς, & νεκροπομπους. 46 Ab inferno. 47 Hac virga. 48 Clausa. 49 Aperit. Alludit ad veterum Romanorum morem, à quibus oculi mortuorum in rogo aperiebantur, qui in morte domi clausi fuerant: quòd minus Mercurio assignat. 50 Adjutus. 51 Impellit. 52 Etiam commota. 53 Transvolat. 54 Verticem, summitatem. 55 Mauritaniæ montis saxosi: cui, quia ex viro in montem, subito Medusæ capite conspecto, mutatus est, attribuit Poëta promiscuè quæ sunt utriusque, saxa, pinus, flumina, nec non verticem, barbam, mentum, latera, &c. vide Met. 4. Ovid. 56 Montis vertex nubes superans aciem oculorum fugit, adeòque ab accolis voeatur cœli columna. Allusum simul ad ipsum Atlanta regem Mauritaniæ Astronomiæ peritissimum, cœlique motus docentem. 57 Summitate capitis sui sustinet.

At-

58 Atlantis, cinctum assiduè cui nubibus 59 atris
60 Piniferum caput, & vento pulsatur & imbri:
Nix 61 humeros infusa tegit: 63 tùm flumina mento
63 Præcipitant 64 senis, & 65 glacie riget 66 horrida barba.
67 Hìc primùm 68 paribus 69 nitens 70 Cyllenius alis
71 Constitit: hinc toto 72 præceps se corpore ad 73 undas
Misit 74 avi similis, quæ circùm litora, circùm
75 Piscosos scopulos, humilis volat æquora juxta.
76 Haùd aliter terras 77 inter cœlumque volabat;
Litus arenosum Libyæ ventosque 78 secabat
79 Materno 80 veniens ab avo 81 Cyllenia proles.
81 Ut primùm 83 alatis 84 tetigit 85 magalia 86 plantis,
Æneam 86 fundantem arces, ac 87 tecta novantem
Conspicit: atque illi 88 stellatus jaspide fulva
90 Ensis erat, 91 Tyrioque 92 ardebat 93 murice 93 læna,
Demissa ex humeris, 94 dives quæ munera Dido
Fecerat, & 95 tenuì telas discreverat auro.
96 Continuò invadit: 97 Tu nùnc Carthaginis altæ

58 Anaphora rei magnitudine conveniens. 59 Obscuris. 60 In quo multæ pinus crescunt. 61 Juga ejus. 62 Insuper. 63 Scil. *se*, id est, præcipitanter feruntur, cadunt, oriuntur. 64 Atlantis, nive canescentis. 65 Stellis. 66 Aspera. 67 In monte Atlante. 68 Æquatis, non motis, leni volatu. 69 Conans descendere. Volandi periphrasis. 70 Mercurius, in Cilleno, monte Arcadiæ, nutritus. 71 Requievit. 72 Præcipitanter descendens. 73 Maris Libyci, juxta Carthaginem. 74 Mergo, nullos sectanti quidem piscis, sed supra aquas volanti tantum. 75 Piscibus refertos ob imam concavitatem. 76 Eodem modo. Aplicatio. 77 Anastrophe. 78 Volando dividebat, id est, superabat simul ventos, & globos arenæ elatos. 79 Atlante patre Majæ, quæ mater Mercurii, educati in Cylleno, monte Arcadiæ. Unde l. 8. *Vobis Mercurius pater est, quem candida Maja Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.* 80 Descendens. 81 Mercurius. 82 Cùm. 83 Pedibus aligeris, quibus cum alis innexa erant. 84 Mercurius. 85 Humiles Pœnorum domos, villas. 86 A studio, quo occupatum Æneam Offendit. 87 Carthaginis. 88 Radians, & quasi stellis ornatus. 89 Viridi & lucenti. 90 Capulus, ceu vaginæ frons, interprete Juvenale 5. Satyr. 91 Purpura Tyria. Epitheton à loco, unde nobilissima purpura advehitur: undè & *Tyriæ* vestes dicuntur. *Murex* piscis est è concharum genere, cujus in faucibus succus est, quo tingitur purpura. 92 Resplendebat illi. Metaphora à similitudine coloris purpurei. 93 Χλαῖνα, chlamys, seu vestis crassa arcendo frigori adhibita, ut & auguralis amictus. 94 Laus læna à personâ donantis & artificis. 95 In fila dissecto. 96 Statìm, ut vidit Æneam, quasi infesto animo & feroci spiritu eum aggreditur. 97 Qui auctor Romani Imperii esse debes. Emphaticè.

Fun-

Fundamenta locas, pulchramque [1] uxorius urbem
Exstruis? [2] heu regni, rerumque oblite tuarum!
Ipse Deûm [3] tibi me claro [4] demittit Olympo
[5] Regnator, cœlum & terras qui [6] numine torquet:
Ipse hæc [7] ferre jubet [8] celeris mandata per auras. 270
Quid struis? aut [9] quâ spe Libycis [10] teris otia terris?
Si te nulla movet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tuâ moliris laude laborem;
Ascanium [11] surgentem, & spes [12] heredis Iuli
[13] Respice: cui regnum Italiæ, Romanaque tellus 275
Debentur. Tali Cyllenius [14] ore locutus,
Mortales [15] visus [16] medio sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex oculis evanuit [17] auram.
At verò Æneas [18] aspectu obmutuit [19] amens,
[20] Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus [21] hæsit. 279
[22] Ardet abire [23] fugâ, [24] dulcisque relinquere terras,
Attonitus [25] tanto monitu, imperioque [26] Deorum.
[27] Heu quid agat? quo nunc reginam [28] ambire furentem

1 Uxori nimiùm deditus, ac serviens: γυναικοκατώμενος. Horat. Od. 2. lib. 1. de Tiberi: *Iliæ dum se nimium quærenti Jactat ultorem, vagus & sinistrâ Labitur ripâ Jove non probante* uxorius *amnis.* 2 Pathos ab exclamatione. 3 Ad te. Narratio mandatorum. 4 Deorsùm mittit de cœlo. 5 Jupiter. 6 Num & potestate implet & sustinet. 7 Me. 8 Quas celeritèr pertransivimus jussu ejus: vel, me celerem tibi hæc nuntiare jubet. Hypallage. 9 A causâ finali, ut ibi temere hærere non videatur. 10 Consumis tempora, quibus otio vacas. 11 Crescentem. Ab honesto. Est enim secundum Deum, maxima pietas parentum, liberorum salutem, incolumitatemque sedulò curare, eosque studiosè promovere. 12 Quas concipere potes de Iulo, qui tibi hæres est. 13 Attende. 14 Oratione. 15 Æneæ scil. cui se videndum exhibuerat. 16 Nullo responso dato: vel non exspectato Æneæ responso. 17 Ventum: quod Dii nil aliud quàm spiritus, & venti esse credantur. 18 Mercurii. 19 Consternatus & attonitus. 20 Riguerunt. *Steterunt que comæ, & vox faucibus hæsit.* Æn. 2. & 3. 21 Conglutinata est, ita ut metu deficeret, & sic Æneas penitus raucesceret. 22 Ardenter, vehementer cupit. Metaphora. 23 Secretâ profectione, fugæ simili. 24 Quibus Didonem dulcem invenerat. 25 Causa impulsiva Deorum mandatum. 26 Jovis, & Mercurii. 27 Exclamatio Poëtæ ad commiserationem concitandam. 28 Aggredi, & verbis, sive blanditiis circumvenire. 29 Impatientia amoris.

Au-

Audeat [30] adfatu? quæ [31] prima exordia sumat?
Atque animum nunc huc [32] celerem, nunc dividit [33] illuc,
In partesque rapit varias, perque [34] omnia versat. 285
Hæc [35] alternanti [36] potior sententia visa est;
[37] Mnesthea Sergestumque vocat, fortemque Cloanthum
[38] Classem aptent [39] taciti, sociosque ad litora [40] cogant;
[41] Arma parent, & quæ sit rebus [42] nova danda, 290
[43] Dissimulent. [44] Sese [45] interea, [46] quando optima Dido
[47] Nesciat, & [48] tantos [49] rumpi non speret amores,
Tentaturum [50] aditus, & quæ [51] mollissima fandi
Tempora; [52] qui rebus dexter modus. [53] Ocius [54] omnes
[55] Imperio [56] læti parent, ac [57] jussa facessunt. 295
At regina [58] dolos (quis fallere possit amantem!)
[59] Præsensit, [60] motusque excepit prima futuros;
[61] Omnia tuta timens. [62] Eadem impia fama furenti

30 Allocutionis modo. 31 Ad insinuandam necessariam profectionem suam. 32 Aliquando in hanc sententiam, aliquando in illam. 33 Celeriter fluctuantem. 34 Trahit eum. 35 Consilia. 36 Variè agitanti, reciproco inter amorem Didonis, & Jovis jussu æstu: vel, alternatim nunc hanc, nunc illam sententiam approbanti, quâ potissimum excusarer suum abitum, quandoquidem omnino sequi voluntatem Jovis stabat sententia. 37 Melior ceteris. 38 Nobiles viros Trojanos. 39 Ut naves instruant armis navalibus, & reficiant tempestatibus fractas, ut indè expeditæ sint ad navigandum. 40 Dissimulantes fugam, ne quid regina suspicetur. 41 In unum compellant, colligant, & convocent. Sic in Bucolic. *Tityre* coge *pecus*. 42 Defensiva, adversus Pœnos, si opus sit: *vel etiam* navalia, quibus armetur classis: ut infrà. 43 De novo movendis, mutandis. 44 Quasi nesciant, cur naves reficere cogantur, principis imperium exsequentes. 45 Et dicebat *sese*, &c. 46 Dùm classis aptaretur. 47 Quandoquidem. 48 Quod abire velit. 49 Quantos jam experta erat. 50 Dissolvi non formidet. 51 Accessus. 52 Maximè opportuna loquendi ad eam de abitu suo. 53 Et quis modus sit conveniens, & aptus rebus prosperè gerendis. 54 Citò. 55 Socii. 56 Æneæ. 57 Ob discessum ex Africâ in terram fatalem. 58 Quæ jusserat factum eunt exsequunturque. 59 Dolosam, occultam ac prudenter dissimulatam profectionem. 60 Priusquam parati essent doli, sensit. 61 Turbas ac futuras expostulationes, cum Æneas decrevisset opportunum tempus observare, ad excusandum discessum necessarium, quem occultè moliretur. 62 Omnia etiam quæ tuta sunt, timens: vel *timens*, id est, sperans: ut ex contrario *sperare* pro timere ponitur. 63 Quæ & Iarbæ dudum nunciaverat amores Æneæ & Didonis: vel, (ut Poëtæ verbis utar) *Venisse Æneam Cui se pulchra viro dignetur jungere Dido*. 64 Ad Didonem amore furentem.

De-

Detulit [65] armari classem, [66] cursumque parari.
[67] Sævit inops animi, totamque [68] incensa per urbem
[69] Bacchatur. Qualis [70] commotis excita sacris
[71] Thyas: ubi [72] audito [73] stimulant [74] trieterica Baccho
[75] Orgia, [76] nocturnusque vocat, [77] clamore [78] Cithæron.
[79] Tandem his Æneam [80] compellat [81] vocibus ultro:
[82] Dissimulare [83] etiam sperasti, [84] perfide, [85] tantum
Posse nefas? [86] tacitusque mea decedere terrâ?
Nec te [87] noster amor, nec te [88] data dextera quondam,
Nec [89] moritura tenet crudeli [90] funere Dido?
[91] Quin etiam [92] hiberno moliris sidere classem,
Et [93] mediis properas [94] aquilonibus ire per [95] altum,

65 Classem Æneæ armis, id est, instrumentis omnibus, tam bellicis, quàm aliis, instrui. 66 Festinam navigationem. 67 Illa impotens rationis furit acerbè. 68 Furore scil. id est, commota agitataque. Metaphora. 69 More Bacchantium decurrit, furit: ducta ergo Metaphora à ritu Baccharum Orgia Bacchi celebrantium. 70 Excitata sacris Bacchi, id est, Bacchanalibus cum motu fieri cœptis. 71 Mænas, Bacchi ministra, vel sacerdos: à θύω, id est, *furoris impetu feror.* 72 Percepto adventare. 73 Incitant eam. 74 Bacchanalia, sive festa Bacchi triennalia, id est, tertio quoque anno celebrata, in memoriam victoriæ Indicæ triennali Bacchi expeditione partæ. Τριετηρὶς enim triennium notat. 75 Sacra, festa Bacchi, à quibus arcentur profani, non initiati: ab ἔργω, id est, *arceo.* 76 In quo exercentur festa tempore nocturno. 77 Reboatione, aut resonantia. 78 Mons Bœotiæ Nyctelius, id est, nocturnis Bacchi Orgiis resonans. 2. Georg. *virginibus bacchata Lacænis Taygeta.* 79 Post longam cogitationem, cum nec iram diutiùs contingere, nec rei indignitatem conquoquere posset. 80 Alloquitur. 81 Verbis. 82 Per dissimulationem celare. 83 Qui conjugii fidem jam violare mediteris. 84 Abruptum expostulatoriæ orationis exordium, vehementer concitatæ Didoni mirificè conveniens. In perfidiâ, dissimulatione, ingratitudine exprobranda insistit maximè. 85 Quantum est amantem & bene meritam sic desere. Emphasis. 86 Secretus. 87 Pathos à commiseratione. 88 Promissa fides. 89 Si discesseris. 90 Morte, quam ipsa mihi consciscam doloris impatientia victa. 91 Insuper classem cum difficultate paras ad navigandum tempestuosis, ac pluviis signis, tempore intempestivo. 92 Per anni cœlique inclementiam, & mare tempestuosum: veteribus autem post Kal. Novembris intempestiva habita est navigatio. Solvisse tamen ex Africâ Æneam sub finem æstatis, ex sequentibus constat, rediisseque in Siciliam ante hiemem. 93 In summo vigore existentibus, aut tum flantibus. 94 Qui navigantibus ex Africâ in Italiam contrarii. 95 Mare.

Cru-

[96] Crudelis ? [97] Quid, si non arva aliena domosque
Ignotas peteres, & Troja antiqua maneret ;
Troja per [98] undosum peteretur classibus æquor
[99] Mene fugis ? Per ego * has lacrimas, [1] dextramque tuam te,
([2] Quando [3] aliud mihi jam miseræ nihil ipsa relinqui)
Per connubia nostra, per [4] inceptos Hymenæos; 316
Si bene quid de te merui, fuit aut tibi [5] quidquam
Dulce meum: miserêre [6] domus labentis, & istam,
Oro, si quis adhuc precibus [7] locus, [8] exue mentem.
Te propter Libycæ gentes [9] Nomadumque tyranni 320
[10] Odêre; [11] infensi Tyrii : te propter eundem
Exstinctus pudor, [12] & , quâ solâ sidera adibam,
Fama prior. Cui me [13] moribundam deseris, hospes?
[14] Hoc solum nomen quoniam [15] de conjuge restat. 324
[16] Quid moror ? [17] an mea Pygmalion dum mœnia frater
[18] Destruat, aut [19] captam ducat [20] Gætulus Iarbas ?
(Saltèm si qua [21] mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam [22] suboles ; si quis [23] mihi parvulus aulâ
Luderet Æneas, qui te tamen [24] ore referret ;
Non equidem omninò [25] capta, aut [26] deserta viderer.)

96 Immitis in te ipsum odio mei. 97 Quid dicere possem, si &c. Argumentum à majori. Troja, tua patria, non erat tibi per tempestatem regio : cum enim hæc arva tibi nota repetenda : Ergò multò minùs ignota sint, ignota petes? 98 Undis, & procellis plenum. 99 Q. d. id non merita sum. * Quas effundo. 1 Fidem, quam mihi dedisti. 2 Quandoquidem. 3 Præter fidem datam de futuro. 4 Quos novitate etiam dum dulces esse par erat. 5 Aut si quidquam consuetudinis meæ fuit tibi delectabile. 6 Familiæ meæ, si me deseris, perituræ. 7 Reliquus est. 8 Depone animum me deserendi. 9 Et reges superbi, scil. Iarbas, Ductoresque alii Numidarum, populorum Libyæ. 10 Quia te conjugem assumpsi. 11 Civium meorum alienati à me animi. 12 Et qua longè, latèque clara eram pudicitiæ fama, omni unguento suavior, omni gemma pretiosior. 13 Jàm jàm morituram. 14 Hæc sola appellatio hospitis, cum fugam mediteris, id quod hospitium est, non maritorum : quibus indissolubilis individuaque vitæ consuetudo cum uxoribus esse debeat. 15 De te, qui conjux quidem es, sed negas. 16 Cur differo mortem ? quid cesso manum mihi inferre? 17 Scilic. *moror*. 18 Ulturus fugam. 19 Ulturus spretum à me illius mearum nuptiarum ambitum. 20 Ferus Getulorum rex. 21 A me. 22 Filius : cujus aspectu fallere possem tui desiderium. 23 In solatium meum. 24 Effigie oris tui repræsentaret. 25 Decepta. 26 Quia haberet filium qui te repræsentaret.

Di-

[27] Dixerat. [28] Ille Jovis monitis [29] immota tenebat 331
Lumina, & [30] obnixus curam sub corde premebat.
Tandem pauca refert: [31] Ego te, quæ plurima fando
Enumerare [32] vales, numquam, regina, negabo
[33] Promeritam: nec me meminisse [34] pigebit [35] Elissæ; 335
[36] Dum memor ipse mei, [37] dùm spiritus [38] hos reget artus.
[39] Pro te pauca loquar. [40] Neque ego hanc abscondere furto
Speravi, ne finge, fugam; nec [41] conjugis unquam
Prætendi [42] tædas, aut hæc in [43] fœdera veni.
[44] Me si fata [45] meis paterentur ducere vitam 340
Auspiciis, & [46] sponte meâ [47] componere curas;
[48] Urbem Trojanam [49] primùm dulcisque meorum
Reliquias colerem: Priami tecta alta [50] manerent;
Et [51] recidivâ manu [52] posuissem Pergama victis.
[53] Sed nùnc Italiam magnam [54] Gryneus Apollo, 345
Italiam [55] Lyciæ jussere [56] capescere sortes.
[57] Hic amor, hæc patria est. [58] Si te Carthaginis [59] arces,
[60] Phœnissam, Libycæque aspectus [61] detinet urbis;

27 Dido. 28 Æneas. 29 Oculos immotos, ita ut non flecterentur in Didonem ad respiciendum eam misericorditèr. 30 Obstinatus obfirmato animo resistens affectioni suæ. 31 Diluit hac oratione exprobrationes, abitum transfert in fata. 32 Potes. 33 Quin promeruerit. 34 Gravabit, pudori erit. 35 Tui, qui proprio nomine Elisa diceris. 36 Donec. 37 Tantisper dum vivam. 38 Meos. 39 Prout negotium exsigit. 40 Nec eam adornavi fugam, id est, abitum, seu profectionem, nec fieri id posse sperabam. 41 Conjugii. 42 Faces nuptiales. Signum pro re signata, id est, ego numquam te dixi conjugem. 43 Matrimonialia. 44 Excusatio, quâ per translationem omnem culpam in fata, & Deos rejicit. 45 Meo arbitrio. 46 Ad libitum meum. 47 Finire. 48 Patriæ meæ ruinas restaurarem, & exstruerem. 49 Præcipuè, & ante omnia. 50 Reædificata. 51 Post casum restituta priori dignitati, sicut *redivivæ*, quæ post interitum redeunt. 52 Mœnia Trojana ædificassem. 53 A monitis Divorum, & primum quidem oraculorum, necessitatem fugæ excusat: ut, vel ibi hærere, vel patriam excisam reperire, sui arbitrii non sit. 54 In Grynæo nemore, de quo dictum Ecl. 6. oracula reddens. Sunt qui Grynæi Apollinis oraculum in Delo statuunt: undè responsum accepit Æneas lib. 3. Æneid. 55 Oracula Apollinis quania apud Lyciam. 56 Captum ire. 57 Quem mihi fata dedêre. 58 Scil. *nam*. A simili. 59 Scil. *detinent*. 60 Cum sis de Phœnicià, nec in patria tua. 61 Immoratur delectando te.

Quæ

Quæ tandem, Ausoniâ Teucros [62] considere terrâ,
[63] Invidia est? [64] Et nos fas [65] extera quærere regna.
Me patris Anchisæ, quoties humentibus umbris
Nox [66] operit terras, quoties astra [67] ignea [68] surgunt,
Admonet in somnis, & [69] turbida terret imago.
Me [70] puer Ascanius, [71] capitisque injuria cari
Quem [72] regno Hesperiæ [73] fraudo, & [74] fatalibus arvis.
[75] Nunc etiam [76] Interpres divûm [77] Jove missus ab ipso
(Testor [78] utrumque caput) [79] celeris mandata per auras
Detulit: [80] Ipse [81] Deum [82] manifesto in lumine vidi
Intrantem muros, [83] vocemque his auribus [84] hausi.
[85] Desine, meque tuis [86] incendere teque querelis:
Italiam non [87] sponte sequor.
Talia dicentem [88] jamdudùm [89] aversa tuetur,
[90] Hùc illùc volvens oculos, [91] totumque pererrat
[92] Luminibus tacitis, & sic [93] accensa profatur:
Nec tibi [94] Diva parens, [95] generis nec Dardanus auctor,

62 Si Teucri sedes capiunt in Italiâ: quandoquidem fatis promittitur. 63 Causa invidiæ. 64 Non solùm ta. Applicatio: nos coacti oraculis Italiam petimus: tu sponte relicta patria in Africam trajiceris. 65 Externa. 66 Tegit. 67 Naturæ lucidæ, vel igneæ: vel *ignea*, id est, ardentia. 68 Oriuntur. 69 Commota & irata. 70 Ratio habita Ascanii filii etiam admonet ac movet me in Italiam proficisci. Necessitas à pietate tuâ erga filium. 71 Injuria, quam dilecto meo filio infero, terret me. 72 Ei debito. 73 Per fraudem privo. 74 Facilitèr, ac prædestinatione Deorum ipsi attributis. 75 A recentibus ad se Deorum mandatis. 76 Mercurius nuntius Deorum. Alludit enim ad Græci cognominis Etymon, quo Ἑρμῆς Mercurius dicitur, ἀπὸ τῆς ἑρμηνείας, id est, *interpretari, renuntiare*. 77 Non ab inferiore numine. 78 Meum, & Ascanii: qui 9. lib. *Per caput hoc juro, per quod pater antè solebat*. 79 Quas celeritèr transvolavit: vel ipse celer mandata ad me attulit. Hypallage. 80 Emphaticè, ne videatur alterius testimonio niti. 81 Mercurium. 82 Visibili lumine. Pleonasm. 83 Ejus. 84 Audivi, accepi. Pleonasm. 85 Epilogus petitione constans, & necessitatis iteratione. Cognovisti justas discessus mei causas, desine ergo, ò Dido, &c. 86 Exagitare. 87 Sed jussu Deorum. 88 Ab eo tempore, quo talia intelligere cœpit. 89 Recta intueri dedignata aut non sustinens: vel irata. 90 In diversas partes. 91 Totum Æneam perlustrat, & sine ordine percurrit. 92 Oculis ægris, cum indignatione, & fastidio, ipsa tacita: vel, *tacitis*, id est, nondum animum significantibus. 93 Ira exagitata. 94 Dea Venus. 95 Tui.

Perfi-

[1] Perfide: sed duris genuit te [2] cautibus horrens
[3] Caucasus, [4] Hyrcanæque admorunt ubera tigres.
Nam [5] quid dissimulo, aut quæ me ad majora reservo?
[6] Nùm fletu ingemuit nostro? nùm [7] lumina flexit?
Nùm lacrimas [8] victus dedit? aut miseratus [9] amantem est?
[10] Quæ quibus anteferam? [11] jam jam nec maxima [12] Juno,
Nec [13] Saturnius hæc oculis pater aspicit æquis.
[14] Nusquam tuta fides. [15] Ejectum [16] litore, [17] egentem
Excepi, & regni demens in parte locavi.
[16] Amissam [18] classem, socios à morte reduxi.
Heu [19] Furiis incensa feror! [20] nunc [21] augur Apollo,
Nunc Lyciæ sortes, nunc & Jove missus ab ipso
[22] Interpres divûm fert [23] horrida jussa per auras.

1 Quòd conjugii fidem violare velis. 2 Rupibus asper. Q. d. Dicis te filium Veneris: sed falsum est: haberes enim aliquid matris, & esses in affectus consideratione, tractabilis. Eadem Dido apud Ovid. epist. ad Æneam: *Te lapis, & montes, innataque rupibus altis Robora, te sævæ progenuere feræ. Aut mare, quale vides agitari nunc quoque ventis: Quo tamen adversis fluctibus ire paras.* Similitèr apud Ov. Met. 8. detestatur Scylla, Nisi, Megarensium regis filia, Minoem, regem Cretensium, se contempta discedentem: *Hanc quoque* (Cretam) *si prohibes, & nos ingrate relinquis, Non genitrix Europa tibi est, sed inhospita Syrtis*, &c. Porrò non inscitè torquebitur illud in eum, qui ingenio est adeo duro atque inexorabili, ut neque precibus, neque misericordiâ moliri queas. 3 Mons Indiam à Scythiâ dividens. Promethei supplicio notissimus. 4 Arabicæ. Vide Macrob. lib. 5. cap. 11. 5 Propter quid dissimulanter loquor? 6 Confirmatio ab antecedentibus signis. 7 Oculos. 8 Commiseratione. 9 Me. 10 Quid primùm querar? Deorum ne neglectum, qui hæc impunita sinunt? an hominis injuriam, qui hoc commisit? Servius exp. Quid priùs, quid posterius dicam? 11 Q. d. Obtestor Junonem & Jovem, ut ista aliquando æquis ac justis oculis aspiciant, & ingratitudinem, acceptamque injuriam suâ æquitate ulciscantur. 12 Quæ urbis meæ, ut & conjugii præses. 13 Juppiter filius Saturni, aspectu noxius. 14 Non est tutum quemquam in fidem recipere, aut de quoquam benè mereri. 15 Eum Æneam. 16 Lib. 1. Æneum hospitio prohiberetur arenæ classis quassa. 17 Vi tempestatis naufragum à mari appulsum suscepi. 18 Renovari jussi classem fractam, & quasi quassatam, ac vim Tyriorum prohibui, periculique securos reddidi. 19 Injuriæ indignitas mentem tollit de cardine, rationem luxat, in furias me agit. Et nunc prætexit Apollinis oracula, Jovisque mandata. Repetit autem ironica Mimesi ipsa Æneæ verba. 21 Augurii peritus. 22 Mercurius. 23 Terrifica.

Sci-

[24] Scilicèt [25] is superis labor est : [26] ea cura [27] quietos
Sollicitat. Neque te teneo, neque dicta [28] refello.
[29] I, sequere Italiam ventis : pete regna per [30] undas.
Spero equidem [31] mediis, si quid [32] pia numina possunt,
Supplicia [33] hausurum [34] scopulis, & [35] nomine Dido
Sæpè vocaturum. [36] Sequar atris ignibus absens :
Et, cùm [37] frigida mors [38] anima seduxerit artus,
Omnibus [39] umbra locis [40] adero. [41] Dabis, improbe, pœnas.
[42] Audiam : & hæc [43] manis veniet mihi fama sub imos.
His [44] medium dictis sermonem abrumpit, & auras
[45] Ægra fugit, seque ex [46] oculis avertit & aufert;
Linquens multa [47] metu [48] cunctantem, & multa parantem
Dicere. [49] Suscipiunt famulæ, collapsaque [50] membra
[51] Marmoreo referunt thalamo, [52] stratisque reponunt.
At pius Æneas, quamquàm [53] lenire dolentem
Solando cupit, & [54] dictis [55] avertere curas;
[56] Multa gemens, magnoque animum labefactus amore;

24 Elevatio ironica, ex Epicureis placitis, negantibus Deum curare mortalia. *Namque Deos didici securum agere ævum : Nec si quid miri faciat natura, Deos id Tristes ex alto cœli dimittere tecto*, &c. Horat. 5. Sat. 1. lib. 25 Id superi curant. 26 De advocando Æneâ. 27 Deos scil. humana non curantes. 28 Refuto, inficias eo. 29 Ironica concessio, quâ id, quod minimè vult, videtur permittere. 30 Maris. Arguit incerta esse ejus regna, cum id quod quæramus, nondùm sit nostri juris. 31 Qui sunt inter Africam, & Italiam tibi occursuri, è quibus nulla sit enavigandi spes. 32 Quæ pios respiciunt. 33 Perfidiæ pœnas te daturum, luiturum. Ovid. 2. Amor. eleg. 10. *Æquora perjuro naufragus ore bibat.* 34 Expresso. 35 Ego occidam me, & persequar te ignibus infestis mortua. 36 Me frigidam factura. 37 Ab animâ segregaverit. 38 Inter umbras deputata. 39 Ad te persequendum. Ex opinione veterum : infestari vivos ab umbris eorum, quibus injustæ necis fuerint causæ. 40 Et tu improbande propter perfidiam punieris. 41 Te mihi pœnas dedisse. 42 Ad inferos mihi perferentur tuæ calamitates. Respicit ad infelicem ejus exitum in bello contra Rutulos, quo in Numicio flumine mersus dicitur. 43 Quia non expectat responsionem, vel, cum Æneas multa dicere pararet. 44 Præ iræ impotentia miseræ delinquit anima. 45 Æneæ. 46 Didonis. 47 Æneam cum mora cogitantem. 48 Eam. 49 Didonis. 50 In marmoreum thalamum reportant. 51 Lectis tapetibus instratis. 52 Mitigare tristem Didonem. 53 Verbis consolatoriis. 54 A Didone. 55 Ægritudinem animi. 56 Multum. Nomen pro adverbio.

57 Jussa tamen 58 divûm exsequitur, 59 classemque revisit.
60 Tùm verò Teucri 61 incumbunt, & litore celsas
Deducunt toto navis. Natat 62 uncta 63 carina:
64 Frondentesque ferunt remos, & 65 robora silvis
Infabricata; 66 fugæ studio, 400
67 Migrantis cernas, totâque ex urbe 68 fluentis:
Ac veluti ingentem 69 formicæ 70 farris acervum
Cùm 71 populant, 72 hiemis memores, 73 tectoque reponunt:
74 It nigrum campis 75 agmen, 76 prædamque per herbas
77 Convectant 78 calle angusto: 79 pars grandia 80 trudunt 405
81 Obnixæ frumenta humeris; pars agmina 82 cogunt,
Castigantque 83 moras: 84 opere omnis semita fervet.
85 Quis tibi tunc, Dido, cernenti talia sensus?
Quosve dabas gemitus, cùm litora 86 fervere late
Prospiceres 87 arce ex summâ, totumque videres 410

57 Amorem religione, dolorem ratione vincit. 58 Deorum, Jovis, Mercurii, & Apollinis. 59 Quam instaurari jusserat. 60 Ob regis præsentiam. 61 Classi parandæ. 62 Navis, pice, & resinâ obducta, ad excludendas rimis undas. 63 Navis. Synecdoche. 64 Ligna frondentia in remorum usum ad naves portant. 65 Truncos arborum robustos pro malis navium è silvis indolatos, non operatos. 66 Præ studio ut citiùs fugerent. 67 Quilibet cernat Trojanos habitationem mutantes, & sarcinulas colligentes. Secundam personam pro tertiâ posuit. Sic Ter. *Fidelem haud fermè mulieri* invenias *virum.* 68 Præcipitanter exeuntes, fugientes: ne scil. à Pœnis opprimerentur. Metaphora. 69 Animalcula illa parva. 70 Frumenti aliorumque granorum cumulum. 71 Populantur. Enallage generis. A re militari ducta Metaphora. 72 Industriam, ac prudentiam formicarum innuit, quæ æstate sibi provident de alimentis, ne hieme egeant. 73 In tectum, id est, in cavernas suas. Metaphoricè. 74 Scil. *tunc.* 75 Formicarum. Hæret in Metaphora à re militari. 76 Farris. 77 Formicæ. 78 Semita, quæ callo pedem induruit, via arcta, quasi dimidia via. 79 Formicarum. 80 Impellunt, cum ferre nequeant. 81 Obnitentes. 82 Impellunt. 83 Moras tardantium, aut morantes. 84 Operatione, & labore formicarum omnis brevis via fit fervida: *sic* scil. *fervet omnis semita opere* Teucrorum migrantium, & sarcinulas deferentium. 85 Pathos per Apostrophen, quâ torquet Poëta orationem ad Didonem, dicens: Qualis animus sive affectus erat tunc tibi, ò Dido, cum videres, talia, qualia à Teucris & ab Æneâ fiebant? Q. d. miserrimus. 86 Ferventèr frequentari à Teucris. 87 Ex specula, quæ erat in arce tua. Mos regum fuit in arcibus habitare, quæ vim arcerent.

Mis-

88 Misceri ante 89 oculos tantis clamoribus æquor?
90 Improbe amor, 91 quid non mortalia pectora cogis?
92 Ire iterùm in lacrimas, iterùm tentare precando
93 Cogitur; & supplex animos 94 submittere amori:
Ne quid 95 inexpertum frustrà moritura relinquat.
96 Anna, vides toto 97 properari litore circum.
Undique 98 convenêre: 99 vocat jam carbasus auras:
* Puppibus & læti nautæ imposuêre coronas.
Hunc ego si 1 potui tantum 2 sperare dolorem,
Et perferre, soror, potero. Miseræ hoc tamen 3 unum
4 Exsequere, Anna, mihi. Solam nam 5 perfidus ille
Te 6 colere, 7 arcanos etiam tibi credere sensus:
Sola viri 8 mollis aditus, & 9 tempora noras.
I, soror, atque 10 hostem supplex affare superbum:
11 Non ego cum Danais Trojanam 12 exscindere gentem

88 Turbari, confundi. 89 Tuos. Emphasis est, quâ admirabilem animi dolorem ex aspectu amplificat: nam *oculi* (ut Cic. lib. 6. fam. Epist. 1.) *augent dolorem, qui ea, quæ ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere à miseris cogitationem sinunt.* 90 Epiphonema. 91 Ad quid, vel Ellipsis est verbi *Moliri*, aut similis. 92 Descendere. 93 Dido. 94 Subjicere. 95 Intentatum, undè fecerit periculum, an possit Æneam vincere. Passivè. 96 Suasorii generis oratio, quâ à sorore petit, ut legationem suam ad Æneam obeat. 97 Properationem fieri. Impersonale est. 98 Trojani. 99 Demissa antennis vela exspectant ventos secundos. Nonnullis placet. Hypallage: auræ vocant carbasa, id est, naves. Synecdochicè. * In signum lætæ profectionis. Cum enim discedebant è portu, in quo hiematum erat, secundo flante vento, coronam navi imponebant. Redi ad ea, quæ super hoc eodem versu adnotantur, 1. Georg. 1 Enallage modi. Q. d. Facilè hanc animi ægritudinem pertulissem, si paullò antè eum tam præcipitantèr abiturum fuisse præscissem: sed ne tam perditè quidem eum umquam amassem. 2 Timere hanc tantam animi ægritudinem quam haberem de profectione Æneæ, id est, si verita fuissem tantum mali ex amore oriturum, facilè amorem tulissem: nunc autem spe decepta, perferre nequeo. 3 Quod dictura sum. 4 Effice. Quod per se non potuit, per sororem tentat: sed frustra. 5 Æneas. 6 Colebat. A facili argumentum. 7 Et revelabat tibi etiam consilia secreta. 8 Opportunos ac faciles modos adeundi viri. *Mollissima fandi tempora*: suprà. 9 Opportunitatem, quâ facilè ad eum patebat aditus. 10 Æneam vel, quod Didone invita, & repugnante naviget: vel, cujus amor me hostilitèr necat: vel *hostem*, id est, hospitem, ut suprà: *cui me moribundam deseris* hospes? *Hoc solum nomen quoniam de conjuge restat.* Cic. 1. Offic. *Hostis apud majores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum vocamus.* 11 Et dic ei: Neque enim ego illi rea sum hostilitatis, neque impietatis. *Aversio.* 12 Delere.

[13] Aulide juravi, [14] classemve ad Pergama misi:
Nec [15] patris Anchisæ cinerem [16] manisve [17] revelli.
Cur mea dicta negat [18] duras demittere in auris?
Quò ruit? extremum hoc miseræ det [19] munus amanti:
Exspectet [20] facilemque fugam, ventosque ferentis.
Non jam conjugium [21] antiquum, quod [22] prodidit, [23] oro;
Nec [24] pulcro ut Latio careat, [25] regnumque relinquat.
[26] Tempus inane peto, requiem [27] spatiumque furori;
[28] Dùm mea me [29] victam doceat [30] fortuna [31] dolere.
Extremam hanc oro [32] veniam: miserere sororis:
Quam mihi cùm dederis [33] cumulatam, morte remittam.
Talibus [34] orabat, talisque miserrima [35] fletus
[36] Fertque refertque [37] soror, [38] sed nullis ille movetur
Fletibus, aut voces [39] ullas tractabilis audit.
[40] Fata obstant, [41] placidasque viri [42] Deus obstruit auris.
Ac velut, [43] annosam [44] validam cùm robore quercum

13 In Aulide, portu in Bœotiâ, classe, & conjuratione principum Græcorum de Helena repetenda, claro. 14 Neque naves auxiliares misi ad mœnia Trojana delenda. 15 Ejus. 16 Varro ait, Diomedem è Sicilia abstulisse ossa Anchisæ: ob hoc multa perpessum, & coactum restituisse cum Palladio. 17 Post sepulturam evelli. 18 Inexorabiles. 19 Beneficium. 20 Mitius discedendi tempus, & ventos secundos, opportunè flantes. 21 Carum. 22 Violavit. 23 Orando deposco. 24 Præ quo cetera omnia illi sordent: quodque tam pulcrum illi videtur, ut omnia illi postponat. 25 A fatis promissum. 26 Dilationem sine alio effectu. *Nullus enim dolor est, quem non longinquitas temporis minuat, atque mollial.* 27 Quo desæviat amoris mei impetus, atque ex furore transeat temporis beneficio in dolorem. Eadem Dido apud Ovid. in Ep. *Dùm freta mitescunt, & amor dum temperat usum. Fortiter ediscam tristia posse pati.* 28 Donec. 29 A spe & voto rejectam. 30 Adversa. 31 Moderate scilic. 32 Gratiam, beneficium: ut protrahat discessum suum donec discam dolere: cujus cumulo priorum additi, memoriam & gratiam mors sola mihi auferet. 33 Copiosè auctam tibi, dùm moriar. 34 Orationem faciebat Dido. 35 Verba cum fletu. 36 Ad Æneam. 37 Anna. 38 In hominem planè saxei capitis, atque inexorabilem hoc dici potest. 39 A naturâ, id est, nullas preces inexorabilis, & propè adamantinus admittit. 40 Æneæ duritiem in fata rejicit. 41 Benignas. 42 Præceptum Dei, à quo per Mercurium Carthagine facessere jussus erat, scil. Juppiter ipse. 43 Multorum annorum, veterem: quòd quercus inter arbores prodigiosæ vivacitatis sit: quippe quæ centum aut amplius annos crescat. 44 Habentem truncum potentem.

Al-

45 Alpini 46 Boreæ 47 nùnc hinc, nùnc flatibus illinc
Eruere inter se certant: 48 it stridor; & altè
49 Consternunt terram 50 concusso stipite 51 frondes:
52 Ipsa 53 hæret scopulis: 54 & , quantùm 55 vertice 56 ad auras 445
Ætherias, tantùm radice in Tartara tendit.
57 Haùd secùs assiduis 58 hinc, atque hinc vocibus 59 heros
60 Tunditur, & 61 magno persentit pectore 62 curas.
Mens 63 immota manet: lacrimæ 64 volvuntur inanes.
65 Tùm vero infelix 66 fatis exterrita Dido 450
67 Mortem orat: taedet cœli 68 convexa tueri.
Quò magis 69 inceptum peragat, 70 lucemque relinquat,
71 Vidit, 72 turricremis cùm 73 dona imponeret aris,
(Horrendum dictu) 74 latices nigrescere 74 sacros,
75 Fusaque in 76 obscenum se vertere vina cruorem. 445
Hoc visum nulli, non ipsi effata 77 sorori.

45 Transalpini, ex Alpibus in Italiam spirantes. Alpes autem cum Hyperboreis, & Riphæis confundunt veteres. Comparatio autem sumitur ex Iliad. 6. & 12. 46 Venti Septentrionales. 47 Aliquandò ab hac parte. 48 Strepitus ventorum in frondibus diffunditur. Metaphora à cardinibus ad horrendum ventorum Septentrionalium latratum ducta amplificat summam vim ventorum. 49 Cooperiunt. 50 Vi ventorum agitato trunco. 51 Quia cadunt. 52 Annosa quercus. 53 Adhæret saxis prominentibus, inter quæ radices egit. 54 Hos duos versus habes etiam 2. Georg. 55 Cacumine suo. 56 Ad cœlum. 57 Non aliter, quam illa quercus concutitur. Applicatio similitudinis superioris. 58 Utrimque expostulationibus Didonis & Annæ precibus. 59 Æneas heroicâ virtute præditus. 60 Concutitur. 61 Magnanimo & constanti. 62 Sollicitudines amoris, & commiserationis. 63 A firmo proposito Deo obediendi. 64 Præcipitantur frustrà: quia nihil apud Æneam obtinebant. 65 Sed tùm maximè, ubi vidit Æeam in sententia perseverare. 66 Portentis mortem portendentibus: vel, quod fatali necessitate ex Africâ Æneas traheretur. 67 Malorum remedium. 68 Τὸ κυρτὸν καὶ τὸ κοῖλον convexum, & cavum, exteriùs & interiùs Poëtæ confundunt. 69 Consilium, quod apud animum suum proposuerat. 70 Vitalem scilic. id est, vitam: quia cœlum aspicimus vivendi desiderio. 71 Primum futuræ mortis præsagium, quod in sacris liquor effusus in atrum cruorem mutatus apparuerit. 72 Thus incensum cremantibus. Vide Macrob. lib. 6. cap. 5. 73 Libamina, sacrificia, quibus parentabatur mortuis. 74 Vina sacrificio adhibita. 75 Effusa super sacrificium. 76 Mali ominis, tetrum, immundum. 77 Omnium consiliorum alioqui participi.

78 Præterea fuit in 79 tectis de marmore 80 templum
81 Conjugis antiqui, miro quod honore 82 colebat,
83 Velleribus niveis & 84 festa fronde revinctum.
85 Hinc exaudiri voces & 86 verba 87 vocantis
Visa viri; nox cùm terras obscura 88 teneret:
Solaque 89 culminibus 90 ferali carmine 91 bubo
Sæpè queri, & 92 longas in fletum ducere voces.
93 Multaque præterea 94 vatum prædicta piorum
Terribili monitu 95 horrificant. 96 Agit ipse furentem
In somnis 97 ferus Æneas: semperque relinqui
98 Sola sibi, semper 99 longam incomitata videtur
Ire * viam, & 1 Tyrios desertâ quærere terrâ.
2 Eumenidum veluti demens videt agmina. 3 Pentheus,
Et 4 solem geminum, & duplicis se ostendere Thebas:
5 Aut Agamemnonius 6 scenis agitatus Orestes;

78 Præter hoc portentum contigit aliud futuræ mortis præsagium, scil. insomnia, seu phantasmata, quæ sibi audire, videreque visa fuit. 79 Regia Didonis. 80 Delubrum, ædicula sacra, quam nos hodie *Sacellum* vocamus, eadem sepulcrum Sichæi. 81 Mariti prioris & chari Sichæi. 82 Ante Æneæ adventum. 83 Tæniis, vittis, fasciis laneis, coronis, ramis, frondibus cinctum, ornatum: lana autem ramo circumvoluta στέμμα dicitur. Fuit autem moris, ut nubentes puellæ, priusquàm ingrederentur domum mariti, postes laneis vittis obnuberent, & ornarent. 84 Ad festivitatem pertinentibus, divinis ramis, frondibusque, ut si numen coleret. 85 Ex hoc templo. 86 *Ipse sono tenui dixit, Elisa veni.* Ovid. Epist. Didonis. 87 Didonem. 88 Occuparet. 89 In sublimitatibus templi. Tertium præsagium. 90 Mortifero, aut feram mortem indicante. 91 Avis illa lucifuga. 92 Diuturnas. 93 Quartum omen. 94 Qui in principio dehortati sunt eam à talibus nuptiis, sed frustrà. Respicit illud: *Ileu vatum ignaræ mentes! quid vota furentem, Quid delubra juvant?* 95 Horrorem faciunt. 96 Quintum omen. 97 Qui ferus Didoni videbatur. 98 Quæ solitudo Principibus, qui satellitio & comitatu stipari solent, abominanda: & in somnis mali ominis. 99 Sextum omen. * Ad inferos scil. *unde negant redire quemquam.* 1 Comites suos. 2 Furiarum, Megæræ, Alectus, & Tisiphones. 3 Thebanorum rex, Echionis filius, in furias actus ob contemptum Bacchum, & à Bacchis discerptus. 4 Ὁρᾶν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, Διοθάς τε Θήβας. Euripid. Bacchæ. 5 Aut veluti cùm Orestes, Agamemnonis, & Clytemnestræ filius, fugit, &c. 6 In theatris ac scenis passim actus, & sæpè exhibitus in Tragœdiis; vel, in prætoriis & judiciis agitatus. Constat enim, Orestem Areopagitarum judicio submissum, tandem ab iisdem absolutum fuisse omnium ferè sententia.

Ar-

Armatam [8] facibus [9] matrem & [10] serpentibus atris
ùm fugit, [11] ultricesque [12] sedent [13] in limine [14] Di-
ræ.
Ergo ubi [15] concepit [16] Furias [17] evicta dolore
ecrevitque mori; tempus secum ipsa modumque
[18] Exigit, & [19] mœstam dictis adgressa [20] sororem,
[21] Consilium vultu [22] tegit, [23] ac spem fronte serenat:
Inveni, germana, [24] viam, ([25] gratare sorori)
Quæ mihi reddat [26] eum, vel [27] eo me solvat amantem.
[28] Oceani finem juxta, [29] solemque cadentem,
[30] Ultimus Æthiopum locus est, ubi maximus [31] Atlas
[32] Axem humero [33] torquet stellis ardentibus [34] aptum:
[35] Hinc mihi Massylæ gentis monstrata sacerdos,
[36] Hesperidum templi custos, epulasque draconi
Quæ dabat, & [37] sacros servabat in arbore ramos,
[38] Spargens humida mella, [39] soporiferumque papaver.

7 Instructam. 8 Furiarum. 9 Clytemnestram, quam cum Ægistino adultero propter necem patris Agamemnonis occiderat. 10 Talis enim illa visa est in somnis: undè furore correptus est. 11 Necis maternæ. 12 In Æschili Tragœdiâ, cui nomen Eumenides, Delphis in templo Apollinis à Furiis. in limine præstolantibus eum, obsessus, egredi non ausus est, & contendere ad Minervæ templum, ubi erat expiandus. 13 Templi Apollinis. 14 Furiæ. 15 Dido. 16 Furias. 17 Superata. 18 Exactè disquirit. 19 Quia Æneam reconciliare nequibat. 20 Annam. 21 Decretum suum. 22 Occulit. 23 Et fronte serena præ se fert spem remedii, aut salutis. Sic 1. Æneid. *Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem.* 24 Modum & rationem. 25 Gratulare. 26 Qui caput mali nostri est. 27 Ab eo. 28 Topographia populorum & montium Africæ Occidentalium, quibus alluit Oceanus, ubi horti sunt Hesperidum. 29 Occidentem. 30 Remotissimus in Æthiopiâ. 31 Mons Africæ: suprà hoc lib. 32 Septentrionalem polum. 33 Sustinet, regit: ut suprà: *Cœlum & terras qui numine* torquet. 34 Ἀπτόμενον, ἄξμενον: distinctum, conspersum stellis resplendentibus. 35 Ab hoc loco, id est, ab hujus loci incolis. Exponit consilium suum, quo pacto magicis artibus possit Æneam, vel invitum retinere, vel amoris peste liberari. 36 Quod in hortis filiarum Hesperi, qui frater Atlantis est: custodiebant autem aurea poma in horto prope Lixum oppid. Mauritaniæ, cui custodiæ aderat una vigil draco, priusquàm ab Hercule occisus erat, quem cibavit hæc sacerdos. 37 Veneris. 38 In cibo quem dabat draconi; vel, porrigens, præbens. 39 Soporem gignens: quod erat mulcendæ truculentiæ accomodatum, & mitigandæ naturæ ferè.

[40] Hæc se [41] carminibus promittit [42] solvere mentis,
Quas velit; ast [43] aliis [44] durat immittere [44] curas:
[45] Sistere aquam [46] fluviis, & vertere sidera [47] retrò:
[48] Nocturnosque ciet manis. [49] Mugire videbis
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos.
Testor, cara, deos & te, germana, tuumque
Dulce caput, magicas [50] invitam [51] accingier [52] artis.
Tu [53] secreta [54] pyram [55] tecto interiore [56] sub auras
Erige, & [57] arma viri, [58] thalamo quæ fixa reliquit
[59] Impius, [60] exuviasque omnis, lectumque [61] jugalem,
Quo perii, superimponas. [62] Abolere [63] nefandi
Cuncta viri [64] monumenta jubet [65] monstratque [66] sacerdos.
Hæc effata silet. [67] Pallor simul occupat [68] ora.
Non [69] tamen Anna novis [70] prætexere funera [71] sacris
Germanam credit, nec [72] tantos [73] mente furores

40 Sacerdos: Poëta nihil ipse asserit: verùm ex personâ Magæ artem suam prædicantis. Operatur autem magia, vel per motum localem; vel per causas naturales applicando activa passivis: vel sensibus illudendo: amores an valeat solvere, aut impedire, an cursum naturæ mutare, procellas excitare, animas mortuorum evocare, vide Apulejum, Agrippam, &c. 41 Magicis scil. id est, incantationibus. 42 Amore posse liberare. 43 Mentibus. 44 Vehementem amorem. 45 Facere stare. 46 In fluviis. 47 Retrorsùm. 48 Et excitat umbras defunctorum, tempore nocturno. 49 Quasi sonitum taurinum edere, remota Metaphora à tauris ad brutam tellurem. 50 Coactam improbitate Æneæ. 51 Accingi, id est, parari. Paragoge. 52 Ad artes magicas. 53 Nemini revelatura. 54 Struem lignorum, ut fiat rogus. 55 Intra regiam nostram. 56 Sub dio, cœlo aperto: *penetrali in sede*, infrà: vel, in altum; quasi sacrificium esset factura. 57 Ensem Æneæ, cujus jam nomen quasi ingratum horret. 58 Nostro. 59 Æneam intelligit, qui epitheto *Pius* vocabatur. 60 Vestes, quas exuit, aut quas ab eo habemus. 61 Matrimonialem, in quo pudorem amisi, id est, imponas super pyram, quicquid reliquerit, aut tetigerit speciali usu. 62 Igne penitus delere. 63 Perfidi. 64 Quæ memoriam faciant, & admoneant viri. 65 Ex arte suâ. 66 Massyla. 67 Metus præcipuè atque iræ argumentum, & conscientiæ criminis alicui obnoxiæ. 68 Vultum, faciem. Pars pro toto. 69 Quamvis signa impatientis amoris daret. 70 Prætextu sacrorum dissimulare: vel per Hypallagen prætexere, id est, prætendere sacrum hoc funeri, quod intendebat, id est, non credebat Didonem velle se interimere. 71 Sacrificiis magicis. 72 Quanti in Didone erant. 73 Intelligere potest.

Con-

[73] Concipit, [74] aut [75] graviora timet, [76] quam morte [77] Sichæi,
Ergo [78] jussa parat.
At regina, [79] pyrâ [80] penetrali in sede [81] sub auras
[79] Erectâ ingenti, [82] tædis, atque [83] ilice sectâ, 505
[84] Intenditque locum sertis, & [85] fronde coronat
[86] Funereâ: [87] super [88] exuvias, enseque relictum,
[89] Effigiemque [90] toro locat, [91] haùd ignara futuri.
Stant [92] aræ circùm, & crinis effusa sacerdos
[93] Tercentum tonat ore Deos, [94] Erebumque [95] Chaosque,
[96] Tergeminamque [97] Hecatem, [98] tria virginis ora Dianæ. 511
[99] Sparserat & * latices simulatos fontis Averni:

74 Scil. *non.* 75 Scilicet, *mala.* 76 Quam quæ contigerant morte Sichæi. 77 Prioris conjugis. Q. d. Vidit sororem multùm dolere mortem Sichæi: credebat nunc, propter discessum Æneæ similem pati dolorem, nec Æneam amatorem plus amare, quam Sichæum conjugem: sed in morte viri se non occidit. 78 Parat peragere, quæ Dido jusserat, id est, pyram exstruit, & exuvias Æneæ adfert. 79 Rogo, id est, strue lignorum in formam ignis, ut incendatur, exstructa. 80 In penitiori ædium loco, quem paullò ante *interius tectum* vocavit. 81 Sub dio. 82 Ex tædis. 83 Robore fisso. Nam fissa ligna facillimè: tereria & integra difficulter ignem concipiunt. 84 Intendit serta per locum illum. Hypallage. 85 Cupresso, quæ funerea est arbor, aut verbenis, quæ in sacris nocturnis solent adhiberi tamquam funereæ. 86 Ad funus apta. 87 Insuper 88 Vestes Æneæ, quas exuerat. 89 Effigiem Æneæ ceream incendio devotam. Vide Ecl. 8. & Hor. Sat. 8. l. 1. 90 Lecto conjugali. 91 Certa mori, ac reservato tamen sibi consilio moriendi, ut ut specie hac sacrorum velato. 92 Ut funebri luctu fieri consuevit. 93 Trecenta, id est, infinita Deorum nomina horrificè vocat, citat: quod in his Cocytiis sacris fieri solet. Al. *Ter centum* ad verbum, *tonat*, referunt. 94 Infernos tenebrarum incolas. 95 Spiritus aërios. Cimos quidem vasta illa vorago, & moles indigesta primæ materiæ; sed tamen, Aristophani in avibus, est aër. 96 Tres potestates habentem. Nam Luna est in cœlo: Diana in silvis, ubi venatrix est: Proserpina, in inferno. Vide Cæl. Rhod. lib. 20. 97 Proserpinam, à *centum* potestatibus dictam: vel, quòd centum victimis placaretur ex instituto Menelai: vel, quòd inhumatos centum annos errare faciat. 98 Tres effigies aut personas: quòd scilic. triplex sit Lunæ vicissitudo; cùm surgit in cornua, & falcata dicitur; cùmque dividua est, & cùm plena est. 99 Sacerdos. * Aquas lacus ad introitum inferni pro veris habitas. Nam vera aqua Averni lacus (qui Plutoni sacer est, ac per quem ad inferos descensus esse credebatur) haberi non poterat: quare ficta supponenda erat, cujus aspersione uteretur.

Fal-

[1] Falcibus & [2] messæ ad Lunam [3] quæruntur aënis
[4] Pubentes herbæ, nigri cum [5] lacte veneni:
Quæritur & [6] nascentis equi de fronte [7] revolsus,
Et [8] matri [9] præreptus [10] amor.
[11] Ipsa [12] molâ, [13] manibusque piis, altaria juxta,
[14] Unum [15] exuta pedem vinclis, in veste [16] recinctâ,
[17] Testatur moritura deos, & conscia [18] fati
Sidera: tùm, [19] si quod [20] non æquo fœdere amantis
Curæ numen habet, [21] justumque memorque precatur.
[22] Nox erat; & [23] placidum carpebant [24] fessa soporem
[25] Corpora per terras, [26] silvæque & sæva quierant
Æquora: cùm [27] medio volvuntur sidera lapsu,
[28] Cùm tacet omnis ager: pecudes, [29] pictæque volucres,
[30] Quæque lacus latè [31] liquidos, [32] quæque aspera dumis.

1 Ex horum sacrorum ritu omnia. Herbæ ad Lunæ observationem, cujus spumantis saliva efficatiores creditæ, falcibus aheis, utpote purioribus, quam ferreis, præcidebantur: eæque pubescentes, & succo venenoso tumentes. 2 Desectæ secundum opportunitatem Lunæ. 3 Ab iis, quibus id muneris ad magicum sacrificium injunctum erat. 4 Pubescentes, teneræ, succi adhuc plenæ. 5 Succo nigro, qui exprimitur ex illis herbis. 6 Recens nati. 7 Sc. *statim*, priusquam lambente matre absumeretur. 8 Equæ. 9 Priusquam absumere posset. 10 Hippomanes, caruncula in fronte recens nati pulli: quam si quis præripuerit equi matri, illa non admittit fœtum ad ubera. Hanc in philtris efficacem esse ferunt. Vide Corn. Agr. lib. 2. de occultâ Phil. cap. 41. igni vero mandata abolere amorem creditur. 11 Dido. A personâ veneficæ transit ad Didonem, & ejus superstitionem, ac ceremonias sacrificaturæ. 12 Farre sive hordeo sale admisto. 13 Quibus molam offerebat. 14 In Stygiis his Nudipedalibus sinistrum pedem nudabant. 15 Nudata & soluta. 16 Dissoluta, ac non ligata. In sacris enim nihil esse ligatum decet, præcipue quæ amori fovendo fiunt. 17 Certa mori Deos testes perjurii ac perfidiæ invocat, vindices olim sceleris & acceptæ injuriæ. 18 Mortis suæ violentæ. 19 Si aliquod numen, id est, aliquis Deus curat, &c. 20 Non pari amore sibi mutuo respondentes. 21 Ut illud fit justum & memor, id est, precor illud quidem, ut perjurii memor esse velit, ac juste id ipsum ulcisci. 22 Perelegans Chronographia, quæ reginæ ægritudinem amplificat. 23 Quiescebant. 24 Labore diurno. 25 Animalium. 26 Omnia, quæ in silvis & in mari degunt, quieverant. Metonymia. 27 Medium est noctis. 28 Cùm omnia animalia, quæ in agris, aut stabulis sunt, quiescunt. 29 Variis coloribus ornatæ. 30 Et quæcumque volucres, id est, pisces. 31 Aquosas. 32 Feræ.

Ru-

Rura [33] tenent, [34] somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & [35] corda [36] oblita laborum.
At non infelix [37] animi [38] Phœnissa, nec umquam
[39] Solvitur in somnos, oculisve aut pectore [40] noctem
Accipit. [41] Ingeminant curæ, rursùsque [42] resurgens
Sævit amor, magnoque irarum [43] fluctuat æstu.
Sic [44] adeò insistit, secumque ita corde [45] volutat:
[46] En, quid agam? [47] rursùsne procos irrisa priores
Experiar? [48] Nomadumque petam [49] connubia supplex,
Quos ego sum toties jam dedignata [50] maritos?
Iliacas igitur classis, atque [51] ultima Teucrûm
[52] Jussa sequar? [53] quiane [54] auxilio [54] juvat antè levatos,
Et benè apud memores veteris stat gratia facti?
[55] Quis me autem ([56] fac velle) sinet; [57] ratibusve superbis
Invisam accipiet? nescis heu, perdita; necdùm
[58] Laomedonteæ sentis perjuria gentis?

33 Occupant, & habitant. 34 Hujusmodi pecudes recubantes nocte quietâ mitigabant curas per somnum. 35 Earum. 36 Erant. 37 Animo, id est, quæ animum suum infelicem fecerat. 38 Dido, quæ erat de Phœnicia. 39 Dormit. 40 Requiem nocturnam. 41 scil. *vel*, ingeminantur, id est, multiplicantur. Enallage generis. 42 Crescens rerum præteritarum memoria. 43 Agitatur: In eum, qui secum stomachatur. 44 Tandem instituit sermonem. 45 Agitat. 46 Pathos, ab addubitatione, quam Græci ἀπορίαν vocant: de quâ Macrob. Sat. lib. 4. c. 6. Constat autem hæc tota oratio ex deliberationibus & dialogismis. 47 Rejectam & relicta ab Æneâ, referam me vicissim ad Hiarbam, Ductoresque alios, quos procos priùs aspernata sum? 48 Afrorum. 49 A rei indignitate. 50 Scil. *mihi acceptare?* 51 Abitum à Jove imperatum. An? responsa & imperia ultima, id est, ero igitur ancilla, & contemptui omnibus Trojanis, coacta etiam ultimis eorum mandatis parêre? 52 An quod ita gratos eos & auxilii memores experta sum? *Ironice.* 53 Quia juverim Teucros auxilio. 54 Delectat. 55 Quis permittet me sequi Trojanos. 56 Pone ut velim. 57 Navibus suis. Synecdoche. Sunt enim *rates* propriè trabes inter se connexæ, quibus olim navigabatur. 58 Trojanæ: invidiosè à Laomedonte, quem superbiâ, perfidiâ, & perjurio referunt: is autem Neptunum, & Apollinem pactâ de condendis Trojæ mœnibus mercede fraudavit; & Herculi, filiæ suæ liberatori, fidem non servavit. Q. d. Si Deos fefellerunt Trojani, & te fallent.

Quid

Quid tùm? [59] sola fugâ [60] nautas comitabor [61] ovantis?
An Tyriis, [62] omnique manu stipata meorum
[63] Inferar? & quos [64] Sidonia [65] vix urbe revelli,
Rursùs [66] agam pelago, & ventis dare vela jubebo?
[67] Quin morere, ut merita es: [68] ferroque [69] averte dolorem.
[70] Tu [71] lacrimis evicta meis, tu prima [72] furentem
His, [73] germana, malis oneras, atque objicis [74] hosti.
[75] Non licuit [76] thalami expertem sine [77] crimine vitam
Degere more feræ, [78] talis nec tangere [79] curas?
[80] Non servata fides, cineri promissa [81] Sichæo.
[82] Tantos illa suo [83] rumpebat pectore [84] questus.
Æneas celsâ in puppi, [85] jam certus eundi,
[86] Carpebat somnos, [87] rebus jam [88] ritè paratis.
[89] Huic se [90] forma dei vultu redeuntis [91] eodem
Obtulit in somnis, rursùsque ita visa monere est;
[92] Omnia [93] Mercurio similis, vocemque, coloremque,
Et crinis flavos, & membra [94] decora juventæ

59 Emphatica omnia. 60 Trojanos intelligit, quos per contemptum ita vocat. 61 Lætos: quasi de me reportata victoria triumphante. *Ovatio* autem propriè est minor triumphus qui de hoste non admodum gravi agitur, uno equo, vel interdum etiam pedibus urbem ingrediente triumphante. Al. *euntes*. 62 Et omni satellitio & copiis meorum densè circumdata. 63 Al. *inferar*, scil. *in naves?* 64 A Phœniciâ. 65 Cum difficultate, quia timore, aut odio Pygmalionis. 66 Scilic. *eos*. 67 Potius moriaris. Concludit deliberationem. 68 Morte ferro illata. 69 Ab animo. 70 Transfert omnem totius ei culpam in sororem, quæ & impulsrix fuerit ad furtivas nuptias. 71 Nam dictum est in principio hujus l. 4. *Sic effata, sinum lacrymis implevit obortis.* 72 Me insano incensam amore. 73 O soror Anna. 74 Crudeli viro Æneæ, & qui me indibrio habuit, toro fideque violatis: vel *hosti*, id est, hospiti peregrino, ut suprà, & mox *advena*. 75 Nonne licuit me vivere more ferarum quæ conjugium non curant? 76 Conjugii. 77 Læsione pudoris. 78 Quales nunc per illicitos amores sustineo, more belluarum ferarum, quæ propter feritatem conjugium vitant. 79 Amores. 80 Scil. *est*. 81 Conjugis; quia cum sepeliretur, juravit Dido, se numquam alteri nupturam. 82 Epiphonema. 83 Exprimebat. 84 Querelas. 85 Qui decreverat omninò abire. 86 Dormiebat. Suprà: *Nox erat, & placidum* carpebant *fessa* soporem *Corpora*. 87 Ad navigationem necessariis. 88 Decenter. 89 Æneæ. 90 Imago Mercurii, id est, Deus Mercurius in forma assumpta rediens. 91 Quo prius se abstulerat, & apparuerat Carthagine. 92 Per, secundum omnia, id est, omnibus corporis partibus. 93 Priùs viso. 94 Convenientis juventuti.

Na-

Nate Deâ, potes hoc sub [95] casu [96] ducere somnos?
Nec, quæ [97] te circum stent deindè pericula, cernis?
Demens! nec [98] zephyros audis spirare [99] secundos?
* Illa dolos, dirumque [1] nefas in pectore versat,
Certa mori, varioque irarum fluctuat [2] æstu.
Non fugis [3] hinc [4] præceps, dùm [5] præcipitare potestas?
Jam mare turbari [6] trabibus, sævasque videbis
Collucere [7] faces, jam [8] fervere litora [9] flammis;
[10] Si te his attigerit terris Aurora morantem.
Eja age, rumpe [11] moras. [12] Varium, & mutabile semper
Femina. Sic [13] fatus nocti se immiscuit [14] atræ.
[15] Tùm verò Æneas, [16] subitis exterritus umbris,
[17] Corripit è somno corpus, sociosque [18] fatigat:
[19] Præcipites vigilate, viri, & confidite [20] transtris:
[21] Solvite vela [22] citi. [23] Deus æthere missus ab alto,
[24] Festinare fugam, [25] tortosque incidere [26] funis
Ecce iterùm [27] stimulat. Sequimur te, [28] sancte deorum,
[29] Quisquis es, [30] imperioque [31] iterùm paremus [32] ovantes.

95 Periculo, in quo versaris. 96 Dormire? 97 Obsideant. Objurgatio à necessario. 98 Ventos Synecd. 99 Prosperos. * Dido. 1 Scelus quia vult se interficere: quo comperto Tyrii in te irruent. 2 Fervore & incendio. 3 A litore Carthaginis. 4 Celer, festinus. 5 Præcipitanter abeundi. 6 Navibus. Metonym. Silius l. 13. Mercurium fingit à Jove mitti ad Annibalem apud Carthaginem, novam in somnis, *Turpe duci totam somno consumere noctem, O vector Lybiæ; vigili stant bella magistro. Jam maria effusas cernes turbare carinas, Et Latium toto pubem volitare profundo, Dùm lentus cæpit terrâ cunctaris Iberâ.* 7 Ad naves tuas comburendas, aut insequendum te. 8 Fervida fieri. Metaphora. Sic lib. 8. Fervere *Leucaten, auroque* effulgere *fluctus.* 9 Facularum. 10 Si ad crastinam usque auroram hic manseris. 11 Causas morandi. 12 Res varia & inconstans. 13 Mercurius. 14 Caliginosæ. 15 Monitu præsentis periculi. 16 Subitò apparentibus. 17 Violenter rapit. 18 Urget, excitat, surgere facit. 19 Præcipitantèr surgentes evigilate. 20 Super transitus navium, ubi sedent remiges. 21 Dissolvite, & pandite. 22 Festini, celeres. 23 Mercurius. 24 Festinantèr agere profectionem nostram. 25 Implicitos. Elegans epitheton. 26 Rudentes. 27 Impellit, hortatur nos. Metaphora. 28 Quidam distinguunt post *sancte*, ut sit sententia: O sancte, quicumque Deorum es. Alii malunt Positivum pro Superlativo positum esse. 29 Formula ex religione veterum, ne Deum alium pro alio nominarent, Agel. l. 2. c. 28. 30 Mandatis tuis. 31 Ut ante paruerant paratis omnibus ad fugam: sic nunc celeri fuga secundò paret. 32 Læti. Metaph. ab iis, quibus minor triumphus, quæ *Ovatio* dicitur, concessus erat.

Ad-

[33] Adsis ò, placidusque juves, & [34] sidera cœlo
Dextra [35] feras. Dixit: vaginâque [36] eripit ensem
[37] Fulmineum, [38] strictoque ferit retinacula ferro.
[39] Idem [40] omnis simùl ardor [41] habet; [42] rapiuntque, [43] ruuntque:
[44] Litora deseruêre: latet sub [45] classibus æquor
[46] Adnixi torquent spumas, & cærula verrunt.
Et jam [47] prima [48] novo spargebat lumine terras
[49] Tithoni [50] croceum linquens Aurora cubile:
Regina [51] è speculis, ut primùm [52] albescere lucem
Vidit, & [53] æquatis classem [54] procedere velis,
Litoraque, & vacuos sensit sine remige portus;
[55] Terque quaterque manu pectus [56] percussa [57] decorum,
Flaventisque [58] abscissa comas, [59] Pro Juppiter! ibit
Hìc, ait: & nostris [60] illuserit advena regnis?
Non arma [61] expedient, totâque ex urbe [62] sequentur,
Diripientque [63] rates [64] alii [65] navalibus? [66] Ite,
[67] Ferte citi flammas, date [68] vela, impellite remos.

33 Auxilio sis, faveas: Dii enim, quibus adsunt, favere dicuntur. 34 Ventos & navigationem prosperam ex siderum ortu, vel occasu. 35 Adferas profectioni. 36 Violentèr extrahit. 37 Instar fulminis splendentem, radiantem, ferientem. 38 Et incidit, rescindit nauticos funes, quibus naves retinebantur ad litora ligatæ, gladio evaginato, & nudato. 39 Uniformis. 40 Trojanos. 41 Invadit. 42 Quæ erant adhuc in litore. 43 Et præcipites currunt. 44 Trepidationi, & Brachyologiæ concinunt dactyli accumulati. 45 Simul discedentibus. 46 Et annitentes torquendo aquas excitant spumas, & maria cærulei coloris gubernaculis navium verrunt. 47 Recens orta. 48 Illius diei. 49 Mariti sui, regis in Oriente. Suprà: *Oceanum interèa surgens Aurora reliquit*: allusum ad fabulosum Tithoni & Auroræ conjugium. 50 Crocei coloris. 51 Ex altis fenestris undè speculari licebat. 52 Albam fieri. Hypallage: non enim albescit lux, sed luce albescunt omnia. 53 Æqualitèr pleno vento distentis, sine motu aliquo. 54 Provehi. 55 Frequentèr. 56 Ubi percusserat. 57 Pulcrum. 58 Doloris impatientia comas vellens. 59 Oratio affectuum varietate vehemens, nunc concitata, mox sedata: furore, imprecationibus, vaticiniis ex interrupto mista. 60 Ei concessum fuerit illudere cùm sit advena. 61 Expeditè capient Tyrii, sive Carthaginenses, ut injuriam, reginæ suæ illatam, ulciscantur? 62 Eos. 63 Naves Trojanorum. 64 Aliqui ex iis. 65 E stationibus navium, ubi naves parantur & fiunt. 66 O Trojani. 67 Et vos inferte in naves Trojanorum. 68 Al. *tela*.

Quid

[69] Quid loquor? [70] aut ubi sum? quæ [71] mentem insania mutat?
Infelix Dido! nunc te fata [72] impia tangunt?
[73] Tum decuit, cum [74] sceptra dabas. [75] En [76] dextra fidesque!
Quem secum [77] patrios ajunt portare [78] Penates:
[79] Quem subiisse humeris [80] confectum ætate parentem!
[81] Non potui [82] abreptum [83] divellere [84] corpus, & [85] undis
[86] Spargere? non socios, non ipsum [87] absumere ferro Ascanium, [89] patriisque epulandum apponere mensis?
[90] Verum [91] anceps pugnæ fuerat fortuna. [92] Fuisset.
[93] Quem metui moritura? [94] Facies in [95] castra [96] tulissem,
[97] Implêssemque [98] foros flammis, [99] natumque, patremque
Cum genere exstinxêm, memet * super ipsâ dedissem.
[1] Sol, qui [2] terrarum [3] flammis opera omnia [4] lustras,
Tuque [5] harum interpres curarum, & [6] conscia Juno,

69 Absentibus scil. 70 Q. d. sola sum. 71 Tuam. 72 Mala: vel, illius impii Æneæ. Al. *facta impia.* 73 Talia loqui, aut naves incendisse. 74 Partem regni. Dixerat enim: *Vultis & his mecum pariter considere regnis?* 75 Amara Ironia. 76 Virtus & fidelitas viri illius, quam dicunt, &c. 77 A patriâ Troja avectos. 78 Deos domesticos. Hinc appellatur *pius Æneas*, quòd tulerit humeris patrem, & Penates: improbat hoc. 79 Quem ajunt subeundo portasse. 80 Consumptum ferè senio patrem Anchisen. 81 Allusum ad fabulas Penthei, Absyrti, Ityos, Orphei, Baccharum, Atrei, & Thygestæ: de quibus consulendi Mythologi. 82 Ab aliis. 83 In diversas partes vellere. 84 Æneæ. 85 Per undas: vel, in undis. 86 Ipsum Æneam. 87 Interficere. 88 Qui caput omnis mali est. 89 Quod Progne fecisse dicitur, offerens Tereo Ityo filium. 90 Prolepsis, sive præoccupatio ejus, quod alioqui objici poterat. 91 Aleâ pugnæ fuisset dubia, quia fortè Trojani nos vicissent. 92 Concessio, ex desperatione, animoque vindicabundo. 93 Quem oportebat me metuere, quæ decreveram mori? 94 Tædas, incendium. Metonymia. 95 Navalia, classem eorum: ut, *Nos* castra *movimus*: vel simpliciter *castra.* 96 Inferre potuissem. 97 Et implevissem. Syncope. 98 Navium tabulata, per quæ discurritur. 99 Ascanium, & Æneam cum totâ progenie exstinxissem. * Exstinctos. 1 Imprecatio, quia Æneam, posteritatemque ejus exsecratur. 2 Quæ fiunt in terris. 3 Radiis tuis, qui flammæ instar circumgyrando cuncta penetrant. 4 Purgas, & circumis. 5 Mediatrix, & conciliatrix hujusmodi matrimonialium, aut mearum sollicitudinum: quia nuptura sacrificaverat *Junoni ante omnes, cui vincla jugalia curæ.* 6 Conciliatrix, & *pronuba Juno, & conscius æther Connubii*; supr. h. libr.

No-

[7] Nocturnusque Hecate triviis ululata per urbis,
Et [8] Diræ [9] ultrices, & DI [10] morientis Elissæ, 610
[11] Accipite hæc, [12] meritumque malis advertite numen,
Et nostras audite [13] preces. Si tangere [14] portus
[15] Infandum caput, ac terris adnare necesse est,
Et sic fata Jovis [16] poscunt; [17] hic terminus hæret:
[18] At bello [19] audacis populi vexatus & armis, 615
[20] Finibus extorris, [21] complexu avolsus Iüli,
Auxilium imploret, videatque [22] indigna suorum
[23] Funera: nec, cùm se sub leges pacis [24] iniquæ
Tradiderit, regno aut [24] optatâ luce fruatur: 619
Sed cadat ante [25] diem, [26] mediaque [27] inhumatus arenâ.

7 Et ô Proserpina cum ululatu à matre Cerere quæsita in triviis per urbes variàs nocturnis temporibus. 8 Furiæ. 9 Scelerum. 10 In quorum potestate ego Elisa Dido ventura sum per mortem. 11 Intelligite, & attendite ad has preces, & imprecationes meas. 12 Advertite numen vestrum ultrum perfidos hosce, prout merentur. Al. *avertite*, id est, avertite numen inimicum meritum à malis, quod mali merentur habere infestum, in Trojanos. 13 Imprecationes. 14 Italiæ. 15 Detestabile, & indignum quod nominetur, sc. Æneam. 16 Id fieri. 17 Et hæc extrema definitio fatorum confirmata immutabilis est, & immota manere debet, ut termini agrorum immoti manent. 18 Saltem. 19 Rutulorum, & Latinorum. 20 Et exsul, & exclusus limitibus regni sibi concessi. Evenit hoc statim post Trojanorum in Italiam appulsum: namque cum prædas ex agris agerent Latinis, Aborigines-que, ad arcendum advenarum vim, concurrebant. Deinde & affinitate cum Latino conjunctus, à Turno bello petitus fuit, ob desponsatam sibi, sed Æneæ traditam Laviniam. 21 Quod evenit, ubi, relictis cum Iülo castris, Evandrum Æneas adiit auxilium petiturus, inde Tarchontha. 8. Æn. 22 Miserandam mortem: vidit autem Pallantis, Evandri filii, indignam mortem, aliorumque. Legimus enim Aborigines, Latinosque, ob Æneam à Turno bello petitos, tantis animis utrimque commissos, ut neutra acies ex bello læta abiret, etsi Trojani, Latinique, amisso rege Latino, victores extiterint. 23 Quæ votis ejus iniqua sit; cum non victor, sed victus per eam videatur: quia linguam, & nomen amittet. 24 Non fruatur regno, nec vita. Quod sic evenit: Æneas enim pugnans cum Mezentio, Hetruscorum rege, superveniente nocte, nusquam apparuit. Alii putant in Deos relatum: alii submersum in Numico fluvio, Æneas post hoc prælium non amplius visus est. 25 Vitæ terminum. 26 Nam in Numico fluvio submersus dicitur: sublatusque deinde, atque vi in vada projectus, medio corpore nudus jacuisse, reliquo aquis tecto: sic, ut effectum sortita credatur Didonis hæc imprecatio dira. 27 Insepultus, humo non tectus.

Hæc

[28] Hæc precor: [29] hanc vocem extremam [30] cùm sanguine fundo.
Tùm vos, ô [31] Tyrii, [32] stirpem & genus omne futurum
[33] Exercete odiis: [34] cinerique hæc mittite nostro
[35] Munera. Nullus amor [36] populis, nec fœdera [37] sunto.
[38] Exoriare [39] aliquis nostris ex ossibus ultor,
Qui face [40] Dardanios [41] ferroque sequare [42] colonos,
[43] Nùnc, olim, quocumque dabunt se tempore [44] vires.
[45] Litora [46] litoribus [47] contraria, fluctibus [48] undas
[49] Imprecor, arma armis: [50] pugnent [51] ipsique nepotesque.
Hæc [52] ait, & partis animum [53] versabat in omnis;
[54] Invisam quærens quamprimum abrumpere lucem.
Tùm brevitèr [55] Barcen nutricem [56] adfata [57] Sichæi:
Namque [58] suam [59] patriâ antiquâ cinis ater habebat:
Annam, cara mihi nutrix, hùc [60] siste sororem:
Dic [61] corpus properet fluviali [62] spargere [63] lymphâ,
Et pecudes secum, [64] monstrata piacula ducat:

28 Ut hæc dicta eveniant. 29 Clausula imprecationis, quam suo se sanguine confirmaturam ait. 30 Obsignatam meo sanguine. 31 Carthaginenses, Tyro profecti. 32 Æneæ posteritatem, scil. Romanos, continuis vexate bellis. 33 Fatigate. 34 Mihi mortuæ. 35 Inferias, parentalia, obsequia. 36 Trojanis, & Carthaginensibus: numquam enim inter pax fuit. 37 In futurum. Et certè fuit huic genti posteà hoc quasi peculiare, nulla servare fœdera aut pacta. Quod satis probant adagia, *Punica fides*, *Punica relligio*. 38 Nascaris. 39 Annibalem innuit, cujus bello etiam infra Italiæ viscera res Romanorum gravitèr fuit attrita. 40 A Dardania in Italiam appulsos. 41 Crudelissimo bello, quo omnia igni & sanguine contaminantur, persequaris. 42 Non indigenas. 43 Ab hac horâ. Præsens futurumque tempus conjunxit. 44 Facultates bellandi. 45 Carthaginiensia. 46 Italicis, sive Romanis. 47 Inimica. 48 *Sc. contrarias.* 49 Per imprecationem opto. 50 Inter se. 51 Ipsi quoque posteri. 52 Dido. 53 Frequentèr vertebat, ut meditabundi, quærendi alicujus consilii causa, facere solent. Suprà: *Atque animum nunc hùc celerem, nunc dividit illùc, In partesque rapit varias, perque omnia versat.* 54 Odio habitam. 55 Anum. 56 Scilic. *est.* 57 Mariti. 58 Ipsius Didonis nutricem. 59 In patria Sidonia chara, aut priore cinis funestus, aut adustus occupabat, id est, Didonis nutrix Sidone mortua, & sepulta erat. 60 Adduc, & constitue. 61 Suum. 62 Irrigare. Diis inferis sacrificantes aspergebantur aquâ; superis abluebantur. 63 Aquâ. 64 Sacrificia expiatoria quibus placentur manes, indicata per sacerdotem Massylæ gentis, abducat.

[65] Sic veniat. Tuque ipsa [66] piâ tege [67] tempora vittâ.
[68] Sacra [69] Jovi Stygio, quæ ritè incepta paravi,
Perficere [70] est animus, [71] finemque imponere curis;
Dardanii que [72] rogum capitis permittere flammæ.
Sic [73] ait. [74] Illa gradum [75] studio celerabat [75] anilem.
At [76] trepida, & cœptis immanibus effera Dido,
[77] Sanguineam volvens aciem, [78] maculisque trementis
Interfusa genas, & pallida morte futurâ,
[79] Interiora domus [80] irrumpit limina, & altos
Conscendit furibunda [81] rogos, [82] ensemque recludit
Dardanium, [83] non hos quæsitum munus in usus.
[84] Hic, postquàm Iliacas vestis [85] notumque cubile
Conspexit, paullùm lacrimis & [86] mente morata,
[87] Incubuitque toro, dixitque [88] novissima verba:
[89] Dulces exuviæ, dùm fata deusque [90] sinebant,
Accipite [91] hanc animam, meque his [92] exsolvite curis.
[93] Vixi, & [94] quem dederat cursum fortuna, peregi:

65 Levi aquæ fluvialis aspersione cùm se, tùm me purgatura, & expiatoriis sacrificiis instructa. 66 Religiosâ. 67 Capitis tui. 68 Sacrificia, quæ magna indicarat expiando, & solvendo amori accommoda. 69 Plutoni. 70 Proposui, constitui. 71 Et hoc sacrificio auferre amorum curas: quod non intellexit anus, credebat enim Didonem remedium intelligere, cùm mortem intelligeret. 72 Pyram, ac struem lignorum, in quâ Æneæ imago, ensis & exuviæ sunt, incendere. 73 Dido. 74 Barcè, nutrix Sichæi, celeritèr abibat. 75 Testudineo conatu, qui annui congruebat. Congruet hoc incunctantius aliquid agentem. Tot mandata, tot moræ huc spectant, ut Didoni spatium sit peragendi quod destinarat. 76 Festina ad mortem, metuens ne sororis interventu consilium præpediatur. 77 Sanguineos oculos. 78 Diversis coloribus commotas. 79 Suprà: *pyram tecto interiore* erexerat, & *penetrali in sede*. 80 Violentèr intrat. Ardens moriendi studium vehementiamque notat. 81 Ubi erant arma, exuviæ, & effigies Æneæ. 82 E vaginâ eripit gladium ab Æneâ sibi relictum. 83 Non relictum & comparatum ab Æneâ, quo sibi mortem consciscerat Dido. Alludit autem ad Ajacis ensem quem ab Hectore dono acceperat, quo posteà se interfecit. 84 Super rogo. 85 Lectum matrimonialem, super quem ab Æneâ cognita fuerat. 86 Ratione impedita. 87 Simul incubuit. 88 Ultima. 89 O vestes, quas vir dulcis exuerat. Pathos, ex sermone ad inanimata converso. 90 Permittebant vos esse dulces. 91 Hunc sanguinem, quem in vos effundam. 92 Liberate his sollicitudinibus, cruciatibus ac doloribus. 93 Scil. *hactenùs*. 94 Non quem indulget Natura annorum 120. non quem Fatum, annorum 90. spatium; sed quem fortuitus casus: quia diutiùs potuissem vivere. Infrà: *Sed misera ante diem, subitoque accensa furore.*

Et

Et nùnc [95] magna mei sub terras ibit [96] imago.
[97] Urbem præclaram statui: mea mœnia vidi:
Ulta [98] virum, [99] pœnas inimico à fratre * recepi:
[1] Felix, heu nimium felix, si litora [2] tantùm
Numquam Dardaniæ [3] tetigissent nostra [4] carinæ!
Dixit: &, os impressa toro, [5] Moriemur inultæ?
[6] Sed moriamur, ait. [7] Sic, sic juvat ire sub umbras.
[8] Haurias hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus, & nostræ secum ferat [9] omina mortis.
Dixerat. Atque illam media inter [10] talia [11] ferro
Collapsam aspiciunt [12] comites, ensemque cruore
Spumantem, [13] sparsasque manus. [14] It clamor ad alta
Atria: concussam [15] bacchatur fama per urbem.
Lamentis, gemituque, & [16] femineo ululatu
Tecta [17] fremunt: resonat magnis plangoribus [18] æther:

95 An quia corporis angustiis exuta, latiùs se jam extendit aërea? an ex terrore eorum, quibus objectæ umbræ augustæ & usitatis majores videbantur? De Creüsa 2. lib. *& notá major imago.* 96 Animæ idolum, vel umbra ibit ad inferos, *esse Acherusia templa, quò neque permanent animæ, neque corpora nostra, Sed quænam simulacra modis pollentia miris.* Lucret. lib. 1. Ex Eunio 1. Annal. Verum de tribus animæ vehiculis, æthereo, scil. corpusculo, id est, Spiritu animæ umbrâ, & animæ idolo, lege quæ Cæl. lib. 17. cap. 16. 97 Præclara sua opera commemorat, quibus se consoletur. Ipsa in epist. apud Ovid. *Urbem constitui, latèque patentia fixi Mœnia, finitimis invidiosa locis.* 98 Sichæum à Pygmalione fratre trucidatum. 99 Cives subducti, atque *asportabantur avari Pygmalionis opes*, quarum causa Sichæum interfecerat. 1. Æneid. Nulla enim avari pœna gravior, quàm amittere pecuniam, cujus causa scelus commiserat. * Cepi, sumpsi. 1 Scil. *fuissem.* 2 Tantummodò. Catul. *Juppiter omnipotens utinam nec tempore primo Gnosia Cecropiæ tetigissent litora puppes.* 4 Naves. Synecdoche. 5 Vide Macrob. lib. 4. Sat. cap. 2. 6 Licet inultæ. 7 Etiamsi inulta moriar. Hæc accipienda, ut pectori ense admoto, ea dixisse videatur. 8 Videat hunc rogum, in quo comburat, Æneas sævus ab alto mari. Sic lib. 12. *Ille oculis postquam sævi monumenta doloris Exuviasque* hausit. 9 Infelicitatem, quam meruit, compellendo nos ad mortem. 10 Scil. *verba.* 11 In ferrum, id est, gladium. 12 Satellites, aut ministræ 13 Cruore: vel, *sparsas*, id est, morientium more rejectas, morte solutas. 14 Ejulatus, & planctus extenditur. 15 More bacchantium discurrit. 16 Feminis proprio. 17 Metaphora Hyperbolica, ab animali ad non animal. 18 Aër.

[19] Non alitèr, quàm si immissis [20] ruat hostibus [21] omnis
Carthago, aut antiqua Tyros; flammæque furentes
[22] Culmina perque hominum volvantur perque deorum.
[23] Audiit [24] exanimis, [25] trepidoque exterrita [26] cursu,
Unguibus ora [27] soror [28] fœdans, & pectora pugnis,
[29] Per medios ruit, ac [30] morientem [31] nomine clamat:
[32] Hoc illud, germana, fuit? [33] me fraude petebas?
[34] Hoc [35] rogus iste mihi, hoc ignes aræque parabant?
[36] Quid primùm deserta querar? [37] comitemne sororem
Sprevisti [38] moriens? [39] Eadem me ad fata vocâsses:
Idem [40] ambas [41] ferro dolor, atque eadem hora [42] tulisset.
[43] His etiam [44] struxi manibus, [45] patriosque [46] vocavi
Voce deos, sic te ut [47] posita [48] crudelis abessem?
[49] Exstinxsti te [50] meque, soror, populumque, [51] patresque
Sidonios, [52] urbemque tuam. [53] Date [54] volnera lymphis
[55] Abluam, &, extremus si quis super [56] halitus [57] errat,

19 Non minor fuit luctus, animorumque perturbatio ex unius Didonis morte, quàm si aut Carthago, aut Tyrus hostium manibus capta excisaque fuisset. 20 Evertatur. 21 Tota. 22 Per tecta domorum, & templorum. 23 Clamorem. 24 Exanimata metu. 25 Præ timore festino. 26 Concursu populi. 27 Anna. 28 Dilacerans. 29 Per concurrentes populos. 30 Ad morientem clamorem dirigit. 31 Ut nomine citata rediret, si quid mentis aut vitalis spiritus interclusum superesset. 32 Quòd significastite velle facere sacrificium? Ter. *At, at, hoc illud est.* 33 An adoriebaris me fallaciâ, ut scil. rogum sacrorum prætextu, in quo tu perires, exstruerem? 34 Hanc rem, scil. necem tuam tristem. 35 Quem tu jusisti me exstruere. 36 Pathos, ab addubitatione: de quo Macrob. Sat. lib. 4. c. 6. 37 Me sororem tuam sociam mortis. 38 Cùm mori velles. 39 Ad simile genus mortis, ad eamdem mortem me vocare defuisset. 40 Nos 41 Ense. 42 Abstulisset me tecum, quæ non debebam tibi superstes esse. 43 Meis. 44 Rogos. 45 Saturnum, & Junonem. 46 Invocavi. 47 Quasi ad mortem composita vox funebris: vel, in tali furore versante. 48 Crudeli similis. 49 Exstinxisti. syncope. Al. *Axstinxi*, scil. consilio meo. 50 Quæ peritura sim. 51 Senatum Carthaginensem. 52 Quæ imperfecta deseretur, aut ab hostibus invadetur. 53 Aquam. 54 Sororis meæ. 55 Ut abluam. 56 Spiritus vitalis. 57 Super erat in toto corpore.

Ore

[58] Ore legam. Sic fata [59] gradus evaserat altos,
[60] Semianimemque sinu germanam amplexa [61] fovebat
Cum gemitu, atque [62] atros siccabat [63] veste [64] cruores.
[65] Illa, [66] gravis oculos conata [67] attollere, rursus
[68] Deficit. [69] Infixum stridit sub pectore volnus.
[70] Ter sese attollens cubitoque [71] adnixa [72] levavit:
Ter revoluta [73] toro est, oculisque [74] errantibus alto
Quæsivit [65] cælo lucem, [76] ingemuitque [77] repertâ.
Tùm [78] Juno [79] omnipotens, longum miserata [80] dolorem,
[81] Difficilisque [82] obitus, [83] Irim [84] demisit Olympo,
[85] Quæ luctantem animam, [86] nexosque resolveret artus.
Nam, [87] quia nec fato, [88] meritâ nec morte peribat,

58 Ore admoto excipiam & colligam, contrahamque ad sedem vitæ. More veterum, apud quos parens, proximus, cognatus, aut amicus intimus exspirantem deosculatus, extremum halitum & fugientem ore animam excepit. 59 Per quos ad fastigium pyræ ascendebatur: hæc autem in conum surgebat, pro dignitate personæ celsior, aut humilior. 60 Semimortuam. 61 Eam. 62 Concretos. 63 Lineâ. 64 Effusos. 65 Dido. Hypotyposis morientis Didonis. 66 Morte gravatos. 67 Levare. 68 In conatu suo. 69 Quia vulnus, quod sub pectore sibi intulerat, crudescit, aut respirante ipsâ stridorem facit. 70 Servius exsistimat, hic ad tria bella Punica alludi, quod ter rebellarint Carthaginenses, & ter etiam devicti sint. 71 Incumbens. 72 Ter levavit se. 73 Fertorum. 74 Vanis, & trementibus. 75 In alto cœlo claritatem, id est, appetlit adhuc videre lumen cœli. 76 Vel, quia vitam dudùm perosa etiam dum odit: vel, quia amissæ jam pœnitet: ut lib. 6. *Qui sibi lethum Insontes peperêre manu, lucemque perosi, Projecêre animas, quam vellent æthere in alto Nunc & pauperiem, & duros perferre labores.* 77 Luce, id est, postquam lucem oculis repetit, quam retinere non potuit, cùm vellet. Al. *repertam*, id est, reperisse. 78 Supera & pronuba. 79 Quòd aëri, quo vivimus, præsidere fingatur. 80 Laborem moriendi. 81 Quia non natura, non ferro, sed casu perierat. 82 Al. *obitus*. 83 Thaumantis filiam, quam Poëtæ Junonis, id est, aëris, nunciam appellant: propterea quod Arcus cœlestis, qui per hanc significatur, pluvias denunciet. Cujus causa est radius solaris cavæ nubi immissus, qui repulsa acie in solem refrangitur. Plato Irim ἀπὸ τοῦ ἐρεῖν dictam putat, quod scil. Deorum internuncia sit, & ferè ad discordiam ferendam mittatur. 84 De cœlo misit. 85 Ideò ut. 86 Et compages corporis nexas è corpore Didonis revelleret. 87 Quia nec fatalem adimplesset vitæ periodum (suprà ad versum *Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi*) nec scelus aliquod admisisset morte adactâ dignum, sed furore amoris impulsa. 88 Naturali, ut quidam volunt, ita ut præcedentis expositio sit. Vide Cæl. Rhod. l. 21. c. 4. Gell. l. 13. cap. 1.

Sed misera [89] ante diem, subitoque [90] accensa [91] furore,
[92] Nondum illi flavum [93] Proserpina vertice crinem
Abstulerat, [94] Stygioque caput damnaverat Orco;
Ergo Iris [95] croceis per [96] cœlum [97] roscida pennis,
[98] Mille trahens varios [99] adverso sole colores,
* Devolat, & supra [1] caput adstitit: [2] Hunc ego [3] Diti
Sacrum [4] jussa [5] fero, [6] teque [7] isto corpore solvo.
Sic [8] ait, & dextrâ [9] crinem secat. Omnis & [10] unà
[11] Dilapsus [12] calor, [13] atque [14] in ventos vita recessit.

89 A Diis constitutum, ordinatum, quem fatalem vocant, quemque violentâ morte occupavit. 90 Scil. *peribat*, aut *periit*. 91 Amoris. 92 Ex superstitione veterum, quibus persuasum, eos, qui morti essent proximi, à Proserpinâ primùm tonderi, & his quasi primitiis Orco auctorari. A ritu sacrificiorum sumptum, ubi victimis abscissæ capitis setæ in ignem projiciebantur. 93 Dea inferorum, Cereris filia, Plutonis, sive Ditis uxor. 94 Et nondùm morti destinaverat. Proserpina, tamquam judex, cum tempus moriendi venit, morti non damnat. 95 Crocei coloris. Ritè omnia, & ex ratione Physicâ. Est enim Iris arcus apparens varicolor à lumine Solis oppositi refracto in nube aquosa, concava, & in pluviam resolvi paratâ. 96 Aërem. 97 Quasi rore cum nubibus procreata. 98 Innumeros. Numerus finitus pro infinito. 99 Opposito. * Deorsum volat. 1 Didonis scil. propter crinem, quem ibi abiatura est. Sic lib. 5. *Olli cæruleus* supra caput astitit *imber*. 2 Crinem flavum. 3 Plutoni in sacrificium aut consecratum. 4 A Junone. 5 Aufero. 6 O anima. 7 In quo hactenus clausa fuisti. 8 Iris. 9 Capillos Didonis resecat. 10 Pariter. 11 Scilic. *est*. 12 Vitalis, sive vitæ. Anima enim recedente, corpus friget. 13 Et anima vitalis efflata est ab exspirante Didone. Perelegans exstat Epigramma in mortem Didonis: *Infelix Dido, nulli benè nupta marito, Hoc pereunte fugis, hoc fugiente peris.* 14 Ex opinione eorum, qui animam aërem esse dicunt, adeoque evanescere.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER QUINTUS.

ARGUMENTUM.

ÆNeas, relictâ Carthagine, in Italiam navigans, vi tempestatis in Siciliam defertur: ubi ab Aceste benignè exceptus, Manibus Anchisæ patris, quem superiori anno, eodem die, apud Drepanum sepeliverat, anniversarium sacrum facit, ludosque apud tumulum ejus instituit: suaque victoribus præmia decernit. Navali certamine vincit Cloanthus. Euryalus, Nisi dolo, cursu superat. Entellus senex Daretem juvenilitèr se jactantem cæstu vincit. Sagittandi peritia superat Eurytion, prima tamen præmia, ætatis, dignitatisque habita ratione, Acestæ decernuntur, cujus sagitta in aërem emissa subitò exarserat. Ascanius in honorem Anchisæ avi, cum primæ nobilitatis pueris, equestres ludos, pugnamque imaginariam exhibet. Interea Trojanæ mulieres, hortatu Iridis, longæque navigationis tædio, ignem in classem conjiciunt, quatuorque naves exurunt: cæteræ, subitâ à Jove immissâ pluviâ, incendio sunt ereptæ. Nocte sequenti Anchises Æneæ filio in somnis apparens, Jovis verbis admonet, ut Nautæ consilium sequutus, mulieres, imbellesque senes in Sicilia relinquat: ipse cum juventutis robore, integræque ætatis flore in Italiam naviget: Sibyllæque in primis antrum adeat: illius enim ductu se in campos Elysios esse venturam: ubi & posteritatis suæ seriem omniumque instantium bellorum discat eventum. Monitis itaque paternis morem gerens, Æneas oppidum in Silia condit, nomine Acestam: eò & matrum, & senum bello inutilium coloniam trascribit: ipse cum exercitus robore Italiam petit. Interim Neptunus Veneris precibus exoratus, naviganti Æneæ mare tutum præstat. Palinurus in tanta securitate somno succumbens, unà cum gubernaculo in mare excutitur: ejusque vicem supplet Æneas.

[1] INtereà [2] medium Æneas jam [3] classe tenebat
[4] Certus [2] iter, fluctusque [5] atros [6] aquilone [7] secabat,
[8] Mœnia [9] respiciens, quæ jam infelicis Elissæ

1 Dùm Dido se interemit, & civitas in luctu est, & funus reginæ curatur, exsequiæque parantur, Æneas in alto mari in Siciliam navigabat. 2 Maris scil. quòd inter Africam & Siciliam erat. 3 Sua. 4 Indubitabiliter pergens navigansque in fatalem terram: à quâ multis, magnisque tempestatibus septem fere annos fuerat exclusus. 5 Caliginosos, ingruente è Septentrione procella. 6 Illo vento nubes adferente, fluctusque excitante. 7 Navigabat. 8 Ad mœnia Carthaginensia. 9 Eorum more, qui dulcem aliquem locum reliquerunt, quem numquam ampliùs sint revisuri.

[10] Collucent [11] flammis. Quæ tantum accenderit ignem,
Caussa [12] latet; [13] duri magno sed amore dolores
Polluto, notumque, [14] furens quid femina possit,
[15] Triste per [16] augurium Teucrorum pectora ducunt.
[17] Ut Pelagus tenuêre rates, nec jam amplius ulla
[18] Occurrit tellus; [19] maria undique, & undique cœlum,
[20] Olli [21] cæruleus supra caput adstitit imber,
[22] Noctem, hiememque ferens: & [23] inhorruit unda tenebris
[24] Ipse [25] gubernator [26] puppi Palinurus ab alta:
Heu! [27] quianam tanti [28] cinxerunt æthera [29] nimbi?
Quidve, [30] pater Neptune, [31] paras? sic deindè [32] locutus
[33] Colligere arma jubet, [34] validisque incumbere remis;
[35] Obliquatque sinus in ventum, ac talia fatur:

10 Ex omni parte lucent. 11 Funebribus scil. id est, incendio rogi, in quo Didonis corpus cremabatur. 12 Ignorabat Æneas, & socii, undè tantus ignis in urbe Carthagine lucret: sed cùm apud se considerarent, quàm indignè regina Æneæ fugam tulerit, & quàm perditè eum adamarit, scirentque muliebrem sexum esse fragilem, facili conjectura id, quod erat, opinabantur, nempe Didonem sibi mortem concitasse. 13 Sed notum est Æneæ, quid duri amores, magno amore violato, possint. 14 Per impatientiam amoris. 15 Et pectora Teucrorum exsistimant ita esse per infelicem conjecturam, id est, Æneas sciebat quidem, & Teucri cæteri animo ducebant, latebat tamen causa, quia nesciebant Didonem tam impatientèr amasse. Alii sic construunt: sed duri dolores, magno amore polluto, notumque quid furens femina possit, ducunt pectora Teucrorum per triste augurium *ignis*. 16 Conjecturam, sinistri quippiam accidisse vitæ, aut rebus Didonis. 17 Postquàm naves conscenderant altum mare. *Postquam altum tenuere rates*, eosdem fere versus quattuor v. l. 3. 18 Visui nautarum. 19 Sed maria occurrunt, id est, nihil terræ videre possunt. 20 Illi tunc. 21 Cærulei coloris, aut ex marinis aquis collectus. 22 Tenebras & tempestatem adferens. 23 Valdè horrida facta est, horrorem navigantibus incussi obscuritate nimbi. 24 Emphasis. 25 Scilic. *loquitur*. 26 Qui locus gubernatoris est, clavum tenentis. 27 Cur. Lege Erythræum in Indice asserentem hanc lectionem contra aliorum *quidnam*, vel *quinam*. Sic lib. 10. *Cœlicolæ magni*, quia nam *sententia vobis Versa retro*? 28 Obsederunt cœlum, ita ut videri jam vix possit. 29 Nubes atræ, undè pluviæ oriuntur. 30 Maris, id est, summe rector aquarum. 31 Prætendis his nimbis? 32 Palinurus. 33 Contrahere arma navigatoria, id est, vela, funes, rudentes, ὅπλα: non omninò deponere, sequitur enim *Obliqueatque sinus in ventum*. 34 Validè ipsis remis. 35 Velorum scil. id est, vela obliqua tendit.

Ma-

Magnanime Ænea, [36] non, [37] si mihi Juppiter [38] auctor
[39] Spondeat, [40] hoc sperem Italiam contingere cœlo.
Mutati [41] transversa fremunt, & [42] vespere ab [43] atro
Consurgunt venti, atque [44] in nubem cogitur aër.
[45] Nec nos obniti contrà, nec tendere tantùm
Sufficimus. [46] Superat quoniam [47] Fortuna, [48] sequamur:
Quoque [49] vocat, vertamus iter. Nec litora [50] longe
[51] Fida reor [52] fraterna [53] Erycis, portusque [54] Sicanos:
Si [55] modò [56] ritè memor [57] servata remetior [58] astra.
Tùm pius [59] Æneas: Equidem [60] sic poscere ventos
Jamdudum, & frustrà cerno te tendere [61] contrà.
Flecte [62] viam velis. An sit mihi gratior ulla,
Quoque magis [63] fessas optem dimittere navis
[64] Quam quæ [65] Dardanium [66] tellus mihi servat [67] Acestem,
Et patris Anchisæ [68] gremio complectitur ossa?

36 Desperationis plena oratio, qua significat tali aëris constitutione se in Italiam pervenire non posse. 37 Tametsi. 38 Nostræ navigationis. 39 Polliceatur mihi. 40 Hac dispositione aëris flante. 41 Transverse, in transversum, hinc atque hinc. Enallage partium orationis. Carthagine enim solventes, æquatis velis, & vento secundo processerant: ventus autem mutatus, transversim ab occasu jam fremit. 42 Ab eâ regione, in quam tendimus, id est, ab Occidente, qui nobis contrarius est. 43 Ac proindè turbulento & tempestuoso. 44 Aër extenuatus in sublime fertur, concretus in nubem contrahitur, & condensatur. Cic. 2. de Nat. Deorum. 45 Non valemus, non satis sumus obniti remis, neque tendere velis adversus ventos & insurgentem procellam tantùm, quantùm nos venti repellunt. Undè infert necessariò superantis fortunæ arbitrio navem esse permittendam. 46 Vincit conatus nostros. 47 Fortuita & repentina tempestas. 48 Spontè scil. quo traheremur coacti: neque enim cum fortunâ pugnandum. 49 Nos fortuna scil. 50 Ab his locis. 51 Propter Acestis affinitatem. 52 Fratris tui. 53 Qui Veneris, & Butæ filius: cui in regno Siciliæ successit Acestes. 54 Sicilienses. 55 Solummodo. 56 Ut decet solertem gubernatorem. 57 Ante tempestatem observata. 58 Ad quorum observationem navigatur. 59 Inquit. 60 Ut in Siciliam propter occidentem ventum redeamus. Consilium Palinuri approbat Æneas tribus de causis, quæ claræ sunt. 61 Ventos, id est, cum adverso vento oblucta-ri. 62 Maris scil. dando vela, quæ venti impellunt, id est, naviga obliquatis velis in Siciliam. 63 Nos fessos, aut socios. Metonymia. 64 Scil. *ea*. 65 Troja oriundum. 66 Sicilia. 67 Amicum & affinem: filium Egestæ, Hippotis Trojani filiæ, ex Criniso Siciliæ fluv. 68 Scil. *suo*, id est, sepulcro.

Hæc

[69] Hæc ubi dicta, petunt [70] portus, & vela secundi
[71] Intendunt zephyri. Fertur [73] cita [74] gurgite classis:
Et [75] tandem læti [76] notæ advertuntur arenæ.
[77] At procul [78] excelso miratus vertice [79] montis
[80] Adventum [81] sociasque rates, [82] occurrit [83] Acestes,
[84] Horridus in jaculis & [85] pelle [86] Libystidis ursæ:
[87] Troïa Criniso conceptum flumine [87] mater
[88] Quem genuit. [89] Verum non immemor ille parentum
Gratatur reduces, & [90] gazâ lætus [90] agresti
Excipit, ac [91] fessos [92] opibus solatur [93] amicis.
Postera cùm [94] primo stellas Oriente [95] fugarat
Clara dies; [96] socios in cœtum litore ab omni

69 Postquam hæc dicta sunt à Palinuro, & Æneâ. 70 Sicanos. 71 Insequentes, & à tergo utilitèr flantes, & jam à puppe adspirantes divertentibus in Siciliam. 72 Inflant occidentales venti, Euro oppositi. 73 Velox. 74 Mari profundo, id est, fluxu etiam secundante. 75 Post magna desideria: quia tot nimbos instare viderant. 76 Ad notam arenam, id est, ad litus Siciliense, quod notum erat: nam superiori anno in Siciliâ patrem Anchisen sepelierat Æneas. 77 Sternit viam ad congressum Acestis, & Æneæ, quorum illum venantem per occasionem inducit: unde ab habitu venationis decorè eum circumscribit. 78 De excelso vertice. 79 Promontorii Drepani, quò appulisse Æneam scribit Dionysius. 80 Æneæ. 81 Ut naves sociorum, id est, Trojanorum. 82 Illis. 83 Rex Siciliæ. 84 Admirandus, aut terribilis propter jacula, quæ gerebat. 85 Solebant antiqui heroës ferarum pellibus, præcipueque leonum, aut ursorum, delectari, iisdemque amiciri, ut apparerent horribiliores. Sic legimus lib. 2. suprà, Æneam cùm partem efferre decrevisset, primum se leonis pelle instravisse. Quin & Gen. 3. legimus, hujusmodi tunicas, ex pellibus factas, protoplastis primùm datas in usum necessarium. Posteà in deliciis, tùm claris viris, tùm venatoribus, esse cœperunt pelles. 86 Libycæ: quod ursis, alisque feris abundaret Libya. *Lybistis*, Patronymicum est. 87 Trojana, id est, Egesta: quæ posita à patre in navicula fuit, ut ferretur, quò sors impelleret: in Siciliam ergo delata, Criniso regi nupsit, qui amni nomen dedit, & ex eo peperit Acestem. 88 Acestem. 89 Acestes memor se à Trojanis oriundum: aut memor eum esse Trojanorum morem, ut hospitales sint, gratulatur eos incolumes reductos esse ad se, atque hilari vultu eos ad convivium accipit. Sic lib. 4. *Inveni, germana viam*, gratare *sorori*. 90 Opibus ex agro collectis, apparatu tenui & planè rustico. 91 Ex reluctatione contra ventos. 92 Al. *dapibus*. 93 Quæ amicis gratæ sunt. 94 In primo ortu solis. 95 Effecerat claritate suâ, ut abiisse viderentur: quæ tamen semper fixæ sunt. 96 Militari more socios suos in concionem vocat, ut pronunciaret, quibus studiis aliquot dies essent transigendi.

Ad-

Advocat Æneas, [1] tumulique ex aggere fatur:
Dardanidæ magni, [2] genus alto à sanguine divûm:
[3] Annuus exactis completur mensibus orbis,
[4] Ex quo relliquias [5] divinique ossa [6] parentis
[7] Condidimus terrâ, [8] mœstasque sacravimus aras.
Jamque [9] dies (ni [10] fallor) adest, quem semper [11] acerbum,
Semper [12] honoratum (sic DI voluistis) habebo.
[13] Hunc ego, [14] Gætulis [15] agerem si Syrtibus exsul,
[16] Argolicove mari [17] deprensus, & urbe [18] Mycenæ;
* Annua vota tamen [19] sollemnisque ordine * pompas
* Exsequerer; [20] strueremque * suis [21] altaria * donis.
Nùnc [22] ultrò [23] ad cineres ipsius & ossa parentis,
[24] Haud equidem sine mente, reor, sine numine divûm
Adsumus, & portus [25] delati intramus [26] amicos.

1 Colliculi, aut sepulcri Anchisæ. 2 Oriundum à Dardano Jovis, & Electræ filio. 3 Annua revolutio solis percipitur. Anni periphrasis, quia ex duodecim mensibus, in orbem revolutis, constat. 4 Postquam. 5 In Deorum numerum assumpti, Diis chari. 6 Anchisæ. 7 Anchisen alii in Siciliâ obiisse ferunt, alii in Atho monte: indè ossa & cineres in Siciliam delatos. 8 Nos mœsti, ob charissimi patris interitum, illi, ceu Deo, aras consecravimus, ad quas sacrificemus nunc. 9 Anniversarius. 10 Ob confusionem anni, quæ erat apud majores. 11 Ob amissi patris memoriam. Pietatis enim liberorum est, parentum mortem luctu prosequi. 12 Anniversaria memoria, quòd in numerum Deorum relatus sit. 13 Diem. 14 In Getulicis. Libycis Syrtibus, id est, maximis periculis maris, qualia sunt apud Syrtes, sic ab attracta in cumulum arena dictas. Amplificatio à majori, ducta à loci circumstantia. 15 Ducerem & vivérem. 16 Ionio. 17 Ab ipsâ tempestate occupans. 18 Emphaticè, ubi regnavit Agamemnon ipse. Et *Mycena* in singulari posuit pro *Mycenarum*. Al. *Mycenis*, id est, etiamsi inter medios hostes essem, illum tamen diem festum, vel, invitis hostibus, haberem. * Anniversaria signate omnia ad *funera & exsequias*. 19 Pompas funebres, quæ singulis annis exhiberi solent. Declarat enim, quæ vocet *Annua vota*. *Pompas* Græci *missiones* exponunt, à πέμπω, *mitto*. Latini autem hac voce significant omnem solemnem apparatum ad ostentationem & triumphi speciem. Undè *ludorum, spectaculorum, sacrificiorum, solemnes pompæ* dicuntur, ἀπὸ τῆς πομπεύειν, id est, *triumphare*. 20 Instruerem propriis donis, id est, sacrificarem, & mactarem ad ejus altaria hostias, ut Divo. 21 Virorum honoratorum. Manes geminis aris consecrabat antiquitas. 22 Præter consilium nostrum, cum iter esset in Italiam. 23 Juxta. 24 Cum animo & intentione, & voluntate Deorum, ut scil. anniversarium sacrum patri faceremus. 25 Impulsu ventorum. 26 Amicorum.

Er-

[27] Ergo agite & [28] lætum cuncti celebremus [29] honorem:
[30] Poscamus [31] ventos : atque hæc [32] me sacra quòtannis
Urbe velit [33] positâ templis [34] sibi [35] ferre [34] dicatis.
Bina boum vobis Trojâ generatus Acestes
Dat numero capita [36] in navis. Adhibete Penatis
[37] Et patrios [38] epulis, [39] & quos [40] colit [41] hospes Acestes.
[42] Prætereà, [43] si nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit, radiisque retexerit orbem,
[44] Prima [45] citæ Teucris ponam [46] certamina classis.
[47] Quique pedum cursu valet, & qui [48] viribus audax,
Aut [49] jaculo incedit [50] melior, [51] levibusque sagittis,
[52] Seu [53] crudo fidit pugnam committere [53] cæstu:
Cuncti adsint, [54] meritæque exspectent præmia palmæ.
[55] Ore [56] favete omnes, & [57] tempora cingite [58] ramis.

27 Epilogus constans exhortatione ad sacra concelebranda. 28 Nos læti, cùm lætitia : vel, quo lætatus Anchises in Deos relatus, à quo, jam Deo, . .. 29 Exsequias. 30 .... Poscamus navigationem prosperam in Italiam, ubi urbe constitutâ & templis dicatis anniversario honore numen illius colamus. 31 Opportunos. 32 Quæ nunc instituam. 33 In Siciliâ conditâ. 34 In honorem suum consecratis. 35 Nos & nostros posteros. 36 In singulas naves, id est, singulis navibus duos boves suâ liberalitate donat. 37 Simul quos aveximus à patriâ nostrâ, id est, Trojanos. 38 Epulo solemni. 39 Et Siculos. 40 Peculiariter. 41 Noster. 42 Præter epulum datum. 43 Cùm primùm septimus dies illuxerit nobis, & serenitatem ostenderit. Cum respectu ad Roman. ritus; apud quos defunctus per septem dies asservabatur domi positus, octavo cremabatur, nono reliquiæ sepeliebantur. Hinc Novendiales feriæ, epulæ, ludi. 44 E quatuor. 45 Velocioris, ac citò impellendæ navis; ut quæ primam metam contigerit, victrix sit. 46 Expressa hæc certamina ex Hom. Il. 23. 47 Et ponam certamina ei qui valet, &c. 48 Confidit viribus suis & hoc ad cæstus certamen refertur. 49 Ex arcu emisso. 50 Præstantior. 51 Id est, instituam quadruplicia certamina: scil. navium, pedum, cæstuum, & arcuum. 52 Scilic. *ei, qui.* 53 Clavæ genere, sive armatura manuum, à *cædendo* dicta, ex crudis. seu duris boum tergoribus, pilas plumbeas insutas habente, confectâ. *Cestus*, sine diphthongo, zonam illam virgineam, quam maritus prima nocte dissolvere solet, apud veteres significat. 54 Quam meruerint. 55 Sacro silentio hoc agite & tacite ostendite favorem, taciti precamini: nec minus sacerdotis præeuntis preces conceptis verbis iterate. Ovid. 15. Metam. *Verba sacerdotis referunt geminata, piumque Æneadæ præstant & mente & voce favorem.* 56 Tacendi periphrasis. Propert. *Quisquis ades, linguâ vir mulierque fave.* 57 Coronate capita frondibus aut corollis ex arborum ramis contextis. Ex more celebrantium ludos, festa & sacra. 58 Funebribus, id est, myrteis.

Sic

Sic fatus, velat [59] maternâ [60] tempora myrto.
[61] Hoc [62] Helymus facit, hoc [63] ævi maturus Acestes,
Hoc puer Ascanius: [64] sequitur [65] quos cetera pubes
[66] Ille è [67] concilio multis cum [68] millibus ibat
Ad [69] tumulum; magnâ medius [70] comitante catervâ.
Hic [71] duo [72] ritè [73] mero [74] libans [75] carchesia [76] Baccho
[76] Fundit humi, [77] duo lacte novo, duo [78] sanguine sacro:
Purpureosque [79] jacit [80] flores, ac talia fatur:
Salve sancte parens, [81] iterùm: salvete, recepti
[82] Nequidquam [83] cineres, [84] animæque, [85] umbræque paternæ.
[86] Non [87] licuit finis Italos, [88] fataliaque arva,
Nec tecum [89] Ausonium, quicumque est, * quærere Thybrim.

59 Veneri, matri suæ sacra. 60 Scil. *suæ*. 61 Etiam velat sua tempora myrto. 62 Anchisæ filius nothus, qui cum Aceste rege in Siciliam missus est comes Panopes. 63 Senex. 64 Imitatur, idem faciens. 65 Duces. 66 Princeps Æneas. 67 Cœtu. 68 Hominum. 69 Anchisæ. 70 Eum. 71 Duæ enim positæ fuerant aræ: suprà. 72 Secundum ritum sacrificii. 73 In quibus erat purum vinum, non dilutum. 74 Sacrificans. 75 Pocula ansata, & ad formam carchesii, quæ summa pars mali. 76 Effundit in humum. 77 Carchesia scil. plena lacte recens mulso: quo cœlestis animæ puritas significatur. 78 Victimarum mactatarum: quo homo aliquando mortalis fuisse significatur. 79 Projicit in tumulum. 80 Rosas, qui Veneris flores: aut etiam alios. 81 Quos jam secundo revisimus, & salutamus. Nisi respicere videatur ad cineres Anchisæ à Diomede ablatos, quos ab oraculo monitus posteà restituit. 82 Rationem hujus vocis reddent duo seq. versus. 83 Nonnulli pro ossibus, aut corpore accipiunt. 84 Ex opinione Platonicorum duas animas statuentium, rationalem, & sensitivam, vel etiam quattuor secundum alios, vegetativam, vitalem, sensualem, intellectualem. Cæl. lib. 15. cap. 23. Vel, in quibus conjuncta al quando fuit anima paterna, & umbra, quibus associata fuit umbra paterna: & ita genitivi sunt singulares, id est, cineres, qui fuistis aliquando receptacula animæ, & umbræ paternæ. 85 Animas Heroum in aëre habitare, umbras in sepulcris degere, idola ad inferos descendere credebat antiquitas. 86 Pathos ætiologia exornat. 87 Mihi. 88 A fatis nobis promissa. 89 Qui defluit per Ausoniam. * Quem septem jam annos per maria, & terras summo studio quæsitam nondum invenire potuit.

[1] Dixerat hæc : [2] adytis cùm [3] lubricus anguis [4] ab imis
Septem ingens gyros , [5] septena volumina traxit,
Amplexus [6] placidè tumulum [7] lapsusque per [8] aras:
[9] Cæruleæ [10] cui terga [9] notæ , maculosus & [11] auro
[12] Squamam incendebat fulgor : [13] ceu [14] nubibus [15] arcus
[16] Mille trahit varios [17] adverso sole colores.
Obstupuit [18] visu Æneas. [19] Ille [20] agmine longo
Tandem inter pateras , & [21] lævia pocula serpens,
[22] Libavitque [23] dapes , rursusque [24] innoxius [25] imo
Successit tumulo , & [26] depasta altaria liquit.
Hoc magis inceptos [27] genitori instaurat honores,
[28] Incertus , [29] Geniumne loci , famulumne parentis
Esse putet: [30] cædit quinas [31] de more bidentis ,
Totque sues, totidèm [32] nigrantis terga juvencos:
Vinaque fundebat [33] pateris , animamque [34] vocabat

91 Æneas. 92 A penitioribus sepulcri locis : ex α priv. & βάω, id est, *ingredior* , q. d. ἄβατον, id est, inaccessibilem locum. Undè pro secretiori loco templi, ad quem nulli erat aditus, præterquam sacerdoti , accipitur. 93 Facilè elabens. 94 Serpens exivit è tumulo Anchisæ, quod fausti, auspicatique ominis fuisse arbitrantur. Sæpè è sepulcris erupêre serpentes ; ut è tumulo Murrhi apud Sil. l. 2. Ovidius ex opinione Pythagoræ , credere videtur , serpentes nasci è spinæ humanæ medullâ putrefactâ. 95 Septem convolutiones, colligendo se in annulos suos. 96 Sine feritate , leniter. 97 Scil. *est*. 98 Anchisæ jam exstructas. 99 Maculæ cærulei coloris. * Angui. 1 similis fulgori auri. 2 Squamas ejus resplendere faciebat sic, &c. 3 Veluti. De Iride. Vide quæ ad lib. 4. sub finem. 4 In nubibus. 5 Cœlestis scil. qui & Iris dicitur. 6 Innumeros. Numerus finitus pro infinito. 7 Opposito. 8 Cùm id videret. 9 Anguis. 10 Impetu, tractu , volumine membrorum. Sic lib. 2. *illi* agmine *certo Laocoonte petunt*. 11 Polita. 12 Et simul levitèr gustavit. Sic lib. 1. *laticum* libavit *honorem*. 13 Anchisæ oblatas. 14 Nulli nocens. 15 In imum tumulum irrepsit. 16 Et reliquit dapes , quas in altaribus depastus erat , seu absumpserat ignis : vel quas ipse serpens depastus sit. 17 Patri suo Anchisæ sacrificia augmentat, renovat, id est , ab integro sacrificare incipit. 18 Causa ab integro sacra instaurandi. 19 Deum Topicum , sive Deum generationis loci illius , seu an esset Deus loco illi præsidens , an Anchisæ specialitèr in famulum addictus: quem regionibus , urbibus , locis omnibus Genium assignabat veterum superstitio. 20 Mactat quinque oves. 21 Sacrificantium. 22 Juniores boves habentes terga nigra. 23 Per pateras. 24 Ad sepulcra scil. ut propitia , favensque præsentem benevolentiam & vota acciperet : vel, *vocabat* , id est , invocabat animam , tamquam in Deos relatam.

An-

Anchisæ [35] magni, manisque [36] Acheronte remissos.
Necnon & socii, [37] quæ cuique est copia, [38] læti
Dona [39] ferunt: [40] onerantque aras, mactantque [41] juvencos.
Ordine [42] aëna locant alii, fusique per herbam
Subjiciunt veribus [44] prunas, & [45] viscera [46] torrent.
[47] Exspectata dies aderat, nonamque serenâ
Auroram [48] Phaëthontis equi jam luce vehebant:
[49] Famaque [50] finitimos & [51] clari nomen Acestæ
[52] Excierat. Læto complêrant litora [53] cœtu,
[54] Visuri Æneadas: pars & [55] certare parati.
[56] Munera [57] principio antè [58] oculos, [59] circoque locantur
[60] In medio: [61] sacri [62] tripodes, [63] viridesque coronæ,

25 In Deorum numerum assumpti. 26 Ab inferis reversos, id credebant propter visum serpentem; serpens bonum est omen. 27 Secundùm facultatem, quæ cuique erat. 28 Lætitiâ affecti, alacres & lubentes. 29 Munera adferunt. 30 Sacrificiis. 31 Partim in altaribus pro victimis concremandos, partim in epulis servandos. 32 Vasa, seu ollas æreas, quas Græci χύτρας vocant, ad aquam calefaciendam, & abluendas carnes. 33 Prostrati. 34 Carbones ardentes. 35 Juvencorum. 36 Assant. 37 Desiderata dies à Trojanis, avidis laudis & certaminis, id est, nona dies aderat. Perfectis ritè sacris, transit Virgilius ad descriptionem temporis matutini ac diei, in quem certamina pronuntiata erant. 38 Quos Phaëton aliquando gubernaverat, cùm esset auriga Solis patris sui. Vide Ovid. Met. 2. Q. d. equi Solis vehebant jam cum serenitate nonum diem præcedentem. 39 Trojanorum, aut certaminis. 40 Populos in confiniis habitantes. 41 Celebris, inclyti. 42 Excitaverat, & evocaverat. 43 Conventu. 44 Ut videant Trojanos, Æneæ socios. 45 Ad certandum, Græca locutio. 46 Præmia, quæ scilic. virtutem excitare possent. 47 Primò, priusquam certaretur. 48 Certaturorum. 49 Alludit ad Romanorum morem, qui suos circos ludis destinatos habebant. 50 Ut ab omnibus videri possent. 51 Digni, qui consecrentur. Respicit ad Delphicum Tripodem, in quem Phœbas vaticinatura descendebat. 52 *Tripodos* mensæ, aut vasa erant, ut plurimum ahenea, ansata, & tribus innixa pedibus, alii ἐμπυρίβυται, ad aquam calefaciendam λουτροχόοι, balneatores: alii ἄκρατοροι, ad miscendum vinum. Hi in certaminibus proponebantur *præmia fortium*, id est, victorum. Horat. 4. lib. Od. 8. Homer. 23. Iliad. Erant & dona principum. Iliad. 9. Agamemnon Achilli promittit septem tripodas. De tripode Pithio, vide quæ 3. lib. diximus ad *Quæ tripodas, Clarii lauros.* 53 Pulchræ. In ludis, quos instituit Hercules, data fuit corona ex oleastro: hic ex lauro.

Et

Et [64] palmæ, [65] pretium victoribus, armaque, & [66] ostro
Perfusæ vestes, argenti aurique [67] talenta:
Et tuba [68] commissos medio [69] canit [70] aggere ludos.
[71] Prima [72] pares [73] ineunt [74] gravibus certamina remis
Quattuor ex omni delectæ classe, [75] carinæ.
[76] Velocem [77] Mnestheus [78] agit acri remige [79] pristin,
[80] Mox Italus [81] Mnestheus, [82] genus à quo nomine Memmi,
Ingentemque [83] Gyas ingenti [84] mole [85] Chimæram,
[86] Urbis opus: [87] triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt, [87] terno consurgunt ordine remi.

64 Rami è palma locantur in medio circo. *Palma* initio diu commune omnium sacrorum certaminum præmium erat, cùm posteà singuli ludi peculiares arbores & herbas, quibus victores coronarentur, sibi delegerint. Hæc ante laurum peculiariter Phœbo consecrata fuit, & victoriæ in certaminibus verum symbolum habitum, undè *palma* sæpiùs pro victoriâ sumitur. Quod ideò institutum constat, quoniam natura hujus ligni est, ut urgentibus, prementibusque non cedat. Namque si super palmæ arboris lignum magna pondera imponantur, & ideò operetur ligno, ut magnitudo oneris sustineri non possit, non deorsum palma cedit, ut ceteræ arbores, sed adversus pondus surgit, & sursum nititur, recurvaturque ut pondus rejiciat. Vide quæ nos ad Terent. Eun. p. 180. 65 Ut sint præmium, per Appositionem. 66 Purpura, id est, vestes purpureæ. 67 Certa pondera. Al. *talentum*. 68 Inceptos, vel committendos, aut injunctos ut peragerentur. 69 Cantu indicat. 70 Ex, de aggere, id est, editiori loco, ut clangor ejus longius & melius audiatur. 71 Primum certamen, quod navale erat. Enallage numeri. 72 Utcumque mole, aut pondere inter se impares, instruebantur tamen remis, ut essent pares. 73 Iuciplunt. 74 Validis. 75 Naves. 76 Velocitèr actam. 77 Unus Æneæ comitum, qui ab Assaraco rege originem duxit. 78 Impellit. 79 Navem illam à forma, qua referebat marinam bellum, ceu balenam, quæ *Patris* dicitur, aut *Pistrix*. Vel ab insigni navis, ut in cæteris hisce, & lib. 10. Tritone, Trigistide, Apolline, &c. 80 Mox futurus habitatur Italiæ, & progenitor Italorum. 81 Repetitio ejusdem personæ, ut Memmiorum familia, quæ nobilissima fuit, antiquitate, & origine à Poëta donaretur. 82 A quo nomine deducta est familia, & progenies eorum, qui dicuntur Memmi. 83 Sc. *agit*. Hic fuit vir Trojanus nobilis, quem secunda navis ducem facit. 84 Motu. 85 Navem illam prodigiosæ vastitatis: quale est etiam monstrum Chimæra, undè denominationem accepit, tribus capitibus, terribilis, leonis, capræ & draconis. Lucret. *Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra*. 86 Instar urbis, id est, tam magnam, ut urbem putares. 87 Triplici ordine, aut impulsu, quo æquora verrunt, id est, ipsa erat triremis. Triremem enim describere videtur per Ἀναχρονισμὸν. Namque Corinthi diu post excidium Trojæ primam triremem invenit Aminocles.

Ser-

[78] Sergestusque, [79] domus tenet à quo [79] Sergia nomen,
[80] Centauro invehitur magnâ; [81] Scyllâque [82] Cloanthus
Cæruleâ: genus undè tibi, Romane [83] Cluenti.
[84] Est [85] procul in pelago [86] saxum [87] spumantia contra
Litora, quod [88] tumidis [89] submersum [90] tunditur olim
Fluctibus, [91] hiberni [92] condunt ubi sidera [93] cori; 126
[94] Tranquillo silet, [95] immotâque attollitur undâ
Campus, & [96] apricis [97] statio gratissima mergis.
[98] Hîc viridem Æneas frondenti ex [99] ilici * metam
Constituit signum nautis [1] pater: [2] undè reverti 130
[3] Scirent, & longos ubi circumflectere cursus.
[4] Tùm [5] loca [6] sorte legunt, ipsique in puppibus auro
[7] Ductores longè effulgent [8] ostroque [9] decori.
Cetera [10] populeâ velatur fronde [11] juventus,

78 Tertius dux cum Centauro sua. 79 Familia Sergiorum nomen traxit. Hinc L. Sergius Catilina, hinc Serg. Galba, Roman. Imperat. reliquique Sergiæ gentis viri orti fuerunt. 80 Scil. *navis* à *Centauri* effigie, quam in puppi depictam habebat. Sic Ter. *eas se non negat transtulisse in* Eunuchum suam: refert ad *fabulam*. 81 Scil. *navi*. 82 Quartus dux. 83 Undè Cicero orationem habuit pro A. Cluentio. 84 Scopuli descriptio à situ, & habitu vario, & mergorum usu. 85 A litore. 86 Scopulus, interdum è fluctibus exstans, nonnumquam sub aquâ cum navigantium periculo latens. 87 Ex opposito litorum spumantium. 88 Inflatis. 89 Obrutum percutitur subindè, interdum, Horat. lib. 1. Satyr. 1. Sat. *Ut pueris olim dant crustula blandi Doctores*. 90 Horat. Od. 17. Epod. *Non saxa nudis surdiora navitis Neptunus alto* tundit *hibernus salo*. 91 Hyberno tempore stantes. 92 Abscondunt nubibus. 93 Venti. Species pro genere. *Corus* autem ventus est ab occasu solstitiali spirans (*Zephyros* Græci vocant) à quo proxime ab æquinoctiali flat Favonius. 94 Cùm tranquilitas est, cùm mare tranquillum est. 95 Quando unda non movetur, sed tranquillitas est, ita exstat, ut procul conspiciatur latitudo scopuli. 96 Apricantibus, id est, soli se explicantibus, postquam sese immerserint. 97 Locus, in quo stare & requiescere possunt aves aquaticæ: à *mergendo* dictæ. Metaphora petita à tranquillo loco, ubi naves consistere solent in tuto. 98 In hoc campo, aut saxo. 99 Quercu. * Terminum, & finem navigationis. 1 Princeps totius exercitus. 2 A quo signo. A causâ finali erectæ ilicis. 3 Duces certantes. 4 Deindè. 5 Undè exsiliant. 6 Dispertiuntur. 7 Domini navium, duces certaminis, & qui pro præmio contendebant. 8 Purpurâ. 9 Scil. *sunt*. 10 Corollis populeis vestitur, quòd scilic. victoria in hoc certamine magnis laboribus remigantium præcipuè parienda sit. 11 Remigatura.

[82] Altum alii teneant. [83] Dixit. Sed [84] cæca Menœtes
Saxa timens, [85] proram pelagi [86] detorquet ad undas. 165
Quò [87] diversus abis? [88] iterum: pete saxa, Menœte,
Cum clamore Gyas [89] revocabat: & ecce Cloanthum
[90] Respicit [91] instantem tergo, & [92] propiora tenentem.
[93] Ille inter [94] navemque Gyæ scopulosque [95] sonantis,
[96] Radit iter lævum interior, [97] subitusque priorem 170
Præterit, & [98] metis tenet æquora [99] tuta relictis.
Tùm verò exarsit * juveni dolor [1] ossibus ingens:
[2] Nec lacrimis caruêre genæ. Segnemque Menœten,
Oblitus [3] decorisque sui [4] sociûmque salutis,
In mare præcipitem puppi [5] deturbat ab altâ. 175
[6] Ipse [7] gubernaclo rector subit, ipse [8] magister:
[9] Hortaturque viros, [10] clavumque ad [11] litora [12] torquet.
[13] At gravis, [14] ut fundo vix tandem redditus imo est
Jam senior, madidâque fluens in veste, Menœtes,
Summa [15] petit scopuli, siccâque in rupe resedit. 180
Illum & [16] labentem Teucri, & risêre [17] natantem:

82 Alii gubernatores timidi profundum mare patent, cùm victoriæ periculo. 83 Gyas. 84 Procurrentia & sub aquis latentia. 85 Anteriorem partem navis. 86 Dirigit ad profundum, cum viæ dispendio. 87 Ab eâ parte, in quam tendere volo. 88 Scil. *dico tibi*. 89 Iterum vocabat, vel abducebat à scopulo, saxorum latentium merù exorbitantem Menœten à procursu. 90 Gyas. 91 Urgentem, proximè à tergo hærentem. 92 Proxima loca. 93 Cloanthus. 94 Chimæram. 95 Concussione aquarum. 96 Molliter contingendo cautes pertransit iter sinistrum, à quo Menœtes diverterat. 97 Subitò eum, qui prior fuerat, scil. Gyan ante vertit. 98 Prætervectus scopulos, unde deberent reverti: & quia nondùm reversus erat, nondum victor erat, licet metas primus contigisset. 99 Profunda, non periculosa per saxa latentia. * Gyæ. 1 Ad medullas usque. 2 Et simul lacrimavit. 3 Honestatis suæ: nam iratus erat. 4 Sociorum suorum, quorum salus hic & alibi periculum subitura erat, amisso gubernatore. 5 Cum turbâ dejicit. 6 Gyas. 7 Ad gubernaculum, fungens officio gubernatoris, quem deturbaverat. 8 Existens princeps & gubernator. 9 Ad remigandum totis viribus. 10 Gubernaculum. 11 Metam, sive scopulum, quem vitaverat Menœtes. 12 Dirigit. 13 Suspendet parumper narrationem, & per occasionem Menœtæ fortunam refert. 14 Postquam è fundo emerserat. 15 Conscendit: erat enim prope scopulum quem vitaverat. 16 Quia sciebant eum peritum esse, nec submergi posse. 17 Ad scopulum.

Et [18] falsos rident [19] revomentem pectore fluctus.
[20] Hîc [21] læta extremis spes est accensa duobus,
Sergesto Mnestheoque, Gyan superare [22] morantem.
Sergestus capit [23] ante locum, [24] scopuloque propinquat.
[25] Nec totâ tamen ille prior præeunte carinâ: 185
[26] Parte prior: [27] partem [28] rostro premit æmula Pristis.
At mediâ socios [29] incedens nave per ipsos,
Hortatur Mnestheus: [30] Nùnc, nùnc insurgite remis,
[31] Hectorei socii; Trojæ quos [32] sorte supremâ 190
Delegi [33] comites: nùnc [34] illas [35] promite vires,
Nùnc animos, quibus in [36] Gætulis [37] Syrtibus usi,
[38] Jonioque mari, [39] Malæque [40] sequacibus undis.
Nôn jam [41] prima peto [42] Mnestheus, neque vincere certo:
[43] Quamquàm ô! sed superent, [44] quibus hoc, Neptune, dedisti. 195
[45] Extremos [46] pudeat rediisse. [47] Hoc vincite, cives,
Et prohibete [47] nefas. [48] Olli certamine summo
[49] Procumbunt: [50] vastis tremit ictibus [51] aerea puppis,

18 Aquas marinas. 19 Jam frequenter vomentem è pectore. 20 Hoc loco, aut ex hoc eventu. Omissis præcurrentibus, ad reliquos duos transit, qui proximè sequebantur. 21 Lætificans. 22 Quia gubernatorem amiserat. 23 Quam Mnestheus. 24 Ubi meta erat constituta. 25 Nec tamen Segestus præcedebat Mnestheum totâ navi. 26 Sed prior erat tantummodo parte navis suæ, id est, prorâ. 27 Centauri scil. quæ navis erat Sergesti. 28 Anteriore parte suâ, id est, prorâ ferratâ urget insecutrix, & ad vincendum æmula navis Mnesthei. 29 Ingrediens. 30 Maximè nunc. 31 Fortissimi, qualis Hector erat: aut Hectoris quondam comites. 32 In excidio Trojæ. 33 Hujus profectionis. 34 Emphaticè. 35 Proferre. 36 Getulis, sive Libycis. 37 *In brevia, & Syrtes urgebantur*, lib. 1. 38 Juxta Charibdin, cùm navigarent: cujus *proni verebant certantibus æquore remis*, lib. 3. 39 Μάλεα, vel Μαλεαι Laconiæ est promontorium, cujus cautes in mare procurrunt per V. M. passuum. 40 Persecutricibus, ac retrahentibus nautas in periculum ineluctabile, undè expediri non possint. 41 Primas partes, seu victoriam, ac præmium habere. 42 Quamvis Mnestheus sim, qui primas partes obtinere soleo. 43 Ἀποσιώπησις modesta. Utinam victoria mihi jam contingeret. 44 Qui non tua virtute, sed tuo numine freti, nunc superant. 45 A turpi dererret suos. *Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est.* Horat. 46 Sc. *vos saltem.* 47 Hoc dedecus, ne extremi redeatis. 48 Illi. 49 Toto pectore remis incumbunt. 50 Amplissimis. 51 Rostro æreo armata: vel, firma, fortis.

[52] Subtrahitur [53] solum. [54] Tùm [55] creber [56] anhelitus artus,
[57] Aridaque ora quatit: sudor fluit undique [58] rivis. 200
Adtulit ipse [59] viris optatum [60] casus [61] honorem.
Namque furens [62] animi, dùm [63] proram ad [64] saxa [65] suburget
[66] Interior, [67] spatioque subit Sergestus iniquo;
Infelix saxis in [68] procurrentibus hæsit.
[69] Concussæ [70] cautes, & acuto in [71] murice remi 205
[72] Obnixi crepuêre, [73] illisaque prora [74] pependit.
[75] Consurgunt nautæ, & magno clamore [76] morantur:
[77] Ferratasque trudes, & acutâ cuspide [78] contos
Expediunt; [79] fractosque [80] legunt in gurgite remos.
At [81] lætus Mnestheus, successuque [82] acrior ipso, 210
[83] Agmine remorum celeri, ventisque [84] vocatis,
[85] Prona petit maria, & pelago [86] decurrit [87] aperto.

52 Impulsa remorum. 53 Τὸ ὑποστιμενον; nam *solum* est, quod iis subjicitur, quæ aliquid sustinent, & rei cuipiam, ceu fundamentum subjiciuntur. Sic navibus mare, solum est, stellis cœlum, *Astra tenent cœleste solum.* Ovid. 1. Met. 54 Insuper. 55 Crebrò emissus, propter laborem remigandi. 56 Remigum. 57 Sicca, siti exhausta. 58 Tamquam per rivos, in morem rivorum. 59 Viriliter remigantibus Mnestheo, Cloanthoque. 60 Eventus occasio ipsa. 61 Scil. ut extremi non essent. 62 Animo. 63 Dùm inter saxum, [& navem Sergestus transire contendit, quò brevioris cursus compendio saxum circumflecteret: supra Gyas idem voluit. 64 A Menœte vitata. 65 Ab interiore urget. 66 Sinisterior, vel qui breviore ad metam spatio tendebat. 67 Agitur in spatium scopulosum, & non satis magnum pro captu Centauri. 68 Prominentibus, in mare è scopulo opinione longius porrectis ac latentibus. Parvum spatium erat inter litus & navem Mnesthei: Pristin Sergestus conatus est summis remigum viribus ante ire, & saxis illidit navem. 69 Sunt à remis. 70 Saxa latentia. 71 Saxo aspero & acuto, cochleam marinam referente. 72 Illisi remi verberando fragorem dederunt, atque in partes dissilierunt. 73 Partim læsa. 74 Hæsit in latentibus saxis, seu libramento pendens. 75 Simul contendunt, navem suspensam amovere conantes. 76 Retro agunt. 77 Perticas ferro munitas, quibus naves detrudere solent. 78 Baculos oblongos (quibus profunditatem explorare solent) expedite injiciunt. 79 Ad scopulum. 80 Colligunt. 81 Quod per infortunium Sergesti eum præteriret. 82 Scil. *effectus.* 83 Impulsu, actu: vel multitudine remorum. 84 Optatis. 85 Defluat, & vicina litoribus, ac proindè expeditiora jam Mnestheo, & meta tamquam à monte descendenti transvolat maria. 86 Deorsum currit. 87 Patenti, ubi nulli scopuli, nullæ cautes erant.

Qua-

[88] Qualis [89] speluncâ subitò commota columba,
[90] Cui [91] domus & [92] dulces latebroso in [93] pumice [94] nidi,
[95] Fertur in arva volans, [96] plausumque exterrita pennis
Dat tecto ingentem: [97] mox aëre [98] lapsa [99] quieto
* Radit iter liquidum, ** celeris neque commovet alas.
Sic [1] Mnestheus, sic ipsa fugâ secat [2] ultima Pristis
Æquora: sic illam fert impetus ipse volantem.
Et primùm in scopulo [3] luctantem deserit alto
Sergestum, [4] brevibusque vadis, frustràque vocantem
Auxilia, & [6] fractis discentem currere remis,
Indè Gyan, ipsamque [7] ingenti mole [8] Chimæram
Consequitur. [9] Cedit: quoniam spoliata [10] magistro est
Solus jamque ipso [11] superest in fine Cloanthus,
Quem [12] petit, & summis adnixus viribus [13] urguet.
Tùm verò [14] ingeminat [15] clamor, [16] cunctique [17] sequentem
[18] Instigant studiis, resonatque fragoribus [19] æther.

88 Qualiter. Comparatione à columbæ natura, volatusque ratione sumpta, amplificat primùm post successum superati Sergesti velocitatem: deindè æquabilem cursum ad prætervehendos Gyan, & Cloanthum. 89 De caverna suâ deturbata. 90 Columbæ. 91 Columbaria. 92 Propter pullos. 93 Rupe foraminosa instar pumicis, vel pumice à rupe. Species pro genere. 94 Scil. *sunt*. 95 E spelunca. 96 Exterrita clamore, aut strepitu aliquo dat ingentem sonitum alis suis: vel, *exterrite tecto*, id est, evolans ex tecto propter terrorem. 97 Paullò post. 98 Devolans. 99 Non concitato: vel, tuto, securo, & à periculis libero. * Molliter seca: purum, serenum, & clarum aërem. ** Sed æqualis, & immoris alis descendit. 1 Volat. 2 Quæ fuerat ultima trium navium de victoriâ certantium: nam Sergestus adhuc in cautibus luctabantur. 3 Iterum navigare fractis remis. 4 Saxis sub aquæ superficie ita latentibus, ut navigantibus non sint perspicua. 5 Neque enim ullus in medio mari aderat, qui vellet in ipso certaminis periculo ei auxiliari. 6 Tenui præsidio nitentis: nam magnæ artis est fractis remis navigare, aut tendere quo velis. 7 Quæ maxima erat. 8 Navem Gyæ ductoris. 9 Et Chimæra occupatur à Mnestheo ac Pistri. 10 Gubernatore Menœte, quem paullò antè è puppi præcipitem dederat. Nihil autem stabile, quod duce caret. 11 Restat vincendus juxta terminum. 12 Insequitur, aggreditur, Mnestheus. 13 Simulat. 14 Scil. *se*: vel *ingeminat*, id est, ingeminatur, multiplicatur. Enallage generis. 15 Spectatorum in litore collectorum. 16 Spectantes. 17 Mnestheum. 18 Exstimulant studiosis cohortationibus ac favore. 19 Aër sublimis.

[20] Hi [21] proprium decus, & [22] partum [23] indignantur honorem,
Ni teneant: vitamque volunt pro laude [24] pacisci.
[25] Hos successus [26] alit: [27] possunt, [28] quia posse videntur.
[29] Et fors [30] æquatis cepissent præmia [31] rostris:
Ni, [32] palmas ponto tendens utrasque, Cloanthus
Fudissetque preces, divosque in vota vocâsset:
[33] DI, quibus imperium pelagi, quorum æquora curro,
Vobis lætus ego hoc [34] candentem in litore taurum
Constituam ante aras [35] voti reus: [36] extaque falsos
[37] Porriciam [38] in fluctus, & vina [39] liquentia fundam.
[40] Dixit eumque imis sub fluctibus audiit omnis
[41] Nereidum [42] Phorcique [43] chorus, [44] Panopeaque virgo;
Et [45] pater ipse manu magnâ [46] Portunus [47] euntem
Impulit. [48] Illa noto citius volucrique sagittâ

20 Cloanthi socii, qui jam victoriam propè manu tenebant. 21 Quod sibi jam proprium, ac certum fecerant victoria partâ. 22 Acquisitum. 23 Indignè ferunt, quod victoriam, jam ferè partem, sibi præripi paterentur. Vel sic: Socii Cloanthi, illo successu quem adhùc habuerant, adeoque victoriâ ipsa quàm certò sperare poterant, planè se indignos judicant, nisi teneant, & tueantur partum honorem. 24 Ex pacto vitam cum laude mutare, id est, malunt amittere vitam, quam laudem, & dare vitam pro laude conservanda, lib. 12. Turnus ad Latinum: *lethumque sinas pro laude* pacisci. 25 Mnesthei socios sequentes. 26 Fovet, & accendit. 27 Cloanthum scil. superare. *Plus incipit habere posse, qui plus habet.* Seneca epist. 119. 28 Quia persuaserunt sibi posse. 29 Et fortè intrassent unà portum reversi ad carceres, æquatis rostris, ad æqua præmia, nisi divinam implorasset opem Cloanthus. 30 Æquali vicinitate & tempore in portum reductis. 31 Prioris. 32 Manus conjunctas in pontum. 33 Dii maris. 34 Candidum, victorialem: alias, Neptuno immolandus erat niger taurus. 35 Debitor voti, obnoxius voto persolvendo: unde vota solventes dicimus absolutos. *Voti reus* est, qui suscepto sub conditione voto, se numini obligat, *damnatus*, qui suscepta non solvit. 36 Tauri. 37 Porrigam. *Porrigere*, verbum est sacrificantibus sollemne, ut annotat Macrob. Sat. lib. 3. c. 2. 38 Diis scil. marinis, ut aliis Diis in arâ, mensâ, foco, aut terrâ. 39 Fluida, & pura. 40 Cloanthus finivit preces. 41 Nympharum marinarum filiarum Nerei & Doridis numero L. 42 Phorci (qui Neptuni, & Theseæ filius, Deusque marinus) chorus, hoc est, Nymphæ marinæ. 43 Cœtus & multitudo Nympharum, quibus Phorcus præest. 44 Una filiarum Nerei. 45 Præcipuè in eâ re reverendus. 46 Idem, Melicerta, & Palæmon, portuum præses: filius fuit Inus & Athamantis. 47 Navem. 48 Navis Cloanthi Scylla.

Ad

Ad terram fugit, & [49] portu se condidit alto.
Tùm [50] fatus Anchisâ, cunctis ex [51] more vocatis,
Victorem [52] magnâ præconis voce [53] Cloanthum
[54] Declarat, viridique advelat [55] tempora [56] lauro:
Muneraque in navis [57] ternos [58] optare juvencos,
Vinaque, & [59] argenti [60] magnum dat [61] ferre [60] talentum.
Ipsis præcipuos [62] ductoribus addit [63] honores:
[64] Victori [65] chlamydem [66] auratam quam plurima circùm
Purpura Mæandro duplici [67] Melibœa cucurrit:
[68] Intextusque [69] puer [70] frondosâ regius Idâ
Velocis [71] jaculo cervos, cursuque [72] fatigat,
Acer, [73] anhelanti similis: [74] quem [75] præpes ab Idâ
[76] Sublimen pedibus [76] rapuit Jovis [77] armiger uncis.

49 Penitus intravit portum usque ad litus. 50 Genitus Anchisâ, id est, Æneas. 51 Sacrorum certaminum. Præcones ludorum gymnicorum coronas imposuerunt victoribus, eorumque nomina magnâ voce pronuntiarunt. Cic. l. 5. epist. 12. 52 Clarâ, quæ ab omnibus exaudiri potuerit. 53 Ad Scyllam, Tyrrhenorum piratarum navim, cujus celeritatem memorat Palæphatus, respexisse Poëtam volunt. 54 Pronuntiat. 55 Caput ejus. Pars pro toto. 56 In signum victoriæ. 57 Non singulis navibus ternos, sed singulos tribus, quæ redierant: sive tres in singulas naves. 58 Advectare. 59 Hinc autumant legendum fuisse suprà: *argenti, aurique talentum.* 60 Talentum majus Atticum fuit octingentorum coronatorum, nostræ monetæ 550. l. minus autem sexcentorum. 61 Ferendum, id est, auferendum, accipiendum. Horat. Od. 8. lib. 4. *neque tu pessima munerum* Ferres, epist. 17. lib. 1. *coram rege suo de paupertate tacentes, Plus poscente* ferent. 62 Cloantho, Mnestheo, Gyæ, & Sergesto. 63 Munera honoraria amplissima, ac honorificentissimâ: cetera enim erant communia omnibus remigibus. 64 Cloantho, scil. *addidit.* 65 Indumentum imperatorium & militare, cujus oras gemina prætexta purpureo sinuoso, & in se remeabili fluxu, ad instar Mæandi Cariæ fluv. cinxit. 66 Aureo filo intextam. 67 Thessalica: ab insulâ, vel urbe Thessaliæ cognomine, purpura celebri. 68 Et in qua chlamide Ganymedis imago intexta, &c. 69 Ganymedes, Troïs, regis Trojanorum, filius, quem dùm in Ida monte venaretur, rapuit aquila ales *volucrumque potens & fulminis hæres Gesturus, summo tela trisulca Jovi.* Claudian. Præ. 3. lib. &c. Raptum ipsum Ganymedis brevitèr exponit Ovid. Met. 10. *Rex superum Phrygii quondam Ganymedis amore Arsit*, &c. 70 Scil. *in.* 71 Venatorio. 72 Insequitur in venatione. 73 Hypotyposis pueri à cursu fatigati. 74 Puerum. 75 Celeritèr volans. 76 Raptim in sublime vexit. Ter. Sublimem *hunc intro rape, quantum potes.* 77 Aquila, tela, id est, fulmina gerens, quia altissimè volat, & solis radios visu non formidat. Homerus autem canit eum à Diis ipsis raptum ad pocillandum.

Lon-

[78] Longævi [79] palmas [80] nequidquam ad sidera tendunt
[78] Custodes: [81] sævitque canum latratus in auras.
[82] At qui [83] deinde locum tenuit virtute secundum,
[84] Levibus [85] huic [84] hamis consertam [86] auroque trilicem
[87] Loricam, quam [88] Demoleo detraxerat [89] ipse
Victor apud [90] rapidum [91] Simoënta [92] sub [93] Ilio alto,
Donat [94] habere [95] viro, [96] decus & tutamen in armis.
[97] Vix [98] illam [99] famuli Phegeus Sagarisque ferebant
* Multiplicem, [1] connixi humeris. [2] Indutus at olim
Demoleus cursu [3] palantis Troas agebat.
[4] Tertia dona facit geminos ex aere [5] lebetas;
[6] Cymbiaque argento perfecta, atque aspera signis.
Jamque [7] adeò donati [8] omnes, [9] opibusque superbi,
Puniceis ibant [10] evincti tempora [11] tæniis:
[12] Cùm [13] sævo è scopulo multâ [14] vix [15] arte revolsus,

78 Seniores pædagogi, qui ad custodiam pueri venatum exierant. 79 Manus. 80 Frustra extendunt: quia jussu Jovis raptus erat Ganymedes, ut esset pincerna Deorum, rejectâ Hebe, Junonis filiâ. 81 Quia aquilam insequi non potuerunt canes, nisi solo latratu, quem ingeminaverunt. Ipse quidem latratus in pictura non fuit auditus, sed canum simulacra ita erant effigiata, ut, latrantibus essent similia. 82 Docet, quæ ceteris præmia data sunt. 83 Post primum, id est, post Cloanthum. 84 Subtilibus, & politis annulis, sive circulis ferreis contextam. 85 Mnestheo. 86 Et tribus licliis, & triplici ordine nexam, quæ licia, aut qui hami erant ex auro. 87 Tunicam armaturæ, quæ olim ex loris fiebat. 88 Hosti Græco ad Ilium pugnanti. 89 Æneas. 90 Raptim profluentem. 91 Fluvium. 92 Ante Trojam. 93 Græcorum imitatione vocalem longam, alia sequente, corripuit. Quemadmodum & lib. 3. suprà, *Insula Ionio in magno*, diphthongum finalem, sequente finali, corripuit. 94 Ut habeat, sive habendam illam loricam, *δίδοσθαι ἔχειν*, Græcorum more. 95 Mnestheo. 96 Ad ornamentum, & ad munimen, cùm in armis foret. 97 Cum difficultate. 98 Loricam. 99 Demolei, aut Æneæ. * Densè, variè complicatam. 1 Simul nitentes. 2 Scil. *illam*. 3 In diversum fugientes, sine ductore errantes. 4 Æneas dat pro tertio dono ollas duas æreas. 5 Fortibus viris in præmia dari solitos, quos itaque & tripodas esse exsistimant nonnulli. 6 Vasa in formam cymbæ nauticæ, cælata, & sculpturis ornata, elaborata. 7 Omninò præmiis affecti. 8 Qui in certamine vicerant. 9 Dapis. 10 Habentes capita circumdata: quod signum erat victoriæ. 11 Vittis, aut sertis coronarum. *Tæniæ* propriè sunt extremæ partes vittarum, quæ ab infulis, vel coronis undantes pendent. 12 Transitio ad Sergestum in certamine ultimum. 13 Magno & aspero. 14 Difficulter. 15 Virtute.

Amis-

[16] Amissis remis, atque [17] ordine debilis uno,
Inrisam sine honore [18] ratem Sergestus [19] agebat.
[20] Qualis [21] sæpè viæ deprensus [22] in aggere serpens,
[23] Aerea [24] quem [25] obliquum rota transiit, [26] aut [27] gravis ictu
[28] Seminecem liquit [29] saxo lacerumque viator,
Nequidquam longos [30] fugiens dat [31] corpore [32] tortus;
[33] Parte ferox, ardensque oculis, & [34] sibila colla
Arduus [35] attollens, [36] pars [37] volnere [38] clauda [39] retentat
[40] Nexantem nodis, seque in [41] sua membra plicantem.
[42] Tali remigio [43] navis se [44] tarda [45] movebat:
Vela [46] facit [47] tamen, & [48] velis subit [49] ostia plenis.
Sergestum Æneas [50] promisso munere donat,
Servatam ob navem lætus, [51] sociosque reductos.
[52] Olli [53] serva datur, [54] operum [55] haud ignara Minervæ,
[56] Cressa genus [57] Pholoë, geminique sub [58] ubere [59] nati.
Hoc pius Æneas [60] misso certamine tendit

16 Pro parte. 17 Remigum: quia uno è tribus ordinibus spoliatus fuerat. 18 Navem Centaurum. 19 Tardè impellebat. Ter. *Quid tu, quò hinc te agis?* 20 Comparatio à serpentis, rotarum ictu fracti, natura. 21 Quod sæpè fit. 22 In tumulo & editiore mediæ viæ loco, per quem vehicula aguntur. 23 Æreo, vel ferreo armata cantho. 24 Serpentem. 25 Per obliquum: cum non servaret rectum cursum. 26 Scil. *quem.* 27 Infessus propter ictum. 28 Semimortuum. 29 Per saxum, quo ictum dederat. 30 Serpens deprensus fugere tentans. 31 Contrahendo, & extendendo corpus. 32 Voluliones, torsiones. 33 Illæsa, id est, priore: nam lingua & capite veneno armatus est. 34 Sibilantia. 35 Erigens. 36 Posterior pars saucia. 37 Illato sc. 38 Claudicans. Metaphora ab animantibus, quæ pedibus utuntur. 39 Impedit eum à fuga, aut insultu. 40 Se. 41 Suos annulos. 42 Quali volutione movetur serpens vulneratus. Est autem applicatio similitudinis hujus, Q. d. simili ratione, lentiùs propter remos fractos agebatur. 43 Sergesti. 44 Tardata: quia collisa & spoliata parte remorum. 45 Per remiges suos. 46 Expandit, ut ocius moveretur. 47 Quamquam confractione tardaretur. 48 Quia remis egebat. 49 Portum: *ostia* propriè sunt fluminum. 50 Uti jusserat eos *meritè expectare præmia palmæ*, ita victis solatia non neganda duxit, ut infrà, Dareti. 51 Ejus scil. 52 Illi Sergesto. 53 Ancilla. 54 Lanificii telæ, texturæ: quæ Minerva invenit, & quibus Arachnen vicit. 55 Perita. 56 Cretensis genere & natione. 57 Nomine scilic. 58 Ejus. 59 Dantur Sergesto: habebat enim hæc serva duos filios. 60 Dimisso, omisso: simplex pro composito.

Gra-

Primus abit, longèque ante omnia [34] corpora Nisus
Emicat, & ventis & [35] fulminis [36] ocior alis.
Proximus [37] huic, [38] longo [39] sed proximus [38] intervallo,
Insequitur Salius: [40] spatio post deinde relicto
[41] Tertius [42] Euryalus.
Euryalumque Helymus sequitur: quo deinde [43] sub ipso
Ecce volat, [44] calcemque terit jam [45] calce Diores,
Incumbens [46] humero: [47] spatia & si plura [48] supersint,
Transeat [49] ellapsus [50] prior, [51] ambiguumque relinquat.
Jamque fere spatio extremo, fessique [52] sub ipsam
Finem adventabant; levi cum [53] sanguine Nisus
Labitur infelix: [54] cæsis [55] ut fortè juvencis
[56] Fusus humum viridisque [56] super madefecerat herbas.
Hic [57] juvenis jam victor ovans vestigia presso
Haud tenuit [58] titubata solo; sed pronus in ipso
Concidit [59] immundoque fimo [59] sacroque cruore.
Non [60] tamen [61] Euryali, non [62] ille oblitus [63] amorum:
Nam sese [64] opposuit Salio per [65] lubrica surgens.
[66] Ille autem [67] spissa [68] jacuit revolutus arenâ.
[69] Emicat Euryalus, & [70] munere victor [71] amici.

34 Reliqua scil. 35 Quibus fulmen videtur deferri. Ab avium similitudine, quarum volatu sita est pernicitas. 36 Velocior. 37 Nisō. 38 Longa distantia. 39 Scil. *tamen*: quia nemo erat propior, licet ipse non esset prope. 40 Intervallo. 41 In ordine. 42 Sequitur. 43 Post quem ipsum. 44 Postremam partem pedis ejus. 45 Pede suo. 46 Helymi. 47 Quod si plus spatii ad metam superfuisset, id est, nisi Helymus tramitem directum occupasset, Diores Helymum in cursu jam æquum & ambiguum, præversus, à tergo reliquisset. 48 Ergo haud procul à meta aberant. 49 Diores. 50 Quàm Helymus. 51 Incertum victoriæ. 52 Paullum circa ipsam metam constitutam. 53 Hostiarum, quæ pro more, ante Agonalia, sive certamina cædebantur, ut Iliad. 23. 54 A Cloantho, aut ab aliis cursoribus. 55 Secundum quod. 56 Erat fusus super humum. Tmesis ergo hic est: q. d. *superfusus*. 57 Nisus. 58 Titubantia, vacillantia, trepidantia. Enallage generis. 59 Qui erat ejectus ex extis. 60 Licet lapsus esset. 61 Amici sui. 62 Nisus. 63 Erga Euryalum. Nam cùm cecidit Nisus, opposuit se Salio, ut Euryalus haberet palmam. 64 Nisus. Sic apud Homerum Palladis favore superat Ulysses. 65 Pingui perfusa, & labi facientia. 66 Salius, qui proximus Niso hæserat in excursu. 67 Sanguine vitulino concreta. 68 Dolo Nisi. 69 Prosiliit prioribus jacentibus. Namque beneficio Nisi prolapsi, qui pedem Salio objecerat, primus ad metam procurrit. 70 Beneficio. 71 Nisi.

Pri-

[72] Prima tenet, [73] plausuque volat, fremituque [74] secundo.
Post Helymus subit, & nunc [75] tertia palma Diores.
[76] Hîc [77] totum cavæ consessum ingentis, & ora
[78] Prima [79] patrum magnis Salius [80] clamoribus implet;
[81] Ereptumque [82] dolo reddi sibi poscit honorem.
[83] Tutatur favor Euryalum, [84] lacrimæque decoræ,
Gratior, & pulcro [85] veniens in corpore [86] virtus.
[87] Adjuvat, & magnâ [88] proclamat voce Diores.
[89] Qui [90] subiit palmæ, [91] frustràque ad præmia [92] venit
[93] Ultima, [94] si primi Salio redduntur honores.
Tùm pater Æneas, Vestra, inquit, munera vobis
[95] Certa manent, [96] pueri; & [97] palmam movet [98] ordine nemo:
Me liceat [99] casus miserari * insontis amici.
Sic fatus, ** tergum *** Gætuli ** immane leonis

72 Spatia, aut loca: τὰ πρῶτα. 73 Favore spectatorum. 74 Favorabili. 75 Tertius victor, tertiæ palmæ assecutor. *Et certamen erat Corydon cum Thyrside magnum.* 76 Ex hoc facto. 77 Omnes spectatores considentes in ingenti circo cavo: quia in medio ejus currebatur. *Cavea* propriè est locus in theatro, velis opertus, ex quo populus ludos spectabat. 78 Primùm, præcipuè. 79 Æneæ & procerum Trojanorum spectantium. Alludit ad Romanorum Senatum, in quo *Patres* vocabantur centum illi Senatores, quos Romulus ad Reipublicæ curam elegerat. 80 Qui ab illis exspectavit potiùs subsidium, quàm à junioribus, sciens quod tutetur favor Euryalum. 81 Sibi. 82 Nisi scil. qui se ei currenti opposuerat. 83 Favor totius juventutis protegit causam Euryali. 84 Quas emiserat timore, quod tanto, & tam insperato honore fraudaretur. 85 Proveniens, crescens. 86 Et scil. præmium affert. 87 Juvat Diores causam Euryali: excludendus scil. à tribus primis præmiis, si modo Salio stet primus locus. 88 Pro eo clamat. 89 Diores. 90 In locum proximum victoriæ venit, si Euryalo primus locus contingat. 91 Neque enim tùm tertius, sed quartus fuisset victor; & nil, nisi bipennem cum duobus spiculis, habuisset. 92 Venerit, aut venisset. 93 Quarè. 94 Quia tunc secundi redderentur Euryalo, & tertii Helymo. 95 Indubitata. 96 O juvenes. Eadem ratione juvenes patres appellant *senes*. 97 Victoriam. Metonymia signi pro re significata. 98 Scil. *suo*, id est, constituto. 99 Infortunium ex lapsu misericordia prosequi. * Salii, qui citra culpam suam dolo Nisi lapsus est, atque ita ultimus ad metam pervenit. ** Corium tergi, id est, tergus, sive pellem ingentem & horrendam. *** Getulici.

Dat

Nate [68] Deâ, si nemo audet se [69] credere pugnæ,
[70] Quæ finis standi? [71] quò me decet usque [72] teneri?
[73] Ducere dona jube. Cuncti simul [74] ore fremebant 385
Dardanidæ, reddique [75] viro [76] promissa jubebant.
[77] Hic [78] gravis [79] Entellum dictis [80] castigat Acestes,
Proxumus [81] ut [82] viridante [83] toro consederat [84] herbæ:
Entelle, [85] heroum quondam fortissime [86] frustrà,
Tantane [87] tam patiens nullo [88] certamine [89] tolli 390
[90] Dona sines? ubi nunc nobis [91] deus ille magister
[92] Nequidquam memoratus [93] Eryx? ubi [94] fama per omnem
[95] Trinacriam, & [96] spolia illa tuis [97] pendentia tectis?
[98] Ille sub hæc: [99] Non laudis amor, nec gloria * cessit
Pulsa metu; sed ** enim gelidus *** tardante senectâ
[1] Sanguis hebet, frigentque [2] effœtæ in corpore vires.
Si mihi, quæ quondam fuerat, quâque [3] improbus iste

68 Venere. 69 Committere pugnæ, id est, mecum in arenam descendere. 70 Quis modus est standi, id est, quamdiu, aut cur hîc stamus otiosi? 71 Quousque Tmesis. 72 Morari. 73 Abducere taurum. 74 Magno clamore Daretis verbis applaudebant. Metaphora. 75 Dareti, quicum nemo congredi auderet. 76 Præmia, quasi debita. 77 Ex hoc Daretis dicto. 78 Magnæ auctoritatis vir, ob majestatem regiam. 79 Pugilem præstantem, sed seniorem. 80 Gravitèr objurgat. 81 Secundum quod. 82 Virescente. 83 In toro. 84 Aggesto ex herbis. 85 Commemoratione pristinæ virtutis Entellum ad certamen adhortatur. 86 Si tam patiens sinas præmia hæc abire, & si hunc certamen detrectes inire cum ferociente illo juvene, tantopere se præ omnibus efferente. 87 Pusillanimus. 88 Commisso. 89 Auferri, abduci. 90 Præmia. 91 Heros, divinas laudes in pugilatu consecutus. 92 Frustra nominatus & clarus, si nulla ejus in disciplina relicta est peritia. 93 Filius Butæ, modo dicti & Veneris (aliis Lycastes) frater Æneæ rex Siciliæ, magister Entelli. 94 Memorata scil. A nominis celebritate, & signis veterum victoriarum exhortatio. 95 Siciliam: à tribus promontoriis. 96 Et ubi sunt illa spolia, &c. 97 Ex more, & honore athletarum, qui liminibus suis spolia, devictis antagonistis detracta, suspendebant, ut se ipsi celebrarent, & alios item ad virtutem excitarent. 98 Entellus respondit post hæc. 99 Removet à se suspicionem ignaviæ & metus, transfertque detrectationis causam in senilis ætatis tarditatem. * Ex pectore meo. ** Certè. *** Tardum faciente. 1 Id est, vigor pigrescit propter senectutem. Metaphora à ferro ad sanguinem. 2 Omnem (scuram enixæ, id est, quæ nullam vim retinuerunt. 3 Improbandus Dares, propter jactantiam.

Ex-

Exsultat [4] fidens, si nunc foret [5] illa juventas:
Haud equidem [6] pretio inductus [7] pulcroque juvenco
[8] Venissem: nec dona moror. Sic deindè locutus,
In medium [9] geminos immani pondere [9] cæstus
Projecit; quibus [10] acer [11] Eryx in prælia [12] suetus
[13] Ferre manum, duroque [14] intendere brachia tergo.
[15] Obstupuêre [16] animi. Tantorum ingentia septem
[17] Terga boum plumbo insuto, ferroque [18] rigebant.
[19] Ante omnis [20] stupet ipse Dares, [21] longèque recusat:
Magnanimusque [22] Anchisiades, & pondus & ipsa
Hùc illùc [23] vinclorum immensa volumina [24] versat.
Tùm [25] senior talis referebat pectore voces:
[26] Quid, si quis cæstus [27] ipsius & Herculis arma
[28] Vidisset, [29] tristemque [30] hoc ipso in litore [31] pugnam;
Hæc [32] germanus Eryx quondàm [33] tuus [34] arma gerebat.
Sanguine [35] cernis adhùc fractoque infecta [36] cerebro.
[37] His magnum [38] Alciden contra [39] stetit: his ego [40] suetus;

4 Confidens. 5 Emphaticè: audacem, fortemque se fuisse indicat. 6 Non præmio, sed gloriâ. 7 Quantumvis pulcro. 8 In certamen. 9 Binas & æqualis magnitudinis armaturas manuum. 10 Strenuus. 11 Filius Veneris. A personæ dignitate cæstuum præstantiam arguit. 12 Assuetus: solitus erat. 13 Conferre. Simplex pro composito. 14 Innectere, seu ligare brachia cæstuum loris sive zonis è tergore boum. 15 Cum stupore admirati sunt pondus cæstuum. 16 Spectantium. 17 Tergora. 18 Rigida stabant. 19 Præcipuè. 20 Cum stupore miratur hujusmodi cæstus Erycis. 21 Et valdè negat se tam gravibus cæstibus pugnaturum esse. 22 Anchisæ filius Æneas. 23 Cæstuum lora, fascias, quibus brachia & manus vincirentur. 24 Frequentèr vertit & jactat. 25 Entellus, senex miles. 26 Scil. *dicebat*. 27 Emphaticè, à minori ad majus: q. d. Hi cæstus vobis graves, & magni videntur: sed nihil ad Herculis cæstus, quibus ille Erycem vicit, & occidit. 28 Tùm demùm fuisset, quod obstupesceret Dares, reliquique. 29 Cruentam, in quâ Eryx occisus est. 30 Quæ hîc inter Herculem & Erycem commissa est. 31 Boum ex Hispania ab Hercule actorum unus ex Rhegio Italiæ in Siciliam tranavit: repetebat Hercules: Erycem abnegantem cæstuum pugnâ interfecit. 32 Ὁμομήτριος, Butæ fil. ex Venere, vel, Lycaste potiùs, nobili scorto, quæ ob formam eximiam *Kanus* dicta. 33 Apostrophe ad Æneam, cujus frater erat Eryx. 34 Cæstus. 35 Hæc arma. 36 Erycis ab Hercule occisi. 37 Cæstibus scil. quos recusat Dares. 38 Herculem, ab Alcæo avo, Amphitrionis patre. 39 Eryx. 40 Ego solitus sum his cæstibus pugnare tunc.

Dùm [41] melior vires sanguis dabat; [42] æmula neodùm
Temporibus [43] geminis [44] canebat sparsa senectus.
Sed, si [45] nostra Dares hæc Troius arma recusat,
Idque pio [46] sedet Æneæ; [47] probat [48] auctor Acestes;
[49] Æquemus pugnas. [50] Erycis tibi [51] terga remitto:
Solve metus, & tu [52] Trojanos [53] exue cæstus.
Hæc [54] fatus, [55] duplicem ex humeris rejecit [55] amictum,
Et magnos membrorum artus, magna ossa [56] lacertosque
[57] Exuit, atque ingens mediâ [58] consistit [59] arenâ.
Tum [60] satus [61] Anchisâ cæstus [62] pater [63] extulit [64] æquos,
Et [65] paribus [66] palmas [67] amborum [68] innexuit armis.
Constitit [69] in digitos [70] extemplò arrectus uterque,
[71] Brachiaque ad superas [72] interritus extulit auras.
[73] Abduxêre retrò longè capita [74] ardua ictu:
Immiscentque manus manibus, [76] pugnamque [77] lacessunt.
[78] Ille pedum melior [79] motu, fretusque juventâ:

41 Fortior. Periphasis est virilis & robustæ ætatis, quâ nervi & robur adhùc vigebant. 42 Ætati virili invidens, viresque ejus protrudens, viribus pristinis inimica, contraria. 43 Ambobus. 44 Canescebat, cana erat. Periphrasis senii. 45 Nostralia, id est, Siciliensia arma. 46 Placet Æneid. 2. *Et* sedet *hoc animo*. Æn. 4. *Si mihi non animo fixum, immotumque* sederet. 47 Et approbat. 48 Hujus certaminis, qui instigavit. 49 Æquales faciamus cæstus, seu instrumenta pugnandi, & paribus armis pugnemus. 50 Quibus Eryx contra Herculem steterat, id est, Erycis cæstibus, & jure meo cedo, tu tuos, ego meos: æquos induemus. 51 Tergora boum, plumbo, & ferro insuto. 52 Quibus vos Trojani assueti estis. 53 Abjice, depone. 54 Locutus Entellus. 55 Abollam, quæ duplex vestis est, ut chlamys. 56 Hypermeter versus. 57 Denudavit. 58 Firmiter stat. 59 Scil. *in*. 60 Procreatus. 61 Et Venere. 62 Æneas. 63 In medium tulit. 64 Æqualis ponderis. 65 Conformibus, æqualibus. 66 Manus, & brachia, quibus adnectebantur cæstus. 67 Daretis, & Entelli. 68 Vinxit cæstibus. 69 Scil. *pedum*, quod tantò facilius & fortius percutit adversarium, quantò fuerit corporis proceritate sublimior. 70 Illicò. 71 Ventilat uterque, præluditque. 72 Uterque non territus. 73 Ambo. 74 Erecta & sublimia. 75 Χεῖρας χείρας. 76 Futuram. 77 Irritant, provocant lentiùs: sicut tauri immiscendo cornua cornibus. 78 Dares lacessit pugnam. Addit enim obiter personarum descriptiones: Daretis ab agilitate, & motu corporis, ætateque juvenili: Entelli verò, a vastitate corporis robusti, & senectæ. 79 Agilitati in occursu, recursuque.

[80] Hic membris, & [81] mole valens; sed tarda [82] trementi
Genua [83] labant: [84] vastos quatit [85] æger anhelitus artus.
Multa [86] viri [87] nequidquam inter se [88] volnera jactant,
[89] Multa [90] cavo lateri [91] ingeminant, & pectore vastos
Dant sonitus, [92] erratque auris & tempora circùm
Crebra manus: duro crepitant sub [93] vulnere [94] malæ.
Stat gravis Entellus, [95] nisuque immotus eodem,
[96] Corpore [97] tela [98] modò atque oculis [99] vigilantibus
* exit.

[1] Ille, [2] velut celsam oppugnat qui [3] molibus urbem,
Aut [4] montana [5] sedet circùm castella [6] sub armis,
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque [7] pererrat
Arte locum; & variis [8] adsultibus [9] irritus urget.
[10] Ostendit dextram insurgens Entellus, & alte
Extulit: [11] ille ictum venientem [12] à vertice velox
Prævidit, celerique elapsus corpore [13] cessit.
Entellus vires [14] in ventum effudit, & [15] ultrò
Ipse gravis, gravitèrque ad terram [16] pondere vasto
Concidit: ut [17] quondàm [18] cava concidit aut [19] Erymantho;

80 Entellus lacessit pugnam. 81 Membrorum mole præstans. 82 Scil. *senio*. 83 Tremunt, labant: similia. 84 Magnos. 85 Moleste editus. 86 Viriliter concertantes. 87 Frustrà: quia neuter prosterni, nec vinci potuit. 88 Ictus. 89 Vulnera, id est, multos ictus. Anaphora. 90 Per latus brachiis detectum. 91 Alios post alios ictus ingerunt. 92 Vagatur, incerte percutiendo. 93 Ictu. 94 Maxillæ. 95 Conatu sive agitatione membrorum. 96 Corporis declinatione ictus eludit, & ab ictus linea se subducit: adeòque exit. 97 Ictus cæstus Daretis, longè venientes, quia gravius lædunt. 98 Solummodò. 99 Prospicientibus. Curam attentissimam in avertendis, declinandisque ictibus innuit. * Vitat, declinat, effugit. 1 Dares. 2 Sicut is. 3 Magnis machinis. 4 In montibus sita. 5 Circumsidet, obsidet. 6 In armis. 7 Circumvagatur artificiosè. 8 Oppugnationibus. 9 Frustratus à primo conatu, operamque ludens Dares. 10 Insurgens (ut desuper incutiat) attollit dextram, ictum graviorem minatus. 11 Dares, qui Entelli gestus notat. 12 Desuper. 13 Locum dedit dextræ, ita ut non pertingeretur. 14 Quia nihil obstaculi invenit. Proverbiali forma significat Entellum aberrare à corpore Daretis. 15 A nemine alio impulsus. 16 Corpore valde magno. 17 Aliquando. 18 Vetustate, carie, & annis exesa, atque excavata, annosa. 19 Nemorosa Arcadiæ monte: in quo Hercules aprum prodigiosæ magnitudinis, omnia circumcirca vastantem, interfecit: qui & inde *Erymanthius* aper dictus fuit. Species pro genere, ut & in *Idâ*.

Aut [20] Idâ in magnâ [21] radicibus eruta pinus.
Consurgunt [22] studiis Teucri, & [23] Trinacria pubes:
[24] It clamor [25] cœlo, primusque accurrit Acestes,
[26] Æquævumque ab humo [27] miserans [28] attollit amicum.
At non tardatus casu neque territus [29] heros,
[30] Acrior ad pugnam redit, ac [31] vim suscitat ira.
Tùm pudor [32] incendit vires, & [33] conscia virtus:
[34] Præcipitemque Daren [35] ardens agit [36] æquore toto:
Nunc dextrâ ingeminans ictus, nùnc [37] ille sinistrâ.
[38] Nec mora, nec [39] requies. Quàm multa grandine [40] nimbi
Culminibus crepitant; [41] sic densis ictibus [42] heros
[43] Creber utraque manu pulsat, versatque Dareta.
[44] Tùm pater Æneas, procedere [45] longius [46] iras,
Et sævire animis Entellum haud [47] passus acerbis;
Sed finem [48] imposuit pugnæ, [49] fessumque Dareta
Eripuit, [50] mulcens dictis, ac talia fatur:
Infelix, quæ tanta [51] animum dementia [52] cepit?

20 Phrygiæ monte; ut & Cretæ altero cognomine. 21 A radice evulsa. 22 Studiosis officiis, favoribus & commiseratione Entelli. 23 Siciliensis juventus. 24 Diffunditur. 25 Ad cœlum usque Hyperbolicè. 26 Æqualis ævi. 27 Casum ejus deplorans. 28 Idque ex æqua pugillatus lege, ut casu collapsus elevetur: alioqui casui non virtuti cesserit victoria. 29 Vir magnanimus & heroicâ virtute præditus Entellus. 30 Quàm priùs fuerat. 31 Robur. Undè Peripatetici, iram *fortitudinis cotem* esse dixerint. 32 Auget. 33 Quam sibi inesse nôrat; sciebat enim se contra Dareta stare posse. 34 Præcipitanter fugientem. Ira excandescens. 36 Per totam planitiem. Quem juventa superbum fecerat; ille, qui pedum melior fuerat motu, sic cedebat Entello, ut insequentis senis ictus vitare non posset. 38 Fit in Entello. 39 In Darete, aut in utroque. 40 Nubes grandinosæ per tecta crepitum edunt, dum grando decidit. 41 Tam. 42 Entellus. 43 Crebro. 44 Cùm neuter pugilum in arenam descenderit injuriam internecina pugna ulturus; sed laude & præmio invitatus; munerario licet prælium dirimere, atque alterutrum subtrahere. 45 Ad gravius malum. 46 Entelli. 47 Est. 48 Dato signo. 49 Cursu, & ictibus cæstuum. 50 Mitigans, & consolans verbis consolatoriis. 51 Tuum. 52 Invasit?

Non

[53] Non vires [54] alias, conversaque numina sentis?
[55] Cede deo. Dixitque & prœlia [56] voce diremit.
Ast [57] illum fidi [58] æquales, genua [59] ægra trahentem,
[60] Jactantemque [61] utroque caput, [62] crassumque cruorem
Ore [63] ejectantem, mistosque in sanguine dentis,
Ducunt [64] ad navis; galeamque, ensemque [65] vocati
Accipiunt; [66] palmam Entello [67] taurumque relinquunt.
Hic [68] victor, superans animis, tauroque superbus:
[69] Nate Deâ, vosque hæc, inquit, [70] cognoscite, Teucri;
Et mihi quæ [71] fuerint juvenili in corpore vires:
[72] Et quâ servetis [73] revocatum à morte Dareta.
[74] Dixit & [75] adversi contra stetit ora juvenci,
[76] Qui [77] donum astabat pugnæ: [78] durosque reductâ
[79] Libravit dextrâ media inter [80] cornua [81] cœstus
[82] Ardnus, [83] effractoque [84] illisit in ossa cerebro.

53 An non advertis ab illo stare vires plusquàm mortales, pugnæ fortunam & Deos? cede itaque tempori, fortunæ, Deo. Mulcet Dareta Æneas, in Deos mutatus, conversaque numina iniquum quasi pugnæ exitum conferens, ut l. 2. Æneam Venus: *Verùm inclementia Divum has evertit opes.* 54 Quam humanas, aut Entelli. 55 Da locum numini, quod nunc in Entello est. 56 Sermone suo dirupit. 57 Dareta. 58 Coævi ejus. 59 Saucia, & defatigata. 60 Præ dolore. 61 In utramque partem modò in dextram, modò in sinistram, mortuo similis: ἑτερόκλινα. 62 Spissum, concretum. 63 Evomentem. 64 Extra conspectum populi. 65 Ab Æneâ, ad recipienda solatia victo. Neque enim per verecundiam Daretis victi sponte erant postulaturi. Macr. 4. Sat. 1. cap. & tamen luculentiore munere auctus est victus quam victor, quippe sibi virtus pulcherrima merces, sibi vel indotatæ pretium. 66 Victoriam, commune omnium certaminum præmium, utcumque nulla mentio ejus prius facta sit. 67 Allusum ad Roman. morem, immolandi bovis post certamina. 68 Entellus exsultans, spiritus ferocia, ex victoria. 69 O Æneа. 70 Observato senum decreto, quibus res suas gestas prædicare conceditur. Unde Horatius de senibus sic canit: *Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero; censor, castigatorque minorum.* 71 Amplificatio majoris à minori. 72 Cognoscite, quòd Dareta occidere potuissem, si voluissem. 73 Æneæ beneficio jam cædi subtractum. 74 Entellus. 75 Ex adverso stantis. 76 Juventus. 77 Præmium victori. Per appositionem. 78 Plumbo oppletos. 79 Librando incussit, quasi collimans ne ictus falleret, sed certus foret. 80 Juvenci. 81 Cæstum Enallage numeri. 82 Entellus ingens. 83 Fractis ossibus, illisit cæstum in cerebrum. Hypallage. 84 Illidendo intrusit cæstum.

Sternitur, [85] exanimisque tremens procumbit [86] humi bos.
[87] Ille [88] super talis effudit pectore [89] voces:
[90] Hanc tibi, Eryx, meliorem [91] animam [92] pro morte [93] Daretis
Persolvo: [94] hîc victor cæstus artemque [95] repono.
[96] Protenùs Æneas [97] celeri certare sagittâ 485
[98] Invitat, [99] qui fortè velint; & præmia ponit:
* Ingentique manu malum de nave Seresti
Erigit; & [1] volucrem [2] trajecto in fune columbam,
[3] Quò tendant ferrum, malo suspendit ab alto.
[4] Convenêre viri: [5] dejectamque [6] æreâ [7] sortem 490
Accepit [8] galea: & primus clamore [9] secundo
[10] Hyrtacidæ ante omnis [11] exit locus Hippocoontis:
[12] Quem [13] modò navali [14] Mnestheus certamine [15] victor
Consequitur, viridi Mnestheus evinctus [16] olivâ.
Tertius [17] Eurytion, tuus, ô [18] clarissime, frater, 495
[19] Pandare: [20] qui [21] quondàm, jussus [22] confundere [23] fœdus,

85 Mortuus. 86 Super humum. 87 Entellus. 88 Super cæsum Eryci taurum. 89 Verba dedicativa. 90 Taurum graviorem Eryci magistro, & meo Heroi hostiam futuram, quam si humanum libarem sanguinem. Allusum simul ad succidaneam, sicubi prior non liraret hostia. 91 Bovis. 92 Loco mortis. 93 Quia suffecisti vires, ut Dareta occidere potuissem. 94 Ad postem Herculis. 95 Sepono, colloco. Gladiatores, nec non artifices alii, si ætate graves, vulneribus invalidi, consilio artem improbantes, victoriis saturi, aut alia de causa valedicerent arti suæ, tamquam emeriti, & rude donati, artis suæ instrumenta Deo alicui, ad templi parietem suspensa, consecrabant. 96 Statim, peracto cæstuali certamine. 97 Celeriter emittenda. 98 Eos. 99 Contendere. * Magna suorum multitudine. 1 Velocem. 2 Per foramen, quod erat in summitate mali. 3 Ad quam columbam dirigant sagittam. 4 Ad sortes faciendas, ut scirent quo ordine sagittas emittant. 5 Deorsum in fundum ejus jactam. 6 Ex ære facta. 7 Singulorum. 8 Positæ in galeâ sortes erant, cum nominibus sagittariorum. 9 Subsequenti, aut favorabili. 10 De genere Hyrtaci. 11 Exeundo fit. 12 Hippocoonta. 13 Paullò ante. 14 Sors aut locus Mnesthei exsilit è galeâ. 15 Duorum. 16 Olea, nuperæ victoriæ signo. 17 Consequitur. 18 Trojanorum. Nam ob virtutem pro Deo habitus est. 19 Fuit hic Lycaonis filius, qui emissa sagitta vulneravit Menelaum congressum Paridi. 20 Qui jussu Minervæ in certamine Menelai & Paridis sagitta missa fœdera certaminis disturbasti. Iliad. 4. 21 Aliquando, in primo aggressu Græcorum. 22 Violare. 23 Icrum scilic. inter Græcos & Trojanos.

In

In medios [24] telum torsisti primus Achivos.
[25] Extremus, [26] galeaque ima [27] subsedit [28] Acestes;
Ausus & [29] ipse manu juvenum tentare [30] laborem.
[31] Tùm validis [32] flexos [33] incurvant viribus arcus
[33] Pro se quisque [34] viri, & [35] depromunt tela [36] pharetris:
[37] Primaque per cœlum [38] nervo stridente sagitta
[39] Hyrtacidæ juvenis [40] volucris [41] diverberat auras:
Et venit, [42] adversique infigitur arbore mali.
[43] Intremuit [44] malus, timuitque [45] exterrita pennis
[46] Ales, & ingenti sonuerunt [47] omnia [48] plausu.
[49] Post acer Mnesteus [50] adducto constitit arcu,
[51] Alta [52] petens; paritèrque oculos telumque [53] tetendit.
Ast ipsam [54] miserandus [55] avem contingere [56] ferro
Non valuit: nodos & [57] vincula linea rupit,
Quis [58] innexa pedem malo pendebat ab alto.
[59] Illa [60] notos atque atra volans in nubila fugit.
Tùm [61] rapidus jamdudùm arcu [62] contenta parato
Tela tenens, [63] fratem Eurytion [64] in vota vocavit.

24 *Sagittam.* 25 Sors Acestæ regis ultimò exitura. 26 In infima parte galeæ, in quam sortes conjecerant. 27 In fundo adhæsit. Neque enim necesse erat sortem Acestis educi, qui ultimus erat. 28 Quamvis esset senior. 29 Exercitium laboriosum; id est, certamen sagittariorum, quod solis juvenibus relinqui oportet. 30 Postquam sortiti erant loca. 31 Incurvos flectunt. Hypallage, flectendo incurvant, vel *flexos*, id est, flexibiles. 32 Intendunt. 33 Pro virili suâ. 34 Ad virtutem & vim, non ad sexum respicit. 35 Eximunt. 36 Thecis suis. 37 Ordine certamen sagittis avem petentium aggreditur. 38 Arcu nervato, id est, nervis munito. 39 Hippocoontis. 40 Velocitèr cedentes. 41 Frustrà emittitur: cùm nec funem, nec columbam tangeret, quamvis malo infixa fuerit. 42 Oppositi, & ex adverso erecti. 43 Ab effectu violentiam jactu arguit. 44 Arbor, quæ in navi velum ferre solet. 45 Terrorem significans concussione alarum. 46 Columba. 47 Loca. 48 Clamore populi, putantis columbam esse percussam. 49 Postea, id est, secundo loco. 50 Hypotyposis collimantis sagittam suam in columbam. 51 Locum columbæ. 52 Oculis & telo. 53 Direxit. 54 Miseratione dignus, quòd à proposita meta aberraret, & victoriâ careret. 55 Columbam. 56 Teli. 57 Funem, cui alligata erat avis. 58 Habens pedem innexum. 59 Avis dissoluta. 60 Inventos. 61 Celer. 62 Tenens tela parata in arcu contento, id est, intento ad ejaculandum. Hypallage. 63 Pandarum, qui in vivis peritissimus sagittandi à Liciis pro Heroe colebatur: hujus itaque divinam quasi opem invocat. 64 Ad suscipienda vota.

Jam

Jam [65] vacuo lætam cœlo [66] speculatus; & alis
Plaudentem nigrâ figit sub nube columbam.
Decidit [67] exanimis, [68] vitamque reliquit in astris.
Ætheriis, [70] fixamque refert delapsa sagittam.
[71] Amissâ solus [72] palmâ [73] superabat Acestes:
Qui tamen [74] acrias telum contorsit in auras,
Ostentans artemque pater, [75] arcumque sonantem.
[76] Hic [77] oculis [78] subitum [79] objicitur magnoque futurum
[80] Augurio [81] monstrum. Docuit post [82] exitus [83] ingens:
[84] Seraque [85] terrifici cecinerunt omina vates.
Namque volans [86] liquidis in nubibus arsit [87] arundo,
Signavitque [88] viam [89] flammis, tenuisque [90] recessit
Consumpta in ventos: [91] cœlo [92] ceu sæpè refixa
Transcurrunt, [93] crinemque volantia sidera ducunt.
[94] Attonitis hæsêre animis, Superosque [95] precati
[96] Trinacrii Teucrique viri: [97] nec [98] maximus omen

65 In aperto, & patenti aëre. 66 Postquam conspexerat. 67 Mortua & sine animâ. 68 Cùm stellis ac aquilis aves ritè immolentur laudat Macrob. Sat. lib. 3. cap. 8. Poëtæ scientiam, & judicium, qui volucrum in stellis animam reliquisse dixerit. 69 Altis. 70 In se, id est, in corpore suo. 71 Quia Eurytion eam meruerat. 72 Victoria. Signum victoriæ pro signato, Metonym. 73 Supererat, qui nondùm sagittaverat. Cicer. *Deque eò, quod ipsis superat, aliis gratificare volunt.* 74 Sublimes. 75 Per artificiosam emissionem teli, in quo summa sagittandi ars consistit. 76 Tùm. 77 Spectantium. 78 Repentè orta. 79 Ex occasione conjecti teli in vacuas auras, transit ad objecti prodigii narrationem. 80 Prodigio. 81 Portentum insolitum, aliquid futurum monstrans. Est enim *monstrum* à *monstrando* dictum, quod scil. aliquid ante eventurum *monstret*, ac denuncier: ac omne id, quod contra rerum naturam fit, aut nascitur, significat. 82 Classis incensas, quòd postea ex hac sagittâ accensa significari, serò intellexerunt, agnoveruntque vates. 83 *Ingentis rei*: quando naves per Irim, à Junone missam, incensæ sunt. 84 Sero credita, vel futura ac posteà eventura. 85 Terrorem incutientes. 86 In liquido aëre. 87 Sagitta Acestis arundinea: Materia pro materiato. Solebant enim ex arundine præstantissimæ sagittæ fieri. 88 Quæ ferebatur. 89 Flammeo ictu, claritate flammarum: ut 2. lib. *Signantemque vias*: in eadem re. 90 Evanuit. 91 Ex vulgi, putantis revulsas è cœlo stellas cadere, opinione de meteoro stellæ cadentis. *Quæsita non cecidit, potuisse cecidisse videri.* 92 Quemadmodùm impressiones, seu exhalationes, quæ à vulgo creduntur esse sidera dissolutæ à firmamento transcurrunt sæpè per aërem. 93 Caudam incensam, in formam capillorum. 94 Suspensi erant. 95 Sunt. 96 Siculi. 97 Nec pro diro omine abhorruit, sed lætum interpretabatur. 98 Maximi animi.

Ab-

[1] Abnuit Æneas; sed [2] lætum amplexus Acesten
Muneribus [3] cumulat magnis, ac talia fatur:
[4] Sume, pater: nam te voluit [5] rex magnus [6] Olympi
Talibus [7] auspiciis [8] exsortem ducere [9] honorem.
[9] Ipsius [10] Anchisæ longævi hoc munus habebis, 535
[11] Cratera impressum signis: [12] quem Thracius olim
Anchisæ genitori in magno [13] munere [14] Cisseus
[14] Ferre sui dederat [15] monumentum & pignus amoris.
Sic fatus [16] cingit [17] viridanti tempora [18] lauro:
Et [19] primùm antè omnis victorem [20] appellat Acesten.
Nec bonus Eurytion [21] prælato invidit honoris 541
Quamvis [22] solus avem [23] cœlo dejecit ab alto.
[24] Proximus ingreditur [25] donis, qui [26] vincula rupit:
[27] Extremus, [28] volucri, qui [29] fixit [30] arundine malum.
[31] At Pater Æneas, nondùm [32] certamine [33] misso, 545
[34] Custodem ad sese comitemque [35] impubis [36] Iüli
[37] Epytiden vocat, & fidam sic fatur ad aurem:

1 Imo suscepit. 2 Quia putavit boni exitus indicium esse. 3 Auget eum, largitèrque donat. 4 Ultrò quasi tuum cape. Contra vatum prædictiones fingit omen ad Acesten pertinere, & illud suo arbitrio interpretatur. 5 Jupiter. 6 Cœli. 7 Portentis & signis bonis, suadentibus aliquid fieri scil. prodigio ardentis sagittæ. 8 Præmium, extra sortis & pacti ordinem, amplissimum: cui & præterea ponit à prioribus dominis & artificio, vel, *exsortem*, id est, te exortem, id est, qui privatus es sorte. *Consors* verò, est ejusdem sortis. 9 Quod fuit ipsius, &c. 10 Laus poculi, à personæ qualitate. 11 Poculum, cui imagines insculptæ sunt. 12 Cratera. 13 Pater Hecubæ, rex Thraciæ. 14 Asportare. 15 In memoriam sui, quod Anchisen illius admoneret. 16 Quoniam victorem in hoc certamine Acesten declaraturus est. 17 Viridi, perpetuò virenti: quod illi arbori numquam decidant folia. 18 Alludit ad Pythia, in quibus victor coronâ laureâ coronabatur. 19 Primò. 20 Præconis voce pronunciat, declarat. 21 Prælato Acesti honorem. 22 Et sic primum illi præmium deberetur. 23 Aëre. 24 Proximè Eurytion, donis insignis, & gloriabundus incedit Mnestheus. 25 Ad dona. 26 Funem diverberavit. 27 Ingreditur donis. 28 Hippocoon Hyrtacides. 29 Confixit. 30 Sagitta arundinea. Metonymia. 31 Transitio ad puerorum ludum. 32 Cœtu certare volentium. 33 Dimisso. Simplex pro composito. 34 Pædagogum, rectorem. 35 Adhuc impuberis. Innuit, ad pubertatem usque sub tutela, & imperio pædagogorum pueros olim fuisse; deindè sui juris fieri solitos. 36 Ascanii, filii Æneæ. 37 Epyti filium, Periphantem, Patronymicum.

Va-

38 Vade age, & Ascanio, si jam puerile paratum
39 Agmen habet secum, 40 cursusque instruxit equorum,
41 Ducat 42 avo 43 turmas, & sese ostendat in armis,
44 Dic, ait. Ipse omnem 45 longo 46 decedere circo
47 Infusum populum, & campos jubet esse 48 patentis.
49 Incedunt 50 pueri, pariterque 51 ante ora parentum
52 Frænatis 53 lucent in equis: quos omnis euntis
Trinacriæ mirata 54 fremit Trojæque juventus.
55 Omnibus iis morem tonsa 56 coma pressa corona
57 Cornea bina ferunt præfixa hastilia ferro:
58 Pars 59 lævis humero pharetras: 60 & 61 pectore summo
62 Flexilis 63 obtorti 64 per collum 62 it circulus auri.
65 Tris equitum numero 66 turmæ, ternique 67 vagantur
68 Ductores: pueri 69 bisseni 70 quemque secuti
71 Agmine partito fulgent, paribusque 72 magistris.
73 Una 74 acies juvenum, ducit quam parvus 75 ovantem

38 Ito: mandat Erytidi, ut suo jussu Ascanius puerorum agmen instinctum in circum secum producat. 39 Multitudinem militum: ab *agendo* dictum, quod perinde ut labentis aquæ cursus agatur. 40 Et instruxit equos ad cursum. 41 Scil. *ut.* 42 In honorem avi sui paterni Anchisæ, in ipsius scil. parentalibus, ludisque funebribus. 43 Juveniles turmatim æquitantes, ad præludia belli. *Turma* equitum propriè est, & 32. equites complectitur: cui qui præerat, *Decurio* dicebatur. 44 Al. *Sic ait*, sc. Æneas. 45 Ita ut longus sit futurus circus ad equitationem futuram. 46 Al. *discedere*. 47 In circum. 48 Equitationi, & equorum cursui. 49 Ornate intrant campum. 50 Quos Ascanius instruxerat. 51 In conspectu. 52 Ut eos frænis coërcerent. 53 Armis splendescentibus. 54 Applausu, ac favore prosequitur pueros in equis procedentes in circum. 55 Omnibus in morem unum, ac eundem conatu premevalca, quam efinxit tonsa corona: vel insignivit crista in speciem coronæ tonsæ. Nimque in seq. *Ascanius galeam ante pedes projecit inanem, Qua ludo indutus belli simulacra ciebat.* Scil. *erat.* 47 E corno, ligno durissimo, facta: *Et bona bella cornus.* Georgic. a. 58 Scil. *ferunt.* 59 Levigatas. 60 Dependet. 61 Pectoris & colli confinio. 62 Flexibilis, id est, torquis aureus. 63 Ex auro obtorto. 64 Quin circuit collum, & descendit in pectus. 65 Allusum volunt ad tres centurias à Romulo institutas, Rhamnensium, à Romulo, Tatiensium, à T. Tatio, Sabinorum rege, Lucerum, à Lucumone. 66 Scil. *erant.* Turma propriè est 32. equitum, ut paulò antè diximus. 67 Circum turmas, nunc hos, nunc illos instruendo. 68 Decuriones. 69 Duodecim. 70 Ductorum. 71 Ita ut discretio fit inter agmina, & turbas. 72 Cum respectu ad *magistros equitum Romæ.* 73 Acierum à ducibus, qui præerant, divisio. 74 Scil. *erat.* 75 Lætam, & quasi triumphantem.

(No-

(Nomen [76] avi referens) Priamus; tuâ [77] clara, [78] Polite,
Progenies, [79] auctura Italos: [80] quem [81] Thracius albis
Portat equus [82] bicolor maculis; [83] vestigia primi
Alba [84] pedis, frontemque ostentans [85] arduus albam.
[86] Alter Atys, [87] genus [88] undè Atii [89] duxere Latini:
Parvus Atys, pueroque puer dilectus Iülo.
[90] Extremus, formaque antè omnis pulcher Iulus
[91] Sidonio est invectus equo: quem [92] candida Dido
Esse sui dederat monumentum & pignus amoris.
[93] Cetera Trinacriis [94] pubes senioris Acestæ
Fertur equis.
Excipiunt [95] plausu [96] pavidos, gaudentque [97] tuentes
Dardanidæ; [98] veterumque adnoscunt [99] ora [98] parentum.
* Postquàm [1] omnem [2] læti [1] consessum oculosque [3] suorum
[4] Lustravêre in equis; signum clamore [5] paratis
Epytides [6] longè dedit, [7] insonuitque flagello.
[8] Olli discurrêre pares, atque agmina [9] terni.

76 Avi sui paterni. 77 Inclyta. 78 Apostrophe ad Polyten, Priami filium: quem Poëta Æn. 2. ostendit in patris conspectu à Pyrrho fuisse interfectum. 79 Quia Politorium ab eo conditum est, ac de Patris Politis nomine sic appellatum. 80 Priamum juniorem. 81 De Turni equo in 9. *maculis quem Thracius albis Portat equus.* 82 Duorum colorum. 83 Scil. *erant*, id est habuit anteriores pedes albos. 84 Equi. 85 Erecta cervice. 86 Secundus ductor erat. 87 Hoc in gratiam Augusti, & familiæ maternæ Atiæ, è quâ erat Atia Augusti mater. 88 A qua Ati. 89 Denominavêre. 90 Ordine. 91 Sidone nato, quem Dido l. cum ex Tyro & Sidone adduxerat, Ascanioque donarat. 92 Pulchra. 93 Ceteri pueri vehebantur Siculis equis, ex equili senioris Acestæ. 94 Juventus. Metonymia: nam signum pro re significata ponitur. 95 Cum plausu. 96 Hinc inde obequitantes: ut de equitibus Æn. 4. *Dùm trepidant alæ.* Et de apibus, 4. Georg. *Dùm trepidæ inter se cœunt, penisque coruscant.* Alii exponunt, gloriæ cupiditate sollicitos, aut per ætatem meticulosos. 97 Intuentes, inspicientes eos. Simplex pro composito. 98 Avorum, priscorum Trojanorum, quos ore referunt. 99 Effigies, vultus. Sinedoche. * Docet quomodo pueri equitatum exercuerint. 1 Omnes circumsidentes. 2 Pueri, sic instructi, hilares spe victoriæ, aut propter exercitationem. 3 Majorum. 4 Circumierunt. 5 Ad excursum. 6 Procul. 7 Sonitum dedit. 8 Tunc illi, signo dato, in diversas partes excursus suos fecerunt, pares numero atque distantiâ. 9 Ductores.

Di-

[10] Diductis solvêre choris, rursusque [11] vocati
Convertêre [12] vias, [13] infestaque tela tulêre.
Indè alios [14] ineunt cursus aliosque recursus
[15] Adversis spatiis [16] alternosque orbibus orbes
Impediunt, [17] pugnæque cient [18] simulacra sub armis:
Et [19] nunc terga [20] fugâ nudant; nunc spicula vertunt
[21] Infensi: [22] factâ pariter nunc [23] pace feruntur.
Ut quondam [24] Creta fertur [25] Labyrinthus in [26] altâ,
Parietibus [27] textum [28] cæcis iter, ancipitemque
[28] Mille viis habuisse [29] dolum, [30] quâ [31] signa sequendi
Falleret [32] indeprensus, & irremeabilis error.
[33] Haùd alio Teucrûm nati [34] vestigia cursu
[35] Impediunt, [36] texuntque fugas, & prælia [37] ludo,
[38] Delphinûm similes: qui per maria humida [39] nando
[40] Carpathium [41] Libycumque [42] secant, luduntque per undas.
[43] Hunc morem, hos cursus, atque hæc [44] certamina primus
Ascanius, Longam muris cum cingeret Albam,

10 Segregaverunt agmina sua aciebus, in formam chori prius dispositis, in diversa ductis, & separatim in aciem collocatis. 11 Signo, sive ictu flagelli, id est, virgæ in morem flagelli sonantis. 12 Excursus suos, unde exierant, redeuntes. 13 Hastilia sua tamquam vim illaturi obstantibus. 14 Inceptant. 15 Ex adverso sumptis, ita ut sibi invicem obviarent. 16 Et implicant circuitus suos altercatim factos orbibus ternis. 17 Veræ gerendæ. 18 Prælium fingunt, ac specimen belli præbent. Sic infrà: *Ascanius galeam ante pedes projecit inanem, Quâ ludo indutus belli* simulacra ciebat. 19 Aliquando. 20 Ad fugam, vel tamquam fugerent, nudata præbent. 21 Tamquam velint vim inferre. 22 Ac si pacem fecerint. 23 In Creta Insulâ. Theseus devicto Minotauro redux, instituit saltationem ad speciem Labyrinthi erroribus flexosi: neque enim Labyrinthus fabula est, sed etiam nunc exstat & in Creta visitur. 24 Domus à Dædalo variis circuitibus, ut exitus inveniri non posset, ædificata. 25 Sublimi. 26 Contextum. 27 Inextricabilibus, & inter quos exitus inveniri nequeunt. 28 Propter multas vias. Numerus certus pro incerto. 29 Errorem vel ambages & anfractus, qui in errorem inducunt. 30 Quâ re, aut ratione. 31 Falsa signa sequendi exitum daret. 32 Difficulter comprehensibilis. 33 Eodem modo. Applicatio similitudinis. 34 Mutua scil. 35 Implicant. 36 Et implicant, vestigia fugientium similia. 37 Ludendo, id est, faciunt præludia, & simulacra ludorum. 38 Delphinorum. Delphini enim mille gyros faciunt nando. 39 Natando. 40 Scilic. *mare*: quod à Carpatho, insula inter Ægyptum & Rhodum sita, nomen habet. 41 Mare Africum. 42 Dividunt. 43 Excurrendi equis. 44 Simulacra certaminum.

Re-

45 Retulit, & 46 priscos docuit 47 celebrare Latinos
48 Quo puer ipse modo, secum quo Troia pubes,
Albani 49 docuere 50 suos: 51 hinc maxima porrò
Accepit Roma, & 52 patrium servavit honorem:
53 Trojaque nunc, pueri, Trojanum dicitur agmen.
54 Hac celebrata 55 tenus 56 sancto 57 certamina 57 patri.
58 Hic primùm Fortuna 59 fidem 60 mutata 61 novavit.
Dùm variis 62 tumulo 63 referunt 64 solemnia ludis,
65 Irim de cœlo misit 66 Saturnia Juno
67 Iliacam ad classem, 68 ventosque 69 adspiras eunti
Multa movens, 70 nec dùm antiquum saturata 71 dolorem.
72 Illa 73 viam celerans per 74 mille coloribus arcum,
75 Nulli visa, 76 cito 77 decurrit tramite virgo.
78 Conspicit ingentem 79 concursum, & litora 80 lustrat,
81 Desertosque videt portus, 82 classemque relictam.

45 Renovavit. 46 Veteres, qui ea loca tenuerant, ubi Alba postea fuit condita, multò ante Romam conditam. 47 Hujus morem. 48 Eo modo, quo ipse Ascanius & pubes Trojana eo docti sunt. 49 Hunc morem. 50 Liberos, incolas. 51 Ex Albâ, vel ab Albanis acceperunt longè post Romani. 52 A progenitoribus institutum. 53 Et dicitur nunc nomine Trojæ, & pueri, sic ludentes, Trojanum agmen dicitur (per Zeugma cum propriori genere convenit) quia talis ludus à Trojanis institutus est, & denominatus. 54 Hactenus, hucusque. Tmesis. Epilogus certaminum anniversariorum ad Anchisæ tumulum. 55 In Deos relato. 56 Scilic. *sunt*. 57 Anchisæ. 58 In celebratione hujus ludi. 59 Fidelitatem, quam Trojanis, toties afflictis, servare decuit. 60 A gaudio in triste infortunium. Sequitur enim Palinuri mors. 61 Mutavit. 62 Ad tumulum Anchisæ. 63 Trojani. 64 Anniversaria sacra. 65 Nuncium Junonis, & Jovis, lib. 4. & 9. quòd pluviam præsagiat, quæ in aëre gignitur, cui præsidet Juno. 66 Saturni filia, Trojanis inimica. 67 Trojanam. 68 Ut celeriùs descendat. 69 Afflat descendenti. 70 Nondùm saturata pœnis, quas dolor ejus jam sumpserat. 71 Dolore, quem de injuriâ Trojanorum sibi illata acceperat. 72 Ut arcus via sit, & vehiculum, Iris numen quod descendit. 73 Celeriter per arcem abiens. 74 Habentem mille colores. 75 Non visa ab ullo, sive, quòd Dea introducatur, quæ specie mortalibus conspicua non fuit; sive, quòd per celeritatem à nemine visa fuerit. 76 Celeriter transcurso. 77 Deorsum currit. 78 Postquam descenderat. 79 Trojanorum ac Siculorum ad tumulum Anchisæ, qui haùd procul à litore aberat. 80 Circumspicit. 81 A nautis, & reliquis Trojanis, qui simul omnes, relictâ classe, ad ludos solemnes Anchisæ confluxerant. 82 Æneæ.

At

At [83] procul in [84] solâ [85] secretæ Troades [86] actâ
[87] Amissum Anchisen flebant, cunctæque profundum
[88] Pontum aspectabant flentes. Heu tot vada [89] fessis,
Et tantum superesse maris! [90] Vox omnibus una.
[91] Urbem orant: [92] tædet [93] pelagi perferre laborem.
Ergo [94] inter medias sese, [95] haùd ignara nocendi,
Conjicit, & faciemque deæ vestemque [96] reponit.
[97] Fit Beroë, [98] Tmarii conjux [99] longæva Dorycli;
Cui genus, & * quondàm [1] nomen, [2] natique fuissent:
Ac [3] sic [4] Dardanidûm mediam se [5] matribus infert:
'O miseræ, quas non [7] manus, [8] inquit, Achaica [9] bello
Traxerit ad letum [10] patriæ sub mœnibus! ô [11] gens
Infelix, cui te [12] exitio fortuna reservat?
[13] Septima post Trojæ excidium jam vertitur æstas,
Cùm [14] freta, cùm terras omnis, tòt [15] inhospita saxa,
[16] Sideraque emensæ [17] ferimur: dùm per [18] mare magnum

83 A viris. 84 Deserta à viris ludos sollemnes alibi celebrantibus. Ter. *Venit meditatus aliunde à solo loco.* 85 Separatæ. 86 Litore, ἀκτῇ. *In* acta *cum mulierculis jacebat ebrius.* Cicer. Ver. 87 Per mortem. 88 Mare. Species pro genere. 89 Longa navigatione. 90 Omnes idem pariter conquerebantur, tamdiu scil. se terrâ, marique jactari, nec quietem habere posse. 91 In quâ maneant. 92 Eas. 93 Navigationis per pelagus. 94 In medium illarum. 95 Iris fraudum peritissima. 96 Deponit, ut scil. aliam faciem, & vestitum accipiat. 97 Apparet. 98 *Tmarii*: à *Tmaro*, monte Epiri, ubi benignè excepti ab Heleno Troës: probabiliusque est hic contracta matrimonia, quàm in Thraciâ, à quo litore avaro festini se expediebant. 99 Grandæva, annosa. * Aliquando. 1 Familiæ. 2 Liberti ab eo denominati. 3 Facta Beroë, id est, sumpta facie, habituque Beroes. 4 Dardanidarum. 5 Inter matres. 6 Exhortatoria Iridis sub Beroës persona oratio, ad inducendum scil. mulieres Trojanas ut naves incendant. 7 Græcorum exercitus ad Trojam oppugnandum missus. 8 Iris. 9 Per bellum. 10 Trojæ. Pathos à loco. 11 Non exclamantis, sed dolentis est. 12 Morti. 13 In primo lib. dictum. *Nam te jam septima portat Omnibus errantem terris & fluctibus æstas.* Atque hic jam post tantum temporis intervallum *Septima vertitur æstas. Portat* ergo, æstatem incipientem signat, *vertitur*, finitam vel desinentem. 14 Omnia scil. 15 Nullum præbentia hospitium. 16 Quibus terræ peragratæ subjacent. 17 Trahimur adhuc. 18 Mediterraneum inter Afric. & Europ. medium, non Ocean. quod mare magnum propt.

Ita-

Ita liam sequimur [19] fugientem, & volvimur [20] undis.
Hîc [21] Erycis fines fraterni, atque [22] hospes [23] Acestes.
Quis prohibet [24] muros jacere, & dare civibus urbem?
O [25] patria, & rapti [26] nequidquam ex [27] hoste Penates:
Nullane jam Trojæ dicentur mœnia? nusquam
[28] Hectoreos amnis, [29] Xanthum & Simoënta, videbo?
Quin agite, & mecum [30] infaustas exurite [31] puppes.
Nam mihi Cassandræ per somnum vatis imago
Ardentes dare visa faces. Hîc quærite [32] Trojam.
Hic [33] domus est, inquit, vobis: [34] jam tempus [35] agi res:
Nec tantis [36] mora [37] prodigiis. En quattuor [38] aræ
Neptuno. [39] Deus ipse [40] faces, [41] animumque ministrat.
Hæc [42] memorans, prima [43] infensum vi corripit ignem,
Sublatâque procul dextrâ [44] connixa coruscat,
Et [45] jacit. [46] Arrectæ mentes, stupefactaque [47] corda
[48] Illiadum. [49] Hic una è multis, quæ maxima natu,
[50] Pyrgo, [51] tot Priami natorum regia nutrix:

19 Nolentem inveniri, vel visam retrocedere nobis post tot annos exactos tot maria emensis. *Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras*, lib. 6. quia adhuc semel in Sicilia fuerant, & viciniores Italiæ, quam nunc sint. 20 Per undas & tempestates maris. 21 Erycis montis limites, à fratre ducis nostri Æneæ *Eryce* denominati. 22 Qui nos libenter hospitio excipit. 23 Est hic. Ab opportuno suadet in Siciliâ manendum esse. 24 Fundamenta murorum. 25 Troja. 26 Siquidem nulla nobis vestra ope reperta sedes, neque adeo vobis ipsis. 27 Græco. 28 Trojanos ad quos Hector Trojanus tam virilitèr pugnavit. 29 Qui Trojam perfluebant, & quorum simulacra Helenus in Epiro fecerat. 30 Infortunium nobis adferentes. 31 Naves. Synecdoche. 32 Quam in Italiâ quæsituræ estis. 33 Perpetua mansio. 34 Cùm Trojani omnes & Siculi ad ludorum spectacula abierint. 35 Agendi re dictas, id est, nunc exurendæ sunt naves. 36 Sit. 37 Non est cunctandum obsequi his visis, & Cassandræ monitis. 38 Exstructæ & paratæ sunt, quæ à Cloantho victore & ceteris positæ ex voto: sive illæ, in quibus sacra fiebant anniversaria Anchisæ, igne nondum exstincto. 39 Neptunus, navigantium Deus, cujus hæ aræ. 40 Ad incendendum naves: quia in aris ejus relictus erat ignis à sacrificantibus. 41 Res perpetrandæ: cùm auctor ejus esse videatur, & adjutor. 42 Iris in forma Beroës. 43 Valdè offensurum naves. 44 Connitens injicere ignem resplendet. 45 Injicit ignem. 46 Arrectæ sunt admiratione. 47 Earum. 48 Trojanorum. 49 Tunc. 50 Inquit. 51 Quinquaginta scil. *Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum.* Æneid. 2.

Non Beroë vobis, non hæc [52] Rhœteïa, matres,
Est Dorycli conjux. Divini signa decôris,
[53] Ardentisque notate oculos; [54] qui [55] spiritus illi,
Qui [56] voltus, vocisve sonus, vel [57] gressus [58] eunti.
Ipsa egomet [59] dudùm [60] Beroën [61] digressa reliqui
Ægram, [62] indignantem, [63] tali quòd sola careret
Munere, nec [64] meritos Anchisæ inferret honores.
Hæc [65] effata.
At matres, [66] primò [67] ancipites, oculisque [68] malignis
Ambiguæ [69] spectare [70] ratis, [71] miserum inter [72] amorem
[73] Præsentis terræ, fatisque vocantia [74] regna:
Cùm [75] dea se paribus per cœlum sustulit alis,
Ingentemque fugâ secuit sub nubibus [76] arcum.
Tùm [77] verò adtonitæ [78] monstris, [79] actæque [80] furore
[81] Conclamant, rapiuntque focis [82] penetralibus ignem:
Pars spoliant aras, [83] frondem, ac virgulta, facesque
[84] Conjiciunt. [85] Furit [86] immissis Volcanus [87] habenis

52 Trojana, à *Rhateo*, promontorio Trojæ. 53 Ardentèr resplendentes. 54 Qualis. 55 Vivida virtus animi, ferocia, & animosum pectus sit illi. 56 *Namque haud tibi vultus Mortalis: nec vox hominem sonat, ô Dea certe,* 1. Æneid. 57 *Et vera incessu patuit Dea.* 58 Incedenti. 59 Paullò antè. 60 Quam hæc repræsentat. 61 Digrediens ab eâ. 62 Iratam, indignè ferentem. 63 Quod per valetudinem non posset interesse huic anniversario officio. 64 Dum viveret. 65 Pyrgo anus elocuta est. 66 In principio, ante cognitum numen. 67 Dubiæ, quid facerent, sed ferè persuasæ. Nam, (ut Ter. Act. 1. Sc. 5. ait:) *Dùm in dubio est animus paullo momento hùc illùc impellitur.* 68 Malevolis. 69 Spectabant. Enallage modi. 70 Naves, quas incendere jusserat Iris. 71 Magnum, vel quo efficiebantur in dies miseriores. 72 Nam amor præsentis terræ suadebat: contra fatalis terræ exspectatio disuadebat incendi naves. 73 Siciliæ scil. in quâ Anchisen superiori anno sepelierant. 74 Italica scil. ex Deorum voluntate sibi promissa. 75 Iris, quæ paullò antè Beroës formam, & habitum assumpserat. 76 Cœlestem scil. qui Iridis significator est. 77 Maximè matronæ perculsæ sunt. 78 Miraculis ac prodigiis Deæ visæ. 79 Impulsæ. 80 Ab Iride, Junonis nuncià, immisso. Infrà, *Excussaque pectore Juno est.* 81 Castrense verbum, quasi ad arma cum hoste conferenda, aut oppugnandam urbem, aut castra movenda. 82 Sacris, puris, à prófano usu semotis, ab aris scilic. quæ plerumque in partibus ædium pénitioribus. 83 Arborum. 84 In naves. 85 Licentèr grassatur, amplitèr diffunditur ignis. 86 Igni, ut liberè vagetur. 87 Metaph. à retinaculis, quibus equi reguntur.

Tran-

[88] Transtra per & [89] remos, [90] & pictas abiete puppis.
Nuncius Anchisæ ad tumulum [91] cuneosque theatri.
[92] Incensas perfert navis Eumelus: & [93] ipsi
Respiciunt [94] atram in [95] nimbo volitare favillam.
[96] Primus & Ascanius, cursus ut lætus equestris
Ducebat; sic [97] acer [98] equo [99] turbata petivit
[2] Castra: nec * exanimes possunt [1] retinere [2] magistri.
[3] Quis furor iste [4] novus? [5] quò nunc, [6] quò tenditis, inquit,
Heu miseræ cives? non [7] hostem, [8] inimicaque [9] castra
[8] Argivûm, [10] vestras spes uritis. En, ego [11] vester
Ascanius: [12] galeam ante [13] pedes [14] projecit [15] inanem;
Quâ [16] ludo indutus [17] belli simulacra ciebat.
[18] Accelerat simul [19] Æneas, simùl [20] agmina Teucrum.
Ast [21] illæ diversa metu per litora passim
Diffugiunt: silvasque, & sicubi concava [22] furtim
[23] Saxa, petunt. [24] Piget incepti, [25] lucisque, [26] suosque

88 Per loca in navibus, per quæ transitur, & in quibus sedent remiges. 89 In transtris repositos. 90 Et per naves abiegnas, seu ex abiete factas, simulacris, figurisque animantium, aut Deorum Tutelarium, ornatas. 91 Ordines sedilium in theatris ad formam cunei per gradus ascendentium ab imo acuto in latum. *Cuneus* propriè est multitudo peditum, quæ, cum acie conjuncta, principio fronte angustior, deindè paullatim procedit latior, atque hostium ordines perrumpit. 92 Esse. 93 Ludo intenti. 94 Piceam flammam, ignis. 95 In formâ nubis atræ. 96 Primus accurrit Ascanius, quòd commodum ejus interciperetur Navibus enim exustis in fatalem terram sibi debitam navigare non poterat. 97 Strenuus. 98 In equo. 99 Incensam classem, ut l. 3. *Nos* castra *movemus*. Vel *turbata*, id est, ipse turbatus. * Solliciti super Ascanii salute: putantes naves ab hostibus, aut piratis incensas. 1 Ascanium. 2 Custodes, pædagogi. 3 Qualis. 4 Magnus & insolutus. quod scil. naves vestras ipsæ incendatis. 5 Scil. *tenditis*? 6 Quid habetis intentionis? 7 Scil. *repellitis*? 8 Inimicorum Argivorum. 9 Scil. *uritis*. 10 Naves in quibus spes vestra posita est, scil. perveniendi ad regna, & sedes quietas. 11 Non hostis. 12 Ut agnosci ab illis posset. 13 Mulierum. 14 Procul abjecit: id quod indignantis est. 15 Quia capiti detractam. 16 Ad ludum, aut dum luderet. 17 Imaginarias & umbratiles pugnas, id est, pugnas contra umbras. Suprà hoc libr. *pugnæque* cient simulacra *sub armis*. 18 Tum celeriter accurrit. 19 Qui pedes erat. 20 Scil. *accelerant*. 21 Matronæ, quæ naves incenderant. 22 Clanculùm. 23 Scilic. *erant*. 24 Eas. 25 Vitæ. 26 Cives populares.

[27] Mutatæ adnoscunt, [28] excussaque pectore Juno est.
Sed non iccircò flammæ, atque incendia vires
[29] Indomitas [30] posuêre [31] udo sub robore vivit
Stuppa [32] vomens [33] tardum fumum, lentusque [34] carinas
[35] Est vapor, & toto descendit [36] corpore [37] pestis:
Nec vires heroum infusaque [38] flumina [39] prosunt.
Tùm pius Æneas [40] humeris abscindere vestem,
[41] Auxilioque vocare Deos, & [42] tendere [43] palmas:
Juppiter omnipotens, si nondùm [44] exosus [45] ad unum
Trojanos, si [46] quid pietas antiqua labores
Respicit humanos; da flammam evadere classi
Nùnc, Pater, & [47] tenuis Teucrum res eripe [48] leto.
[49] Vel tu, quod [50] superest, [51] infesto fulmine [52] morti,
Si mereor, [53] demitte, [54] tuâque hic obrue dextra.
Vix hæc [55] ediderat, cùm effusis imbribus [56] atra
Tempestas [57] sine more furit, tonitruque tremiscunt
[58] Ardua terrarum, & campi: [59] ruit æthere toto
Turbidus imber aquam, [60] densisque nigerrimus austris:

27 A furore, & ad mentem saniorem reversæ. 28 Excussus est pectore earum furor ille à Junone immissus. 29 Difficultèr domabiles. 30 Deposuerunt. 31 Stuppa picata, quâ tabularum rimæ stripantur, intensa est sub ligno navium extrinsecus aquis vicino. 32 Emittens. 33 Densum & tarde ascendentem, non citò emicantem, utpote ex materia uda. 34 Ventres navium. 35 Edit, consumit ignis. 36 Navium. 37 Incendium, vis incendii. 38 Aquæ impensè infusæ, *vel*, aquæ fluviales, cum marina non tam extinguat, quam accendatur propter pinguedinem. 39 Quia non possunt exstinguere incendium. 40 Scil. *suis*. Pro more usitato, in luctu & dolore, ut paterent humeri & pectora ad planctum. *Pateat pectus, jam nuda vocant pectora dextræ.* Seneca Troad. 1. Chorus:

41 Auxilium. 42 Extendere ad Deos. Simplex pro composito. 43 Manus complicatas. 44 Scil. *es*, id est, odisti. 45 Omninò. 46 Si pia numina respiciant pietatem humanam. 47 Modicas, æcisas bello, incendio urbis, captivitate & naufragio. 48 Delctioni, internetioni. 49 *Summe Deum, liceat perituræ viribus ignis, Igne perire tuo, clademque auctore levare.* Ovid. 2. Metam. 50 Quod reliquum est Trojanorum. 51 Vim inferente. 52 Morti. 53 Ut suprà lib. 2. *Demisere neci, nunc cassum lumine lugent.* 54 Id est, exstingue nos penitus, si nihil nobis salvum esse permittis. 55 Æneas elocutus erat. 56 Ex densa nube producta. 57 Sine modo, præter solitum morem præcipitatur. 58 Montes. 59 Præceps decidit. 60 Immixtis.

Im-

Implenturque [61] super puppes; semusta madescunt
[62] Robora. [63] Restinctus donec vapor omnis, & omnes,
[64] Quattuor amissis, [65] servatæ [66] à peste carinæ.
At pater Æneas, [67] casu [68] concussus acerbo,
[69] Nùnc huc ingentis nunc illùc pectore curas
[70] Mutabat, [71] versans; Siculisne [72] resideret arvis,
[73] Oblitus satorum; [74] Italasne capesseret oras.
[75] Tùm [76] senior [77] Nautes, [78] unum [79] Tritonia [80] Pallas
Quem [81] docuit, multâque [82] insignem reddidit [83] arte,
Hæc responsa dabat, [84] vel quæ [85] portenderet [86] ira
Magna Deûm, vel quæ fatorum posceret ordo.
[87] Isque his Æneam [88] solatus vocibus [89] insit:
Nate Deâ, quò fata trahunt, retrahuntque, sequamur,
Quicquid [90] erit: superanda omnis fortuna [91] ferendo est.
Est tibi [92] Dardanius divinæ stirpis Acestes:
Hunc cape [93] consiliis socium, & conjunge [94] volentem:
Huic [95] trade, [96] amissis [97] superant qui navibus, & quos

61 Usque ad superfluitatem. 62 Naves. 63 Erat. 64 Quattuor tantum per incendium absumptis. 65 Erant. 66 Ab incendio. 67 Amissarum navium damno, & quòd post longam jactationem, amissis navibus, Italiâ arceri videretur. 68 Perculsus, perturbatus. Infrà: *Multa gemens, casúque animum* concussus *amici.* 69 Aliquandò in hanc sententiam, aliquandò in illam. Sic lib. 4. *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc.* 70 Versabat. 71 Agitans secum, dubius. 72 Sedem caperet. 73 Similis obliti, & immemores oraculorum, ac promissorum, quæ voluntate Deorum indicaverant. 74 Italiam. 75 Cum sic dubius esset. 76 Provectioris ætatis. 77 Vir Trojanus: cujus opera Palladium recuperatum à Diomede ajunt. 78 Præcipuè. 79 A *Tritone* palude denominata. Vide suprà. 80 Dea sapientiæ. 81 Instituit. 82 Eminentem effecit. 83 Prudentiâ & divinatione, adeò ut quasi ex oraculo responsa daret. *Ille Deo plenus, tacita quem mente gerebat. Effudit dignas adytis è pectore voces.* Luc. 9. 84 Docens etiam ea, quæ &c. 85 Porrò intenderet, denuntiaret. 86 Ut classis incendium ortum fuit à Junonis irâ in Trojanos, quæ semper Trojanis infesta fuit, ne scil. in fatalem terram venirent. 87 Nautes. 88 Consolaturus. Enallage temporis. 89 Incipit. 90 Obvenerit. 91 Pariendo. 92 Trojanus, Criniso fluv. & Egesta, Trojani Hippotæ filia: *divinæ* ergo *stirpis*, à fluvio ortus, vel cum respectu ad Dardanum Trojæ auctorem, qui Jovis ex Electra filius. 93 In consiliis tuis. 94 Voluntarium, & benevolum. 95 Eos. 96 Exustis quattuor navibus. 97 Supersunt.

Pertæsum [1] magni incepti, rerumque tuarum est
Longævosque senes, ac fessas [2] æquore matres,
Et quicquid tecum [3] invalidum, [4] metuensque periclî est,
Delige: & his habeant [5] terris, sine, [6] mœnia fessis
Urbem appellabunt [7] permisso nomine [8] Acestam.
Talibus [9] incensus dictis seniores amici,
Tùm verò in curas animum [10] diducitur omnis:
Et nox [11] atra polum [12] bigis subvecta [13] tenebat.
Visa dehinc [14] cœlo [15] facies delapsa parentis
Anchisæ, subitò tales effundere voces:
Nate, mihi vita [16] quondàm, dùm vita [17] manebat,
Care magis; nate, [18] Iliacis exercite fatis:
[19] Imperio Jovis hùc venio [20] qui classibus ignem
Depulit, & cœlo tandem miseratus ab alto est.
Consiliis pare, quæ nùnc [21] pulcherrima Nautes
Dat senior: lectos juvenes, fortissima corda,
Defer in Italiam. [22] Gens dura, atque [23] aspera cultu
[24] Debellanda tibi Latio est. [25] Ditis tamen [26] antè
[27] Infernas accede domos, & [28] Averna per alta
[29] Congressus pete, nate, meos. Non me [30] impia namque

1 Regni constituendi in Italiâ. 2 Longâ navigatione. 3 Quoad corpus. 4 Quoad animum. 5 Siciliæ. 6 Oppidum. 7 Ab Aceste ipso. 8 Quæ posteà dicta est *Segesta*. 9 Æneas. 10 Temperatè dirigitur. 11 Obscura. Transitio ducta à descriptione temporis nocturni ad oraculum Anchisæ. 12 Bigas dant Lunæ, quadrigas Soli; trigas inferis, sejuges Jovi, desultores Lucifero, ratione Physicâ. 13 Occupabat. 14 Heroum enim animæ cœlum incolunt, simulacra inferos: *vel*, à Jove demissa, ut quarto hinc versu. 15 Imago. 16 Aliquando. 17 Mihi. 18 Trojanis debitis. 19 Ex mandato Jovis. 20 Quia invocaverat eum Æneas, dicens: *Juppiter omnipotens*, &c. 21 Decentissima. 22 Rutuli, Aborigines, Tyrrheni: adversus quos bellum illi gerendum sciebat. 23 Rigida exercitio. Undè lib. 9. *Natos ad flumina primum deferimus, sævoque gelu duramus & æstu*, 24 In Italiâ bello tibi vincenda est: quo verbo certissimam victoriam promittit. 25 Plutonis: qui ob id *Dis* appellatur, quod opes è terrâ effodiantur, vel quod in terram redeant. 26 Priusquam debellare Italos incipias. 27 Infernales. 28 Per atrum, & profundum locum Averni, per quem descensus patet ad inferos. 29 Congrediendo pete; vel *congressus*, id est, colloquium. 30 Impiorum receptacula.

Tar-

Tartara habent, [31] tristes umbræ; sed amæna piorum
[32] Concilia, [33] Elysiumque colo. [34] Hùc [35] casta Sibylla
[36] Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet. 736
[37] Tùm genus omne [38] tuum, &, quæ [39] dentur mœnia, disces.
[40] Jamque vale. [41] Torquet medios nox humida cursus:
Et me [42] sævus equis [43] Oriens afflavit [44] anhelis. 740
[45] Dixerat: & tenuis [46] fugit, [47] ceu fumus, in auras.
Æneas, quò deindè [48] ruis? quò [49] proripis? inquit,
Quem fugis? aut quis te nostris complexibus arcet?
Hæc memorans, cinerem & [50] sopitos suscitat [51] ignis;
[52] Pergameumque Larem, & [53] canæ penetralia Vestæ,
[54] Farre pio, & [55] plena supplex veneratur [56] acerra. 745
[57] Extemplò [58] socios [59] primumque [60] arcessit Acesten,

31 Tristitiam adferentes. 32 Conventicula. 33 Campos fortunatos, beatarum animarum domicilium, quo corpore soluti migrare dicuntur, inhabito. 34 Ad has nostras sedes. Docet, quo modo in ea loca penetraturus sit. 35 Quia virgo. 36 Mactatis multis nigris ovibus. Furvæ enim hostiæ Diis inferis debentur. 37 Cùm illic fueris. 38 A te oriturum. 39 Destinentur tibi à fatis. 40 Neque enim lucescente die dæmonis umbrisve permissum vagari. *Sed me imperiosa trahit Proserpina; vive, valeque.* Tiresias apud Horat. Sat. 5. lib. 2. Solis quippe adventu intereunt umbræ. 41 Medium est noctis vestræ. 42 Infestus umbris; quia, veniente die, umbræ evanescunt. 43 Scil. *sol.* 44 Anhelantibus ex fatigatione, spiritum præ nimio labore trahentibus, id est, offendam lumen solis, nisi præceps abiero, priusquam ad inferos rediero. Periphrasis est adventantis diei. Solem enim quadrigis vehi Poëtæ fabulantur, à quattuor equis, qui sunt Pyrous, Eoüs, Æthon & Phlegon. 45 Anchises. 46 Evanescit. 47 Veluti. 48 Præceps abis? Quomodo hic patrem, sic suprà l. 1. matrem fugientem incusat: *Quid natum toties crudelis tu quoque falsis ludis imaginibus? cur dextræ jungere dextram Non datur.* 49 Aufers te? 50 Coopertos cinere. Translatum ab animali ad non animal, ad ignem Vestæ scil. qui sacer erat, & cineribus conditus quodammodò dormire potest videri. 51 Quibus adoleat far & thus expiando somno. Neque interea aliud est Lar Trojanus & Vesta, quàm ignis ἀάβεστος; ut dictum à nobis ad illud 2. lib. *Vestamque potentem, Æternumque adytis effert penetralibus ignem*: adi locum. 52 Ignem perpetuum, quem Trojani colebant, id est, Vestam. 53 Antiquæ, aut ob favilas canescentis. 54 Mola salsa sacrificiis debitâ, quâ Vesta, & Ceres, quæ anima terræ habita est, placanda, undè fruges, & herbæ, quibus victitemus, enascuntur. 55 Thuris. 56 Arcula, thuribulo, in quo thus reponi solet. 57 Illico, peracto sacrificio. 58 Profectionis. 59 Præcipuè. 60 Vocari curat. Cic. *Pompejus se comparat, homines ex agris accersit.*

Et Jovis [61] imperium, & cari præcepta parentis
[62] Edocet, & [63] quæ nunc animo sententia [64] constet.
[65] Haud mora consiliis, nec [66] jussa recusat Acestes.
[67] Transcribunt [68] urbi matres, populumque [69] volentem
Deponunt, animos [71] nil magnæ laudis egentes.
[72] Ipsi [73] transtra [74] novant, [75] flammisque ambesa reponunt
Robora navigiis: aptant remosque rudentisque,
[76] Exigui numero, sed [77] bello vivida virtus.
[78] Interea Æneas urbem [79] designat [80] aratro,
[81] Sortiturque domos: [82] hoc [83] Ilium, & hæc loca Trojam
Esse jubet. Gaudet [84] regno Trojanus Acestes,
[85] Indicitque forum, & patribus dat [86] jura [87] vocatis.
[88] Tùm vicina astris [89] Erycino in vertice [90] sedes

61 Significatum per Anchisen, qui se imperio Jovis advenisse dixerat. 62 Eos. 63 Velle scil. se urbem statuere in Siciliâ, in quâ aliquam Trojanorum partem fato relinquat. 64 Firma sit. 65 Mora non sit deliberationi, id est, non capitur longa deliberatio. 66 Imperia Jovis, & præcepta Anchisæ. 67 Respexit ad colonias Rom. in quas transcripti deducebantur. 68 Ad inhabitandam urbem Trojanas mulieres, diuturna navigatione fractas. 69 Manere. 70 Quasi onera de navibus. Quidam distinguunt post *Volentem*: ut scil. hi dicerentur *deponere animos*, id est, submittere seminertiæ. 71 Inglorios utique, nec laudis & honoris ambitiosos. 72 Qui abituri sunt. 73 Semiusta igni. 74 Renovant. 75 Eximunt, & seponunt asseres roboreos ambustos, novos aptant. 76 Exsistentes pauci. 77 Ad bellum gerendum idonea. Explicat enim, quos dixerit occupatos esse in rejiciendis navibus, pauces quidem, sed delectos ad bellum juvenes. 78 Dùm reliqui navibus resarciendis essent intenti. 79 Pro more designandi mœnia, urbis condendæ: ubi quis tenens stivam aratri, in quo taurus à dextrâ, & vacca à sinistra juncti, obliquo vomere glebas invertebant, ut intrinsecùs caderent: suspendebat verò aratrum, ubi futuræ erant portæ. 80 Quo mœnia designabant. 81 Sorte cuique domus partitur & distribuit. 82 Ad formam & repræsentationem veteris Trojæ: ut suprà, & lib. 3. de Heleni urbe: unde & delectatio regi Acestæ. 83 Arcem Trojanam. 84 Jurisdictione civitatis à Trojanis in modum Trojæ conditæ. 85 Indicit forum rebus agendis, & leges, ad quas Senatores, quos evocaverat, Rempub. administrarent. Sic & Liv. Judici *finitimis spectaculum jubet*. Fori autem triplex est usus. *I.* Ibi tribunal juri dicundo. *II.* Cibaria habentur venalia. *III.* Statis diei horis conveniunt negotiatores, *de cour, de Marckt, de Beurs*. 86 Civitatis novæ. 87 Ad concionem. 88 Educta quasi ad astra. 89 Erycis montis, ab *Eryce*, Veneris filio, dicti. 90 Templi.

Fun-

[91] Fundatur Veneri [92] Idaliæ, [93] tumuloque sacerdos,
Ac lucus latè [94] sacer additur [93] Anchisæo.
Jamque dies [95] epulata novem gens [96] omnis, & [97] aris
Factus honos, placidi [98] straverunt æquora venti:
[99] Creber & * adspirans rursus vocat Auster in [1] altum.
[2] Exoritur procurva ingens per litora fletus:
Complexi inter se [3] noctemque, diemque morantur.
Ipsæ jam matres, [4] ipsi, quibus aspera quondàm
Visa maris [5] facies, & [6] non tolerabile [7] numen,
[8] Ire volunt, omnemque [9] fugæ [10] perferre laborem.
[11] Quos [12] bonus Æneas dictis solatur [13] amicis,
Et consanguineo lacrimans [14] commendat Acestæ,
Tris [15] Eryci [16] vitulos, & Tempestatibus agnam
[17] Cædere [18] deindè jubet, [19] solvique ex [20] ordine [21] funem.
[22] Ipse, caput [23] tonsæ foliis evinctus olivæ,
Stans procul in prora, pateram tenet, [24] extaque [25] salsos
[26] Porricit in fluctus, ac vina [27] liquentia fundit.
Prosequitur surgens à puppi ventus [28] euntes.
[29] Certatim socii feriunt mare, & æquora [30] verrunt.

91 Corroboratur, si priùs erat exstructa; aut exstruitur. 92 Quæ in Idalio luco præcipuè colitur. 93 Sepulcro, in quo Anchises sepultus fuerat. 94 Consecratus. 95 Erat. Alludit ad novendinale sacrum. 96 Utraque, Trojana, & Sicula, tàm abitura, quàm permansura. 97 Ad aras religiosè sacrificatum fuit. 98 Tranquillum fecerunt, æquaverunt mare. 99 Crebrò. * Ab opportuno. Mare tranquillum, & ventus secundus è Sicilia Italiam petentibus, ad navigandum invitant. 1 Mare. 2 Dùm alii ab aliis discederent. 3 Quia discedere nequibant. 4 Viri ignaviores. 5 Species, aspectus. 6 Quia toties pericula passi fuerant. 7 Quod mari præerant. 8 Proficisci cum aliis. 9 Profectionis, celeris cursus. Sic lib. 1. *volucremque fugâ prævertitur Hebrum.* 10 Ad finem usque ferre. 11 Flentes, & abire volentes. 12 Clemens. 13 Amabilibus. 14 Eos. 15 Fratri suo: Veneris filio. 16 Antiquis mos erat, ut oram soluturi, vel tempestati, vel Diis maris sacrificarent. 17 Mactare. 18 Postquam eos consolatus fuerat. 19 Sacrificio peracto. 20 Quo litus præterexebant, ad cavendum tumultum solventibus. 21 Nauticos. 22 Æneas. 23 Comptæ minutis foliis. 24 Vitulorum. 25 In mare projicit. 26 Vide suprà in voto Cloanthi, quæ ad illa, *extuque salsos Porriciam in fluctus, & vina liquentia fundam.* 27 Pura. 28 Procedentes jam in navigatione. 29 Cum certamine laudis. 30 Remis scil. id est, remis & ventis operam navant.

At Veuus [31] interea [32] Neptunum [33] exercita curis
Alloquitur, talesque effundit [34] pectore [35] questus:
Junonis gravis ira, [36] nec exsaturabile pectus,
Cogunt me, Neptune, preces descendere in omnis:
[37] Quam nec [38] longa dies, [39] pietas nec [40] mitigat ulla;
Nec [41] Jovis imperio, fatisve, [42] infracta quiescit.
Non media de gente Phrygum [43] exedisse nefandis
[44] Urbem odiis [45] satis est, nec [46] pœnam traxe [47] per omnem
Reliquias: Trojæ [48] cineres atque [49] ossa [50] peremptæ
Insequitur: [51] Caussas tanti sciat illa [52] furoris.
[53] Ipsa mihi [54] nuper [55] Lybicis tu testis in undis,
[56] Quam molem subitò excierit. Maria omnia [57] cœlo
Miscuit, [58] Æoliis [59] nequicquam freta procellis,
In regnis [60] hoc ausa tuis.
Per scelus ecce etiam Trojanis [61] matribus [62] actis
[63] Exussit [64] fœdè puppis; & [65] classe subegit

31 Dùm sic prosperè navigarent Trojani. 32 Deum maris. 33 Sollicita pro Trojanis. 34 Ex intimâ affectione. 35 Querelas, 36 Quod exsaturati nequit odiis. Suprà, *necdùm antiquum exsaturata dolorem.* 37 Junonem. 38 Longa tempestas, quæ adimit ægritudinem hominibus. Amplificatio odii à tempore & pietate Æneæ. 39 Ut ut illi ab Heleno *jussos adolemus honores*, lib. 3. 40 Mitem facit ac placat. 41 Licet Juppiter imperaverit Æneam in Italiam proficisci. 42 Valde fracta: quia scit fata id velle, ut in Italia imperium constituat. 43 Quod exederit. 44 Trojam. 45 Junoni visum. 46 Nec satis est pœnam &c. 47 Per omne genus pœnarum, & afflictionum. 48 Qui post exusta corpora remanent, id est, quicquid adhuc superest post incendium Trojæ, Æneam scil. ejusque socios, indesinenter persequitur. 49 Quæ colligi consueverint, & sepulcro mandari. 50 Eversæ Trojæ. 51 Ego certè caussas nescio, inquit Venus: enumerat tamen Juno lib. 1. & 10. 52 Doloris, iracundiæ conceptæ in Trojanos. 53 Juno. 54 Cùm ad Carthaginem repulsus est Æneas. 55 Carthaginensibus. 56 Quantam molem aquarum & ventorum, id est, tempestatem in mari excitaverit. 57 Ad cœlum usque confudit & commovit. 58 Ab Æoli ventis excitatis. 59 Quia non consecuta est per hoc scopum suum: Æneas enim incolumis evasit, perlevi accepto damno. 60 Tantum facinus. 61 Matronis. 62 In furorem impulsis, adactis. 63 Exurendas curavit per Iridem, Beroës habitum mentitam. 64 Turpi dolo. 65 Coëgit nos, navibus quattuor incendio amisis relinquere partem civium in terrâ peregrinâ: quorum auxilio nobis opus fuerat ad debellandas gentes duras in terrâ nobis satis debita.

Amis-

Amissa socios [66] ignotæ [67] linquere terræ. 795
[68] Quod superest; oro, [69] liceat dare tuta per undas
Vela [70] tibi: liceat [71] Laurentem [72] attingere Thybrim:
Si [73] concessa peto, si dant ea mœnia [74] Parcæ.
Tùm [75] Saturnius hæc domitor maris edidit alti:
[76] Fas omne est, [77] Cytherea, meis te fidere regnis, 800
[78] Undè [79] genus ducis: [80] merui quoque. Sæpè [81] furo-
res
Compressi & rabiem tantam [82] cœlique marisque.
Nec minor [83] in terris ([84] Xanthum Simoëntaque testor)
Æneæ mihi cura [85] tui. [86] Cum [87] Troïa Achilles 804
[88] Exanimata [89] sequens [90] impingeret agmina [91] muris,
[92] Millia multa [93] daret leto, [94] gemerentque [95] repleti
[96] Amnes, nec reperire viam [97] atque evolvere posset
In mare sè Xanthus: [98] Pelidæ tunc ego forti
Congressum Æneam, [99] nec dis, nec viribus * æquis,
[1] Nube cava rapui: [2] cuperem cum [3] vertere ab imo
Structa meis manibus [4] perjure mœnia Trojæ. 811
Nùnc quoque [5] mens eadem perstat mihi: pelle timorem.

66 Ignobili: vel ignotæ manentibus. 67 Relinquere. 68 Petitionis propositio. 69 Trojanis. 70 Per te. 71 Per agros Laurentum defluentem. 72 Pervenire ad Tibrim, id est, in Italiam, cujus Tibris fluvius est. 73 Permissa à Diis, ac licita, & debita hæc Trojanis sit terra. A possibili. 74 Deæ fatales, quæ vitas hominum dispensare finguntur, per Antiphrasim sic dictæ, quod nemini parcant. 75 Neptunus Saturni filius. 76 Omninò licitum est. 77 O Venus, quæ in Cytheris coleris. 78 Nata è spuma maris, orta ex testiculis Cœli à Saturno exsectis, & in mare projectis: undè Ἀφροδίτη, ab ἀφρὸς, ob similitudinem seminis, vel, propter humoris salsi vim animalem, & fœcundam. 79 Originem trahis. 80 Ut confideres mihi. 81 Fluctus ventorum atrocitate turbatos: *vel*, furores, id est, Junonis atrox nocendi studium. 82 Aëris. 83 Quam in mari. 84 Trojæ fluvios. 85 Filii tui. 86 Deest *nam*. 87 Trojana. 88 Metu perculsa. 89 Insequens. 90 Ea. 91 Ad muros. 92 Trojanorum. 93 Et cùm daret. 94 Sub mole cadaverum. Metaphora, ab animali ad non animal. 95 Cadaveribus. 96 Xanthus & Simois. 97 Id est, cùm impediretur cursus ejus multitudine cadaverum. 98 Cùm Achille, Pelei filio. 99 Nec Diis æquè faventibus, sed adversis, quia constituerant Dii Trojam evertere. * Non æquè potentibus, sed imparibus. 1 Per nubem cavam, quam circumjecit. 2 Utcumque pœnas sumere cuperem de Troja, cujus rex Laomedon me pacta conditæ urbis mercede destituerat. 3 Funditus evertere. 4 Perjuri Laomedontis. 5 Liberandi Æneam.

Tu-

[6] Tutus, [7] quos optas, portus accedet [8] Averni.
[9] Unus erit tantùm, amissum quem [10] gurgite quæret:
Unum [11] pro multis [12] dabitur caput.
His ubi læta [13] deæ [14] permulsit pectora dictis,
Jungit [15] equos [16] auro [17] genitor, [18] spumantiaque addit
Frena [19] feris, manibusque omnis effundit [20] habenas.
[21] Cæruleo per summa [22] levis volat æquora curru.
[23] Subsidunt undæ, [24] tumidumque sub [25] axe [26] tonanti
[27] Sternitur æquor aquis: fugiunt [28] vasto æthere [29] nimbi.
Tùm variæ [30] comitum [31] facies; [32] immania cete,
Et senior [33] Glauci chorus, [34] Inoüsque Palæmon,
[35] Tritonesque [36] citi, [37] Phorcique exercitus omnis.
[38] Læva tenent [39] Thetis, & Melite, Panopeaque virgo,
Nesæe, Spioque, Thaliaque Cymodoceque.
[40] Hìc patris Æneæ [41] suspensam [42] blanda [43] vicissìm

6 Protectus auxilio meo. 7 Eum accedere. 8 Quod sic evenit. Nam circa Cumas, quæ vicinæ sunt Lucrino, & Averno lacubus, classis Æneæ apparuit. 9 Palinurus, quem præcipitem cum clavo à Somno dejectum, ut mox, desideravit Æneas, & in gurgite quæsivit. Alii de Miseno intelligunt, qui sospes in Italiam victus in litore periit, 6. lib. 10 In gurgite Averni. 11 Pro salute multorum. 12 Sacrificii loco. Nam submergetur in mari, antequàm ad Avernum perveniet. 13 Veneris. 14 Dulcedine quadam affecit. 15 Vitulos marinos, & similia animalia, quibus Neptunus inæquitare fingitur. 16 Ad currum. 17 Neptunus: sive, quod Oceanus omnia flumina gignat ac recipiat: sive, quod aqua, ut elementorum præstantissimum, omnia producat. 18 Spumis perfusa ex celeri impetu. 19 Equis marinis animosis ἱππωκάμποις. 20 Quibus equi haberi, id est retineri possunt, id est, laxat habenas. 21 Marino. 22 Leviter. 23 Ad fundum descendunt, nec moventur. 24 Inflatum. 25 Currus Neptuni. 26 Stridenti in ipso curru celeri impetu: aut, sub axe cæli tonantis. Al. *sonantis*. 27 Æquatur, tranquillum redditur. Paullò suprà: *Placidi* straverunt *æquora venti*. 28 Per totum aërem. 29 Nubes ventosæ. 30 Neptuni. 31 Figuræ. 32 Ingentia, maximæ staturæ. 33 E piscatore Deus marius facti, cum gustasset herbam qua pisces revocati erant ad vitam, & in mare prosiluisset. Ovid. Metam. 13. fab. ult. 34 Filius Inûs, Melicerta dictus, & Portunus. 35 Monstra marina à vertice ad umbilicum humana effigie, infrà pisces: Neptuni, & Amphitrites proles. 36 Præcipites in natando, scil. *apparent à dextris*. 37 Cui Phorcus præest. 38 Sinistram tenent sequioris sexus numina marina, & Nymphæ. 39 Dea maris. 40 Hoc tempore, dùm tantam maris tranquillitatem videt. 41 Anxiam anteà, & sollicitam, versantem scil. *Siculis-ne resideret arvis Oblitus fatorum, Italas-ne capesseret oras*. 42 Permulcentia. 43 Per vices.

Gau-

Gaudia [44] pertentant mentem: jubet [45] ociùs omnis
[46] Attolli malos, intendi [47] brachia velis.
Unà [48] omnes fecêre [49] pedum; paritèrque sinistros,
[50] Nùnc dextros solvêre [51] sinus: [52] unà [53] ardua torquent
Cornua, [54] detorquentque. Ferunt [55] sua flamina classem.
[56] Princeps ante omnes densum Palinurus [57] agebat
Agmen: ad [58] hunc alii cursum contendere [59] jussi.
[60] Jamque ferè [61] mediam cœli nox humida [62] metam
Contigerat: [63] placidâ laxarant membra quiete
Sub remis, [63] fusi per dura sedilia nautæ.
Cùm [64] levis ætheriis delapsus Somnus ab astris
Aëra dimovit tenebrosum, & [65] dispulit umbras,
Te, Palinure, [66] petens, tibi [67] somnia [68] tristia portans
[69] Insonti; puppique deus [70] consedit in altâ
[71] Phorbanti similis; funditque has ore loquelas:
[72] Iaside Palinure, ferunt [73] ipsa æquora classem;
[74] Æquatæ spirant auræ: datur hora quieti.
[75] Pone caput, fessosque oculos [76] furare labori.
Ipse ego paulispèr pro te tua munera [77] inibo.

44 Titillant, & voluptate afficiunt. Sic lib. 1. *Latona tacitum* pertentant *gaudia pectus*. 45 Nescil. oblatæ occasioni ipse desit. 46 Erigi vela malorum, aut etiam antennas. 47 Antennas, quibus expansa carbasorum cornua, brachiorum speciem habent. 48 Nautæ. 49 Funem, quo velum tenditur. 50 Pro auræ mutabilitate. 51 Velorum scil. quibus ventos capiunt. 52 Extremitates antennarum unà cum pede veli torquent detorquentque. 53 In altum erecta. 54 Deorsum torquent. 55 Venti fetentes, prosperi. 56 Nautarum. 57 Gubernabat agmen velorum, id est, classem, præcurrens aliis suâ nave, secundùm quam alii nautæ cursum suum dirigere jubebantur. 58 Palinurum. 59 Sunt. 60 Et jam fere medium erat noctis. 61 Lineam meridionalem, quam cùm Sol sub terra contigit, apud nos media nox est. 62 Placidè dormiebant. 63 Prostrati. 64 Agilis. 65 Ut faceret serenitatem, atque ita Palinurus placidè ad somnum se componere. 66 Fallacias struens, astutè aggrediens, adoriens. 67 Præsentem mortem allatura, in quibus submergatur. 68 Soporem. 69 Innocenti, citra suum aliquod meritum. 70 Sedem accepit. 71 Priami filio. 72 Iasii filius, aut nepos, vel potius de gente Iasii, Dardani fratris. 73 Sine adminiculo tuo, id est, secundo mari & vento naves aguntur. A tuto. 74 Æqualiter flantes, prosperè. 75 Repone caput tuum. Sic lib. 11. de Camillâ: *Et captum letho* posuit caput. 76 Furtim, clanculùm oculos fessos subtrahe labori & vigiliis. 77 Ingrediar, id est, gubernabo pro te.

Cui

[78] Cui [79] vix attollens Palinurus [80] lumina [81] fatur:
[82] Mene [83] salis placidi vultum fluctusque [84] quietos
Ignorare jubes? mene huic confidere [85] monstro?
[86] Æneam [87] credam quid enim fallacibus austris,
Et cœli toties deceptus fraude sereni?
Talia dicta [88] dabat; clavumque adfixus & [89] hærens
Nusquàm amittebat, oculosque sub [90] astra tenebat.
Ecce [91] deus ramum [92] Lethæo rore madentem,
Vique [93] soporatum [94] Stygia super utraque [95] quassat
[96] Tempora; [97] cunctantique [98] natantia lumina [99] solvit.
* Vix primos ** inopina quies laxaverat artus,
Et [1] super [2] incumbens, cum puppis [3] parte revolsâ,
Cumque [4] gubernaclo liquidas [5] projecit in undas
Præcipitem, ac socios [6] nequidquam sæpè [7] vocantem.
[8] Ipse [9] volans tenuis [10] se sustulit [11] ales ad auras.
Currit iter [12] tutum [13] non seciùs æquore [14] classis,
[15] Promissisque [16] patris Neptuni [17] interrita [18] fertur.

78 Deo Somno. 79 A somni vicinia gravedo oculos invaserat, atque hinc abruptum responsum & somnolentum. 80 Oculos somno gravatos. 81 Respondet. 82 Toties deceptum. 83 Maris tranquilli. 84 Tranquillos: quia sæpè proxima est tempestas. 85 Mari infido, cujus monstrosa est mutabilitas, & ventis fallacibus? 86 Tantum virum. 87 Cur enim committam Æneam huic monstro, ventis mutabilibus & instabilibus, & quibus nihil incertius, nihil inconstantiùs, toties deceptus? 88 Palinurus Somno. 89 Inhærens, & innitens. 90 Astra versus, quorum observatione cursum dirigeret. 91 Somnus. 92 Lethes, fluvii infernalis, oblivionem significantis, quod scil. omnium obliviscantur mortui, id est, tristissimo liquore ac mortem allaturo. 93 Profundè imbutum. 94 Stygis, paludis infernalis, mortem inducentis ac tristitiam sempiternam. 95 Frequentèr concutit. 96 Palinuri scilic. in quibus est sedes quietis. 97 Reluctanti & Moranti. 98 Inter somnum, & vigilium fluitantia: vel, per similitudinem, natantes, seu errantes in speculandis stellis oculos. 99 Resolvit. * Vix primùm dormierat Palinurus. ** Præter opinionem inducta Palinuro à Somno. 1 Desuper. 2 Somnus scil. 3 Cui affixus erat clavus. 4 Gubernaculo. 5 Porrò, aut procùl jecit Palinurum. 6 Frustra: quia nemo ei subvenire poterat. 7 In auxilium. 8 Somnus. 9 Avolans scil. post demersum Palinurum. 10 Evanuit. 11 In avem transformatus. 12 Neptuni præsidio. 13 Nihil aliter per mare tranquillum, quam si à Palinuro regeretur. 14 Æneæ. 15 Suprà: *Tutus quos optat, portus accedet Averni.* 16 Quæ Veneri fecerat Neptunus, Æneæ omnia tuta se præstiturum, dummodò unius morte omnium salus redimeretur. 17 Non territa, imperterrita. 18 Vento secundo, tutis itineribus agitur.

Jam-

Jamque adeò [19] scopulos [20] Sirenum [21] advecta subibat,
[22] Difficilis quondàm, multorumque [23] ossibus albos. 865
Tum [24] rauca assiduo longè [25] sale saxa sonabant:
Cum [26] pater amisso fluitantem errare [27] magistro
Sensit, & ipse ratem [28] nocturnis rexit in undis
[30] Multa gemens, [31] casuque animum concussus [32] amici.
[33] O nimium cœlo & pelago [34] confise sereno,
[35] Nudus in [36] ignotâ, Palinure, jacebis [37] arenâ. 871

19 Saxosas insulas propè Capreas, Σειρηνῶσαι dictas, à Sirenum fabula celebres: nec minus naufragis, qui perierint attracti scopulorum harmonia ex undarum haustu reciproco: an meretrices illæ fuerint, an adulatores, aut voluntates, ut alii. 20 Quos Sirenes olim habitare solebant: quæ tres fuerunt, Achelol amnis, & Calliopes Musæ filiæ, quarum natu maxima Parthenio, & posteà Parthenope dicta fuit: undè posteà urbs ea nomen sortita est, quæ nunc *Neapolis* dicitur. Una ex his voce, altera tibiis, tertia lyra canebat. 21 Classis. Ad eas pervenit Ulysses. 22 Aliquando periculosos, quandiù scil. Sirenes viverent, quæ prætereuntes nautas in scopulos dulcedine cantus illiciebant: sed ab Ulysse spretæ, ad mortem ab eodem compulsæ sunt ex dolore. 23 Naufragorum, qui ibi perierint: quorum ossa à mari in scopulos rejecta, absumpta carne, quæ frequenti aquarum alluvie verisimile est alba fuisse: undè & scopulos, quos operiebant, albos reddebant. 24 Raucè. 25 Impulsu maris, & illisione in scopulos. 26 Æneas. 27 Gubernatore, seu nauclero. 28 Nocturno tempore, per noctem. 29 Mari. 30 Multùm. Nomen pro adverbio, per Enallagen partium orationis. 31 Ruinâ & præcipitio. 32 Palinuri, qui diu & fideliter navem ejus gubernaverat. 33 Et ait: *O nimium*, &c. Ex personâ Æneæ defluentis Palinuri jacturam. 34 Qui confisus es. 35 Inhumatus, insepultus, 36 Peregrina. 37 Pathos, à loco & habitu.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER SEXTUS.

ARGUMENTUM.

CUmas advectus Æneas, antrum Sibyllæ petit, peractoque de more sacrificio, Phœbi oraculum consulit. Ibi & instantia pericula, & futuri belli eventum discit. Misenî cadaver in litore inventum exurit, reliquiasque sub proximo monte sepellit, qui Miseni nomen ab illo obtinuit. Indè columbarum ductu ad aureum ramum pervenit: quo decerpto, matatisque hostiis, Deos inferos veneratus, Sibylla duce, per Averni fauces ad inferos tendit Palinurum, quod sepulcri honore careret, circa Stygiam paludem oberrantem invenit, eumque unà in ulteriorem ripam trajicere cupientem Sibylla prohibet, cenotaphiique, & exsequiarum spe consolatur. Post hæc Stygen trajectus Æneas, Cerberoque medicatis offis sopito per loca infantium, eorumque, qui falso crimine damnati capite supplicium luerant, iter faciens, pervenit ad sedem eorum, qui amoris impatientia manus sibi conscîverant. Ibi Elisam conspicatus, cum ei se purgare vellet, illa indignabunda conspectum ejus effugit: indè progressus Deiphobum in sedibus eorum, qui bello aliquandò claruerant, multis vulneribus lacerum conspicit, necisque ejus indignum modum ab ipso edocetur. Relicto deindè ad lævam Tartaro, sceleratorumque pœnas à Sibylla edoctus, ad Ditis ipsius mœnia contendit, aureumque ramum in ipso regiæ limine defigit. Post hæc ad fortunatorum sedes iter instituit, & à Musæo ad patrem suum perducitur. Ibi Anchises Æneæ filio Albanorum, Romanorumque regum catalogum recenset, nobiliumque aliquot Romanorum nomina percurrens, ad Julii Cæsaris, & Augusti laudes descendit, Marcellumque Octaviæ filium immatura morte præreptum, miris in cœlum laudibus effert. Inde per eburneam portam ad superos egressus, socios revisit, relictitque Cumis Cajetam petit.

SIc [1] fatur [2] lacrimans, classique immittit [3] habenas;

1 Æneas. 2 Miseratus scilic. casus insontis amici Palinuri libri præcedentis ult. v. 3 Funes nauticos, anchoris innexos, quibus naves litoribus, aut ripis adhæreant, ne in altum aquarum vi abripiantur: id est, liberam facit navigationem navibus. Metaphora ab equis ad naves: nam *habena* propriè equorum retinaculum est, quo equi constringuntur, & quodammodo habentur. Sunt qui de novo clavo substituto intelligant.

Et

Et [4] tandem [5] Euboïcis Cumarum adlabitur oris.
[6] Obvertunt pelago proras: tùm [7] dente tenaci
[8] Ancora [9] fundabat navis, & litora [10] curvæ
[11] Prætexunt puppes. [12] Juvenum [13] manus emicat [14] ardens
Litus in [15] Hesperium: quærit [16] pars [17] semina flammæ
[18] Abstrusa in [19] venis [20] silicis: pars densa ferarum
[21] Tecta rapit [22] silvas, [23] inventaque flumina monstrat.
At pius Æneas [24] arces, quibus altus Apollo
Præsidet, [25] horrendæque procul [26] secreta [27] Sibyllæ,
Antrum [28] immane, [29] petit: magnam cui [30] mentem, animumque

4 Post longam expectationem, & tot annorum jactationem, venit Cumas. Ad Æneæ desiderium retulit, cupientis ad Italiam pervenire. 5 Pervenit ad regiones ab Euboïcis excultas, qui illic Cumas exstruxerunt, id est, ad eam regionem, ubi sunt Cumæ, à populis Euboïcis exstructæ, pervenit in Italiam. 6 Contravertunt pelagus versus anteriores partes navium, quæ prorumpunt aquas. 7 Morsu: ut, *uneo non alligat ancora* morsu. i. Æn. 8 Instrumentum est navale ferreum, quo naves in litore, aut mari fundamus retinemusque, ne vento vel tempestate hùc & illùc ferantur. 9 Ad fundum figebat aut retinebat. *Fundare* propriè de ædificiorum fundamentis, vel de iis rebus, quæ in terram immittuntur, & infiguntur, ut firmiùs, solidiùsque stent, dicitur. 10 Reflexæ, id est, curva litora. Hypallage. 11 Tegunt, & à conspectu movent. Sic Eclog. 7. *Hic virides tenera* prætexit *arundine ripas Mincius.* 12 Quia seniores ac debiliores relicti erant ferè in Siciliâ. 13 Tota multitudo emittitur, seu prosilit velocitèr. 14 Italiæ desiderio flagrans. 15 Italicum. Italia autem *Hesperia* ab *Hespero*, Atlantis fratre, qui patriâ pulsus, in Italiam trajecit, dicta putatur. 16 Juvenum. 17 Scintillas ignis Σπέρματα πυρὸς, Odiss. t. 18 Occulta. 19 Meatibus. Metaphora ab animali ad non animal. 20 Lapidis durissimi, undè ignis excutitur. 21 Definitio silvæ. 22 Folia, ramos arborum. 23 Aquas inventas à se. 24 Templum Apollinis in editiore loco positum: vel respicit simulacri Apollinis altitudinem xv. pedum: sed infrà, *Teucros vocat alta in templa sacerdos.* 26 Ubi vates numine affata: *Horrendas canit ambages:* infrà. Al. venerandæ, cum horrore quodam adiri solitæ. 26 Penetralia semota à vulgo. Memor ejus, quod jusserat Helenus, lib. 3. v. 441. ut scili. post primum statim in Italiam appulsum, ad Sibyllam properaret, ut, quæ fata Italica haberet esset, ex eâ posset cognoscere. 27 Vatis Cumanæ, divinam mentem, & consilium scientis. 28 Valdè magnum, & horrendum. 29 Aggreditur. 30 Reminiscendi & disquirendi virtutem, & rationem. Erudite *Mentem* ab *Animo* distinguit: cùm *Mens* sit cogitationis, consiliique subtilitas quædam, certæ rationi consentanea (unde *Amentes* & *Dementes* dicimus, qui nullo consilio utuntur) *Animus* verò vitæ & voluntatis fundamentum. Terent. *Mala* mens, *malus* animus.

[31] Delius inspirat vates, [32] aperitque futura.
Jam [33] subeunt [34] Triviæ lucos, atque aurea [35] tecta.
[36] Dædalus (ut fama est) fugiens [37] Minoïa regna,
[38] Præpetibus pennis ausus se [39] credere cœlo,
[40] Insuetum per [41] iter [42] gelidas enavit ad Arctos,
[43] Chalcidicâque levis tandem super adstitit [44] arce.
Redditus [45] his primùm terris, tibi, Phœbe, [46] sacravit
[47] Remigium alarum, posuitque [48] immania templa.
In foribus, [49] letum [50] Androgeo: [51] tùm [52] pendere pœnas
[53] Cecropidæ [54] jussi (miserûm) [55] septena [56] quot annis
Corpora [57] natorum; [58] stat [59] ductis sortibus urna:
[60] Contrà elata [61] mari respondet Gnossia tellus:

31 In Delo insulâ natus. 32 Revelat. 33 Æneas, & comites sui. 34 Dianæ lucum, in quo templum hoc illi cum Phœbo commune: mox *Phœbi, Triviaque sacerdos.* 35 Laquearia Phœbi. 36 Faber ille subtilissimus, Eupalami, vel Euphemi filius, atque à Minervâ architecturam edoctus. 37 Cretensia, id est, Cretam, ubi regnavit Minos. Vid. Ovid. 8. Met. & 2. Art. 38 Velocitèr ferentibus, patulis, & porrectis alis, cera conglutinatis. 39 Committere aëri. 40 Homini negatum: volatu scil. 41 Aërem. Horat. Od. 3. lib. 1. *Expertus vacuum Dædalus aëra Pennis non homini datis.* 42 Evolavit ad polum Arcticum vicinum gelidæ Zonæ Septentrionali. 43 A Chalcidensibus exstructa, id est, Cumarum urbe. 44 In quibus Euboici Apollini arcem exstruxerunt. 45 Dedicavit, quasi non ampliùs volaturus. Ex more veterum: qui instrumenta artis, vel rerum, quæ iis usui fuissent Deo alicui suspendebant. 46 Alas, quibus volaverat, aut *remigium alarum*, id est, velorum & antennarum, quibus quasi evolaverat, ut volucres alis. 47 Ingentia. 48 Mortem in cælaturis, & statuis posuit. 49 Androgei, filii Minois, quem in certaminibus victorem per invidiam interfecerunt Athenienses: hos itaque bello attritos coëgit Minos quotannis (ut alii nono quovis anno) mittere septem mares & totidem feminas Minotauro devorandos, atque hos sorte ductos. Lege Ovid. 8. Met. 50 Deindè. 51 Persolvere. 52 Athenienses, à *Cecrope* eorum rege. 53 Sunt à Minoë, qui eum numerum illis imperaverat. 54 Septem paria, id est, utriusque sexus septem: nam pepigerat Minos septem mares, & totidem feminas sibi mitti. 55 Singulis annis. 56 Liberorum, tam masculorum, quam femellarum. 57 Efficta est stare. 58 Postquàm sortes essent ductæ ab Atheniensibus: ut scirent, quinam deberent ad Minotaurum in Cretam mitti, ut ab eo devorentur: undè & Theseus missus est, quamvis regis filius. 59 In foribus, ab aliâ parte oppositè sculpta est Dædalo Creta altius extans è mari, taurus à Pasiphaë amatus: Minotaurus, Labyrinthus, Theseo ab Ariadne datum filium, cujus ductu à Labyrintho rediret, cæso Minotauro. 60 Super mare; quia altior videtur. 61 Cretensis. Synecdoche. *Gnosus* enim una celeberrimarum urbium Cretæ erat.

Hic

[61] Hîc [63] crudelis amor Tauri, [64] suppostaque furto
[65] Pasiphaë, [66] mixtumque genus, prolesque [67] biformis
Minotaurus inest, [68] Veneris monumenta nefandæ:
[69] Hîc [70] labor [71] ille [72] domus, & [73] inextricabilis error.
Magnum [74] reginæ sed [75] enim [76] miseratus amorem
[77] Dædalus, ipse [78] dolos tecti ambagesque resolvit,
[79] Cæca [80] regens [81] filo vestigia. Tu quoque magnam
Partem opere in [82] tanto, [83] sineret dolor, [84] Icare, hâberes.
[85] Bis conatus [86] erat [87] casus effingere in [88] auro:
[85] Bis [89] patriæ cecidêre manus. Quin protenùs [90] omnia
[91] Perlegerent oculis: ni jam [92] præmissus Achates
[93] Adforet, atque unâ Phœbi Triviæque sacerdos,
[94] Deiphobe [95] Glauci, fatur quæ talia [96] regi:
[97] Nòn hoc ista sibi tempus spectacula poscit.

62 In hac civitate Cretensi, in Gnoso, regia Minois. 63 Crudelitèr amantis. 64 Submissa, ut coïret, clanculum arte Dædali, qui eam in ligneam vaccam inclusit. 65 Filia Solis, & uxor Minois. 66 Partim homo, & partim taurus, quia ex tauro conceptum. 67 Mixtæ formæ, scil. humanæ cum taurinâ. 68 Testimonia coïtus abominabilis: quia mulieris cum tauro. 69 Sc. *inest*. 70 Dædali artificis: vel, *labor*, id est, laboriosus exitus. 71 Emphasi declarat, non vulgare opus fuisse. 72 Labyrinthi: de quo Plin. lib. 36. cap. 13. 73 Cujus tricæ, id est, implicitates explicari nequeunt. Erat enim *Labyrinthus* humani ingenii opus portentosum, itinerum ambages quamplurimas, occursus, recursusque inexplicabiles continens, crebris foribus ad fallendos exitus, ut subindè in eosdem errores redeundum esset. 74 Ariadnes, filiæ regis Minois, Thesea misere amantis. 75 Certè. 76 Permotus Ariadnes in Theseum amore maximo, misericordiaque inductus, quod scil. illa hujus amore peritura videretur, nisi ipse accurreret. 77 Ipse exstructor. 78 Dubios meatus Labyrinthi fili ductu explicavit, expedivit. 79 Incerta, dubia, errabunda. 80 Dirigens. 81 In glomere implicito. 82 Quantum fecit in foribus. 83 Si permisisset dolor patris Dædali. 84 Fili Dædali. 85 Anaphora. 86 Dædalus. 87 Ruinam Icari. 88 Cælatura aurea. 89 Patris Dædali. 90 Omnem picturam aut sculpturam. 91 Perlegissent Æneas, & qui cum illo erant. 92 Ad indagandam Sibyllam, sacerdotem templi. 93 Adfuisset, 94 Quod proprium huic Sibyllæ nomen: Glauci filia, Dei marini. 95 Scil. *filia*, ut lib. 3. *Hectoris Andromache*, scil. *uxor*. 96 Æneæ regi Trojano. 97 Non est nunc tempus hujusmodi inania, & rege indigna spectandi.

Nùnc [1] grege de intacto septem [2] mactare juvencos
Præstiterit, totidèm lectas [3] de more [4] bidentis.
Talibus [5] adfatâ Æneam, (nec [6] sacra morantur
[7] Jussa viri) Teucros vocat alta in [8] templa [9] sacerdos.
[10] Excisum [11] Euboïcæ latus ingens rupis [12] in antrum:
Quò lati [13] ducunt [14] aditus [15] centum, [16] ostia centum:
[17] Undè ruunt [18] totidèm voces, [19] responsa Sibyllæ.
[20] Ventum erat ad [21] limen, cùm [22] virgo, [23] Poscere [24] fata
Tempus, ait. [25] Deus, ecce, Deus. [26] Cui talia fanti,
Ante fores subitò non vultus, non color [27] unus,
Non [28] comptæ mansêre comæ: sed pectus [29] anhelum,
Et [30] rabie [31] fera corda tument, majorque [32] videri,
[33] Nec mortale sonans, adflata est numine [34] quando,
Jam [35] propiore [36] Deo. [37] Cessas in vota precesque,
Tros, ait, Ænea? [37] cessas? neque enim [38] antè [39] dehiscent

1 Ex armento eximios, injuges, qui nunquam jugum traxerunt, numeri item perfecti. Septenarii profectionem docebit Macrob. 6. cap. lib. 1. de Somnio Scipionis. 2 Sacrificare. 3 Secundum morem sacrificantium. 4 Oves biennas, bimas. 5 Allocuta est Sibylla. 6 Differunt sacrificia. 7 Scil. *offerri*, id est, quæ jussi erant offerre, scil. septem juvencos intactos, & totidem bidentes lectas. 8 Apollinis scil. quæ erant illic in arce. 9 Sibylla. 10 Describit antrum Sibyllæ à formâ, situ, & credita divinitate. 11 Cumanæ, ut suprà, ab Euboicis colonis habitatæ. 12 In formam antri. *In* enim hic similitudinis vim habet. 13 Dirigunt adire volentes. 14 Accessus. 15 Multi. Numerus certus pro incerto. 16 Valvæ, quæ aditus intercludunt. 17 E quibus ostiis, ubi reserata sunt, præcipitantèr eduntur. 18 Etiam centum. 19 Oraculi per Sibyllam pronuntiata. 20 Ab Æneâ, & Teucris reliquis, & Sibyllâ. 21 Templi. 22 Sibylla. 23 Poscendi. Græcismus. 24 Responsa, oracula de fatis. 25 Apollo invadit me, adest mihi. Sibylla enim cùm vellet vaticinari, numine replebatur, ideò sensit nunc Deum. 26 Sibyllæ. 27 Idem. 28 Ornatæ. 29 Frequentèr anhelans, & ægrè spiritum ducens. 30 Vaticinandi desiderio. 31 Efferum cor Sibillæ, numinis plenæ. 32 Videbatur major, quam erat, propter ingressum numinis. Enallage modi. 33 Nec sono indicans mortale quippiam aut mortalitatem. Sic lib. 1. *nec vox hominem sonat.* 34 Quandoquidem. 35 Viciniore menti ejus. 36 Apolline. 37 Negligensne es ad facienda vota, & preces? Ter. *Cesso pulsare ostium vicini?* 38 Priusquàm vota precesque feceris. 39 Aperientur, patefient sponte tibi. Sic 4. Æn. *Sed mihi vel tellus optem prius ima* discat, id est, aperiens me absorbeat.

Ad-

[40] Adtonitæ magna [41] ora domus: & talia [42] fata
[43] Conticuit. [44] Gelidus Teucris per dura cucurrit
Ossa tremor, fuditque preces rex [45] pectore ab imo:
Phœbe, gravis Trojæ [46] semper miserate labores,
Dardana qui Paridis [47] direxti tela manusque
[48] Corpus in [49] Æacidæ; magnas [50] obeuntia [51] terras
Tot maria intravi, [52] duce te, penitùsque [53] repostas
[54] Massylum gentes, [55] prætentaque Syrtibus arva.
[56] Jam tandem Italiæ fugientis prendimus oras.
[57] Hac Trojana tenùs fuerit fortuna secuta.
Vos quoque [58] Pergameæ jam fas est parcere genti,
[59] DIque [60] Deæque omnes, [61] quibus obstitit [62] Ilium, & ingens
Gloria [63] Dardaniæ. Tuque, ò sanctissima [64] vates,
Præscia venturi, [65] da (non indebita posco)

40 Facientis attonitos: ἐμβροντητὸς, quod scilic. numinis sint plenæ. 41 Ostia antri, per quæ, ut primùm paruerint, feruntur, *vatis responsa per auras*: infrà. Metaphora est. 42 Effata, locuta. 43 Quia non permittebatur plura loqui, priusquam Teucri vota, precesque fuderint. 44 Reddens corpus gelidum & tremulum: sanguis enim tunc ab omnibus partibus ad cor se confert. 45 Ex intimo corde. 46 Qui semper miseratus es. Captat benevolentiam ab officio & meritis Phœbi in Trojanos, & maximè recentibus beneficiis. 47 Direxisti. Syncope. 48 In eam partem corporis, quæ erat vulnerabilis, calcaneum scilic. quem tenuit mater, eum in Stygiâ palude tingens. In templo autem Apollinis quò invitatus ab Hecubâ fuerat Achilles ad nuptias Polyxenæ, interfectus est sagittâ à Paride post simulacrum latente. 49 Achillis, Æaci nepotis, Pelei filii. 50 Circumdantia. 51 Insulas & continentes. 52 Te ducente, ductu tuo. 53 Repositas, & à ceteris seclusas, id est, extremos populos Massylorum. 54 Africam scil. cujus in mediterraneâ parte sunt Massyli. Species pro genere. 55 Circumfusa, opposita. Carthaginem innuit, cujus mari, ab Oriente, prætenditur Syrtis minor, exindè major. 56 Post multorum annorum jactationem Italiam, semper retrò fugere visam, consecuti sumus. 57 Hactenùs fortuna adversa qualem Trojani experti sunt, fuerit persecuta nos, id est, hic sit finis calamitatis Trojanæ. 58 Trojanæ. 59 Dii Trojanis infensi erant, Apollo, & Neptunus, quod à Laomedonte promissa mercede, postquàm urbem Trojam mœnibus cinxissent, defraudati essent. Hos porrò, ut sibi propitii sint, supplicitèr rogat. 60 Juno & Pallas scil. quæ ob formæ palmam, sibi abjudicatam, diu Trojanis adversatæ erant. 61 Quæ voluistis Ilium deleri, & gloriam ejus. 62 Arx præcipua in Trojâ. 63 Trojæ, à *Dardano* rege. 64 Sibylla. 65 Concede, & designa secundum cetera oracula mihi data: vel, *da*, id est, dic: pronuntia, vaticinare.

Regna meis fatis ; [66] Latio considere Teucros,
[67] Errantisque Deos , [68] agitataque numina Trojæ.
Tùm [69] Phœbo & Triviæ [70] solido de marmore templum
[71] Instituam , [72] festosque de nomine Phœbi.
[73] Te quoque magna [74] manent [75] regnis [76] penetralia nostris.
Hîc ego namque tuas [77] sortis , [78] arcanaque fata ,
Dicta meæ genti , [79] ponam , [80] lectosque sacrabo
[81] Alma [82] viros. [83] Foliis [84] tantùm ne carmina manda;
[85] Ne turbata volent rapidis ludibria ventis.
Ipsa [86] canas , oro. Finem [87] dedit ore loquendi.
At , [88] Phœbi nondùm patiens , [89] immanis in antro
[90] Bacchatur vates , magnum [91] si pectore possit

66 In Italiâ, ubi *Saturnus latuit*, sedem capere. 67 Et *Penates* nobiscum profugos. 68 Profugata considere Latio. 69 In honorem Apollinis & Dianæ. 70 Non admixto alio lapide, aut non fracto. 71 Constituam. 72 Ludos Apollinares. 73 Apostrophe ad Sibyllam, cui vicissim *pro* beneficio promittit se in adytis scripta ejus repositurum, quorum inspiciendorum causâ Decemviri creentur. 74 Exspectant. 75 In regnis. 76 Locum secretum, in quem non nisi certo alicui accessus patet, in quo libros Sibyllinos asservaret, Græci *adyta* dicunt. 77 Libros *in* quibus continebantur, *sortes*, id est, responsa Deorum. Horat. *Dictæ per carmina sortes*. 78 Oracula secreta retinenda vaticinata populo Romano meis posteris. 79 Reponam, reservabo in intimis penetralibus sacrorum. Constat autem Romæ posteà Sibyllinos libros asservatos fuisse *in* sacrario, qui *Sibyllini* dicti sunt, quod anus illa, quæ Tarquinium Superbum adiisse fertur, Sibylla credita esset. Servati autem Romæ fuisse traduntur, donec sive casu aliquo, sive fraude humanâ incenso Capitolio igne consumerentur, quod post bellum Marsicum accidisse ferunt. Vide quæ nos ad Sal. pag. 148. & Val. Max. p. 424. 80 Electos, qui scil. iis libris custodiendis, & interpretandis præessent. 81 O altrix & nutrix imperii. 82 Viros quindecim, quorum munus erat libros Sibyllinos consulere. 83 Palmæ scil. in quibus scribebat, hæc Sibylla : non enim oracula sua ore reddebat, sed palmarum foliis inscripta ad ostium antri ponebat, quæ si vento agitata conturbari contigisset, numquam postea induci poterat, ut de integro caneret, aut eadem in ordinem redigeret : atque ita incertiores abibant homines, quam venerant. Lucum hunc interpretatur Heleni admonitio : reperitur lib. 3. 84 Tantummodo rogo, ne scribas in foliis palmæ. 85 Ne folia & nomina iis inscripta volent per ventos rapidos commota, exsistentia, ut res ludibrio habitæ. 86 Ore edas oracula. 87 Æneæ significavit ore suo se jam facere finem loquendi. 88 Quæ nondum tolerare poterat Phœbum, intrantem in eam. 89 Terribilis, & insana. 90 Bacchantium more furit Sibylla. 91 Tentando an possit quasi equitem infidentem pectore suo excutere Phœbum, qui in oraculis magnus est.

Ex-

[91] Excussisse Deum : [93] tantò magis [94] ille fatigat
Os [95] rabidum , [96] fera corda domans , [97] fingitque premendo.
Ostia [98] jamque domus patuêre ingentia [99] centum
* Sponte suâ , [1] vatisque [2] ferunt responsa per [3] auras.
O [4] tandem magnis pelagi [5] defuncte periclis:
Sed [6] terra [7] graviora [8] manent. In regna [9] Lavini
Dardanidæ venient ; [10] mitte hanc de pectore curam :
Sed non & [11] venisse volent. [12] Bella , horrida bella,
Et [13] Thybrim multo spumantem [14] sanguine [15] cerno.
Non [16] Simois tibi , nec Xanthus , nec [17] Dorica castra
[18] Defuerint. Alius [19] Latio jam partus [20] Achilles,
Natus [21] & ipse [22] deâ. Nec Teucris [23] addita Juno
Usquàm [24] aberit : cùm tu supplex in rebus [25] egenis
Quas gentis [26] Italûm , aut quas non [27] oraveris urbis!

92 Ut supra lib. 5. v. 679. *Excussasque pectore Iuno est.* 93 Quantò magis illa reluctabatur. 94 Deus lassitudine affatim eam gravat. 95 Furens. Metaphora ab animantibus, quorum propriè est *rabire*. 96 Indomita. 97 Pro arbitrio suo mentem ejus format, imbuitque iis, quæ sit responsura. 98 Post vota, Precesque, cùm Deus plene in eam descendisset. 99 Numerus certus pro incerto. * Propter preces, & sacrificia. 1 Sibyllæ. 2 Efferunt. 3 Ubi consultores erant. 4 Post septennales errores. 5 O Ænea qui perfunctus es, & non ampliùs passurus pericula. 6 In terris, id est, cùm perveneris ad terram: quia in mari non potuit submergi. 7 Scil. *pericula*. 8 Exspectant te. 9 Al. *Latini*. 10 Omitte, depone curam, id est, ne sis sollicitus de hac re: quia venies in Italiam, ut cupis. 11 Quod in Italiam non venerint. 12 Æneæ cum Turno. 13 Italiæ fluvium. 14 Propter cædem Latinorum, & Rutulorum. 15 Prævideo. 16 Pro Simoënte & Xantho fluentibus sanguine, obstructis cæsorum cadaveribus erunt tibi de novo Tibris, & Numicius, in quem cecidit Æneas. 17 Græca. Alii respici ad Turnum volunt origine Grajum, ut interpretatur Amata responsum lib. 7. Alii ad Halesium, Agamémnonis ex Briseida filium: quem tradunt cum magnis copiis Turno adversus Æneam auxilio venisse. 18 Id est, Trojanorum cadaveribus applebuntur Tyberis & Numicius, ut oppleti sunt Simois & Xanthus: & tam sævos inimicos offendet in Italiâ, quàm experti sunt Græcos in Troja. 19 In Latio. 20 Turnus, Achilli similis, *cui diva venilia mater*, lib. 10. Daunus pater. 21 Non solùm Achilles. 22 Venilia. 23 Quæ semel quasi dedit nomen ad insequendum Trojanos, numquàm desistet. Aliis *addita* est infesta, affixa. 24 Ab eis. 25 Tenuibus & modicis. 26 Italorum. Syncope. 27 Orabis, ut tibi auxilientur? Interrogatio hæc vim universalem habet: q. d. omnes populos externos.

Causa [28] mali tanti [29] conjux, [30] iterùm hospita Teucris,
Externique [30] iterùm thalami.
[31] Tu ne cede [32] malis: [33] sed contra audentior ito,
[34] Quàm tua te Fortuna sinet. [35] Via prima salutis,
Quod minimè reris, [36] Grajâ [37] pandetur ab [36] urbe.
Talibus ex [38] adyto dictis [39] Cumæa Sibylla
[40] Horrendas canit [41] ambages, [42] antroque remugit,
[43] Obscuris vera involvens. [44] Ea frena furenti
Concutit, & [45] stimulos sub [46] pectore [47] vertit Apollo.
[48] Ut primùm cessit furor, & rabida ora quiêrunt;
[49] Incipit Æneas heros: Non ulla laborum,
O virgo, nova [50] mi [51] facies [52] inopinave [53] surgit.
[54] Omnia [55] præcepi, atque animo mecum [56] ante [57] peregi.
[58] Unum oro: [59] quandò [60] hic [61] inferni janua [62] regis

28 Tam perniciosi belli. 29 Filia hospitis Lavinia; Latini filia, Turno, Rutulorum regi, à matre Laviniæ desponsata: quam tamen Latinus pater, diversis territus prodigiis, Æneæ extero genero dare coactus fuit. Quod ægrè ferens Turnus, Æneam, Latinumque bello petiit, in quo ipse singulari certamine ab Æneâ occisus fuit. 30 Sicut Helena causa belli Trojani fuit: sic Lavinia erit causa belli Rutuli, & Latini: Helena hospitio excepit Paridem: Laviniæ pater Latinus excipiet te. 31 Sed tu. Epilogus oraculi Apollinis. 32 Adversitatibus. 33 Obviàm. 34 Id est, magnanimitate supera fortunam tuam. 35 Primus modus acquirendæ salutis. 36 A Græcis habitata scil. Pallanteo, dùm per Evandrum Arcadem illic habitantem, ubi nunc Roma est, ad Tarchontem in Thusciam mitteris. 37 Aperietur tibi, proficiscetur. 38 Loco secretiore templi, quem solùs sacerdoti adire licebat. 39 Quæ apud Cumas oracula dabat. 40 Horrorem incutientes. 41 Ambiguos, & obscuros sermones. 42 Et cum reflexione vocis quasi mugitum effert ex antro. 43 Dictis non satis intellectis, quæ futura erant vera, implicans. 44 Ejusmodi frena, id est, sic mentem & organa vocis ejus regit, ut, quæ ipsa volvit, non quæ ipsa præmeditata sit, loqueretur. 45 Vim illam divinam, quæ animum Sibyllæ, & impetum fatidici spiritus excitavit. Metaphora. 46 Sibyllæ. 47 Dirigit. 48 Postquàm rabies Sibyllæ sedata est. 49 Incipit Sibyllæ alloqui in hunc modum. 50 Mihi. 51 Species. 52 Vel inopinata. Nam partim ab Heleno, partim à patre acceperat, quæ gerenda sibi forent. 53 Oritur, prædicitur. 54 Quæ ad bella pertineant, vel quæ ex te audio. 55 Prævidi, antecepi, cogitatione præveni. Al. *Percepi*. 56 Priusquam hæc diceres. 57 Præmeditatus sum, revolvi, perpendi, id est, jamdudum ad omnes casus præparatus sum. 58 Id solum. 59 Quandoquidem. 60 In Campaniâ. 61 Inferis dominantis. 62 Plutonis.

Di-

Dicitur, & tenebrosa palus [63] Acheronte [64] refuso:
Ire ad conspectum cari [65] genitoris & ora
[66] Contingat: [67] doceas iter, & [68] sacra ostia [69] pandas.
[70] Illum ego per flammas, & [71] mille sequentia tela,
Eripui his humeris, [72] medioque ex hoste recepi:
Ille meum comitatus iter, maria omnia mecum,
Atque omnes pelagique [73] minas [74] cœlique ferebat
Invalidus, [75] vires ultra sortemque [76] senectæ.
[77] Quin, [78] ut te supplex [79] peterem, & tua [80] limina adirem,
Idem orans mandata dabat. Gnatique patrisque,
[81] Alma, precor, miserere. [82] Potes namque omnia: nec te
Nequicquam [83] lucis [84] Hecate præfecit [85] Avernis.
Si potuit [85] manes arcessere [86] conjugis [87] Orpheus,
Threïcîâ fretus citharâ fidibusque [88] canoris:
Si [89] fratrem Pollux [90] alternâ morte redemit,
Itque [91] reditque viam totiès: Quid [92] Thesea, [93] magnum

63 Lacu illo infernali. 64 Refluente & restagnante. 65 Anchisæ. 66 Detur mihi. 67 Viam eundi mihi commonstres. 68 Diti sacra, vel exsecranda. 69 Aperies. 70 Patrem. Dicit causam, quare eat ad genitorem. 71 Numerus certus pro incerto. 72 Ex mediis hostibus in locum tutum perduxi, liberavi. Sic lib. 1. *fruges que* receptas. 73 Tempestates & procellas, quæ navigantibus toties extrema minatæ fuerant. 74 Aëris. 75 Ultra vires. Anastrophe. 76 Quæ quietem, & otium efflagitat. 77 Quinetiam. 78 Lib. 5. *Ditis tamen ante infernas accede domos, &c. hùc casta Sibylla.* 79 Adirem. 80 Domum aut antrum. 81 O salutis nostræ altrix, sancta, & veneranda virgo. 82 A facili. 83 Silvis, quæ sunt circa Avernum, & Acherontem, aliaque loca, per quæ ad inferos descensus esse exsistimatur. 84 Proserpina. Vide supra. 85 Umbras. A dispari causa. 86 Eurydices. Orpheus enim cantilena & pulsu lyræ descendit ad inferos, ut abduceret conjugem suam: & abduxerat, ni illa per imprudentiam respexisset. 87 De Orpheo abundè 4. lib. Georg. & Ovid. 10. Met. 88 Dulcitèr resonantibus. 89 Castora, gemellum è Leda matre & Tyndaro, communicata cum illo immortalitate, ut alterni viverent. Adi Mythologos hoc de geminorum sidere exponentes. 90 Quam alternatim pro illo obit, ut ille vicissim pro Pollucc. 91 Ab inferis ad superos. 92 Qui ad inferos descendit cum Pirithoo, rapturi Proserpinam. 93 Fortem, quippe qui nullis laboribus superari potuerit. Vide quæ nos ad Sal. p. 327. &c.

Quid

Quid memorem [1] Alciden? & [2] mi [3] genus ab Jove
[4] summo.
Talibus [5] orabat dictis, [6] arasque tenebat.
Cum sic orsa loqui [7] vates: [8] Sate sanguine divom
[9] Tros Anchisiade, [10] facilis descensus [11] Averno.
[11] Noctes, atque dies patet [13] atri janua Ditis:
Sed [14] revocare gradum, superasque [15] evadere ad auras,
[16] Hoc opus, hic labor est. [17] Pauci, quos [18] æquus amavit
Juppiter, aut [19] ardens [20] evexit ad [21] æthera virtus,
Dis geniti [22] potuêre. [23] Tenent media omnia silvæ,
[24] Cocytusque sinu labens [25] circumfluit [26] atro.
Quod si tantus amor menti, si tanta cupido est,

1 Herculem filium Jovis, & Alcmenæ, qui descendit Cerberum ab inferis tracturus, ac Thesea liberaturus: ab *Alceo* avo sic dictum, vel ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, id est, *à fortitudine.* 2 Mihi. Applicatio narrationis ad suam personam, quâ se illis dignitate generis parem facit, quare non minus id sibi licere arbitratur, quam iis licuerit. Q. d. Et mihi idem concedatur, cui perinde, ut Herculi & Polluci, est genus ab Jove summo. 3 Genus idem, causa mihi melior. 4 Deorum. 5 Æneas. 6 Pro more precantium, jurantium, vota concipientium. 7 Sibylla. 7 Progenite. 9 O Trojane Ænea, Anchisæ fili. 10 Si Ethice hanc fab. interpretari velimus, immane vitiorum præcipitium, è quorum barathro non facilè emergitur, intelligemus. Si mysticè & Platonicè: plerisque gravari divinam animi particulam terrena ὕλῃς corporeæ mole, opprimi à sensu rationem, ita ut ad virtutem, rerum cognitionem, & veritatis indagationem adspirent pauci: quibus vel benignitate Deorum, vel eximia virtute, vel divino ingenio, datum est aureum studii ramum carpere, & prudentia duce ad summa contendere: mox *ramum hunc Lucus & obscuræ claudunt convallibus umbræ.* 11 Qui per Avernum fit ad inferos. Est enim *Avernus* lacus apud inferos, in quem Acheron restagnare creditur. 12 Semper. 13 Obscuri, qui apud atros regna, cui inferorum imperium sorte obvenit in Saturni patris possessionem divisione. 14 Regredi ab inferis. 15 Penitus evadere. 16 Hoc est opus difficile. 17 Tria hominum genera tangit, dilectos à Jove, præditos virtute, Diis genitos. 18 Non rigorosus Judex. 19 Vehemens virtus, id est, justitia, cujus nomen omnes Ethicas virtutes complectitur. 20 Ex his rumnis. 21 Cœlum. 22 Scilic. *superas evadere ad auras.* 23 Dehortatio à difficili. 24 Lacus infernalis. Quid Cocytus, Styx, Acheron, inferi sint secundùm veteres Theologos, docet Macrob. 1. lib. de Somno Scipionis, c. 10. 25 Circumdat exire volentes. Al. *circumvenit.* 26 Obscuro: quia profundus.

Bis

[27] Bis [28] Stygios innare lacus, bis [29] nigra videre
Tartara, & [30] insano juvat indulgere labori,
[31] Accipe, quæ [32] peragenda [33] priùs. [34] Latet arbore [35] opacâ.
[36] Aureus & foliis & [37] lento vimine ramus,
[38] Junoni infernæ dictus sacer. [39] Hunc [40] tegit [41] omnis
Lucus, & obscuris [42] claudunt convallibus umbræ.
Sed non antè [43] datur telluris [44] operta subire,
[45] Auricomos quàm quis decerpserit [46] arbore [45] fœtus.
Hoc [47] sibi [48] pulchra [49] suum ferri [50] Proserpina munus
Instituit. [51] Primo avulso [52] non deficit alter
[53] Aureus; & simili frondescit [54] virga metallo.
Ergo [55] altè [56] vestigia oculis, & [57] rite repertum
Carpe manu. Namque ipse [58] volens, facilisque sequetur,
[59] Si te fata vocant: [60] alitèr, non viribus ullis
[61] Vincere, nec duro poteris convellere ferro.
Præterea [62] jacet [63] examinum tibi corpus [64] amici,

27 In vita semel, secundò in morte gloriam in vivis consequi, æternam, post mortem. 28 Stygis, lacus infernalis, tristitiam significantis. 29 Tenebrosa, profunda. 30 Vehementi. 31 Intellige. Transit ad præcepta. 32 Scil. *sint tibi*. 33 Quàm ad inferos descendere possis. 34 Difficultatem innuit, cùm latere ramum, & quidem in umbrosâ arbore subjici. 35 Densâ foliis, & ramis aliis. 36 A materiâ, & qualitate. Per quam prudentiam intellige, quâ nihil non, quantumvis arduum confici potest. 37 Flexibili. 38 Proserpinæ, quæ apud inferos est, consecratus, dicatus. 39 Ramum. 40 Allusum ad Bonæ Deæ, quæ eadem Tellus est, sacra: quæ non nisi in operto fiebant. 41 Tota silva. 42 Circumdant eum. 43 Conceditur à Diis. 44 Occulta terræ, id est, subterranea loca. 45 Ramum habentem folia aurea pro comis. Metaphora ab animali sumpta. 46 Illa opaca. 47 Ad se, aut in honorem suum. 48 In conspectu Plutonis, qui eam rapuit. 49 Proprium, sibi carum. 50 Regina inferorum. 51 Postquàm primus ramus avulsus est ab eo, qui inferos petere vult. 52 Non deest, immò statim subnascitur, & in locum sublati sufficitur. 53 Scil. *Ramus*. 54 Ramale. 55 Deum, cœlumque suspice. 56 Inquire. 57 Ut decet, carpe, scil. manu, non falce, non cultro. 58 Volenti, & obsecundanti similis. 59 Si prædestinatum est te per eum ad inferos descendere, atque redire. 60 Alloqui, repugnantibus Deorum dispositionibus. Absque sit gratia, & auxilium divinum incassum, intercidunt humani conatus. 61 Constringere, & abrumpere eum. 62 Insepultum. 63 Mortuum. 64 Miseni, ut infrà, à Tritone intercepti, quem tamen nonnulli ab Æneâ interfectum autumnant, ut in hac necromantia suppeteret cadaver, & animum.

(Heu

(Heu nescis) totamque [65] incestat funere classem. 150
Dùm [66] consulta petis, nostroque in [67] limine [68] pendes.
[69] Sedibus [70] hunc refer [71] antè suis, & conde sepulcrò.
[72] Duc [73] nigras pecudes: ea prima [74] piacula sunto.
Sic [75] demùm lucos [76] Stygios, regna [77] invia [78] vivis
Aspicies. [79] Dixit, [80] pressoque [81] obmutuit ore. 155
Æneas mæsto [82] defixus lumina voltu
[83] Ingreditur, linquens [84] antrum; [85] cæcosque volutat
Eventus animo secum. [86] Cui fidus [87] Achates
It comes, & [88] paribus curis [89] vestigia figit.
Multa inter sese [90] vario sermone [91] serebant, 160
Quem socium [92] exanimem [93] vates, quod corpus [94] humandum
Diceret. Atque [95] illi Misenum in litore sicco,
Ut [96] venêre, vident [97] indigna morte peremptum;
Misenum [98] Æoliden: quo [99] non * præstantior alter
[1] Ære [2] ciêre viros, [3] Martemque accendere [4] cantu.
[5] Hectoris hic [6] magni fuerat comes, Hectora circum

65 Polluit. 66 Oracula. 67 Antro. Synecdoche. 68 Moraris, vel sollicitus hæres. 69 Terræ, & inhumationi. 70 Amicum exstinctum. 71 Quam ad inferos descendas. 72 Ad sacrificium funere. 73 Furvis hostiis placandi Dii inferi, ad quos tibi lustrato sternenda via: *hùc casta Sibylla Nigrarum multo pecudum te sanguine ducet*, lib. 5. 74 Sacrificia expiatoria, quibus animæ expurgari credebantur. 75 Post longam exspectationem tuam. 76 Infernales. 77 Quæ nullam præbent viam. 78 Nam mortuis dumtaxat. 79 Sibylla. 80 Ab Apolline, qui non permisit eam ulterius loqui. 81 Dicendi finem fecit. 82 Habens oculos in terram defixos. 83 Ad classem, & socios, Sibyllæ præcepta exsecuturus. 84 Sibyllæ. 85 Incertos, ignoto. 86 Eneæ. 87 Ἀπὸ τῆ ἄχος; *à sollicitudine*, quæ summarum, & principum comes. 88 Q. d. comes est, ut itineris, ita & curarum. 89 Sistit gressum ut cogitabundi solent. 90 Modò hoc, modò illud asserentes. 91 Al. *serebant*: alludit ad Etymon vocis *sermo*. 92 Mortuum. 93 Sibylla. 94 Sepeliendum. 95 Sic dubitantes. 96 Ad litus. 97 Viro forti, & non respondente meritis arti, & virtuti ejus, aut quia exceptus insidiis à Tritone, Neptuni tibicine, quem æmulabatur: aut quia anima in aquis exstinguebatur, quod genus mortis abominabantur veteres. 98 Eoli nepotem. 99 Scil. *fuit*. * Peritior. 1 Limo, aut tuba ærea. Materia pro materiato. 2 Excitare, id est, excitabat viros fortes & generosos, Enallage modi. 3 Inflammare furorem bellicum, seu prælium. 4 Tubæ, aut litui. 5 Digreditur in prosopographiam Miseni mortui. 6 Trojanorum fortissimi.

Et

Et [7] lituo pugnas insignis [8] obibat & hastâ.
Postquàm [9] illum [10] victor vitâ spoliavit Achilles,
Dardanio Æneæ sese fortissimus [11] heros
Addiderat socium, [12] non inferiora secutus.
Sed [13] tum, fortè cavâ dùm [14] personat æquora [15] conchâ,
Demens, & cantu vocat in certamina [16] divos,
[17] Æmulus [18] exceptum [19] Triton (si credere dignum est)
Inter [20] saxa [21] virum spumosa immerserat undâ.
[22] Ergo [23] omnes magno [24] circùm [25] clamore fremebant;
Præcipuè pius [26] Æneas. Tùm [27] jussa Sibyllæ
(Haud mora) [28] festinant flentes, [29] aramque sepulcri
[30] Congerere [31] arboribus, [32] cœloque educere certant.
[33] Itur in antiquam silvam, stabula alta ferarum:
[34] Procumbunt [35] piceæ: sonat icta securibus ilex:
Fraxineæque trabes, cuneis & [36] fissile robur
Scinditur: advolvunt ingentis [37] montibus ornos.
Necnon Æneas, opera inter talia [38] primus
Hortatur socios, paribusque [39] accingitur armis.

7 Tuba incurva; à cujus similitudine posteà Baculus ille auguralis, quo templa designabantur, *Lituus* dictus est. 8 Perficiebat pugnas, versabatur in pugnis. 9 Hectorem. 10 Hectoris. 11 Misenus Æolides. 12 Virum nequaquam Hectori secundum, neque virtute, neque laude; satis etiam superiorem. 13 Paullò antè. 14 Personare facit, vel sonat per æquora. 15 Tubâ & buccinâ, quæ Tritoni concha. *Cæruleum Tritona vocat, conchæque sonanti Inspirare jubet:* deindè *cava buccina sumitur illi.* 16 Tritones. 17 Ὁμότεχνος, ejusdem artis cum invidiâ studiosus, vel, ex provocatione adversarius. 18 Insidiis oppressum: quasi virtute vinci non posset. 19 Oceani & Thetyos filius. Neptuni tubicen, unus Deorum marinorum. 20 Scopulos. 21 Misenum. 22 Docet quomodò officium funebre persolutum sit Miseno juxta præceptum Sibyllæ. 23 Trojani. 24 Cadaver Miseni. 25 Quasi irascentes Diis marinis, quod tantum virum morte absumpserant. 26 Scil. *fremebat.* 27 Quibus jusserat: *Sedibus hunc refer ante suis.* 28 Festinantèr exsequuntur. *Festinare* ergo hic activè sumitur: ut lib. 4. *Deus æthere missus ab alto* Festinare fugam, *tortosque incidere funes. Ecce iterum stimulat.* 29 Pyram in altum exstructam, in aræ formam: 30 Congerendo exstruere. 31 Ex arboribus. 32 Ad cœlum usque extollere aram sepulcri. Hyperbole. 33 A sociis Æneæ, scil. ad excidendas arbores pro rogo. 34 In humum. 35 Piceæ, redæque resinâ pingues arbores, fraxini, ornique funeribus adhibitæ, quo clariùs, & luculentiùs arderent rogi. 36 Quod facilè finditur. 37 A montibus. 38 Exemplo suo præ lucens aliis. 39 Aptatur instrumentis, quibus alii ligna scindebant scil. securi, cuneis, ligone, & similibus ad rogum erigendum necessariis.

At-

Atque [40] hæc ipse suo tristi cum corde volutat, 185
Aspectans silvam immensam, & sic ore precatur:
[41] Si nùnc se nobis ille aureus [42] arbore [43] ramus
Ostendat nemore in tanto: [44] quandò omnia verè
Heu [45] nimiùm de te vates, Misene, locuta est.
Vix [46] ea fatus [47] erat, [48] geminæ cùm [49] fortè [50] columbæ 190
Ipsa [51] sub ora viri cœlo venêre volantes,
Et [52] viridi sedêre solo. Tùm maximus [53] heros
[54] Maternas agnoscit avis, lætusque precatur:
Este duces, [55] ô, si qua [56] via est, cursumque per auras
Dirigite in [57] lucos, ubi [58] pinguem [59] dives [60] opacat
Ramus humum. Tuque, ô, dubiis [61] ne defice rebus,
Diva parens. Sic effatus [62] vestigia pressit;
[63] Observans quæ signa ferant, quò tendere [64] pergant.
[65] Pascentes [66] illæ tantùm [67] prodire volando, 200
Quantum [68] acie possent, oculi [69] servare [70] sequentum.
[71] Indè ubi [72] venêre ad fauces [73] grave olentis Averni,
[74] Tollunt se celeres; [75] liquidumque per aëra [76] lapsæ,

40 Quæ sequuntur cogitat secum. 41 *Utinàm.* 42 Opaca. 43 Quem Sibylla nobis habendum docuit. 44 Quandoquidem. 45 Quia utilius fuisset, si mentita esset, dum dixit Misenum jacere in litore. 46 Eas preces. 47 Æneas. 48 Duæ & pares. 49 Præter opinionem ejus. Oblativum ergo augurium. 50 Quæ & Veneris aves & felix regibus augurium: per geminas columbas mysticè duas animæ alas designari volunt. Contemplativam Moralemque virtutem, quæ ad aureum sapientiæ ramum à divinarum rerum amore mittuntur. 51 Ante conspectum Æneæ. 52 Gramineo. 53 Æneas. 54 Quæ sunt in tutelâ Veneris, propter amorem, quem inter se servant. 55 O aves. 56 Quæ ducat ad aureum ramum. 57 Silvas sacras. 58 Opimam, quia talis rami feracem. 59 Quia aureus. 60 Inumbrat, quod propriè est arborum. 61 Ne mihi desis, ne me deseras. 62 Substitit. Captantes autem auguria & observantes stare immobiles aut sedere solebant. 63 Animadvertens. 64 Perseverent. 65 Allusum ad pullare augurium, quod felix habitum, si pulli pascerent. 66 Columbæ. 67 Prodibant, præcedebant. Enallage modi. 68 Acumine visus sui, id est, visu. 69 Observare. 70 Æneæ, & Achatæ. 71 Deindè. 72 Columbæ. 73 Lacus illius in Campaniâ, per quem dicitur descensus ad inferos, gravitèr olentis propter aquam sulphuream. 74 Erigunt. 75 Purum. 76 Postquàm celeritèr volaverant.

Se-

Sedibus [77] optatis [78] geminâ super arbore [79] sidunt:
[80] Discolor [81] undè auri per ramos [82] aura refulsit.
[83] Quale solet [84] silvis [85] brumali frigore [86] viscum
Eronde virere [87] novâ, [88] quod non [89] sua [90] seminat arbos,
Et [91] croceo fœtu [92] teretes circumdare truncos.
Talis erat species auri frondentis opacâ
[93] Ilice: sic leni [94] crepitabat [95] bractea vento.
[96] Corripit Æneas [97] extemplò, avidusque refringit
[98] Cunctantem, & [99] vatis * portat sub tecta Sibyllæ.

[1] Nec minùs intereà Misenum in litore Teucri
Flebant, & [2] cineri [3] ingrato [4] suprema ferebant.
Principio pinguem [5] tædis, & robore [6] secto
Ingentem struxêre [7] pyram: [8] cui frondibus [9] atris
Intexunt latera, & [10] feralis [11] antè cupressos

77 Ab Æneâ. 78 Geminæ naturæ: quia aureum ramum habebat. Al. *geminæ*, scilic. columbæ. 79 Locum sedendi capiunt, ad sedendum se demittunt. 80 Alio à viridi arbore colore, diversi coloris. 81 A quâ arbore. 82 Splendor. Cic. pro Sextio. *Quem neque periculi tempestas, neque honoris* aura *potuit unquam de suo cursu dimovere. Αἴρειν* vetus vox Græca *auram* significat. 83 Qualiter. A simili narrationem dilatat. 84 In silvis. 85 Quia tùnc maturum est. 86 Gluten. 87 Insolitâ. 88 Viscum. 89 Ipsi propria. 90 Quia ex stercore turdi, super arborum ramis delapso nascitur. 91 Virgulto & glutino croceo coloris. 92 Oblongos & rotundos. Ecl. 8. *Incumbens* tereti *Damon, sic cœpit, olivæ.* 93 Scil. *in.* 94 An non videris audire bracteati rami à ventis agitati crepitantem sonum ex litterarum aspera conflictatione? 95 Aurea ac tenuis lamina, id est, aureæ frondes. 96 Celeriter rapit. Vehementiam, & sedulitatem Æneæ indifferingendo ramo ex voto, ostendit hoc verbo Virgilius. 97 Illicò. 98 Ramum visum remorari pondere suo desiderium avidi Æneæ, licèt facilis sequeretur. 99 Vaticinantis. * Ramum. 1 Nihilominùs, quamvis Æneas abesset. Transit ad studia Trojanorum circa justa Miseni. 2 Cadaveri. 3 Minus grato amicis triste hoc ministerium exsequentibus. 4 Ultima officia, quæ exsequiæ dicuntur, exhibebant mortuo Miseno. 5 Arboribus resinæ plenis. 6 Fisso, ac in partes dissecto. 7 Struem lignorum ad rogum instruendum. Apparatus mortuorum, funus dicitur, exstructio lignorum rogus: subjectio ignis, pyra: crematio cadaveris, bustum: locus, ustrina; operis constructio, sepulcrum: inscriptum nomen, & memoria, monumentum. 8 Pyræ, seu rogo. 9 Funereis, feralibus, virorisin atrum vergentis. 10 Tristes & funebres. 11 In anteriori parte, ut videantur.

Con-

Constituunt, [12] decorantque super [13] fulgentibus armis.
Pars [14] calidos [15] latices, & [16] aëna [17] undantia flammis
[18] Expediunt, [19] corpusque lavant [20] frigentis & [21] unguunt.
Fit gemitus. [22] Tùm membra [23] toro [24] defleta reponunt,
[25] Purpureasque [26] super vestis, velamina [27] nota,
Conjiciunt. Pars ingenti subière [28] feretro,
Triste ministerium, & [29] subjectam more [30] parentum
[31] Aversi tenuêre [32] facem. Congesta [33] cremantur
[34] Turea dona, [35] dapes, [36] fuso crateres [37] olivo.
Postquàm collapsi cineres, & flamma [38] quievit;
[39] Relliquias vino & [40] bibulam lavêre [41] favillam:
[42] Ossaque [43] lecta [44] cado texit Coynæus [44] aëno.

12 Et exornant ad decus desuper. 13 In signum, quod iis egregiè usus fuerat. Cum viris magnis unà cremabantur, arma, vestes, equi, canes, & quæ in vitâ erant carissima. Apud Indos, & uxor amantissima. Cic. 5. Tusc. Quæst. & 11. Æn. *galeas, ensesque decoros, &c.* 14 Calida ablui & per intervalla inclamari solebant pro mortuis compositi, ne fortè lateret vitalis spiritus obstructus, adeòque vivi cremarentur. 15 Aquas calefactas. Omnem autem humorem generali vocabulo *Laticem* appellari tradunt, ab eo, quòd intra aliquid *latent.* 16 Ænea. 17 Ebullientia. 18 Expedirè parant, proferunt. 19 Ex Ennii versu: *Tarquinii corpus bona femina lavit, & unxit.* 20 Mortui. Calore enim vitali pulso, qui spiritus sedes habetur, friget corpus. 21 Ut faciliùs cremarentur. 22 Deindè. 23 Funebri, qui unà cum cadavere cremabatur, id est, feretro. 24 Supremo fletu affecta. 25 Quas in vita in pretio habuerat. Viris illustribus vestes, quibus vivi utebantur, injectæ, purpureæ, prætextæ, paludamenta: vide Pallantis funus, lib. 11. Æneid. 26 Corpus exanime. 27 Quia ipse ferebat. 28 Capulo, quo effertur corpus. *Feretrum* enim id omne dicimus, quo aliquid in pompa portatur. 29 Cadaveri. 30 Qui liberos suos inurum. 31 Testati dolorem, & se invitos id facere. 32 Tædam. 33 Cum cadavere. 34 Thura data. 35 Epulæ, quibus mortuo parentatum erat. 36 Quia infundebant oleum cum crateribus. 37 Oleo ex olivâ expresso. 38 Cum non esset amplius, quod urat. 39 Cineres, & si qua exstabant ossa. Respicit ad ritum ossa componendi, qui talis erat: primò bustum vino exstinguebant; manes vocabant, lotis deindè manibus ossa legebant, lecta vino perfundebant & lacte, mox vero siccanda exponebant, siccata aromatibus & odoribus mixta in urnam reponebant, reliquiis lacrimas superfundebant. 40 Lambentem, quod adhuc supererat, aut exsorbentem, seu imbibentem vinum, quod infundebatur. Ignita enim ac calida humorem omnem imbibunt, absumuntque. 41 Modicam flammam. 42 Miseni. 43 Collecta. 44 Vasculo, aut urnâ æreâ: quandoque aureâ condebantur cineres.

Idem

[45] Idem ter socios [46] purâ circumtulit undâ,
[47] Spargens rore levi & ramo [48] felicis olivæ :
[49] Lustravitque viros, dixitque [50] novissima verba.
At pius Æneas ingenti mole sepulcrum
[51] Imponit, [52] suaque arma viro, [53] remumque, [53] tubamque,
[54] Monte sub [55] aërio : [56] qui nùnc Misenus ab [57] illo
Dicitur, æternumque tenet per sæcula nomen.
His actis, properè [58] exsequitur [59] præcepta Sibyllæ.
Spelunca [60] alta fuit, vastoque [61] immanis [62] hiatu,
[63] Scrupea, [64] tuta lacu [65] nigro, nemorumque tenebris :
[66] Quam super haùd ullæ poterant [67] impunè [68] volantes
[69] Tendere iter pennis : [70] talis sese [71] halitus atris
Faucibus effundens, supera ad [72] convexa ferebat.
([73] Undè locum [74] Graji dixerunt nomine [75] Aornon.)
Quattuor [76] hic primùm [77] nigrantes terga juvencos

45 Chorineus. 46 Purgavit pollutos funere aqua sacrata ab aspergillo felicis olivæ : namque oleaster infelix. 47 Conspergens eos. 48 Oleæ ad felicitatem facientis : quia pacem significat, & saucia consolidat. 49 Adspersit, aut purgavit circumeundo Trojanos. 50 Ultima, id est, conclamavit. I licet & vale, vale, vale. Æneid. 11. lib. 51 Exstrui curat Miseno. 52 Propria instrumenta. 53 Insignia remigis & tubicinis : quia positus erat remex, & optimus tubicen. 54 Qui etiam ad hunc diem retinet nomen, & vulgò dicitur *Monte Miseno*, & *Capo Miseno*. 55 Alto : ut suprà, *aërias Alpes*. 56 Mons. 57 Miseno, qui illic sepultus est. 58 Æneas. 59 Quæ hæc erant : *Duc nigras pecudes, ea prima piacula sunto.* 60 Profunda. 61 Terribilis. 62 Apertura, quasi ad devorandum parata. 63 Scruposa, seu asperis lapillis plena. Sunt enim *scrupuli* lapilli minuti, qui ambulantibus in calceos insiliunt : qui, quòd pedibus molesti sunt, pro curâ, & sollicitudine frequentèr usurpantur. 64 Cincta lacu & silvâ. 65 Ex profunditate, & umbris. 66 Super quam speluncam. Anastrophe. 67 Citra noxam. Fœtore enim & sulphureo halitu enecabantur. 68 Volucres, aves. 69 Volare. 70 Tam vehemens causa, cur aves ea loca adire non consueverint. 71 Odor & exhalatio. 72 Ad cœli curvitatem, ad aëra. 73 De quâ re, quia sine avibus esset. 74 Græci. 75 *Ἄορνον*, avium expertem ex *ἀ* priùs & *ὄρνις ὄρνιθος*, *avis*. Al. *Aornium*. 76 Ad introitum speluncæ, seu averni. 77 Habentes terga nigra. Diti patri de nigra pecude sacrificabant, eidemque pocula mista mero & lacte libabant. Tibul. *Interea nigras pecudes promittite Diti, Et nivei lactis pocula mista mero.*

Constituit, [78] frontique [79] invergit vina sacerdos;
Et, summas carpens media inter cornua [80] sætas,
Ignibus imponit [81] sacris [82] libamina prima,
[83] Voce vocans [84] Hecaten, [85] cœloque [86] Ereboque potentem.
[87] Supponunt [88] alii cultros, tepidumque cruorem
Suscipiunt [89] pateris. Ipse [90] atri velleris agnam
[91] Æneas [92] matri Eumenidum [93] magnæque sorori
Ense [94] ferit, [95] sterilemque tibi, [96] Proserpina, vaccam.
[97] Tùm [98] Stygio regi [99] nocturnas * inchoat aras,
Et [1] solida imponit taurorum viscera flammis,
Pingue [2] superque oleum [3] infundens [4] ardentibus extis.
[4] Eccè autem, [5] primi sub lumina solis & ortus,

78 In frontem, media inter cornua fundit. 79 Inversa patera: contrà in sacris supernis supina manu libatum, 4. lib. *media inter cornua fundit*: hoc autem ad probationem victimarum, si non stupuissent, gratarum. 80 Duros pilos. *Setæ* propriè duriores illi, crassioresque, qui in suum dorsis erecti stant, pili sunt: hic pro pilis boum usurpat Poëta. 81 Qui ad sacrificium ibi parati, instructique erant. 82 Appositivè. 83 Cum clamore valido invocant. 84 Deam. 85 Apud superos (ubi *Luna* dicitur, & in terris, ubi *Diana*) potestatem habentem, quandiu supra nostrum Horizontem conspicua est Luna. 86 Apud tenebras inferorum (ubi *Proserpina* appellatur) quando sub terra demersa Antipodibus nostris lumen præbet. *Erebus* propriè infernalis fluvius est. 87 Cianculum ponunt, ut ultrò ineant mortem. 88 Sacrificuli. 89 In vasa patentia. 90 Concolorem agnam. 91 Quia Sibylla cetera curaverat. 92 Matri Furiarum, id est, Nocti, quæ furias parit, fovetque. Nocte autem Furias natas volunt, quæ per Antiphrasim Græcè Εὐμενίδες dicuntur, quòd *immittes* sint, & *implacabiles*, terreantque, & petant semper mortalium animos: ut suprà diximus. 93 Terræ, quæ noctis soror fingitur, quia ex umbra ejus nox vicissim nata est. 94 Cædit, mactatque. *Feriri* enim, cùm occiduntur, animalia dicuntur. 95 Στειρακρῆν, Odyss. α. Junoni infernæ propriam: infœcundam infœcundæ; sterilem illi, quæ numquam enixa est: taurum Proserpinæ, ut Plutoni taurum. 96 Quæ inferorum Dea es. 97 Deindè. 98 Regi infernali Plutoni, qui Stygi, Acheronti, & reliquis inferorum fluviis dominatur. 99 Quæ totâ nocte arderent, in quibus noctu sacrificaretur: *vel*, nocturnas, id est, inferis dicatas.

* Instituit. 1 Holocaustum. 2 Superfundens: Tmesis. 3 Dum exta arderent. 4 Exactis sacris, horrenda signa, adventus Proserpinæ prænuntia, aptis translationibus narrat. 5 Paulò antè, priusquàm Sol oriretur.

Sub

Sub [6] pedibus [7] mugire solum, & [8] juga cœpta moveri
[8] Silvarum: visæque [9] canes [10] ululare per umbram,
Adventante [11] Dea. [12] Procul, ô, procul este, [13] profani,
Conclamat [14] vates, totoque absistite [15] luco:
[16] Tuque [17] invade viam, vaginâque eripe [18] ferrum: 260
Nunc [19] animis opus, Ænea, nunc pectore [20] firmo.
[21] Tantum effata, furens antro se immisit aperto.
[22] Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.
[23] Dii, quibus imperium est animarum, umbræque
[24] silentes,
Et [25] Chaos, & [26] Phlegethon, loca [27] nocte tacentia
[28] late; 265
Sit mihi fas [29] audita loqui: [30] sit [31] numine vestro
[31] Pandere res [32] altâ terrâ & caligine mersas.
[33] Ibant obscuri sola sub nocte per [34] umbram,
Perque domos Ditis [35] vacuas, & [36] inania regna.

6 Sibyllæ & Æneæ. 7 Cœpit, quasi sonitum taurinum edere, Remota Metaphora, à bobus sumpta ad terram: ut lib. 4 Æneid. v. 490. 8 Colles montium silvosorum. 9 Stygiæ canes, Furiæ. Lucan. *Stygiasque canes in luce superna Destituam.* 10 Lugubrem vocem emittere. 11 Proserpina. 12 Quod in sacris fieri solet, *profanos arcet*, heroa suum *hoc agere* monet. 13 Sacris non initiati. 14 Sibylla. 15 Dianæ sacro. 16 Sacris initiare. 17 Audacter ingredere. 18 Quo magnasti agnam. Dæmones an sentiant dolorem, lædantur, ensem horreant, disserit Cœl. Rhod. lib. 2. c. 8. hæc noster ex opinione Platonicorum, infrà sanior, *frustrà ferrò diverberat umbras.* 19 Audacia, & animositate adversus terrores & mortuorum spectra obvia. 20 Egregiè confirmato contra quævis pericula iis virtutibus, quibus animosum pectus fulcum esse decet. 21 Et non pluribus Sibyllæ Æneam allocuta projicit se in Averni fauces, comite Æneâ. 22 Æneas sibyllam vatem, cujus ductu per singula inferorum loca penetrat, vadentem passibus audacibus æquis consequitur, id est, audacter ingredientem animosè consequitur. 23 Pie, nec nisi veniam præcatus, accedit ad inferorum arcana retegenda. Plutonem & Proserpinam precatus, mox umbras indè vastam voraginem & indigestam primæ materiæ molem, hinc loca ipsa & lacus. 24 Quoniam umbræ substantiæ sunt incorporeæ, quæ vocem emittere nequeunt, *Silentes* à Poëtis vocantur. 25 Origo rerum confusa. 26 Inferorum fluvius, qui flammis æstuantibus rapidus fingitur. 27 Nocte perpetua. 28 Quæ de inferis audiverim. 29 Scil. *fas.* 30 Vestro nutu & benevolentia. 31 Aperire & manifestare. 32 Profunda terræ caligine. Est autem inferorum periphrasis. Q. d. liceat inferorum res mortalibus aperire. 33 Æneas & Sibylla. 34 Silvarum & terræ, id est, per profundi specus caliginem. 35 Corporibus scil. ubi umbræ tantùm & simulacra. 36 Simulacra enim illic sunt, quæ inania sunt.

[91] Admoneat volitare [93] cavâ sub imagine formæ.
[92] Irruat, & [94] frustra ferro [91] diverberet umbras.
[95] Hinc via, [96] Tartarei quæ [97] fert [98] Acherontis ad undas:
Turbidus hîc [99] cœno * vastâque voragine gurges
[1] Æstuat, atque omnem [2] Cocyto eructat arenam.
[3] Portitor has horrendus aquas & flumina servat
Terribili [4] squalore Charon: [5] cui plurima [6] mento
[7] Canities inculta jacet: [8] stant lumina, flammæ:
Sordidus ex humeris [9] nodo dependet amictus.
[10] Ipse [11] ratem conto subigit, [12] velisque ministrat,
Et [13] ferrugineâ subvectat [14] corpora cymbâ,
Jam senior: sed cruda [15] deo [16] viridisque [17] senectus.
[18] Hùc omnis turba ad [19] ripas [20] effusa ruebat,
[21] Matres atque viri, [22] defunctaque corpora vita
[23] Magnanimûm heroum, pueri innuptæque puellæ,
[24] Impositique rogis juvenes ante ora parentum.
[25] Quàm multa in silvis autumni frigore primo

92 Admonuisset, irruisset in ea monstra, & diverberasset. Enallage temporis. 93 Inani, non habente corpora, sed umbras tantùm. 94 Cùm substantiæ sint planè incorporeæ, quæ nec tangi, nec lædi possint; quarè & à Græcis *ανειαι* dicuntur. 95 Scil. *est*. 96 Qui ex inferiore Tartaro emanat & profluit. 97 Inducit. 98 Fluminis infernalis. De fluviis infernis quid opinati veteres, lege Macrob. c. 10. lib. I. de Somno Scipionis; qui Acheron, Lete, Phlegethon, Cocytus & Styx. 99 Luto. * Profunda ingurgitatione vertex aquarum absorbens & ingurgitans, ea quæ incidunt in eum. 1 Æstum, & fervorem suum exercet, id est, ebullit, agitatur. Metaphora à colore ad maris æstum. 2 In Cocytum. 3 Transvector umbrarum in ulteriorem fluminis ripam, & magister portûs. *Portitor* propriè is dicitur, qui portorium, id est, fructus pecuniarios ex portu conduxit: sic à *portu* dictus. 4 Immunditia. 5 Charonti. 6 Per mentum. 7 Incana barba. 8 Et cui oculi horrent, & arrecti sunt igni emicanti. 9 Per nodum, quo connexus est. 10 Charon. 11 Scapham, qua animas traducit, sude propellit, gubernat. 12 Per vela, aut ministerio fungitur circa vela. 13 Navicula fusci coloris, nigra, tris i. *cymba* propriè, navis piscatoriæ genus est. Hic autem pro portitorum navicula accipitur, qua lacus aut amnes transjiciuntur. 14 Simulacra corporum. 15 Charonti Deorum ministro. 16 Perpetua, quia Deus est. 17 Scilic *est*. 18 Ad hunc. 19 Acherontis. 20 E corporibus. 21 Fœminæ, & masculi. A sexu. 22 Quæ jam expleverant officium vitæ, id est, simulacra eorum. 23 A generis splendore. 24 Filii à parentibus terra conditi. 25 Quantum duplici comparatione umbrarum ad amnem venientium vim proponit.

Lap-

[26] Lapsa cadunt folia, [27] aut ad terram [28] gurgite ab alto
[29] Quàm multæ [30] glomerantur aves, ubi [31] frigidus annus
Trans [32] pontum [33] fugat, & terris immittit [34] apricis.
[35] Stabant orantes primi [36] transmittere cursum,
[37] Tendebantque manus [38] ripæ ulterioris amore.
[39] Navita sed [40] tristis nunc hos, nunc accipit illos:
Ast [41] alios longè [42] summotos [43] arcet arenâ.
Æneas ([44] miratus enim, motusque [45] tumultu)
Dic, ait, ô virgo, quid [46] volt [47] concursus ad amnem?
Quid-ve petunt animæ? vel quo discrimine ripas
[48] Hæ [49] linquunt; [50] illæ remis [51] vada [52] livida [53] verrunt?
Olli sic breviter fata est [54] longæva [55] sacerdos:
[56] Anchisâ generate, deûm [57] certissima proles,
[58] Cocyti stagna [59] alta vides, Stygiamque paludem,

26 Labentia. 27 Altera collatio ab avibus, gregatim sub tempus vernum tepidius cœlum petentibus. 28 Mari. 29 Ὄρνιθες ἀὲς Αἴτ' ἐπὶ ἔαρ χειμῶνα φύγον. Iliad. 3. 30 Confestim volant, in modum glomeris advolvuntur. *Glomerare* propriè est implicare, & in globi figuram inducere filum. 31 Hyems. Totum pro parte. 32 Mare, ad quærendum aërem temperatiorem. Species pro genere: cùm propriè *Pontus* sit interior maris pars inter Chersonesum & Euxinum. 33 Aves. 34 Soli expositis, sine frigore in Africa. 35 Tam multi certatim orabant Charontem. 36 Ut primi trajicerentur. 37 Extendebant, supplicantium more. 38 Quia volebant transmitti ad locum ipsis debitum. 39 Portitor Charon. 40 Asper, acerbus. 41 Inhumatos, & insepultos. 42 Submotos à cymba. 43 Tenet in litore arenoso. 44 Scil. *erat*. 45 Multitudine animarum, tumultuosè ad scapham properantium. 46 Prætendit. 47 Animarum. 48 Quædam ex illis. 49 Quia vident se non posse transmitti. 50 Aliæ. 51 Stygen & Cocytum inferorum amnes. *Vadum* propriè est fluminis fundum solidum, quod in eo sine periculo *vadatur*. 52 Subnigra; fortassis à morte, quam nonnumquam *lividam* dicimus, quod ea vada non nisi mortui trajiciant. Propriè enim *lividum* dicimus colorem carnis subnigræ ex ictu baculi, aut fustis. A quo deinceps invidos solemus *lividos* appellare, quòd in eorum vultibus illum colorem communiter videamus. 53 Transmittunt, navigant. Metaphora à purgantibus pavimenta scopis, quod propriè est *verrere*. 54 Πολυχρονιστάτη παρθένος: quæ sæcula septem, seu 700. annos vixerat, Ov. 14. Met. 55 Sibylla. 56 Æneæ periphrasis. 57 Cui vivo inferos adire datur. 58 Fluvii infernalis. 59 Profunda.

DI cujus jurare timent & [60] fallere numen.
[61] Hæc [62] omnis, quam cernis, [63] inops, [64] inhumataque turba est: 325
[65] Portitor ille, Charon: hi, quos vehit unda, [66] sepulti.
Nec ripas [67] datur horrendas & [68] rauca fluenta
[69] Transportare priùs, quàm [70] sedibus ossa quierunt.
Centum [71] errant [72] annos, [73] volitantque hæc litora circum.
[74] Tùm demùm [75] admissi [76] stagna exoptata [77] revisunt. 331
[78] Constitit Anchisâ [79] satus, & vestigia pressit;
Multa [80] putans: [81] sortemque animo miseratus [82] iniquam.
Cernit ibi mœstos, & [83] mortis honore carentis,
[84] Leucaspim, & Lyciæ [85] ductorem [86] classis [84] Orontem:
Quos, [87] simul à Trojâ ventosa per æquora vectos 336
Obruit [88] auster, aquâ involvens navemque virosque.
[89] Ecce [90] gubernator sese Palinurus [91] agebat:

60 Pejerare. Qui autem pejerabat, annum unum & dies novem, nectare & ambrosia interdictus, Deorum epulis arcebatur. Hic verò honos Stygi habitus propter auxilium, quòd Jovi adversus Titanas tulerunt Stygis filiæ Vis, Robur, Victoria, Apollo sive Sol, apud Ovid. 2. Met. Phaëtontem filium, cui quidvis daturum promiserat, quod ille petivisset (petivit autem adolescens temerarius ad unum diem moderamen currus ejus) sic alloquitur, *Quid mea colla tenes blandis, ignare lacertis? Ne dubites, dabitur (Stygias juravimus undas) Quodcunque optaris; sed tu sapientiùs opta.* 61 Respondet ad id, quod rogarat Æneas. *Quid vult concursus ad amnem?* 62 Tota. 63 Sine terrâ, aut sine ope & auxilio, id est, paupercula. 64 Insepulta. 65 Portus observator & transvector. 66 Scil. *sunt.* 67 Permittitur Charonti. 68 Raucè resonantia ob fluctus. 69 Scil. *alios.* 70 Scil. *suis*, id est, sepulcris. 71 Insepulti. 72 Continuos. 73 Præcipitanter volvuntur: quippe umbræ & substantiæ incorporeæ. 74 Deinde tandem, centum annis exactis. 75 In cymbam. 76 Lethes scil. per quam oblivionem malorum imbibunt. 77 Navigant. 78 Cogitabundus. 79 Progenitus. Æneæ periphrasis. Ut suprà: *Anchisâ generate.* 80 Reputans animo. Simplex pro composito. 81 Eorum scil. ob carentiam sepulcri illic vagabantur. 82 Ubi hæ admittuntur, illæ arcentur: *vel*, ubi mortui plectuntur ob peccatum vivorum, qui funera exsequi neglexerunt. 83 Sepultura. 84 De his lib. 1. Æn. 85 Gubernatorem, nauclerum. 86 Navis. Ut lib. 1. *Unam, quæ Lycios, fidumque vehebat Orontem*, &c. 87 Cum Æneâ. 88 Ventus. Species pro genere. 89 Attentionis particula ad congressum Palinuri & Æneæ narrandum se accingit. 90 Olim, dùm vita manebat. 91 Errabundus obibat, impellebat, ibat. Ter. Andr. *Quo hinc te agis?*

Qui

Qui [92] Libyco [93] nuper cursu, [94] dùm sidera servat,
[95] Exciderat puppi, [96] mediis effusus in undis.
[97] Hunc ubi vix multâ [98] mœstum cognovit in [99] umbrâ;
Sic * prior alloquitur: Quis te, Palinure, Deorum
Eripuit nobis, medioque [1] sub æquore [1] mersit?
Dic age. Namque mihi, [2] fallax haud antè repertus,
Hoc uno responso animum delusit Apollo?
Qui fore te [3] ponto incolumem, [4] finisque canebat
Venturum [5] Ausonios. En hæc promissa [6] fides est;
[7] Ille autem: Neque te [8] Phœbi cortina fefellit,
Dux [9] Anchisiade, nec me Deus æquore mersit.
Namque gubernaculum multâ vi fortè revolsum,
Cui datus hærebam custos, [10] cursusque regebam,
[11] Præcipitans traxi mecum. [12] Maria aspera juro,
Non ullum pro [13] me tantum [14] cepisse timorem,
[15] Quam tua ne, spoliata [16] armis, [17] excussa magistro,
[18] Deficeret [19] tantis navis surgentibus undis.
Tris [20] Notus [21] hibernas immensa per æquora noctis
Vexit me violentus aquâ: [22] vix [23] lumine quarto
Prospexi Italiam summâ sublimis ab undâ.

92 In trajectu è Sicilia in Italiam per mare Libicum, seu Tyrrhenum. 93 Paullò antè. 94 Observat. Quia *dictum* est lib. 5. *Oculosque sub astra tenebat.* 95 Ut 5. lib. sub exitu. 96 Projectus in mare, dùm esset in medio undarum. 97 Palinurum. 98 Quod honore sepulturæ defraudato, trajectus negatus esset. 99 Inferorum caligine. * Quam ille loqueretur. 1 Submersit. Tmesis. 2 Mendax, deceptorius. 3 Mari salvum & superstitem. 4 Scilic. *ad*, vel *in*. 5 Italicos. 6 Al. *fidesque*. 7 Palinurus respondit. 8 Locus secretior, undè Phœbus responsa, seu oracula dabat. Hîc autem pro ipso oraculo ponitur. Vide lib. 3. 9 Ab Anchisa genitè. 10 Navium. 11 Præcipitans gubernaculum; aut me, id est, præcipitans, præceps cadens. 12 Per maria. 13 Salute meâ. 14 Scil. *me*. 15 Quantum ceperim, ne navis tua, &c. 16 Clavo, gubernaculo. 17 Cui excussus magister, sive gubernator est. Hypallage. 18 Periret, periclitaretur. 19 Quantas Palinurus exsistimaverat orituras: unde nusquam amittebat oculos, quia noluit *confidere monstro*, ut dictum est in 5. sed serenitas inducta erat per Neptunum precibus Veneris, quod nescivit Palinurus. 20 Ventus, species pro genere. 21 Procellosas, asperas. 22 Cum difficultate. 23 Die. Cicer. pro Rab. *Si te secundo* lumine *hîc offendero*, *moriere*.

Paul-

[24] Paullatim adnabam [25] terræ : & jam [26] tuta tenebam;
Ni [27] gens crudelis madida cum veste [28] gravatum,
[29] Prensantemque [30] uncis manibus capita aspera [31] montis
[32] Ferro invasisset, [33] prædamque ignara putasset.
Nùnc [34] me fluctus habet, versantque in [35] litore venti.
[36] Quod te per cœli [37] jocundum lumen, & [38] auras,
Per genitorem oro, per spem [39] surgentis [40] Iuli;
Eripe me his, [41] invicte, [42] malis : aut tu mihi [43] terram
Injice, namque potes; [44] portusque require [45] Velinos.
Aut tu, si qua [46] via est, si quam tibi Diva [47] creatrix
Ostendit, (neque enim credo sine [48] numine divom
Flumina tanta [49] paras Stygiamque [50] innare paludem)
[51] Da dextram misero, & tecum me tolle per undas;
[52] Sedibus ut saltem [53] placidis [54] in morte quiescam.
Talia fatus [55] erat, [56] cœpit cùm talia vates:

24 Quia fretus erat gubernaculo. 25 Ad terram. 26 Scil. *loca*, aut *littora*, ubi salvus esse poteram: & ita verus erat Apollo, nec submersus erat: sed, ut dicetur, à Veliensibus occisus. 27 Veliensium in Lucania. 28 Scil. *me*. 29 Identidem apprehendere conantem. 30 Incurvis, quæ in modum humanarum manuum ferro fabricantur, aduncis velut digitis, & in undas mittuntur. 31 Saxosi scil. id est, saxum. 32 Ense. 33 Habere corpus meum, quod prædaretur, *vel*, prædonem è navi dejectum. 34 Corpus meum insepultum: nam in umbrâ nunc loquebatur. 35 Ad quod cadaver appulsum erat. 36 Quocirca. Epilogus constans obtestatione, ut humo mandetur corpus, & justa funebria sibi præstentur. 37 Ad differentiam tristis illius & injucundæ auræ, quæ apud inferos esse dicitur. 38 Vitales scil. quas adhuc carpis. 39 Crescentis in annos & virtutes. 40 Ascanii. 41 Voti tui ubique compos, qui etiam ad inferos descenderis. 42 Quæ vides me pati & passurum. 43 Hinc dicebantur *humati*, quos humus, seu terra injecta contegeret. Levissimum saltem sepulturæ genus postulat. Si quis enim in cadaver insepultum incidisset, nefas erat præterire, terræ gleba non injecta, aut pulvere, aut arena: quod præcidanea porca expiandum erat. 44 Invenies autem cadaver meum in portu Velino. Monstrat locum, ut demat laborem sciscitandi, & quærendi cadaveris. 45 Qui posteà Velini dicentur. *Velia* Lucaniæ oppidum est. 46 Ratio aut modus faciendi est. 47 Rerum scil. id est, mater tua Venus. 48 Nutu & voluntate Deorum, ἄνευ θεῶν: dicitur de iis, qui circa humanam industriam magni aliquid consequuntur. 49 Tentas. 50 Navigare. 51 Præsta auxilium mihi misero. Est enim *dextra* virtuti, fidei, auxilio, & omnibus rebus auspicatis consecrata. 52 In campis Elysiis. 53 Qui in vita numquam quievi. 54 Palinurus. 55 Scil. *fari*. 56 Sibylla.

Un-

[57] Undè hæc, ô Palinure, tibi tam [58] dira cupido?
[59] Tu Stygias [60] inhumatus aquas, amnemque [61] severum
[62] Eumenidum aspicies, [63] ripâmve [64] injussus [65] abibis;
[66] Desine fata Deûm flecti sperare precando. 376
Sed cape dicta memor, [67] duri solatia casus.
Nam tua [68] finitimi, longè latèque per urbes
[69] Prodigiis acti cœlestibus, ossa [70] piabunt;
Et [71] statuent tumulum, & tumulo [72] sollemnia mittent; 380
[73] Æternumque locus Palinuri nomen habebit.
His [74] dictis [75] curæ [76] emotæ, pulsusque parumper
[77] Corde dolor tristi: gaudet [78] cognomine terrâ.
[79] Ergo iter inceptum [80] peragunt, fluvioque propinquant
[81] Navita [82] quos jam indè ut Stygiâ prospexit ab undâ 385
Per [83] tacitum nemus ire, pedemque advertere ripæ,
Sic prior aggreditur dictis, atque [84] increpat [85] ultrò:

57 Orta est tibi? 58 Execrabilis cupiditas transmittendi Stygem. 59 Qui non es de genere Deorum. 60 Insepultus. 61 Tristem, Styga scil. aut Cocytum, undè Furiæ accendunt faces. 62 Circa quem habitant Eumenides, id est, Furiæ. 63 Ad ripam ulteriorem. 64 Sine jussu Deorum. 65 A loco tibi destinato per centum annos. 66 Concludit fatum immutabile esse, scil. ut insepulto trajectus concederetur: proinde non esse, cur precando fatiger. 67 Immutabilis. 68 Ejus loci scilic. id est, Campani, & Lucani, ubi corpus tuum insepultum jacet. 69 Ostentis de cœlo venientibus (undè pestis immitteretur) territi, impulsi. Lucanis enim oraculum de sedanda gravi pestilentia, quæ apud eos grassabatur, consulentibus, responsum oraculum placandos esse manes Palinuri à Veliensibus interfecti, illi itaque lucus prope Veliam dicatus, & erectum cenotaphium. 70 Purgabunt. 71 Constituent sepulcrum condito corpore, aut κενοτάφιον. 72 Sacra funebria persolvent. 73 In æternum. Adverbium est. 74 Verbis sibyllæ. 75 Palinuri. 76 Emotæ sunt à Præcordiis. 77 De corde. 78 Quod habiturus sit terram sibi cognominem. 79 Quia utcumque placatus erat Palinurus. 80 Perguntire ad fluvium, qui ipsis trajiciendus erat. 81 Nauta, seu portitor Charon. 82 Sibyllam & Æneam. 83 Ubi sunt alta silentia, ubi nullus neque cantus, neque garritus volucrum auditur: vel, ipsos tacitos, & silentio accedere ad ripam Stygis. 84 Immani sono reprehendit, & incusat. Metaphora. *Increpare* enim propriè est crepitum quacumque ratione reddere. 85 Prior, non compellatus, aut offensus.

Quis-

Quisquis es, armatus qui [86] nostra ad flumina tendis,
Fare age, quid venias: jam istinc & comprime gressum.
Umbrarum hic locus est, Somni, Noctisque [87] soporæ:
Corpora [88] viva [89] nefas Stygia vectare [90] carina.
Nec [91] verò [92] Alciden me sum [93] lætatus [94] euntem
Accepisse [95] lacu, nec Thesea [96] Pirithoumque:
[97] DIs quamquam geniti, atque invicti viribus essent.
[98] Tartareum ille manu custodem in vincla petivit;
Ipsius à solio [99] regis * traxitque [1] trementem:
[2] Hi [3] dominam [4] Ditis thalamo deducere adorti.
Quæ contra brevitèr fata est [5] Amphrysia vates:
[6] Nullæ [7] hic insidiæ tales, absiste [8] moveri:
Nec vim [9] tela ferunt: [10] licet ingens janitor antro
Æternùm latrans [11] exsanguis terreat umbras:
[12] Casta licet [13] patrui servet [14] Proserpina [15] limen.
Troïus Æneas, pietate insignis & armis,

86 Infernalia, & mortuis dumtaxat pervia. 87 Soporiferæ, quæ soporem adfert. 88 Viventium. 89 Scil. *est*. Ab illicito. 90 Navi. 91 Certè. 92 Herculem. Vide supra v. 122. 93 Anno enim integro in compedibus fuit Charon, quòd Herculem trajecisset. 94 Trauseuntem vi suâ ad inferos. 95 Sygio. 96 Socium Thesei. 97 Hercules, & Pirithous Jove sati, Theseus Ægeo, ut alii, Neptuno. 98 Cerberum Hercules petivit, ut vinciret manu suâ. Hercules enim jussu Euristhei, perpurgato jam Augiæ stabulo, confectaque hydra, ad inferos descendisse fertur, Cerberumque, canem tricipitem, ab inferis ad superos traxisse. 99 Plutonis. * Eum ad superos ab inferis. 1 Præ timore. 2 Theseus & Pirithous descendebant rapturi Proserpinam. 3 Inferorum. 4 De thalamo Plutonis rapere per insidias conati sunt. Ab illicito. 5 Apollinea: ab *Amphrysō* fluv. Thessaliæ, juxta quem Apollo pavit Admeti armenta, & Sibyllam de concubitu sollicitavit. Vide Ov. 14. Metam. 6 Responder Sibylla ad impietatis exempla posterius enumerata, ut priusquam ad priora veniat, periculorum securum reddat Charontem. 7 In nobis. 8 Commoveri. 9 Arma nostra invasiva. Respondet ad id, quod Charon de armis objecerat. 10 Cerberus, per nos, antro tutus maneat. 11 Sine sanguine, id est, simulacra mortuorum. 12 Quia sterilis: ideò ei castra juvenca sacrificabatur. 13 Fratris patris sui Plutonis, qui eam rapuit, Jovis ex Cerere filiam. 14 Jovis & Cereris filia, quæ in Siciliâ à Plutone patruo suo rapta fuit. Vide Claud. & Ovid. Fastor. 4. Cicer. Verr. 4. 15 Domum. Synecdoche.

Ad

Ad [16] genitorem [17] imas [18] Erebi descendit ad umbras.
Si te [19] nulla movet [20] tantæ pietatis imago,
[21] At [22] ramum hunc ([23] aperit ramum qui veste latebat)
Adgnoscas. [24] Tumida ex ira [25] tùm [26] corda [27] residunt.
[28] Nec plura his. [29] Ille admirans [30] venerabile donum
Fatalis [31] virgæ, [32] longo post tempore visum,
Cæruleam [33] advertit [34] puppim, [35] ripæque propinquat.
Indè alias [36] animas, quæ per [37] juga longa [38] sedebant,
[39] Deturbat, [40] laxatque foros: simul accipit [41] alveo
[42] Ingentem Æneam. [43] Gemuit sub [44] pondere cymba
[45] Sutilis, & [46] multam accepit rimosa [47] paludem.
Tandem trans fluvium incolumes [48] vatemque, virumque
[49] Informi limo [50] glaucaque [51] exponit in [52] ulvâ
[53] Cerberus [54] hæc ingens latratu regna [55] trifauci

16 Patrem suum Anchisen visendum. 17 Ad intimas umbras inferni. 18 Pars est inferorum Erebus, ubi sedes eorum, qui benè vixerunt. 19 Nullo modo commiseratione afficit. 20 Quanta est in Æneâ. Pietate enim motus ad inferos descendit Æneas. 21 Saltèm. 22 Aureum & fatalem; quem qui habent, liberè ad inferos accedere possunt. 23 Et hoc dicens, profert, aut detegit ramum, qui sub veste Æneæ occultatus erat. 24 Rabida. 25 Viso ramo. 26 Charontis. 27 Sedantur. 28 Scilic. *dixit*, aut *fecit*. 29 Charon. 30 Veneratione digna, quod sibi Proserpina asferri volebat. 31 Rami. 32 Tandèm post multos annos conspectum. 33 Ad Æneam, & Sibyllam. 34 Navem. Synecdoche. 35 Ad ripam. 36 Defunctorum. 37 Remigum in navibus sedilia, transtra. 38 Ut transmitterentur. 39 Dejicit. 40 Evacuat navium tabulata, vel loca in navi apertiora, inter quæ perambulatur. Multitudine enim remota quasi laxantur spatia. 41 In cymbam, naviculam. Propert. *Aut quid num fractâ gaudes, Neptune, carinâ Portabat sanctos* alveus ille *viros*. 42 Gravem secundum modum alvei, quo non nisi umbræ transferri solebant. 43 Sonitum dedit. Metaphora. 44 Æneæ insilientis. 45 Consuta, & parum compacta. 46 Rimas agens, sive rimis plenâ hausit multum aquæ paludis Stygiæ. 47 Partem palustris aquæ. Synecdoche. 48 Sibyllam, & Æneam. 49 In limo sine formâ, seu pulchritudine. 50 Marini coloris, sive ex albo & viridi mista. 51 Charon. 52 Herba palustri. 53 Ditis triceps canis: ut signet mortem genituræ, casus fati. Horat. 13. Od. lib. 2. *belluam centicipem* appellat, propter varia mortis genera. Terram alii exponunt, alii sepulcrum. 54 In quæ pervenerunt. 55 Ex tribus ejus faucibus prodeunte, sive edito.

Per-

Personat,[56] adverso recubans immanis in antro.
Cui vates,[57] horrere videns jam[58] colla[59] colubris,
Melle[60] soporatam & [61] medicatis frugibus[62] offam
Objicit.[63] Ille fame[64] rabidâ[65] tria guttura[66] pandens
Corripit[67] objectam, atque[68] immania terga[69] resolvit,
[70] Fusus humi,[71] totoque ingens extenditur antro.
[72] Occupat Æneas[73] aditum,[74] custode sepulto,
[75] Evaditque celer[76] ripam[77] irremeabilis undæ.
[78] Continuò auditæ[79] voces, [80] vagitus, & ingens,
[81] Infantumque animæ flentes[82] in limine primo:
Quos dulcis vitæ[83] exsortis, & [84] ab ubere raptos,
[85] Abstulit[86] atra dies, & funere[87] mersit[88] acerbo.
[89] Hos juxta[90] falso[91] damnati crimine mortis,
Nec[92] verò hæc sine sorte[93] datæ, sine[94] judice, sedes.

56 Opposito, objecto, atque è regione sito. Cic. *Eodem equo* adversam *ripam conscendit.* 57 Hispida, aspera, atque terribilia esse. Pilos enim serpentinos habebat Cerberus. 58 Ejus. 59 Serpentibus infernalibus, qui illi pro pilis. 60 Quo soporem inducat: ut 4. Æneid. *humida mella, soporiferumque papaver* draconi pro cibo data. 61 Medica arte paratis. 62 Frustum edulii, cibarium ex frustis panis. *Offa* alioquin est massa ex porcinis carnibus confecta. 63 Cerberus. 64 Ad rabiem inducente. 65 Tot enim, cum triceps esset, habebat. 66 Aperiens. 67 Offam scil. 68 Terribilia. 69 Reclinando. 70 Prostratus super humum. 71 Per totum antrum. 72 Prior invadit. 73 Ingressum regni. 74 Cane profunde quiescente more sepultorum, sopito & dormiente sine pulsu, id est, motu. 75 Evadendo pertingit. 76 Fluvii, per quem nulli ad superos patet reditus. 77 In ripam. 78 Illicò, ut illùc pervenerat. Distinguit umbrarum apud inferos loca, in quibus pro vitæ cujusque ratione & meritis diversa animarum genera discriminat. 79 Lacrimabiles scilic. 80 Ploratus infantium. 81 Hos, qui interierant primo limine, & ingressu vitæ, rectè statuit in limine primo: qui etiam ante solis exortum efferabantur ad funus. 82 In introitu interni. 83 Sine sorte & munere, expertes. 84 Cùm adhùc jactarent. 85 E medio eruentium. 86 Funesta dies, tristis mors. 87 Abscondit. 88 *Immitti*, ac immaturo. Translatio à pomo immaturo. 89 Secundo loco statuit falso crimine damnatos: eò quod proximè ad infantium innocentiam accedant. 90 Ob crimen eis falsò impositum. & intentatum. 91 Scil. *sunt audita*, vel *visa*. 92 Certè. 93 Assignatæ. 94 Judicio certo.

Quæ-

[95] Quæsitor [96] Minos [97] urnam movet: [98] ille [99] silentum
* Conciliumque vocat, [1] vitasque & [2] crimina [3] discit.
[4] Proxima deindè tenent mœsti loca, qui sibi letum
[5] Insontes peperêre [6] manu, lucemque perosi
[7] Projecêre animas. Quàm vellent [8] æthere in alto
Nùnc & pauperiem & duros perferre labores!
[9] Fas obstat, [10] tristique [11] palus [12] innabilis undâ
[13] Alligat, & [14] novies [15] Styx interfusa [16] coërcet.
[17] Nec procul hinc partem fusi [18] monstrantur in omnem

95 Inquisitor. Qui judiciis publicis apud veteres Romanos præerat, *Quæsitor* dicebatur, & per Syncopem *Quæstor*, à verbo *quærere*, quod erat, diligenter de crimine inquiri curare. Hic *Quæsitor* aliquando *Prætor*, aliquando quæstionis judex appellatur: à quo judicibus Romanis in subselliis sedentibus ternæ tabellæ dabantur: quarum unæ, A litterâ notatæ, absolutionem: alteræ, C, condemnationem: tertiæ, quibus N, L, inscriptæ erant, id est, non liquere ampliationem, id est, dilationem causæ, significabant. Quemadmodum apud Græcos Θ, condemnationis, Τ, absolutionis: Δ, ampliationis fuit nota. In gravibus causis hæ tabellæ, vel in cistam, vel in urnam mittebantur: à quarum numero vel salus rei, vel capitis periculum pendebat. Unde & hæ sententiæ, quòd voce non ferebantur, sed tabellis in urnam conjectis, *Tabellariæ* dicebantur. 96 Jovis filius, rex Cretæ, dùm in vivis erat, justissimus unus: ideòque eum umbrarum apud inferos judicem constituit Pluto, Rhadamantho quoque & Æaco additis, quod summâ justitiâ in terris sua quisque regna gubernassent. 97 Vas, in quo sortes sunt. *Urna* propriè est vas, quo aqua è puteis, fluminibusque hauritur. 98 Minos. 99 Umbrarum in silentio exeuntium, ad cognoscendum & testandum de vitiis, & criminibus mortuorum. * Cœtum. 1 Omnis anteactæ vitæ delicta. 2 Quæ in vita commiserunt. 3 Examinando disquirit, cognoscit. 4 Tertium locum assignat iis, qui non scelere adacti, sed miseriis pressi, & vitam pertæsi mortem sibi consciverant. Adi Aristot. lib. 3. Ethic. c. 7. & Macrob. de Somn. Scip. lib. 1. c. 13. 5 Innocentes acquisiverunt. 6 Scil. *suâ*. 7 Abjecere ceu vile quiddam. Oblique notat Catonem Uticensem, Brutum, Lucretium, & si qui alii vitam abjicere, quam ignominiâ deformati vivere maluerunt. 8 In vita, qua priùs fruebantur, utcumque misera & ærumnosa. 9 Negat reditum. 10 Tristitiam adferente. 11 Styx. 12 Irremeabilis. Al. *inamabilis. ἀνυπόστατος*, id est, *non amanda*. 13 Obstringit, impedit, arcet. 14 Per novem circulos. Alii allusum autumant ad Novendialia mortuorum. Alii ad novem orbes cœlestes. Alii ad perfectionem numeri novenarii, qui constat ex tribus trinitatibus. Alii ad novem inferorum regiones: I. *Infantium*. II. *Falso damnatorum*. III. *Αὐτοχειρων*. IV. *Amantium*. V. *Bellatorum*. VI. *Nocentium*. VII. *Animarum purgatarum*. VIII. *Reditura rum in vitam*. IX. *Elysii*. 15 Palus tristitiæ. 16 Ne exeant semel recepti. 17 Quarum locum assignat iis, qui amoris æstu & impatientia mortem sibi consciverunt. 18 Quia ex omni genere mortalium reperiuntur amoribus confecti.

Lu-

[19] Lugentes campi. [20] Sic illos nomine dicunt.
[21] Hîc, quos [22] durus amor crudeli [23] tabe [24] peredit,
[25] Secreti celant [26] calles, & [27] myrtea circùm
Silva [28] tegit. [29] Curæ non ipsa in morte [30] relinquunt.
[31] His [32] Phædram [33] Procrinque locis, [34] mœstamque
[35] Eriphylen 445
[36] Crudelis nati monstrantem volnera cernit,
[37] Evadnemque, & [38] Pasiphaën: [39] his [40] Laodamia
It comes, & [41] juvenis quondam, nunc femina, Cæneus,
Rursus & in veterem [42] fato revoluta [43] figuram.
Inter quas [44] Phœnissa [45] recens à volnere Dido 450
[46] Errabat silva in magna: quam [47] Troïus heros,
Ut primùm juxta stetit, agnovitque per umbram
[48] Obscuram, qualem [49] primo qui surgere mense

19 Lugentium, quia miserorum amantium. 20 Lugentes. 21 Quarto loco. 22 Intolerabilis, immedicabilis, inexorabilis. Propert. *Durius in terris nihil est, quod vivat, amante*, scil. propter duritiem amoris. 23 Infectione sanguinem corrumpente. Metaphora à corpore ad animum. 24 Absumpsit. Al. *peremit*. 25 Semoti, secusi & separati ab aliis. 26 Vias frequentatas, callo perduratas. 27 Ex Myrto, quæ Veneri est sacra: undè hic amantibus *myrteam silvam* tribuit, postquam lateant. 28 Eos. 29 Amores sive curæ, ex amoribus natæ. 30 Eos. 31 Scil. *locis*. 32 Minois filiam, Thesei uxorem, quæ Hippolytum privignum deperibat. Senecæ Hippolytus videndus, & Fab. 47. Hygini, & Ovid. epistol. 4. 33 Uxorem Cephali, & ab eo ob zelotypiam interemptam. Hyginum vide fab. 189. & Ovid. Metam. 7. 34 Ob culpam scil. quia maritum, latentem bello Thebano, Polynici, vel, ut alii, Adrasto, prodidit, monili accepto, quod ante uxori dederat. Horat. Od. 16. l. 3. 35 Uxorem Amphiarai. 36 A crudeli filio Alcmœone, ulciscente patrem, illata. 37 Filiam Martis ex Thebe, Campanei uxorem, quæ se in rogum conjecit, audita morte conjugis. 38 Minois uxorem, & Solis filiam, quæ tauri amorem adeò flagravit, ut sine eo nusquam esse videretur. 39 Superioribus amatricibus. 40 Uxor Protesilai, quem ubi periisse in bello Trojano audisset, optavit, ut umbram ejus videret, & voti compos in ejus amplexu animam efflavit. Ovid. Epist. 13. De hac femina ejusque parum felici conjugio, & amore in virum memorabili, lege Catul. el. ad Manlium. 41 Impetravit quippe à Neptuno corrupta in stupri pretium, ut transformaretur in virum fortem, & invulnerabilem. Ovid. Metam. 12. & Palæphat. l. 1. 42 Revoluto tempore mutata. 43 Scil. feminam: bis enim sexum mutasse dicitur. 44 Ex Phœniciâ, & Phœnicum regis filia. 45 Propter vulnus paullò antè ad inferos demissa. 46 Vagabatur: quòd injussu Proserpinæ (quæ flavum crinem nondùm amputaverat, ut in fine l. 4. Æn.) è corporis custodia emigraverat. 47 Æneas. 48 Recenti morte. 49 In principio mensis, id est, in novilunio.

Aut

Aut videt, aut vidisse putat per [50] nubila Lunam,
[51] Demisit lacrimas, [52] dulcique adfatus amore est:
[53] Infelix Dido, [54] verus mihi [55] nuntius [56] ergo
Venerat [57] exstinctam, [58] ferroque [59] extrema secutam;
[60] Funeris heu tibi causa fui? per sidera juro,
Per superos, [61] &, si qua fides tellure sub ima est;
Invitus, regina, tuo de [62] litore cessi.
[63] Sed me jussa Deûm, quæ nunc has ire per [64] umbras,
Per loca [65] senta situ cogunt noctemque profundam,
Imperiis [66] egêre suis: nec credere quivi,
[67] Hunc tantum tibi me discessu [68] ferre dolorem.
[69] Siste gradum, teque [70] aspectu ne subtrahe nostro.
Quem fugis? [71] extremum sato quod te adloquor, hoc est.
Talibus Æneas [72] ardentem & [73] torva tuentem
[74] Lenibat dictis [75] animum, [76] lacrimasque ciebat.
[77] Illa [78] solo fixos oculos [79] aversa tenebat:
Nec magis [80] incepto [81] vultum sermone movetur,

50 Nubium caliginem. 51 Deorsum misit. 52 Dulciter amantium. 53 Ultrò se statim apud Didonem incusat Æneas, quasi causam mortis illi, propter subitum ex Africâ discessum, præbuerit. 54 Veridicus & vera nuntians. 55 Respicit forte ad illa Mercurii verba, lib. 4. v. 63. *Illa dolos, dirumque nefas in pectore versat Certa mori*, &c. 56 Quia te hic offendo. 57 Nuntians te mortuam esse. 58 Gladio, in quem incubuerat. 59 Ultima rerum, id est, mortem: quia *mors ultima linea rerum est.* 60 Mortis. Pathos à causa. 61 Et si quod apud inferos numen sit, quod juratorum fidem obliget. Styx certè Deorum jusjurandum inviolabile. 62 Carthaginensi scil. id est, regno Carthaginis. 63 Purgat se, excusans discessum suum à necessitate. 64 Inferorum tenebras. 65 Horridâ carie, lanugine immunda. 66 Impulerunt à Carthagine. 67 Ut ex eo necem tibi ipsa conscisceres. 68 Me allaturum. 69 Firma gressum tuum, consiste: abibat enim, ut irata, unde jubet consistere, invitans ad familiare colloquium. 70 Aspectui. 71 Neque enim mihi vivo dabitur te rursus convenire, neque mortuo: umbris enim negata vox, nisi quibus fato, id est, voluntate Deorum, sit concessa: ut hic Palinuro, Deiphobo, Musæo, Anchisæ. 72 Irâ adhuc inflammatam: quia ob illius fugam vita se spoliarat. 73 Torvè, Græcismus; & Enallage partis. 74 Leniebat, id est, mitigabat: antique. 75 Didonis. 76 Sibi, non Didoni, elicuit lachrymas. 77 Dido. 78 In terram. 79 Ab Æneâ scil. in signum indignationis. 80 Ab Æneâ scil. sed non completo. 81 Vultu.

[82] Quàm si dura silex aut [83] stet [84] Marpesia cautes.
Tandem [85] corripuit sese, atque [86] inimica refugit
In nemus [87] umbriferum: [88] conjux ubi [89] pristinus illi
[90] Respondet curis, [91] æquatque Sichæus amorem.
Nec minùs Æneas, casu [92] perculsus [93] iniquo, 475
Prosequitur lacrimans [94] longè, & [95] miseratur euntem.
[96] Inde [97] datum [98] molitur iter. Jamque [99] arva tenebant
[1] Ultima, quæ bello clari secreta frequentant.
Hic [2] illi occurrit * Tydeus, hîc [3] inclitus armis
[4] Parthenopæus, & [5] Adrasti [6] pallentis imago. 480
[7] Hîc multum [8] fleti ad superos, belloque [9] caduci
[10] Dardanidæ: quos [11] ille omnes longo ordine cernens
[12] Ingemuit, [13] Glaucumque, [14] Medontaque, Thersilochumque;

82 Inexorabilem fuisse significat Nutrix in Hyppolyto apud Senecam, posteaquàm juvenem flectere non poterat, ad quod volebat: *Ut dura cautes undique intractabilis Resistit undis, & lacessentes aquas Longè remittit: verba sic spernis mea.* 83 Ante Æneam, id est, statua ex silice. 84 Lapis durus Parius, id est, marmor ex Paro insulâ durissimum. *Marpessus* enim mons est in insulâ Paro, undè Parium marmor effoditur, quod candidum & durum est. Hunc pro quovis saxo monte Poëta usurpat, ut Didonis animum pertinacem ac inexorabilem fuisse demonstret: cujusmodi & *Adamantinum*, & *Ferreum*, aut etiam *corneum* dicimus. 85 A conspectu Æneæ fugit. 86 Infensa. 87 Umbrosum, id est, tenebras. 88 Maritus prior Sichæus, quem lib. 1. Æn. Pygmalionis insidiis interceptum periisse audivimus. 89 Par est affectibus, amoribus, vel mortis similitudine: uterque enim ferro periit ante diem. 90 Æqualem facit, id est, pari eam affectione diligit. 91 Percussus, afflictus. 92 Quod invitus, & ignorans ad mortem eam compulisset. 93 Per longum spatium. 94 Misericordia prosecutus est aufugientem Didonem. 95 Ab eo loco. Transitio ad ultimam inferorum regionem, quam claris ducibus, virisque illustribus fortiter pugnando cæsis, attribuit. 96 Concessum sibi à fatis, aut fortuito oblatum. 97 Cum molimine pergit cœptum iter facere. 98 Ultimam inferorum regionem, separatam ab aliis locis, quam propter heroicas virtutes & fortitudinem, bello clari habitant. 99 Æneæ. * Gener Adrasti, pater Diomedis, Œnei filius: *Hic bello pugnax, corpore parvus erat.* 1 Clarus. 2 Filius Atalantæ. 3 Regis Argivorum. 4 Præ timore, quia aufugerat: vel, umbra pallida Adrasti. Hypallage. 5 Commemorat illustres aliquot Trojanos, qui fortiter pro patriâ pugnando in bello occubuerunt. 6 Apud superos defleti, sive quorum mors fletibus honorata est, ob virtutem ac fortitudinem. 7 Mortui, qui cecidêrunt in bello. 8 scilic. *occurrunt illi.* 9 Æneas. 10 Multum gemuit. 11 Antenoris fil. ab Agamemnone cæsum, vel alium, cujus meminit Hom. Il. 6. 12 Viros olim Trojanos.

Tris

Tris [13] Antenoridas, Cererique [14] sacrum Polybœten,
[15] Idæumque, [16] etiam currus, etiam arma tenentem.
Circumstant animæ [17] dextrâ lævâque [18] frequentes:
Nec [19] vidisse semel satis est: [20] juvat [21] usque [22] morari,
Et [23] conferre gradum, & [24] veniendi discere causas.
At Danaûm proceres, [25] Agamemnoniæque phalanges,
Ut vidêre [26] virum, fulgentiaque [27] arma per umbras,
Ingenti [28] trepidare metu. Pars [29] vertere terga,
[30] Ceu quondam [31] petiêre ratis: pars [32] tollere vocem
[33] Exsiguam. Inceptus clamor frustratur [34] hiantis.
Atque [35] hìc [36] Priamidem, laniatum corpore toto
[35] Deiphobum [37] vidit, [38] lacerum crudelitèr [39] ora,
Ora manusque ambas, [40] populataque tempora [41] raptis
Auribus, & [42] truncas [43] inhonesto volnere [44] naris.
Vix [45] adeò [46] agnovit pavitantem, & [47] dira [48] tegentem
[49] Supplicia; & [50] notis compellat vocibus ultro:

13 Antenoris filios; qui sunt Polybus, Agenor, Acamas. 14 Sacratum. 15 Aurigam Priami, cujus vivi studium etiam mortuo manet, ut infrà hoc libro. 16 Adhuc apud inferos. 17 Scil. *parte.* 18 Crebræ. 19 Æneam. 20 Sed delectat animas. 21 Continuò. 22 Immorari spectaculo vivi hominis, vel morari illius iter: quod si non possent ultra tendere, causam illius descensûs exploraturæ. 23 Congredi. 24 Cur Æneas advenerit. 25 Græca agmina, quæ sub Agamemnone stipendia fecerant. 26 Æneam. 27 Ejus. 28 Trepidabant. 29 Metaphora à re militari sumpta. 30 Veluti. 31 Ad naves suas fugerunt. 32 Elevabat. 33 Quia verum vocem umbræ non habent. 34 Conantes loqui, sed voces organis destitutas. Servius vocem faucibus hæsisse præ metu putat: cum aliæ umbrarum loquantur. 35 In hoc campo bellorum. 36 Priami filium ex Hecuba. Refert idem Dyctys Cret. lib. 5. de Deiphobo, qui post Paridis mortem duxit Helenam. Auson. *Proditus ad pœnam scelerata fraude Lacænæ, Et deformato corpore Deiphobus: Non habeo tumulum, nisi quem mihi voce vocantis, Et pius Æneas & Maro composuit.* 37 Æneas. 38 Pathos ab habitu. Macr. Sat. lib. 4. c. 3. 39 Faciem. Synecdoche & Anadiplosis. 40 Spoliata, deformata. Metaphora. 41 Abscissis, amputatis. 42 Truncatas, amputatas. 43 Turpi: quia honestum pulchrum vocamus. Terent. Eun. *Illum ne, obsecro, inhonestum hominem:* vel, indigno. 44 Nasi meatus. 45 Omninò. 46 Scilic. *eum.* 47 Dirè illata pro supplicio. 48 Tegere conantem: neque enim privatus manibus tegere poterat. 49 Vulnera scil. mutilata membra, nares præcisas, aures que, cujusmodi pœnas maritorum irâ exigit inter alias ab adulteris. Martial. lib. 2. ep. 83. & l. 3. ep. 85. 50 Proprio nomine, priusquam se offerret, alloquitur.

Deiphobe armipotens, genus alto à sanguine Teucri,
[51] Quis tam crudelis optavit sumere pœnas?
Cui [52] tantum de te licuit? [53] Mihi fama [54] suprema
Nocte [55] tulit, fessum vasta te [56] cæde Pelasgûm
Procubuisse super [57] confusæ [58] stragis [59] acervum.
Tunc egomet tumulum [60] Rhœteo in litore [61] inanem
Constitui, & [62] magna [63] Manis ter voce vocavi.
[64] Nomen & [65] arma [66] locum servant. [67] Te, amice, [68] nequivi
Conspicere, & patriâ decedens ponere terrâ.
Ad quæ hæc [69] Priamides: Nihil ô [70] tibi, amice, relictum:
[71] Omnia [72] Deiphobo solvisti, & [73] funeris umbris,
Sed me [74] fata mea, & [75] scelus exsitiale Lacænæ
His [76] mersêre malis: illa hæc [77] monumenta reliquit.

51 Cui data est optio & voluntas? cui permissa tanta de te potestas? quis ausus fuit? 52 Pœnarum sumere. Ab indigno. 53 Ad me. 54 Ultima nocte cùm Troja everteretur. 55 Detulit. Simplex pro composito. 56 Occisione Græcorum, quos occidisti. 57 Quæ omnis generis hominum multitudine constabat, nobilibus & ignobilibus, amicis inter se & inimicis. 58 Stratorum congregationis. 59 Cumulum. 60 Rhœtei, promontorii Trojani, ubi erat asylum Ajacis. 61 Imaginarium cenotaphium: quod erigi solet iis, quorum corpora haberi non poterant. 62 Vide pag. 192. Not. 9. & hoc lib. *dixitque novissima verba* in funere Miseni, & lib. 11. *Salve mihi, maxime Palla, Æternumque vale.* Ausonius in parentalibus. *Cui defuit urna sepulcri Nomine ter dicto penè sepultus eris:* & ejusdem Ausonii 13. epitaph. Deiphobi. 63 Spiritus tuos vagos. 64 Ne alienentur, aut ab aliis occupentur, vel per Hypallagen nostro frequentem, *Locus servat nomen & arma*, lib. 7. *Et nunc servat honos sedem tuus.* 65 *Suaque arma viro remumque tubamque Imponit*: suprà in funere Miseni, necnon Pallantis, lib. 11. 66 Sepulcri. 67 Tuum cadaver. 68 Nusquam potui in tanta cæsorum strage cadaver tuum invenire, ac patrio solo condere ob hostium importunitatem. 69 Priami filius Deiphobus respondit. 70 A te. 71 Quæ persolvere amico poteras: quia, constituto tumulo, manes vocaverat. 72 Mihi amico tuo. Enallage personæ. 73 Funeri adumbrato, repræsentativo, honorario: non enim funus ibi potuit esse, ubi nec cadaver fuerat. 74 Mala ex fato proventia. 75 Perfidia execrabilis Laconicæ, seu Spartanæ mulieris, id est, Helenæ. 76 Metaphora ab aquis; & in iis fluitantibus. 77 Vulnera, mutilata membra: *supplicia* supra: *Auctiones*: monstrat enim truncata membra, quibus, ceu monumentis perniciosæ conjugis debeat admoneri.

Nam-

Namque, [78] ut supremam [79] falsa inter gaudia noctem
Egerimus, nosti; & nimium meminisse necesse est:
[80] Cùm [81] fatalis equus [82] saltu super [83] ardua [84] venit
[84] Pergama, & [85] armatum peditem [86] gravis adtulit [87] alvo:
[88] Illa [89] chorum simulans, [90] evantes [91] Orgia [92] circùm
[93] Ducebat Phrygias: [94] flammam [95] media ipsa tenebat
[96] Ingentem, & summâ Danaos ex arce [97] vocabat.
Tùm me, confectum [98] curis [99] somnoque gravatum,
*Infelix habuit [1] thalamus, [2] pressitque jacentem
Dulcis & [3] alta quies, [4] placidæque simillima morti.
[5] Egregia intereà [6] conjux arma omnia [7] tectis
[8] Emovet, & [9] fidum [10] capiti [11] subduxerat ensem:
Intra tecta vocat [12] Menelaum, [13] limina pandit.
Scilicet id magnum sperans fore [14] munus [15] amanti,
Et [16] famam [17] exstingui veterum [18] sic posse [19] malorum.
Quid moror; [20] irrumpunt thalamo. Comes [21] additus unà

78 Quomodo. 79 Deceptoria: quia sperabant Græcos abiisse, & patriam omni obsidione liberatam, cum tamen paullò post hostium insidiis dolis occuparentur. 80 Repete lib. 2. Æneid. pag. 258. 81 Nobis fatum, id est, exitium ferens. Sic lib. 2. *Scandit* fatalis machina *muros, Fœta armis, mediæque minans illabitur urbi.* Exponit, quam dixerit supremam noctem. 82 Salivit quodammodò Alludit ad vivi equi naturam. 83 Valdè alta. 84 Mœnia Trojana. 85 Quia dictum est 2. Æn. *Uterumque armato milite complent.* 86 Equus gravidus. Metaphora à prægnantibus, quæ fœtu gravidæ uterum gestant. 87 In alvo suâ. 88 Helena Lacæna. 89 Choream, quasi ipsa choraga esset. 90 Bacchi celebrantes Orgia: 4. Georg. pag. 176. Not. 21. vociferantes *Evan* quod Bacchi nomen, & *evohe Bacche frementes* lib. 7. 91 Bacchi sacra, cum furore & impetu facta: ἀπὸ τῆς ὀργῆς, id est, *à furore.* 92 Circumducebat Trojanas mulieres. Tmesis. 93 Ipsa choraga. 94 Facem, funale, quod signum daret Græcis solvendi à Tenedo. 95 Princeps Bacchantium. 96 Ut late lucem spargeret. 97 Dato indicio flammæ. 98 Longi belli præteriti. 99 Propter præteritas vigilias. * Qui me infelicem fecit: vel, in quo ego sc. eâ nocte trucidandus conquiescebam miser ac infelix. 1 Torus conjugalis. 2 Id est, profundissimè obdormivi. 3 Profunda. 4 Tranquillæ. 5 Insignis malignitate: vel Ironia est. 6 Helena, quæ occiso Paride, Deiphobo nupsit ejus fratri. 7 Meis. 8 Loco movet. 9 Custodem virorum fortium: vel, in quo habere potui ultionem fidam salutis meæ. 10 Meo. 11 Surripuerat, clam abstulerat. 12 Primum maritum suum. 13 Ostia, quæ sunt supra limina, aperit. 14 Beneficium. A causis finalibus. 15 Menelao. 16 Infamiam, labem. 17 Deleri. 18 Per tale munus. 19 Adulterii. 20 Græci innumeri vi irrumpunt in thalamum. 21 Aliis.

[22] Hortator scelerum [23] Æolides. [24] DI, [25] talia Grajis
[26] Instaurate; [27] pio si pœnas ore reposco
Sed te qui vivum casus, age fare [28] vicissim,
[29] Adtulerint. [30] Pelagine venis erroribus actus,
An monitu divûm? an quæ te fortuna fatigat,
Ut tristis [31] sine sole domos, loca turbida, [32] adires?
[33] Hac vice sermonum roseis [34] Aurora [35] quadrigis
Jam [36] medium [37] ætherio cursu [38] trajecerat [39] axem:
Et [40] fors omne [41] datum [42] traherent per [43] talia [44] tempus:
Sed comes [45] admonuit, breviterque [46] affata Sibylla est:

22 Instigator ad scelera. 23 Ulysses, Æolidæ nepos, filius Anticleæ, quam ex Sisypho, Æoli filio, gravidam duxit Laërtes: hinc *sanguine cretus Sisyphio* vocatur ab Ajace, Ovid. Met. 13. 24 Concludit narratiunculam imprecatione debitæ pœnæ, pro injuriâ data. 25 Facinora. 26 Redditæ, rependite instar illius facti, id est, ad æqualitatem pœnæ. Alioqui *instaurare* propriè est, reficere, atque renovare. 27 Insonte, & quo Deos colui. Præmollit vindictam à pio & æquo. 28 Similitèr, ex altera parte. 29 Ad inferos miserint. 30 Vi tempestatis hùc delatus. 31 Ἀνηλίους Τίμους, seu μύχους. Namque Elysii campi *solem suum, sua sidera norunt*: infrà. 32 Adire compellaris. 33 Durante hac verborum vicissitudine, dum alterum alter vicissim interrogat. 34 Ad sacra hæc Magica peragenda concessum est spatium 24. horarum. Sacra incœpta sunt nocturno tempore; sub ortum lucis mugiit solum, & inceptum est iter: impensum est antemeridianum tempus trajiciendæ Stygi, lustrandis quinque regionibus inferorum, Didoni, & Deiphobo conveniendis. Jam Sol (quem per auroram quadrigis vectam accipio, cum illa propriè vehatur bigis, ut l. 7. Æn.) trajecerat meridiem apud superos mortales: ruit nox, inquit Sibylla, vergente in occasum die, properandum, ut tempore, quod superest, fruamur ad colloquium Anchisæ. 35 Quibus invecta erat. 36 Ex hoc loco colligit Macrob. lib. 4. Sat. c. 3. noctem civilem à meridie incipere, quemadmodum civilis dies à media nocte interdum computatur. Civilis diei ratio apud Romanos ita semper habita fuit, ut media noctis hora eum inciperet, finiretque media nox proxima. Athenienses verò à Solis occasu ad Solem iterum occidentem, diem computarunt. Babylonii ita partiuntur, ut à Sole exorto, ad exortum ejusdem unum diem nominarent. Umbri verò unum & eumdem diem esse dicunt, à meridie ad insequentem meridiem. Quod quidem, inquit Varro, nimis absurdum est. 37 In cursu, quem facit in æthere. 38 Jam ultra medium noctis erat apud mortales. 39 Cœlum. 40 Fortè. 41 Concessum eis apud inferos. 42 Traxissent, id est, diem aut tempus colloquendo transegissent. Enallage temporis. 43 Colloquia sc. 44 Viginti & quatuor horas. 45 Urget Æneam ad abeundum. 46 Allocuta est Æneam.

Nox

Nox [47] ruit, Ænea; nos flendo [48] ducimus horas.
[49] Hîc locus est, partis ubi se via [50] findit in ambas: 540
[51] Dextera, quæ [52] Ditis magni sub mœnia tendit:
[53] Hac iter [54] Elysium nobis: at læva malorum
Exercet pœnas, & ad [55] impia Tartara mittit.
[56] Deiphobus contrà: [57] Ne sævi, magna sacerdos:
[58] Discedam, [59] explebo [60] numerum, reddarque tenebris. 545
[61] I decus, i, nostrum; [62] melioribus utere fatis
[63] Tantum effatus, & in verbo vestigia torsit.
[64] Respicit Æneas subito, & sub rupe [65] sinistrâ

47 Labitur, & aperit dies. Alioqui *Nox ruere* dicitur, cum imminet: ut 2. Æn. *Vertitur interea cælum*, & ruit *Oceano* nox, &c. 48 Absumimus. 49 Διηκτικῶς bivium monstrat Æneæ, per quod iter sit ad Elysios campos, & Ditis profunda regna. 50 Dividit, id est, hic est bivium. 51 Scil. *est*. Viarum partitio. 52 Ad Plutonis regiam vergit. 53 Per dextram. 54 In vel ad Elysios campos. *Elysium* enim est beatarum animarum, quò corpore exuti migrare dicuntur, domicilium. Servius ἀπὸ τῆς λύσεως, id est, *à solutione*, seu *dissolutione* corporis, & animi, dictum sxsistimat. Veteres Elysium campum in medio inferorum esse exsistimarunt. Philosophi eumdem in insulis Fortunatis collocarunt. Reliquia de his campis vide apud Platonem in Gorgia. 55 In quibus puniuntur impii. 56 Sc. *locutus est*. 57 Ne nimium excandescas, doctissima vates Sibylla, quod colloquio tam longo vos morer. Ter. *Ah, ne sævi tantopere*. 58 A vobis. 59 Minuam vestrum numerum; nam ex tribus remanebant duo. Sic Servius. Nonnulli sic exponunt, complebo umbrarum, à quibus discessi, numerum. Alii, quod sanius mihi videtur, perficiam ac finiam tempus statutum purgationi animæ, & ad vitam revertar. Alii alias interpretationes adferunt, quæ à Servio peti possunt. Macrobius, lib. 1. in Somn. Scipionis doctissimè de numerorum ratione disputans, hunc locum sic explicat. *Constat* (inquit) *numerorum certam, constitutamque rationem animas sociare corporibus. Hi numeri, cùm supersunt, perseverat corpus animari; cùm vero deficiunt, mox arcana illa vis solvitur, quâ societas ipsa constabat. Et hoc est quod fatum & fatalia vitæ tempora vocamus. Anima ergo ipsa non deficit, quippe quæ immortalis atque perpetua est; sed impletis numeris, corpus fatiscit. Nec anima lassatur animando, sed officium suum deserit corpus, cum jam non possit animari. Hinc illud est doctissimi vatis*: explebo numerum, reddarque tenebris. 60 Intellige hoc ergò de numeris denariis, centenariis, aut millenariis ex Platonica doctrinâ, quibus exsactis, purgantur animæ, & ad vitam revertuntur. 61 Vale & vive felicitèr. Valedicendi formula. 62 Quam quibus ego usus sum. 63 Deiphobus locutus est solum hoc, & simul cum ultimo verbo avertit se ad discedendum à nobis. 64 Transit ad enarrationem pœnarum, quas impii apud inferos dant, pro sui quisque delicti ratione. 65 Quæ erat in sinistrâ parte.

Mœnia lata videt, [66] triplici [67] circumdata [65] muro:
Quæ [68] rapidus [69] flammis [70] ambit torrentibus amnis
[71] Tartareus [72] Phlegethon, [73] torquetque [74] sonantia saxa.
[75] Porta adversa ingens, [76] solidoque adamante columnæ:
[77] Vis ut nulla [78] virûm, non ipsi [79] exscindere ferro
[80] Cœlicolæ valeant. Stat ferrea turris [81] ad auras:
[82] Tisiphoneque sedens, [83] pallâ [84] succincta [85] cruentâ,
[86] Vestíbulum [87] exsomnis servat noctesque diesque. 556
[88] Hinc exaudiri [89] gemitus, & [90] sæva sonare
Verbera: [91] tùm [92] stridor ferri, tractæque catenæ.
Constitit Æneas, [93] strepitumque exterritus [94] hausit.
Quæ [95] scelerum [96] facies? ô virgo, effare: quibusve 560
Urgentur pœnis? Quis tantus [97] plangor ad auras?
Tùm [98] vates sic orsa loqui: Dux inclite Teucrûm,
[99] Nulli fas casto * sceleratum insistere ** limen:

66 Ne reis evadendi subesset occasio. 67 Cincta. 68 Velociter arripiens. 69 Torrente flammeo, flammis æstuantibus, ignescentibus, concremantibus, Pyriphlegetonte. 70 Circumfluit. 71 In tartara tendens. 72 Fluvius. 73 Impellit. 74 Ex impetu. 75 Scil. *est*. 76 Sunt ex integro adamante, lapide pretiosissimo ac durissimo. A materiâ. 77 Robur. 78 Virorum fortium, id est, nulla vis humana. Non enim ad sexum, sed ad virtutem refert. 79 Eas. 80 Divi cœlum incolentes. Amplificatio. 81 In prodigiosam altitudinem erecta. 82 Furiarum infernalium maxima, à *cædibus plectendis* sic dicta: *τίσις* enim *ultionem*, & *φόνος cædem* significat. 83 Veste longa ad terram usque defluente. 84 Quasi parata cùm ad excubias, tùm ad sumendùm de sceleratis supplicia. Ab habitu & ornatu. 85 Sanguine excarnificatorum & sanie perfusa. Subindicat horrendam pœnarum atrocitatem. 86 Introitum: vel, locum antè januam domus vacuum, per quem de via aditus accessusque ad fores ædium fit. Lege Macrob. Sat. lib. 7. cap. 8. 87 Nihil dormiens, pervigil: numquam enim ita quieto sunt animo facinorosi, quin pœnarum metu, ac scelerum conscientiâ angantur. 88 Ab hoc loco exaudiebantur. Enallage modi. 89 Damnatorum. 90 Flagella, quibus in facinorosos sæviunt Furiæ, sonabant. 91 Insuper. 92 Strepitus, sonus. *Stridor* propriè is sonus est, quem funes nautici inter se collisi efficiunt. Ut 1. Æn. *Exoritur clamorque virum, stridorque rudentum.* Ad alia tamen indè transfertur, ut ad dentes, ferrum, & nervos, similiaque alia. 93 Qui fiebat apud inferos. 94 Auribus accepit, id est, audivit. 95 Ob quæ illic puniuntur: vel, *scelerum*, id est, sceleratorum hominum. 96 Species. 97 Lamentatio, scilic. *editur*. 98 Sibylla. 99 Nulli pio datum est intrare, sive ingredi, adeòque contueri, quæ in Tartaro gesta sunt. * Sceleratorum. Continens pro re contenta: non enim ipse abyssi locus sceleratus sed flagitiosi, quibus refertus est. ** Tartari portam. Synecdoche.

Sed

Sed me, cùm [1] lucis [2] Hecate præfecit Avernis,
Ipsâ [3] Deûm pœnas docuit, [4] perque omnia duxit.
[5] Gnossius hæc [6] Rhadamanthus habet [7] durissima regna,
Castigatque, auditque dolos; [8] subigitque [9] fateri,
Quæ [10] quis apud superos, [11] furto lætatus [12] inani,
[13] Distulit in [14] seram commissa [15] piacula mortem.
[16] Continuò [17] sontes [18] ultrix, [19] accincta flagello
Tisiphone [20] quatit [21] insultans, [22] torvosque [23] sinistrâ
[24] Intentans anguis, vocat agmina sæva [25] sororum.
[26] Tùm [27] demùm [28] horrisono stridentes [29] cardine [30] sacræ
[31] Panduntur portæ. [32] Cernis, [33] custodia qualis
[34] Vestibulo sedeat? [35] facies quæ [36] limina servet?
Quinquaginta atris [37] immanis [38] hiatibus [39] Hydra

1 Silvis. 2 Proserpina, Dea inferorum. Vide suprà. 3 Quas Dii exigunt à sceleratis. 4 Perduxitque omnia ad me, relatione scil. neque enim duxit per omnia, cum nulli casto permittatur ingredi. 5 Cretensis, à *Gnosso*, Cretæ urbe, ubi imperavit. 6 Radamanthus Cretæ, ut alii, Liciæ rex justissimus, Jovis ex Europâ filius, non tantum à Poëtis, sed à Platone perhibetur quæstionem exercere apud inferos, crimina audire, cogere ad confessionem: lege Platonis Gorgiam, sub finem. 7 Quæ durissimas leges servant. 8 Cogit. 9 Torturam instituit, veritatis extorquendæ causa. 10 Aliquis. 11 Crimine furtim sive clam admisso, sed..... 12.... Frustra celato: apud inferos enim nihil potest latere, ubi per tot conscios delatores, testes, quæstio à severissimis judicibus habetur. 13 Fateri, aut piare. 14 Ultimam, postquam expiationi scelerum nullus reliquus est locus aut tempus. 15 Scelera, fraudes, flagitia admissa, neque in vivis expiata, sed piaculo, id est, purgatione digna. 16 Illicò, ut illuc pervenerint. 17 Nocentes. 18 Scelerum. 19 Præparata ad flagellandum. 20 Pulsat, ferit. 21 Eis. 22 Terribiles. 23 Nam dextra quatit flagellum. 24 Minitans anguibus se verberaturam. Sic 1. Æn. *Præsentemque viris* intentant *omnia mortem*. 25 Megæræ & Alectus, Senec. Herc. Furent, *agmen horrendum anguibus Megæra ducat*: quas ab impetu, furore & assiduitate supplicii *agmina* vocat. 26 Aptè, illis propius progressis, horrendi carceris faciem summatim describit. 27 Tunc tandem, post verbera, ait, mittuntur ad supplicium æternum, aperris abyssi portis. 28 Horribilitèr sonante. 29 Ferro sustentante januam, quasi corde januæ. 30 Diræ, atque exsecrandæ, per quas in abyssum barathri Tartarei ad pœnas æternas demerguntur damnati. 31 Aperiuntur. 32 Pergit Sibylla digito monstrare eum præsentem, ut atentior sit Æneas. 33 Quam terribilis custos. Activè. Alioqui pro ipso loco, in quo quis custoditur, id est, pro ipso carcere accipitur. 34 In introitu. 35 Tisiphonem intelligit, quam paullò antè v. 555. antè vestibulum pallâ cruentâ succinctam sedere finxit. 36 Portas. Synecdoche. 37 Terribilis. 38 Aperturis faucium, capitibus. 39 Bellua Lernæa. Propriè *hydra* est serpens aquaticus.

Sæ-

40 Sævior intùs habet sedem. 41 Tum Tartarus ipse
Bis 42 patet in præceps 43 tantum, tenditque sub 44 umbras,
Quantus ad 45 ætherium cœli 46 suspectus Olympum.
47 Hîc 48 genus antiquum Terræ, 49 Titania pubes,
Fulmine 50 dejecti, fundo volvuntur in imo.
Hic & 51 Aloïdas 52 geminos 53 immania 54 vidi
Corpora: 55 qui manibus magnum 56 rescindere cœlum
57 Adgressi, 58 superisque Jovem detrudere regnis.
Vidi & 59 crudeles dantem 60 Salmonea pœnas,
Dùm 61 flammas Jovis & 62 sonitus imitatur Olympi.
63 Quattuor hic invectus equis, & 64 lampada quassans,
Per 65 Grajûm populos, mediæque per Elidis 66 urbem
Ibat 67 ovans, divûmque sibi poscebat 68 honorem:
Demens! qui 69 nimbos, & 70 non imitabile fulmen,
71 Aere & 72 cornipedum pulsu 73 simulârat equorum.

40 Quam illa, quæ limina servat, Tisiphone. 41 Insuper ipse locus profundissimus inferni. 42 Apparet in profundum tantum. 43 Τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω ὅσον οὐρανὸς ἐστ' ἀπὸ γαίης. Il. 8. 44 Infernales. 45 Ad summum aërem extensum. 46 Sursum aspectus est. 47 In imo Tartari barathro. 48 Τιτηνίδες, Terræ, & Titanis filli, qui Saturnum regno pellere ut patrem restituerent, primò conabantur, mox & Jovem, à quo victi ad Tartara detrusi sunt. 49 Gigantes, & omnes monstruosæ magnitudinis homines antiqui Terrâ progenitos dicebant: ut & eos quorum obscura erat familia. 50 A Jove, contra quem bellum moverant. 51 Othon & Ephialten putativos Aloëi filios, vere Neptuni ex Iphimedia. 52 Gemellos fratres, uno partu editos. 53 Maxima: nam nono ætatis suæ anno ulnas novem longi, totidem cubitos late fuisse creduntur. Ac tum Diis bellum se illaturos minari cœperunt. 54 Ego Sibylla. 55 Addit pœnarum causam. 56 Subvertere. 57 Sc. *sunt*. 58 Cœlestibus. 59 Sævas, vel crudelitatis suæ. 60 Regem Elidis, qui per pontem aheneum quadrigis vectus, & facem jaculatus, tonitru & fulmen imitaturus: ipse verò fulmine à Jove ad inferos deturbatus est. 61 Fulmen. 62 Tonitrua, quæ Juppiter demisit ab Olympo, sive cœlo, id est, dùm in eâ affectatione manet apud inferos. 63 Quadrigis, aut curru quadrijugo. 64 Facem ardentem, loco fulminis, frequentèr concutiens, torquens. 65 Grajorum cœtus. 66 Pisam, in qua ipse Juppiter præcipuè colebatur. 67 Exsultans, jactabundus, ut in triumpho, seu ovatione, & lætus quod Jovis fulmen mentiretur, Jovem se esse dicens. 68 Religionem & metum, id est, coli volebat ut Deus, ob fulmen & tonitrua. 69 Nubes ventosas. 70 Quod imitari non licet. 71 Ponte æreo. 72 Habentium corneos, id est, duros, & ferreos pedes. 73 Finxerat & imitatus erat.

At

At [74] pater omnipotens densa inter nubila telum
Contorsit, (non [75] ille faces, nec [76] fumea tædis
Lumina) [77] præcipitemque immani turbine adegit.
Necnon & [78] Tityon, [79] Terræ [80] omniparentis alumnum,
Cernere [81] erat: per [82] tota novem [83] cui jugera corpus
[84] Porrigitur: [85] rostroque immanis voltur [86] obunco
[87] Immortale jecur [88] tundens, [89] fecundaque pœnis
Viscera, [90] rimaturque epulis, habitatque sub [91] alto
Pectore: [92] nec [93] fibris [94] requies datur ulla renatis.
Quid memorem [95] Lapithas, [96] Ixiona, [97] Pirithoumque?

74 Juppiter. 75 Juppiter non adegit in Salmonea, ut Salmoneus faces pro fulgure. 76 Fumosa, quæ fierent ex tædis. 77 Eum præcipitanter cadentem circumvolutione terribili, & vehementi. *Turbo* propriè ventus est, qui cum fragore obvia quæque prosternit. 78 Jovis filium ex Elarâ, filiâ Orchomeni, quam à se compressam, ab ira & zelotypia Junonis in terrâ occultavit: hinc terræ alumnum dictum. Hic cum Latonam de stupro appellasset, ab Apolline sagittis transfixus has apud inferos dat pœnas libidinis, cujus sedes jecur. 79 Quem terra, omnium parens, nutrierat. 80 Al. *omnipotentis*. 81 Dabatur, licebat. 82 Integra. 83 Tytio. 84 Exporrigitur, extenditur. 85 Et cui vultus, &c. 86 Valde unco & incurvo. 87 Inconsumptibile & semper durans, quod nunquam absumitur. Exesum enim continuò in pœnam renascitur. 88 Ita Hom. Od. 11. ἧπαρ ἄνηρον. Sunt quibus præplacet *tundens*, id est, rostro impetens. 89 Ad pœnas indies renascentia. 90 Et per rimas aperit ad habendas epulas: *vel*, rimando depascitur: ut, Rimantur *prata Caystri*, Georgic. 1. v. 388. 91 Profundo. 92 Omnia autem, quæ de inferis finguntur, esse in hac vitâ μυθολογοῦσι. Lucretius, lib. 3. & Macrob. in 1. l. Somn. Scip. c. 10. quos legere erit operæ pretium. 93 Extremitatibus jecoris. *Fibra* sunt omnium extremitates rerum. Undè jecoris, pulmonis, cordis, & cujuscumque visceris extremæ partes *fibræ* vocantur. 94 Quia, ut primum renatæ sunt, absumuntur à vulture. 95 Thessaliæ populos barbaros & feroces, qui ob ebrietatem damnati sunt: quorum principes numerantur, Dryas, Pirithoüs, Cæneus, Exadius, Polyphemus, & alii aliquot. Pindum, & Othrya montes incolentes. 96 Filium Phlegiæ (alii tamen Jovis filium faciunt) luxuriosum & ambitiosum. Huic Junoni de stupro interpellanti, nubes à Jove subjecta fuit, ex qua Centauros genuisse dicitur. Ratus tamen cum Junone se consuesse, rei turpitudinem celare non potuit, sed apud quosvis jactabundus eblateravit: quod ægrè ferens Juppiter eum ad inferos detrusit, rotæque perpetuò currenti alligatum improbitatis pœnas dare voluit. Undè Ovid. *Volvitur Ixion, & se sequiturque fugitque*. 97 Ixionis & Diæ filium: qui cum arctissimo amicitiæ vinculo cum Theseo conjungeretur, eundem ad inferos ad rapiendam Proserpinam comitatus fuisse dicitur: is vim facere aggressus primo impetu à Cerbero interfectus fuit.

Quos

Quos super ætra silex [1] jam jam lapsura, cadentique
Imminet [2] adsimilis : lucent [3] genialibus altis
[4] Aurea fulcra [5] toris, epulæque ante [6] ora paratæ
[7] Regifico luxu. [8] Furiarum maxima juxtà
[9] Accubat, & [10] manibus prohibet contingere [11] mensas:
[12] Exsurgitque [13] facem attollens, atque [14] intonat ore.
[15] Hìc, quibus [16] invisi [17] fratres, dùm vita manebat,
[18] Pulsatusve parens, & fraus innexa [19] clienti;
Aut qui [20] divitiis [21] soli incubuêre repertis,
Nec partem posuêre [22] suis, quæ maxima turba est:
Quique ob [23] adulterium [24] cæsi: quique arma secuti
[25] Impia, [26] nec veriti dominorum fallere dextras,
Inclusi pœnam exspectant. Ne quære doceri
[27] Quam pœnam, aut quæ [28] forma viros, fortunave mersit.

1 De momento in momentum. 2 Valde similis. 3 In quibus genio indulgere, seu lætè vivere solebant. 4 Aurata mensarum sustentacula. 5 Discubitoriis. 6 Tantali. Ferunt hunc, cum fortè quodam die Dii aliquot eum invisuri accesissent, nihilque apponeret, Pelopem filium, adhuc puerum, in partes discerptum coxisse, Diisque comedendum apposuisse. Quam impietatem indignissimè ferentes Dii, Pelope in vitam revocato, restitutoque illi eburneo humero, Tantalum ad inferos detruserunt. 7 Superfluo & magnifico apparatu à rege facto. 8 Tisiphone. 9 Jacet, *Accubare* & *accumbere*, propriè jacere est ad sumendum cibum. Solebant enim veteres in toris mensas sternere, quibus accumbebant. 10 Tantali. 11 Fercula apposita. 12 Quoties tentare conatur. 13 Quam illi incutere conatur. 14 Increpat horrenda voce, ut accumbentem ab epulis absterreat. 15 Sc. *detinentur ac torquentur, prout meruêre: vel inclusi exspectant pœnas*, ut mox sequitur. 16 Scil. *erant*. 17 Ab impietate fratrum contra fratres, *quorum gratia*, id est, concordia, Ovid. teste, *rara est*. Generatim loquitur de Eteocle & Polynice, Atreo & Thyeste, Danao & Ægypto. 18 Verberatus manibus. 19 Domestico se colenti. Norat patronorum in clientes perfidiam. 20 Avaros taxat, à quibus nulli benè fit. Hujusmodi eruditè perstringit Horat. lib. 2. ep. 1. 21 Solis. Hypallage. Avari enim neque sibi, neque aliis benefacere possunt, adeò habendi amor eos torquet. 22 Necessariis. 23 Ut Ægysthus qui commisit adulterium cum Clytemnestrâ, Agamemnonis uxore, Orestis matre. 24 Scil. *sunt*. 25 Civilia, vel contra patriam, vel impiè deficientes à suis, hostium arma secuti sunt. 26 Servi, qui prodiderunt : aut fidem (cujus simbolum dextra) fefellerunt domini. 27 Sc. *expectent*. 28 Species malorum.

Saxum ingens [29] volvunt, alii, [30] radiisque rotarum
[31] Districti pendent: [32] sedet, [33] æternumque [34] sedebit,
Infelix Theseus: [35] Phlegyasque miserrimus [36] omnis
Admonet, & magnâ [37] testatur voce per umbras:
Discite justitiam moniti, & non [38] temnere divos.
[39] Vendidit [40] hic [41] auro patriam, [42] dominumque potentem
Imposuit, [43] fixit leges pretio atque [44] refixit.
[45] Hic thalamum invasit [46] natæ [47] vetitosque hymenæos;
[48] Ausi omnes immane nefas, [49] ausoque potiti.

29 Ut Sisyphus: qui saxum maximum volvere cogitur in montis, cujusdam verticem, quod cùm ad summum penè extulerit, repentè deorsum delabitur. 30 Lignis, inter circumferentiam & axem, ab axe in morem radiorum procedentibus. 31 Diversis partibus adstricti, ut Ixion. 32 Theseus quidem Pirithoi comes descenderat rapturus Proserpinam, ubi comite cæso, ipse manebat captivus: sed ab Hercule avulsus fuit à petra, unde assurgere non poterat, atque adeò ab inferis reversus est, ut suprà hoc lib. Jàm autem post fatum, damnatur, ut in æternum sedeat eidem affixus ignescenti petræ. 33 In æternum. 34 Apud inferos. 35 Est autem duplex sensus hujus particulæ: nam potest esse Nominativus Singularis, & Accusativus Pluralis. Fuit etiam *Phlegyas* rex Thessaliæ, pater Ixionis, & Coronidis, ex quâ Apollo Æsculapium genuit: undè iratus Phlegyas Delphicum templum Apollinis incendit, quapropter damnatus dicitur. Item *Phlegyæ* sunt populi Thessaliæ. 36 Damnatos. 37 Testimonio suo inter damnatos affirmat, justitiam colendam esse, Divosque verendos. 38 Contemnere. Simplex pro composito. 39 Lasthenem hic inani volunt, qui Olynthum Philippo vendidit, necnon Curionem, qui Romam Julio Cæsari. 40 Quidam ex damnatis. 41 Perstringit patriæ proditores, qui acceptâ ab hoste pecunia, ab æquo & pio transversi aguntur. Notum est Jugurthæ responsum de inexplebili Romanorum avaritiâ: *Urbem ipsam venalem esse, si emptorem invenerit.* 42 Tyrannum patriæ intulit. Cæsarem Dictatorem hic notari volunt, qui amicorum auxilio, quos multo auro corruperat, ad Monarchiam, eversa libertate, pervenit. 43 Hic sive alius sanxit, condidit. Metaphora. Alludit ad morem Romanorum: quia solebant leges incidi tabulis æreis, & figi in pariete, omnibusque ad legendum exponi. 44 Easdem bene conditas rursus per avaritiam abrogavit, ac mutavit. Cic. Phil. 12. *Num* figentur *rursus hæ tabulæ, quas vos decretis vestris* refixistis? 45 Alius, ut Thyestes, qui ex Pelopea filia Ægisthum, adulterum Clytemnestræ, genuit, & Cinyras, qui ex Myrrhâ filia Adonin procreavit. 46 Filiæ suæ. 47 Nuptias veritas, Metonymia. Nuptiarum enim Deus est Hymenæus. 48 Scilic. *sunt*. 49 Impio conatu ac libidine.

Non

[50] Non, [51] mihi [52] si linguæ centum sint, oraque centum,
[53] Ferrea vox, omnes scelerum comprendere [54] formas;
Omnia pœnarum [55] percurrere nomina possim.
Hæc ubi dicta dedit [56] Phœbi longæva sacerdos:
Sed jam age, [57] cape viam, & susceptum [58] perfice [59] munus:
[60] Acceleremus, ait. [61] Cyclopum [62] educta [63] caminis
Mœnia conspicio, atque [64] adverso fornice portas.
Hæc ubi nos [65] præcepta jubent deponere [66] dona.
[67] Dixerat, & paritèr, gressi per [68] opaca viarum,
Corripiunt spatium medium, [69] foribusque propinquant.
[70] Occupat Æneas aditum, corpusque [71] recenti
[72] Spargit aquâ, ramumque adverso in limine figit.
His demùm [73] exactis, [74] perfecto munere [75] divæ,
Devenêre [76] locos [77] lætos, & amœna [78] vireta.

50 Οὐδέ μοι δέκα μὲν γλῶσσαι, δεκὰς δέ στόματ' εἶεν, φωνὴ δ' ἄρρηκτος, χάλκειον δέ μοι ἦτορ ἐνείη. Iliad. 2. Vide Macrob. Sat. lib. 5. cap. 7. & lib. 6. cap. 3. Sic Georg. 2. *Non ego cuncta meis amplecti versibus opto. Non mihi si linguæ centum*, &c. Hoc autem Poëtis sollemne esse, & eos tot linguas optare solitos, affirmat Persius, Sat. 5. *Vatibus hic mos est, centum sibi poscere voces, centum ora, & linguas optare in carmina centum.* 51 Sibyllæ. 52 Tametsi. 53 Infrangibilis. 54 Species. 55 Celeriter pertractare genera & species. 56 Sibylla, quæ diu vixit. Enumeratis Tartari pœnis, hortatur Æneam, ut Proserpinæ aurei rami donum reddat, antequàm longius progrediantur. 57 Perge, progredere. 58 Aureum ramum redde Proserpinæ: mox *perfecto munere Divæ.* 59 Officium. 60 Properemus ad patrem tuum. 61 Ministrorum Vulcani, Jovi fulmina fabricantium. Inter eos præcipui Brontes, Steropes & Pyracmon. 62 Mœnia in altum ducta una cum caminis, veluti Cyclopum opera, inquiunt interpretes. Non placet. Dixerim potius, Mœnia ferrea in Cyclopum fornicibus fabricata: quia suprà: *Stat ferrea turris ad auras*: & quia omnia magnæ molis opera, mœnia præcipuè Cyclopum credebantur, *Mœnia magna vides manibus fabricata Cyclopum.* 63 In fornicibus. 64 In arcu, seu circumferentiâ ex adverso stante, id est, video regiam Plutonis. *Fornix* est arcus in ædificiis, & quodcumque opus concameratum. Ponitur & pro lupanari, seu meretricia sella. 65 Institutiones Deorum. 66 Ramum aureum. 67 Sibylla. 68 Opacitates. 69 Ad fores portarum. 70 Ingreditur viriliter, ne præveniatur. 71 Semper fluenti. 72 Ut religiosum se ostendat, & religioni satisfaciat, non quoad pollutus ullo vel aspectu, vel tactu esset. 73 Peractis. 74 Perfectis reddendi rami ceremoniis. 75 Proserpinæ. 76 Scil. ad, vel *in*. 77 Elysium scil. beatarum animarum domicilium. 78 Virentium, ut arborum & herbarum, nativa loca.

For-

79 Fortunatorum nemorum, sedesque 80 beatas.
81 Largior hîc campos 82 æther & lumine 83 vestit
84 Purpureo; solemque 85 suum, 86 sua 87 sidera norunt.
88 Pars in 89 gramineis exercent membra 90 palæstris;
Contendunt ludo, & fulvâ luctantur 90 arenâ:
Pars 91 pedibus plaudunt choreas, & 92 carmina dicunt.
Necnon 93 Threïcius 94 longa cum veste 93 sacerdos
95 Obloquitur numeris 96 septem 97 discrimina vocum:
98 Jamque 99 eadem digitis, jam pectine pulsat * eburno.
Hîc genus 1 antiquum Teucri, pulcherrima 2 proles,
Magnanimi heroës, nati 3 melioribus 4 annis,
5 Ilusque, 6 Assaracusque, & Trojæ Dardanus auctor.
Arma 7 procul, currusque virûm 8 miratur inanis.
Stant 9 terra defixæ 10 hastæ, passimque 11 soluti
Per campos 12 pascuntur equi. 13 Quæ gratia 14 currûm
Armorumque fuit 15 vivis, quæ cura 16 nitentis

79 In quibus sunt fortunati, seu beati. Alludit ad insulas Fortunatas, in quibus Elysium statuunt nonnulli, ut & alii in Hispaniâ Bætica. 80 In quibus beatorum animæ quiescunt. 81 Et purior quam in orbe nostro. Pluto apud Claudianum: *Sunt alterâ nobis sydera, sunt orbes alii, lumenque videbis Purius, Elysiosque magis mirâberis campos*, &c. lib. 2. de raptu Proserpin. Plutarch. & alii. 82 Splendor cœlestis. 83 Circumfulget. 84 Pulchro, rutilo. 85 Tamquam in alio mundo, & à nostro hoc diverso. 86 Propria & convenientia. 87 Cùm apud inferos atris tenebris omnia horreant. 88 Nonnulli beatorum spirituum. 89 Luctationibus in gramine. 90 In arenâ. 91 Plaudendo pedibus choreas ducunt. 92 Choreis apta. 93 Orpheus Thracius, Œagri & Calliopes filius, à qua tam egregiè citharam sonare didicit, ut saxa & feras commovisse dicatur. 94 Apparens cum habitu citharœdi. 95 Pulsans pariter & cantans musicâ proportione facit. *Digiti cum voce locuti.* Tib. 96 Lyra à Mercurio inventa habuit 7. nervos, addidit Pythagoras octavum, nomen Terpander, vel Apollo. 97 Septem cordarum. 98 Sinistra chordas pulsat digitis, dextra pectine, vel plectro, h. e. intus canit & foris. 99 Discrimina. * Ex ebore facto. 1 Nobile à Teucro deductum. 2 Progenies. 3 Felicioribus, quam qui Laomedonti contigerant & Priamo. 4 Temporibus. 5 Æneæ proavus, qui regiam urbem de se Ilium vocavit. 6 Rex item Trojanus, filius Troïs, pater Capyos, & Anchisæ avus. 7 Scil. *objecta.* 8 Cernit Æneas. 9 In terrâ. 10 Scil. *inanes.* 11 Liberi & vagantes. 12 Pascentium similes erant. 13 Studia quippè & affectus etiam hinc cum mortuis transire credebat antiquitas. Suprà: *curæ non ipsâ in morte relinquunt.* Cæl. lib. 10. c. 9. 14 Curruum. 15 Dùm viverent. 16 Benè curatos.

Pas-

[17] Pascere equos, eadem sequitur [18] tellure repostos. 655
[19] Conspicit, ecce, alios [20] dextra, lævaque per herbam
[21] Vescentes, lætumque [22] choro [23] Pæana [24] canentis,
Inter [25] odoratum lauri nemus: [26] undè [27] supernè
[28] Plurimus [29] Eridani per silvam volvitur amnis.
Hîc [30] manus, [31] ob patriam pugnando volnera passi,
[32] Quique sacerdotes casti, dùm vita manebat, 661
Quique [33] pii vates, & [34] Phœbo digna locuti,
[35] Inventas aut qui vitam [36] excoluêre per artis,
Quique [37] sui memores alios fecêre [38] merendo:
Omnibus his [39] niveâ cinguntur tempora [39] vittâ. 665
Quos [40] circumfusos sic est adfata Sibylla:
[41] Musæum [42] ante omnis: [43] medium nam plurima [44] turba
Hunc habet, atque humeris [45] exstantem [46] suspicit altis:
Dicite, felices animæ, tuque, optime [47] vates;

17 Pascendi. 18 Sub terrâ repositos & constituros, id est, apud inferos. 19 Æneas. 20 Id est, utrimque. 21 Discumbentes. 22 In choro & cœtu lætô. 23 Apollini sacrum hymnum, qui victorialis canitur à ducibus jam post bellum, & parta victoria. Namque & alter Pæan, quem Marti ante congressum canebant. 24 Carmine laudantes. 25 Odoriferum, quod ex se odorem latè spirat. 26 De quo nemore. 27 Ad superos. 28 Ingens quippe qui triginta amnibus augetur. 29 Padi fluvii. 30 Exercitus, seu multi viri. 31 Pro salute patriæ. Respicit ad L. Junium Brutum, tyrannidis regiæ vindicatorem (de quo & aliis vid. Liv. ab V. C. lib. 7.) Curium, utrumque Decium, Cocitem, Scævolam, Horatios, Codrum Atheniensium regem, Philænos fratres, & innumerabiles alios magnanimos cives, qui fortiter pugnando pro patria cecidêrunt. 32 Etsi qui fuerunt sacerdotes nullo incestu polluti, nullis adulteriis infames, sed puri tùm animo, tùm corpore, dum vivebant. 33 Deorum cultores: ut ab impiis, & qui mendaci spiritu afflantur, eos discriminet. 34 Vera, quæ Apollinem decebant, sive quæ Apollo inspirasse censeatur. 35 Rerum inventores. 36 Ornaverunt. 37 Grato in se animo, id est, quicumque de aliis bene meriti sunt, sic ut sui memoriam reliquerint post mortem. 38 Beneficia, conferendo. Q. d. qui suis meritis sui memoriam reliquerunt. 39 Sertis candidissimis, insigni castitatis, virtutis & divinitatis. 40 Circa se collectos scil. novitatis gratia: nam novum erat illic viva corpora conspicere. Metaphora ab inanimato ad animatum. 41 Theologum, Orphei discipulum. 42 Imprimis. 43 Ut principem. 44 Vatum, & sacerdotum. 45 Eminentem. A corporis proceritate. 46 Admiratur. 47 Museæ.

Quæ

Quæ regio Anchisen, quis habet locus? illius [48] ergo
Venimus, & magnos [49] Erebi [50] tranavimus amnis.
Atque [51] huic responsum paucis ita reddidit [52] heros:
[53] Nulli certa [54] domus. Lucis habitamus [55] opacis,
[56] Riparumque toros & prata [57] recentia rivis
Incolimus. [58] Sed vos, si fert ita corde voluntas,
[59] Hoc superate jugum; & [60] facili jam tramite sistam.
[61] Dixit, & ante [62] tulit gressum, camposque nitentis
Desuper ostentat: dein summa [63] cacumina linquont.
At pater Anchises, [64] penitùs convalle virenti
[65] Inclusas animas, superumque [66] ad lumen ituras,
[67] Lustrabat studio recolens, omnemque [68] suorum
Forte recensebat numerum, carosque [69] nepotes,
[70] Fataque, [71] Fortunasque virûm, [72] moresque, [73] manusque.
[74] Isque ubi [75] tendentem adversum per gramina vidit

48 Causa, gratia, id est, propter illum vim nominis habet hæc particula, cum genitivo constructa, significatque quod Græcis ἕνεκα. 49 Inferni, inferorum. Exaggerat causam itineris à difficultate, & periculis. 50 Trajecimus, transmisimus. 51 Sibyllæ. 52 Musæus heroica virtute præditus. 53 Scil. *nostrum*. Anima enim à corpore secreta non terminatur, nec includi aut coërceri potest, quippe substantia incorporea. Heroum tamen animæ in lucis coli solitæ. 54 Quam solam habitare debeamus. 55 Densis, propter arborum umbras. 56 Herbas intortas (à quibus lecti *tori* appellantur) quæ sunt in ripis. 57 Virentia propter irrigationem ex rivis, id est, quæ recentibus rivis perpetuam voluptatem, amœnitatemque pariant. Transit ad id, quod interrogationis pars præcipua, sc. velle se Anchisen alloqui. Hunc igitur illis monstrat, ut edocti de habitationis ratione eo potiantur. 59 Ascendite hanc partem montis circa verticem ejus. Ad eumdem modum *Superare montes*, pro ascendere, sive transcendere dicimus: *Superare amnes & flumina*, pro trajicere. 60 Constituam vos jam viâ, quâ transmeetis, aut transmittamini facili transitu, id est, mox apparere faciam Anchisen. 61 Musæus. 62 Præivit. 63 Montis. 64 Penè intus. 65 Separatas à multitudine cetera, ut possent distinctè lustrari animæ in vitam hanc redituræ, & facilius agnosci. 66 Al. *limen*. 67 Inspiciebant studiosè in memoriam revocans, mente tractans eas. 68 A se orturorum, id est, posterorum suorum. 69 Posteros. 70 Et fatalem posterorum suorum successum. 71 Opes, gloriam, triumphos, imperium virorum. 72 Virtutem, pacis studia, & jura. 73 Res bello gestas, aut gerendas. 74 Anchises. 75 Ex adverso se patrem ejus petentem.

Æneam, [76] alacris [77] palmas utrasque [78] tetendit: 685
[79] Effusæque [80] genis lacrimæ; & [81] vox excidit [82] ore:
Venisti [83] tandem, tuaque [84] spectata [85] parenti
Vicit [86] iter [87] durum pietas? [88] datur ora tueri,
Nate, tua; & notas audire & reddere voces? 689
Sic equidem [89] ducebam animo, rebarque [90] futurum,
[91] Tempora dinumerans: nec me [92] mea cura fefellit.
Quas ego te [93] terras, & quanta per æquora vectum
Accipio! quantis jactatum, nate, periclis!
Quam metui, [94] ne quid [95] Libyæ tibi regna nocerent!
Ille autem: tua me, genitor, [96] tua [97] tristis imago, 695
Sæpius [98] occurrens, [99] hæc limina * tendere adegit.
Stant [1] Sale [2] Tyrrheno [3] classes: da jungere dextram,
Da, genitor; teque [4] amplexu ne [5] subtrahe nostro.
Sic [6] memorans [7] largo fletu simul ora rigabat.
[8] Ter [9] conatus ibi collo [10] dare brachia [10] circùm: 700
Ter [11] frustrà [12] comprensa [13] manus effugit imago,
Par levibus ventis, [14] volucrique simillima somno,

76 Lætus. 77 Manus. Synecdoche. A signis paterni affectus erga filium. 78 Extulit, expandit ad cœlum, Diis gratias agens, quod ad se filium venire permiserant. 79 Affectu & gaudio. 80 Palpebris Anchisæ. 81 Oratio sequens elapsa est, ut seni. 82 Anchisæ. 83 Post longos errores, & varia discrimina rerum. 84 Probata & cognita. Quæ translatio est à probationibus operum, vel ab auro. 85 Mihi, præcipuè, dùm eum humeris suis extulerat incendio Trojano. 86 Ad inferos. 87 Difficile. 88 Conceditur ne mihi? 89 Opinabar te sic facturum. 90 Ut me visas. 91 Disquirens quanto tempore opus sit ad hanc proportionem. 92 Desiderium & spes, cujus cura semper est comes. 93 Regiones. 94 Propter odium dolosque Junonis, & amorem Didonis: unde fieri posset, ut Italiæ suæ oblivisceretur. 95 Carthaginis. Contineny, pro contento. 96 Lib. 4. *Me patris Anchisæ, quoties humentibus umbris Nox operit terras, quoties astra ignea surgunt, Admonet in somnis, & turbida terret imago*: & lib. 5. *Ditis tamen antè Infernas accede domos, & Averna per alta Congressus pete, nate, meos.* 97 Mœsta, propter timorem quem habuisti, ne quid Lybiæ mihi regna nocerent. 98 In somnis. 99 Ad hæc limina regni beatorum. * Impulit. 1 In mari, ἀλί. 2 A Tyrrheno denominato. 3 Nostræ. 4 Examplexu, id est, dùm te amplecti conor. 5 Aufer. 6 Loquens Æneas. 7 Simul large flebat. 8 Τρὶς μὲν ἔπειτα βάλε. ἔπειτα τὰ μὲν θυμὸς ἄνωγε. Τρὶς δὲ μοι ἐκ χειρῶν σκιὴ ἔπτατο, καὶ ἀνέμῃ ἐικὼς, καὶ ὕπνῳ ἐῤῥέτην. Odyss. 11. 9 Æneas conatus est eo tempore. 10 Circumdare. Tmesis. 11 Quia retineri non potuit. 12 Comprehenso. 13 Æneæ comprehendentis. 14 Citò avolanti.

[15] Intereà videt Æneas in valle [16] reductâ
[17] Seclusum nemus, & virgulta sonantia silvis,
[18] Lethæumque, [19] domos placidas qui [20] prænatat, amnem.
[21] Hunc circùm [22] innumeræ gentes, populique volabant.
Ac [23] veluti in [24] pratis, ubi apes [25] æstate serenâ
Floribus [26] insidunt [27] variis, & candida [28] circum
[29] Lilia [28] funduntur: strepit omnis [30] murmure campus.
Horrescit [31] visu subito, causasque requirit
[32] Inscius Æneas: [33] quæ sint ea flumina [34] porrò,
Quive viri tanto complerint [35] agmine [36] ripas:
Tùm pater Anchises: [37] animæ, quibus [38] altera [39] fato
Corpora debentur, Lethæi ad fluminis undam
[40] Securos [41] latices, & longa [42] oblivia potant.
[43] Has equidem [44] memorare tibi, atque ostendere [45] coràm,

15 Dùm talia moliretur. 16 Recedente, in recessum remota, in qua quis à ventis & injuriâ cœli tutus esse queat. Sic Hor. Od. 2. Epod. *Aut in* reducta valle *mugientium Prospectat errantes greges.* 17 Sejunctum à frequentiâ eorum, qui Elysium incolebant. 18 Amnem oblivionis, ad quem properabant animæ redituræ ad corpora, qui potus, animis rerum omnium, quæ in vita priore actæ sunt, inducit oblivionem, λήθην; ut mox. 19 Elysios campos, sedes beatas. 20 Prætermeat. 21 Amnem. 22 Innumerarum gentium, & populorum animæ. 23 Quemadmodum omnis campus strepit. 24 Agris, ex quibus fœnum percipitur, pascuis. 25 Dùm tempus æstivum est serenum. 26 Insident, mel exsugentes. 27 Variorum colorum. 28 Circumfunduntur. Tmesis. 29 Flores omnis generis. Species pro genere. 30 Vel bombo, seu suavi sono apum: *vel*, murmure animarum circumvolantium. 31 Visione subitò oblatâ. 32 Nescius talium rerum. 33 Et requirit, quæ &c. 34 Procul apparentia. 35 Impetu, multitudine aut frequentia. 36 Lethæi fluminis. 37 Philosophiam hanc Socraticam (vel Pythagoricam μετεμψύχωσιν, & animarum παλιγγενεσίαν, & tamen eamdem somniavit Empedocles) à Platone sæpiùs inculcatam, in Phædone maximè, & Philebo, explosérunt jamdudùm saniores Philosophi, ὥσπερ ἐπιλελήσμενον κατὰ τὸν Πυθαγορικὸν μῦθον, τὴν τυχοῦσαν ψυχὴν εἰς τὸ τυχὸν ἐνδύεσθαι σῶμα, Arist. 1. de anima, cap. 3. 38 Secunda. 39 Necessitate quadam, aut Deorum voluntate. 40 Qui potu curas, & labores prioris vitæ tollunt, adeoque eorum memoriam. Ut jam purgatam non pigeat in vitam redire. 41 Aquas oblivionem rerum gignentes. 42 Malorum, & pœnarum, quæ & quas semel perpessi sunt, dùm essent in hac vitâ. Alludit ad vocis etymon: ἀπὸ τῆς λήθης enim *Lethe* derivari volunt. 43 Animas scil. in corpora migraturas. 44 Enarrare. 45 Oculis tuis.

[46] Jampridèm hanc prolem cupio enumerare [47] meorum:
[48] Quo magis Italiâ mecum lætere repertâ.
[49] O pater, [50] anne aliquas ad cœlum [51] hinc ire putandum est
[52] Sublimis animas, iterumque ad [53] tarda reverti
Corpora? quæ [54] lucis miseris tam [55] dira cupido?
Dicam equidem; nec te [56] suspensum, nate, tenebo.
[57] Suscipit Anchises, atque ordine [58] singula pandit.
[59] Principio I. cœlum, II. ac III. terras, IV. camposque liquentis,
[60] Lucentemque globum Lunæ, [61] Titaniaque astra,
V. Spiritus intùs alit, totamque infusa per [62] artus

46 Jam à plusculo tempore. 47 A meis descensurorum. 48 Causa finalis, ab utili. Promiserat etiam id ipsum filio per somnum in Sicilia, ut dicitur lib. 5. *Tùm genus omne tuum, & quæ dentur mœnia disces.* 49 Scil. *Æneas ait.* 50 An credibile utique est animas, expertas jam prioris vitæ labores & ærumnas, velle ex beatissima hac quiete Elysia redire sublimes ad vitam, orasque superas relinquere, & denùò aliis corporibus uniri? 51 Ex his tam beatis locis. 52 Egregias. 53 Animæ comparatione, quâ nihil velociùs est: uno enim momento cuncta discurrit. 54 Vitæ. 55 Dira, ut scil. ex perpetuâ quiete cupiant in vitam miseriis refertissimam remeare, in corpore vinciri, & quasi in sepulchro condi. 56 Dubium. 57 Excipit orationem filii, & sic aggreditur relationem. 58 Expositurus, quomodo ex Elysio in corpora humana mittantur animæ, altiùs orditur mundi creationem, à Deo, & divina potentiâ, quâ singula continentur. 59 Ut à primordiis incipiam. Digreditur in locum Philosophicum, Deum scil. esse mundi animam ex Platonicorum opinione. Vide Macrob. de Somn. Scipion. lib. 1. c. 14. I. *Aërem.* II. *Ignem.* III. *Terram.* IV. *Aquam.* V. *Deus, vis. Mens mundi, spiritu quasi genitali fovet, animat, informat, complet, movet qualitatibus, & potentiis instruit propii, ad munia sua obeunda. Ex elementis itaque & spiritu infuso, prægnante, alenteque illa nascitur* τὸ πᾶν, *Mundus, & quæ in mundo omnia: Cœlum, Sol, Luna, Astra, Homines, Pecudes, Volucres, Pisces, Homini vero, ad summa nato, nobiliorem quàm ceteris animalibus indulsit animam: quam Philosophi essentiam se moventem,* ἐντελέχειαν *ideam, harmoniam, lucem, Solis, aut stellæ alicujus scintillam, quintam essentiam, ignem, aërem, spiritum, alii aliud opinati statuebant.* 60 Lumine à Sole recepto. 61 Solem & stellas Titan, inquit Pausanias in Corinthiacis, Solis motum & anni rationem solertissime observavit, unde fratrem Solis eum commenti sunt: inde Sol *Titan* dictus, ut 4. Æn. *Ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan.* Et astra dicta *Titania.* 62 Elementa singula, quæ mundi membra sunt.

Mens

[63] Mens [64] agitat molem, & magno [65] se [66] corpore miscet.
[67] Indè hominum, pecudumque genus, vitæque [68] volantum,
Et quæ [69] marmoreo fert [70] monstra sub æquore [71] pontus.
Igneus est ollis vigor, & cælestis origo
[72] Seminibus [73] quantum non [74] noxia corpora [75] tardant,
Terrenique [76] hebetant artus [77] moribundaque membra.
[78] Hinc [79] metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: [80] neque auras
Despiciunt clausæ tenebris & carcere [81] cæco.
[82] Quin & [83] supremo cùm [84] lumine [85] vita reliquit,
Non tamen omne malum [86] miseris, nec [87] funditùs omnes
Corporeæ excedunt [88] pestes: [89] penitùsque necesse est
[90] Multa diu [91] concreta [92] modis [93] inolescere miris,
[94] Ergo [95] exercentur pœnis, veterumque malorum
Supplicia [96] expendunt. [97] Aliæ panduntur [98] inanis
Suspensæ ad ventos: aliis sub [99] gurgite vasto

63 Divina scilic. 64 Movet mundi machinam, cum orbibus & circulis cœlestibus. 65 Per præsentiam. 66 Mundi. 67 Ex hac infusione spiritus illius divini. 68 Volucrum. 69 Marmorei coloris. 70 Diversæ piscium species, scil. *ortæ sunt, & vivunt.* 71 Mare. 72 Animis, quæ sunt semina vitæ. 73 In tantum est illis cœlestis natura, quantum, &c. 74 Nociva. 75 Deprimunt, & offuscant virtutem cœlestem. 76 Sc. *seminant*, id est, animas. 77 Senescentia, & paullatim senio ad mortem properantia. 78 Ex his membris terrenis, & moribundis, sive ex hac conjunctione animi & corporis. 79 Animæ variis afficiuntur passionibus circa bonum & malum, de præterito & futuro, metu, spe, dolore, & lætitia. 80 Obliviscuntur cœlestis suæ naturæ ac puritatis, tenebroso scil. corporis carcere inclusæ. 81 Eas excæcante. 82 Quinetiam exutæ corpore animæ, non tamen statim etiam exuuntur sordibus, & vitiis, quæ ex diutino corporis commercio contraxerint: verum necesse est, ut pœnis exercitæ, pro peccatorum natura vario lustrentur & expurgentur. 83 In ultimo vitæ. 84 Anima. 85 Corpus. 86 Animis & animabus. 87 A fundo & radicitus. 88 Sordes & vitia corporis, quibus anima inficitur. Occurrit ergo hic tacitæ quæstioni, quâ objici poterat. Ergo animæ corporis custodiâ liberatæ, recta ad suæ originis principia pergunt. Non sic esse ait. 89 Omnino. 90 Mala scilic. 91 Contracta, conglutinata cum corpore. 92 Purgandi. 93 Aboleri. 94 Quia purgatas oportet. 95 Afficiuntur pœnis, dant pœnas. 96 Persolvunt. 97 Animæ. 98 Forsan ad eas respicit, quæ inanem gloriam nimis secutæ sunt, ut simili delicto pœna afficiantur. 99 Mari.

[1] Infectum [2] eluitur scelus, aut exuritur igni.
[3] Quisque suos patimur [4] Manis: [5] exindè per [6] amplum
Mittimur [7] Elysium, & [8] pauci [9] læta arva tenemus:
Donec [10] longa dies, [11] perfecto [12] temporis orbe, 745
[13] Concretam [14] exemit labem, [15] purumque reliquit
[16] Ætherium sensum, atque [17] aurai simplicis ignem.
[18] Has omnis, [19] ubi mille [20] rotam volvêre per annos,
[21] Lethæum ad fluvium [22] Deus evocat agmine magno:
Scilicet [23] immemores, [24] supera ut [25] convexa revisant,
Rursus & incipiant in corpora velle reverti. 751
Dixerat Anchises: natumque, unàque Sibyllam,
[26] Conventus trahit [27] in medios, [28] turbamque sonantem:
Et [29] tumulum capit, [30] undè [31] omnis longo ordine possit
[32] Adversos [33] legere, & [34] venientum [35] discere voltus. 755
[36] Nunc age, [37] Dardaniam prolem, quæ [38] deindè sequatur

1 Quo animæ sunt infectæ. 2 Aufertur, lavando purgatur, deletur. 3 Neque nostrorum quisquam tam pie vixit, ut impune concreta ex corporis commercio vitia ferat. Quisque pro suo merito patitur supplicia, & tormenta Ausonius, *tormentaque fera gehennæ Anticipat, patiturque suos mens conscia manes.* 4 Inferos genitos, lemures, id est, quisque pro merito suo patitur supplicia & tormenta. 5 Deindè, postquam ad istum modum sumus purgati. 6 Capacem. 7 Sc. *campum.* 8 Beata. 9 Longum; tempus. 10 Peracto, exacto. 11 Purgationi debiti. 12 Contractam. 13 Dempsit & expulit. 14 Immaculatum, qualem eum corpus susceperat. 15 Animam, æthereæ substantiæ, quam de cœlo sumpserat: ut suprà Horatius, *affigit humi divinæ particulam auræ.* Sat. 2. lib. 3. 16 Auræ, id est, animæ puræ, id est, paucissimi, sine purgatione prævia transimus ad læta arva. 17 Animas purgatas. 18 Postquam in campis Elysiis peregerunt spatium mille annorum. 19 Temporis. 20 Ad fluvium oblivionis, ut ibi animæ obliviscantur omnium, quæ in corpore passæ sunt. 21 Sunt qui hîc Mercurium signari volunt. 22 Obliti bonorum, quæ jam habebant, & malorum quæ habuerant in vitâ. 23 Convexitatem cœlestem. 24 In medium eorum qui convenerant, id est, in conventicula animarum in corpora transiturarum. 25 Multitudinem quæ cum sonitu convenerat. 26 Colliculum ascendit. 27 De quo. 28 Qui convenerant. 29 Ex adverso sitos. 30 Lustrare & discernere: ut suprà, *Perlegerent oculis omnia.* 31 Dùm per ordinem venirent transituri. 32 Ex inspectione. 33 Verba sunt Anchisæ. 34 Trojanam, ex Dardano per nos orituram, id est, Albanos reges & Romanos. 35 Posthac,

Glo-

[36] Gloria, [37] qui maneant Italâ de gente nepotes,
[38] Illustris animas, nostrumque in [39] nomen ituras,
[40] Expediam dictis, [41] & te tua fata docebo.
Ille ([42] vides) [43] purâ juvenis qui [44] nititur hastâ,
Proxima sorte tenet [45] lucis loca: primus ad auras
[46] Ætherias [47] Italo commixtus sanguine surget,
[48] Silvius, [49] Albanum nomen, [50] tua [51] postuma proles:
Quem tibi [52] longævo [53] serum Lavinia conjux
[54] Educet silvis [55] regem, [56] regumque parentem:
[57] Undè genus [58] Longâ nostrum [59] dominabitur [60] Albâ,
[61] Proximus ille [62] Procas, [63] Trojanæ gloria gentis,
Et [64] Capys, & Numitor, & qui te nomine [65] reddet
[66] Silvius Æneas; paritèr pietate, vel armis

36 Ex rebus præclare gestis. 37 Qui posteri futuri sint ex commixtione gentis Italæ. 38 Claras futuras. 39 Familiam, progeniem. 40 Paucis enarrabo. 41 Et explicabo tibi, quæ tibi fata promittant, id est, quæ tibi bella gerenda, eorumque quis futurus sit exitus. 42 Videsne eum? 43 Non præpilata, sine ferro. Alii, incruenta. 44 Incumbit, sustentatur. 45 Vitæ, id est primus ex te nasciturus est. 46 Cœlestes. 47 Generatus ex commixtione sanguinis Trojani cum Italo: quia ex te & Lavinia, Latini regis filia, nascetur. 48 In silvâ natus, quo sugerat Lavinia metu Ascanii, post mortem Æneæ. 49 Quod nomen Albanis regibus permansurum est. Albani enim reges omnes ab eo dicti Silvii. 50 Apostrophe ad filium Æneam. 51 Post humationem & sepulturam tuam nascitura. 52 Longi ævi, ævum cum Diis agenti, id est, immortali. 53 Sero partu editum. 54 Edet è silvis, in quas fugiet. 55 In regem Albanum. 56 Quia XIII. fuerunt Albani reges ab eo orti, Silviique nomen prætulerunt. Est autem hæc paronomasia perelegans. 57 A quo. 58 A situ. 59 Trecentos ferè annos Silvii posteritas Albæ regnasse dicitur. 60 In civitate illa Italiæ, quam Ascanius conditurus est, quæ *Alba* dicetur ab *albâ* sue illic inventâ. 61 Non quod statim & immediatè post Silvium in mundum sit venturus, sed quod proximus in ordine ibi fuerit collocatus, & post Silvium monstranti Anchisæ apparuerit. Erit enim decimus tertius rex Albanorum, pater Numitoris & Amulii. Neque justum observat ordinem noster, neque consentiunt historici; Dion. lib. 1. Antiq. Liv. lib. 1. Ovid. 4. Fast. 62 Numitoris & Amulii pater: quorum ille Romuli & Remi avus, à fratre regno exutus, & in carcere detentus fuit. 63 Nam is origo & prima stirps Romani populi censetur, utpote avus Rheæ Silviæ, matris conditorum urbis Romæ. 64 Septimus ab Ascanio, Capeti filius: ut & Numitor decimus quartus, vel quintus. Fuit & alter Capys Trojanus Anchisæ pater. 65 Repræsentabit. 66 Tertius.

Egregius, [67] si umquam regnandam [68] acceperit Albam.
Qui juvenes quantas [69] ostentant, aspice, vires!
Atque [70] umbrata gerunt [71] civili [72] tempora [73] quercu.
Hi tibi [74] Nomentum, & [75] Gabios, urbemque [76] Fidenam,
Hi [77] Collatinas imponent montibus arces,
(Laude pudicitiæ celebres, addentque superbos)
[78] Pometios, [79] Castrumque Inui, [80] Bolamque [81] Coramque
Hæc [82] tùm [83] nomina erunt: nunc sunt [84] sine nomine terræ.
[85] Quin & [86] avo comitem sese [87] Mavortius addet
Romulus; [88] Assaraci [89] quem [90] sanguinis Ilia [91] mater
[92] Educet. Viden' ut [93] geminæ stent [94] vertice cristæ,

67 Vix enim & serò, anno scil. quinquagesimo tertio recuperavit regnum, quod invaserat tutor ipsius. 68 A tutore. 69 Ad ostentationem monstrant. 70 Umbris cooperta, coronis virtute patris inumbrata. 71 Corona quernea, ob cives servatos, & urbes conditas. Agell. lib. 5. c. 6. 72 Caput, cui imponebatur civica corona. Synecdoche. Claud. 3. de laud. Stiliconis: *Mos erat in veterem castris, ut tempora quercu Velaret, validis fusa qui viribus hostem, Casurum potuit morti subducere civem.* 73 Oppid. Sabinorum. 74 Antiqui Latii urbem, in via Prænestinâ, Sexti Tarquinii dolo interceptam. 75 Fidenas, Sabinorum oppid. *Castel Jubileo* hodie, ab urbe 5. mill. 76 Collatiam, Sabinorum opp. in montibus, ab urbe 4. mill. in viâ Tiburtinâ. 77 Suessam Pometiam, Volscorum opp. 78 Castrum Inui, id est, Panos in Volscia, hodie *Cornetto*. 79 Æquorum oppid. in confinio Latinorum: jamdudùm sine vestigiis. 80 Volscorum opp. hodiè retinens nomen. Cluver. 3. l. Italiæ antiquæ, cap. 8. qui exactissimus Italiæ pervestigator de his consulendus. 81 Quandò hi regnabunt. 82 Urbium & terrarum. 83 Quia inculturæ & inhabitatæ. 84 Quinetiam. Missis Albanorum regibus & rebus, ad res Romanas transit. 85 Romulus, Martis ex Ilia filius. Numitori avo regnum restituet, cum eo aliquandiu regnabit, & Amulium expellet. 86 Vide quæ nos ad Florum p. 6. & 7. 87 A quo deductum stemma, hinc Capyos, Anchisæ, Æneæ, illinc Priami. 88 Romulum. 89 De sanguine Assaraci. 90 Romuli scil. Numitoris filia, Ovid. *Ilia cum Lauso de Numitore sati.* Hæc & *Rhea* dicebatur. De hac habes lib. 1. Æn. v. 177. Hæc, à patruo Amulio per honoris speciem Vestalis facta, à Marte, cum forte aquam pro sacris haustura exiisset, compressa fuit, ex quo Romulum & Remum concepisse dicitur: quos cum enixa esset, ad Tiberim exponi jussit Amulius, ipsamque apud eundem amnem defodi vivam. Pueri inventi in ripâ, à Faustulo pastore ablati, & uxori Laurentiæ educandi traditi sunt: ubi cum adolevissent à pastore de genere suo edocti, Amulium trucidant, & Numitori patruo regnum restituunt. 91 In lucem edet. 92 Duæ & æquales. 93 In summitate galeæ. 94 Supereminentiæ sive coronæ galearum, in morem cristarum gallorum gallinaceorum.

Et

Et [95] pater ipse [96] suo [97] superûm jam signat honore? 781

En [98] hujus, nate, [99] auspiciis illa * inclita [1] Roma

[2] Imperium terris, [3] animos æquabit Olympo,

[4] Septemque [5] una sibi [6] muro circumbit [7] arces,

Felix [8] prole [9] virûm: qualis [10] Berecynthia [11] mater 785

Invehitur curru, Phrygias [12] turrita per urbis,

Læta [13] Deûm partu, [14] centum complexa [15] nepotes,

Omnis cœlicolas, omnis [16] supera alta tenentis.

[17] Hùc [18] geminas nunc flecte [18] acies, [19] hanc aspice gentem,

Romanosque [20] tuos. [21] Hic [22] Cæsar, & omnis [23] Iüli 890

Progenies, [24] magnum cœli ventura sub axem.

Hic vir, hic est, tibi quem promitti sæpiùs audis,

95 Mars Romulum in Deorum numerum relatum, nomine suo Quirini & honore insignit. *Quirinus Martis equis Acheronta fugit.* Hor. 3. lib. 3. Ode. Vide quæ nos ad Flor. p. 15. Alii ad Jovem referunt Romuli apotheosin, utpote cujus solius sit transcribere heroas in Deorum album. 96 Proprio & debito superis. 97 Superorum, vel superum, id est, cœlestem, & ad superos transferendum. 98 Viri Romuli. 99 Inceptis & præsidiis. * Clara, & gloriosa. 1 Roma urbs est Italiæ, regina urbium, & totius mundi caput. Vide quæ nos ad Sal. p. 22. 2 Tantum habebit imperium, quantæ erunt terræ. 3 Magnanimitatem Romanorum æquiparabit cœlo, ita ut cœlum mereantur Romani Principes. 4 Hunc versum habes secundo Georgicor. sub finem: vide quæ nos ibi. 5 Cum nisi una sit Roma. 6 Scilicet, *uno*. 7 Colles, montes. Solent enim veteres montium summitates *Arces* vocare. 8 Fœcunditate. 9 Fortium, & magnanimorum virorum. 10 Cybele, à *Berecyntho*, monte Phrygiæ. 11 Deorum. 12 Turribus pro corona insignita: vel, *Quòd primus turres urbibus illa dedit.* 13 Quia tot Deos peperit. 14 Multos. 15 Posteros à se ortos. 16 Cœlestia regna. 17 Ad hanc partem, quam tibi monstraturus sum. 18 Geminum acumen oculorum tuorum. 19 Præcipuam. Transit ad celebrationem Cæsaris Dictatoris, & Augusti. 20 A te descensuros, & tibi promissos. 21 In hoc cœtu est. 22 Julius Cæsar, quem, ceteris regibus omissis, Romulo adjungit, ut secundum conditorem. 23 Ab Iüle descensura. 24 Assecutura divinum honorem.

Au-

[25] Augustus Cæsar, [26] Divi genus, [27] aurea [28] condet
Sæcula qui rursùs [29] Latio, regnata per arva
[30] Saturno quondam, [31] super & Garamantas, & Indos
Proferet imperium. Jacet [32] extra sidera [33] tellus,
Extra anni, [34] Solisque vias, [35] ubi [36] cœlifer [37] Atlas
[38] Axem humero [39] torquet stellis [40] ardentibus [41] aptum.
[42] Hujus in adventum jam nunc & [43] Caspia regna
[44] Responsis horrent divûm, & [45] Mæotica tellus,

25 Vide quæ nos ad Flor. p. 258. 26 Al. *Divi*, id est, C. Julii Cæsaris. Fuit enim Augusti avunculus major. 27 Ecl. 4. Tanta enim tranquillitate, devictis primùm hostibus, totos quadraginta annos rempub. gubernavit, ut nova mundo facies inducta videretur: adeò ut ejus tempora *Aurea sæcula* dicta fuerint. Hoc tempore tam pacifico. Christus Dei filius, Princeps pacis, nasci voluit, ut pace nihil melius, nihil sibi gratius esse nobis ostenderet. Ceterum ex variis hominum moribus quattuor ætates Poëtæ effecerunt, quibus pro morum qualitate à metallis nomina imposuerunt. Prima enim *Aurea* fuit appellata, quod optimis moribus illo tempore, quo Saturnus regnavit, homines floruerint. Secunda *Argentea*, quòd, quo tempore cœpit regnare Juppiter, in vitia homines inclinare cœperint. Tertia *Ærea*, quam bella occuparunt. Quarta *Ferrea*, quòd in eâ à nullo crudelitatis genere homines abstinuerint. Lege Ovid. Metam. 1. Fab. 1. & 4. 28 Perpoliet, in talem splendorem producet, ut pro novis haberi possint. Sic Flor. 143. 1. *Hic*, scil. Tullius Hostilius, *omnem militarem disciplinam, artemque bellandi condidit.* Sic gentem Tyriorum *condidit* Alexander. Justin. 18. 4. 1. Imperium Carthaginensium Mago. Justin. 19. 1. 1. 29 In Italiâ. 30 A Saturno. 31 Ultra Garamantas, populos inter Libyam & Africam, juxta Zonam torridam, & Orientales populos, ad quorum fines nullius adhuc gentis imperium pervenit, imperium extendet, prolatabit. 32 Ultra Cancri & Capricorni Tropicos, intra quos Zodiacum perambulat Sol. 33 Quædam regio. 34 Duodecim signorum Zodiaci, quibus annus deprehenditur, & per quas Sol decurrit. 35 In quâ tellure. Æthiopiam significat, quæ Atlantem respicit. Hæc quoque regio à Romanis subjugata fuit, duce M. Petronio. 36 Cœlum ferens. 37 Mons Mauritaniæ. 38 Cœlestem globum: cum propriè poli extremi, in quibus universa machina volvitur, *Axes* dicantur: sumpta Metaphora à currus parte, cui rotæ inseruntur. 39 Sustinet, regit. 40 Ardenter resplendentibus. 41 Vicinum, sive conjunctum, vel conspersum & confertum. 42 Ad adventum Augusti. 43 Quæ tellus, & regna Caspis, id est, Parthica, Assyria, Persica, &c. 44 Suet. in Cæsar. auctor est, oraculis Divorum responsum, toti orbi nasciturum invictum imperatorem: quod postea ad Augustum retulêre. Quod sanè non ad Augustum, sed ad Christum referri debuit. 45 Scythica, ubi est Mæotis palus, id est, Scythiæ & Sarmatiæ.

Et

Et [46] septem gemini [47] turbant [48] trepida ostia [49] Nili.
[50] Nec verò [51] Alcîdes [52] tantum telluris obivit;
[53] Fixerit [54] æripedem cervam licet, aut [55] Erymanthi
[56] Pacarit nemora, & [57] Lernam tremefecerit arcu:
Nec, [58] qui [59] pampineis [60] victor [61] juga flectit habenis.
Liber: agens celso Nysæ de vertice tigris.
[62] Et dubitamus adhuc virtutem [63] extendere factis?
Aut metus Ausoniâ prohibet consistere terrâ?
[64] Quis procul ille autem ramis insignis [65] olivæ,
[66] Sacra ferens? [67] nosco crinis, [68] incanaque menta
[69] Regis Romani; primam qui [70] legibus [71] urbem

46 In septem ostia divisi, septem ostiis mare intrantis. 47 Sc. *se*, vel turbantur. Enallage generis. 48 Quia Cæsar & Augustus Ægyptum subacturi sunt. 49 Ægypti fluvii, Mediterraneum mare intrantis, omnium maximi, Asiam ab Africa discriminantis. 50 Terris ab Hercule & Baccho devictis anteponit Augusti victorias. 51 Hercules. 52 Quantum Augustus. Celebrantur passim 12. labores Herculis: de quibus vide quæ nos brevitèr congessimus ad Sal. p. 317. & seq. 53 Confixerit sagittis. 54 Habentem æreos pedes, id est, veloces, χαλκίποδα. 55 Montis Arcadiæ. 56 Occidendo aprum ferocissimum. 57 Hydram in Lernâ palude confecerit. 58 Bacchus ex Indiâ, in quâ urbe Nysa, victor, vehebatur curru, quem traxerunt tigres junctæ, quas ille regebat pampineis habenis. 59 Ex frondibus vitium factis. 60 voti compos. 61 Montium. 62 Et dubitamus tamen per virtutem arduam grassari ad tantam gloriam, tantum imperium, tantos nepotes? 63 Ampliare. 64 Redit desultoria relatione ad Reges Romanos: quoniam verò successio regiæ stirpis in Romulo defecit, fingit se ægrè agnoscere Numam, à Curibus, Sabinorum urbe, accitum in regnum Rom. pacis, religionis, legum latorem. 65 Oleæ, quæ arbor Minervæ sacra, & pacis insigne est. Numa autem pacis amator erat. 66 Quia etiam valdè religiosus. 67 Agnosco ex crine & valde cana barba Numam secundum Regem Romanorum. *Sed de his regibus, & illustribus viris qui seq. videndi, Dionysius, Livius, Plutarchus, historicique alii.* 67 Valde cana. Nam 80. annos natu decessisse fertur. 69 Numæ Pompilii, secundi Romanorum regis, Pomponii filii. Numæ gesta scribunt Liv. lib. 1. 18. & seqq. Eutrop. 1. 8. Val. Max. 1. 2. 1. Plin. 13. 13. Ovid. Metam. 15. Fab. 44. Plut. in Vitâ Numæ. Dionys. 2. 59. Flor. l. 1. c. 2. 70 Religiosis. 71 Romam. *Urbem* cum dicimus, κατ' ἐξοχὴν intelligimus Romam. Nam propriè hæc *urbs* dicta: ceteræ, hac unâ exceptâ, *oppida* sunt vocitata: vel ab *ope*, quòd *opis* causa mœnibus cingantur: vel ab *operè*, quòd *opus* sint ad vitam gerendam: vel ab *opponendo* se hostibus: vel ab *opibus*. Hujus enim rei gratiâ mœnia constituta sunt, ut homines *opes* suas eò conferrent, ubi nullum essèt hostium periculum. Vide quæ nos ad Flor. p. 6.

Fun-

[72] Fundabit, [73] Curibus parvis, & [74] paupere terrâ
Missus in imperium [75] magnum. [76] Cui deindè [77] subibit,
[78] Otia qui rumpet [79] patriæ, [80] residesque movebit
[81] Tullus in arma viros, & [82] jam desueta [83] triumphis [84]
[85] Agmina. [86] Quem juxta sequitur [87] jactantior [88] Ancus,
Nunc quoque jam nimiùm [89] gaudens [90] popularibus auris.
Vis & [91] Tarquinios [92] reges, [93] animamque superbam

72 Instruet, stabiliet. 73 De civitate illa parva Sabinorum. Declinatur autem, *hæ Cures, harum Curium, &c.* undè Quirites dicti putantur, ab hastis scil. quas Sabini *Cures* vocabant. 74 Respectu Romani imperii. 75 Romanum scil. in quo propter vitæ integritatem confirmatus fuit. Lege Liv. lib. 1. ab U. C. 76 Regi Numæ. 77 Succedet. 78 Pacem, quam in patria inveniet à Numa constitutam. Pacem enim sub Numâ 43. annis integram habuerunt Romani. 79 Otio deditos, segnes excitabit. 80 Tullus Hostilius, tertius Romanorum rex, populi jussu, Patrum auctoritate creatus, militari iterum disciplina armisque senescentem populi Romani virtutem acuet. Albanos trigeminorum Horatiorum pugna in potestatem redactos, Alba diruta, Romam traduxit. Hunc Livius dicit neporem fuisse illius Hostilii, qui fortitèr pugnans adversus Sabinos, in lacum Curtium lapsus est, qui deindè *lacus hostilius* dictus est. Regnavit Hostilius annis 32. fulmine ictum cum regia, uxore, filiis, omnique familia conflagrasse, ex Plinio & Dionysio liquet. Vitam Tulii Hostilii Regis scribunt Liv. 1. 22. Dionys. l. 3. Eutrop. 1. 9. Flor. 1. 3. Val. Max. 3. 4. 1. 7. 4. 1. 9. 12. 1. 81 A tempore, quo Numa regnare cœperat. 82 Quia ad eos non pervenitur sine pugnâ. 83 Milites agminatim incedere solitos. 84 Tullum Hostilium. 85 Arrogantior, quod scil. ex regiâ Numæ stirpe prognatus esset: quam nobilitatem præcedens Tullus jactare non poterat. 86 Ancus Martius, Numæ ex filiâ & Martio Pontifice nepos, populi jussu, Patrum auctoritate quartus Romanorum rex declaratus est. Imperavit annis 24. relictis duobus filiis. Dictus autem *Ancus ἀπὸ τῆ ἀγκῶνος*, id est, *à cubito*, quem incurvum habuit. De hoc lege Liv. l. 1. Flor. l. 1. c. 2. & quæ nos ibid. Dionys. l. 3. Claud. in Gild. 109. 87 Quippe cui, regia stirpe genito, omnium ordinum consensu & favore regnum deferretur. 88 Assentationibus, ac favoribus populi. Metaphora. Horat. Od. 2. l. 3. *Nec sumit* (virtus) *aut ponit secures Arbitrio* popularis auræ. *Auræ* propriè est lenior ventorum flatus. 89 Tarq. Priscum, quintum regem: & Tarq. Superbum, septimum: omisso Servio Tullio, qui sextus: Fortè quia à serva natus est, & à Tarquinio genero trucidatus: per cujus cadaver filia carpentum egit. 90 Romanos. De Servio Tullio scribunt L. l. 5. Flor. l. 1. c. 6. Dionys. l. 4. c. 1. Val. Max. 1. 6. 1. &c. 91 Animum nobilem, illustrem, ac generosum: quippe qui populum R. Tarquinii Superbi tyrannide oppressum in libertatem vindicare ausus fuerit, exactis urbe regibus Tarquiniis.

92 Ultoris 93 Bruti, 94 fascisque videre 95 receptos?
96 Consulis imperium 97 hic primus, 98 sævasque secures
Accipiet: 99 natosque pater, * nova bella moventis, 824
1 Ad pœnam 2 pulchra pro libertate 3 vocabit,
Infelix! 4 Utcumque 5 ferent 6 ea facta minores;
7 Vincet amor patriæ, laudumque immensa cupido.
8 Quin 9 Decios, 10 Drusosque procul, 11 sævumque securi 825

92 Superbiæ Tarquiniorum, & Sexti, Tarquinii filii, violatoris Lucretiæ. 93 Cognomen istud ille obtinuit à simulatâ stultitiâ, cùm verum ei nomen L. Junio esset. Fuit autem M. Juni filius, ex Tarquinia, regis Superbi sorore, natus. Cum enim ob opulentiam occiso patre & fratre, sibi quoque à Tarquinio metueret, sub hac persona latuit, donec capta occasione prorumperet. Ovid. 2. Fastor. *Brutus erat stulti sapiens imitator, ut esset tutus ab insidiis, dire Superbe tuis.* 94 Imperium consulare. Nam 11. lictores (ferentes ante consules Romanos fasces virgarum, in quibus securis inclusa erat, quibus significabant se jus habere in corpus) item corona aurea, sella eburnea in triumphis, quæ regum ad id tempus usque fuerant, consularia insignia deinceps facta sunt. De quibus vide quæ nos ad Sal. p. 71. h. & 74. a. ad Val. Max. p. 3. 187. & ad Flor. p. 27. *Fascis* propriè est lignorum, aliarumve rerum congeries, quam ligando facimus. 95 De Etruscis, à Romanis principibus. 96 Consulere. Brutus enim cum Tarquinio Collatino primum consulatum gessit, sed cum plebi Tarquinium nomen, ob Tarquinii Superbi tyrannidem, invisum esset, collegæ auctor fuit, ut sponte se consulatu abdicaret, quod & fecisse eum scribit Livius, cujus in locum Brutus Valerium Publicolam suffecit. 97 Brutus. 98 Quibus in filios sæve usus est. 99 Filios suos duos inter alios nobiles juvenes de reducendis Tarquiniis conjuratos, ipse Brutus primus cum Tarquin. Collatino Consul virgis cæsos securi feriri jubebit. * Bella intestina, sive proditionem contra Consules Romanos. 1 Ad capitis supplicium. Utrique enim (ut jam diximus) magnâ populi miseratione caput amputatum. 2 Ad libertatem partam melius conservandam. 3 Deposcet, & produci curabit. 4 Utcumque judicabunt posteri de hoc Bruti facto, patriæ tamen amor & justitiæ laus præponderabunt naturalem affectum. 5 Accipient & patientur, id est, sive laudabunt, sive vituperabunt. 6 Bruti scil. quibus ille sæviit in liberos suos. 7 Rumores populi scil. 8 Quinetiam. Transit obiter ad Consules, quorum virtus Rempub. Romanam auxit. 9 Patrem & filium, qui se pro salute legionum & patriæ devoverunt, pater bello Latino, filius Gallico. 10 Neronem, qui Hasdrubalem fratrem Annibalis cum exercitu vicit, & Claudium, Augusti privignum, qui Germanos domuit. 11 T. Manlium, qui Dictator filium suum securi cædi jussit, quod provocatus ab hoste contra imperium paternum pugnasset, uteumque felicitèr.

As-

Aspice [12] Torquatum, & [13] referentem [14] signa [15] Camillum.
Illæ autem, [16] paribus quas fulgere cernis in armis,
Concordes [17] animæ [18] nunc, & dùm [19] nocte prementur;
Heu quantum inter se bellum, si [20] lumina vitæ
Adtigerint; quantas [21] acies, [22] stragemque ciebunt!
[23] Aggeribus [24] socer Alpinis, atque arce [25] Monœci
Descendens; [26] gener [27] adversis instructus Eois.
[28] Ne, [29] pueri, ne [30] tanta animis [31] adsuescite bella:
Neu patriæ validas [32] in viscera vertite vires.
[33] Tuque prior, tu [34] parce, [35] genus qui ducis [36] Olympo:
[37] Projice [38] tela manu, [39] sanguis meus.

12 T. Manlium, Dictatorem intelligit, qui singulari certamine cum Gallo congressus, occiso, aureum torquem detraxit, ex quo *Torquati* nomen nactus est. 13 Quæ Galli, duce Brenno, abstulerant, victis hostibus, & urbe sibi restituta. Liv. 5. Plutarch. in Camillo. Polyb. 2. Florus l. 1. cap. 13. 14 Vexilla. 15 Intelligit Furium Camillum, qui Gallos, Romam opprimentes, tota Italia expulit. 16 Æque potentibus. 17 Cæsaris & Pompeji: quorum ille superiorem, hic parem ferre non potuit. 18 Apud inferos. 19 Nondum ingressæ vitam: *vel*, quamdiu hîc apud umbras sunt. 20 Plenam vitæ ætatem. 21 Quanta prælia. 22 Cladem, occisionem, cadaverum interfectorum; multitudinem concitabunt? 23 Per montes Alpinos, id est, Alpes, per quos Cæsar Germanorum, & Gallorum robore instructus adversus Pompejum generum in Italiam descendit. 24 Cæsar, cujus filia Julia Pompejo nupserat. 25 Ubi Hercules Monœcos, id est, solus colitur: ubi Hercules contra Ligures à Jove auxilium impetrasse dicitur: nam lapidibus pluit, & ita solus ibi mansit, *ὡς μόνος οἰκῶν*: undè videtur dictus à *μόνος solus*, & *οἰκέω habito*. 26 Pompejus ciebit milite suo & auxiliis regum & pop. Orientalium instructus. 27 Ex adverso venientibus: quia Galli ad Occidentem vergunt. 28 Dehortatur, blande, & cum affectu compellatos senex à bello civili. 29 Familiæ suæ filii. 30 Quanta gesturi eritis, si animum non represseritis. 31 Assuefacite. Enallage generis. Sic Flor. 4. 11. 43. *Armenios, victore rege Tigrane, in hoc unum servitutis genus Pompejus* assueverat, *ut rectores à nobis acciperent*. 32 In concives per bella intestina. 33 Cæsar, victor, qui certè victoriâ clementèr usus est. 34 Abstine à bello. 35 Propter Venerem, Æneam, Iülum, undè duxit Cæsar originem. 36 A Jove, rectore Olympi. 37 Jace procul. 38 Arma, belli instrumenta. 39 Qui de sanguine meo oriturus es.

Ille

40 Ille 41 triumphatâ, 42 Capitolia ad alta, 43 Corintho
Victor aget 44 currum, 45 cæsis insignis 46 Achivis.
47 Eruet 48 ille 49 Argos, 50 Agamemnoniasque Mycenas,
51 Ipsumque Æacidem, 52 genus armipotentis 53 Achillis
Ultus 54 avos Trojæ, templa & 55 temerata Minervæ. 841
Quis te, 56 magne Cato, 57 tacitum, aut te, 58 Cosse, re-
linquat?
Quis 59 Gracchi genus, aut 60 geminos duo 61 fulmina belli
62 Scipiadas, 63 cladem Libyæ? 64 parvoque potentem
Fabricium: vel te 65 sulco, 66 Serrane, ferentem? 845

40 L. Mummius, qui vicit Achæos, Corinthum delevit, triumphans egit currum ad Capitolium, pro more triumphantium. 41 Cum triumpho devicta. 42 Ad arcem Romanam, in qua Juppiter colebatur. Mos enim erat, triumphantes curru in urbem & Capitolium invehi. Dictum est autem *Capitolium à capite Toli* cujusdam hominis ibi reperto, dum foderent fundamenta. Antèà enim *arx Tarpeja*, aut *Tarpejus* hic mons dicebatur, à virgine Vestali *Tarpeiâ* quæ ibi à Sabinis necata & sepulta est. Liv. lib. 1. 43 Urbe Achajæ, duobus inclytâ portubus. 44 Triumphalem. 45 Occisis. 46 Populis in Peloponneso, id est, Achæis, Chalcidensibus & Bœotis. 47 Funditus evertet & delebit. 48 Alius sc. Q. Metellus. 49 Oppidum illud Argivorum. 50 Et Mycenas, Peloponnesi urbem, non procul ab Argis à Perseo, Danaës filio, ædificatam, Agamemnonis patriam. 51 Et alius scil. Curius Dentatus vincet ipsum Æaci nepotem Pyrrhum, Epirotarum regem, hunc enim Curius Dentatus Italiâ expulit & vicit, 20. hostium millibus cæsis. 52 Qui est de genere. Appositio. 53 Achillis. Genitiv. Græcus. 54 Majores suos Trojanos, undè Rom. originem ducturi sunt. 55 Profanata, pollutâ à Græcis furto Palladii & stupro Cassandræ: quorum hoc ab Ajace, Oilei filio: illud ab Ulysse & Diomede perpetratum fuit. 56 Cato major, Censorie: qui max. Orator. max. Imp. max. Senator fuit. 57 Tacendo de te. 58 Cornelius Cossus, victo Larte Tolumnio, Vejentium rege, opima spolia Jovi Feretrio tulit. 59 Sempronium & filios Tiberinum & Cajum, ex Corneliâ, viros eloquentiâ claros, sed infelices. 60 Duos. Numerus distributivus pro cardinali. 61 Terrores. 62 Majorem & Minorem Africanum. 63 Stragem Carthaginensium. Scip. Major Carthaginem tributariam fecit, Minor delevit. 64 Continentem, in re tenui repudiantem à Samnitum legatis oblatum aurum, dicentemque, *Malle se aurum habentibus imperare, quam aurum habere.* 65 Al. *sulcos.* 66 Cincinnatum intelligit civem Rom. Atiliæ gentis: cui agrum colenti delata ob virtutem dictatura est, teste Livio. *Serranus* autem à *serendo* dictus est, quòd ab iis, qui dictaturam ei delatam nuntiabant, agellum *serere* inventus fuerit. Pl. l. 18. c. 3. De Fabiis, vide quæ nos ad Sal. p. 201. a. & b. Val. Max. p. 71. & Flor. p. 50. Hoc solummodò addam, quòd cognomen hoc *Fabiorum* sortiti sint ex re rustica, nempè à *fabarum* satione, sicut alii veterum haud infimæ sortis. Ita Ciceriones, Pisones, ac Lentuli ob ciceres, pisa, lentesque eximiè satos, generosum familiæ nomen adinvenêre.

Quò

Quò fessum rapitis, [67] Fabii? [68] tu Maximus ille es,
[69] Unus qui [70] nobis [71] cunctando [72] restituis rem.
[73] Excudent [74] alii [75] spirantia [76] molliùs [77] aëra:
Credo equidem, vivos [78] ducent de marmore [79] vultus:
[80] Orabunt causas meliùs: [81] cœlique meatus
[82] Describent radio, & [83] surgentia sidera dicent.
Tu regere [84] imperio populos, Romane, memento,
([85] Hæ tibi erunt artes) pacisque imponere [86] morem;
[87] Parcere subjectis, & [88] debellare superbos.
Sic [89] pater Anchises; atque [90] hæc [91] mirantibus addit:

67 Cujus familiæ 306. uno prælio contra Valentes ad Cremeram fluv. interierunt. 68 Q. Fabium Maximum innuit, qui cedendo sequendoque vicit Hannibalem. 69 Solus. De quo sic scripsit Ennius, *Unus homo nobis cunctando restituit rem.* 70 Generi nostro, id est, populo Romano. 71 Morando, moram trahendo, & sic Hannibalem illudendo. Unde *Cunctator* appellatus est. Lege Flor. & quæ nos ibid. p. 103. 72 Al. *restitues*: quod non displicet. 73 Excurrendo effingent. Ab enumeratione illustrium Imperatorum, transit ad partitionem rerum, in quibus diversæ gentes excelluerunt: q. d. Alii aliis artibus præstabunt, at Romani, belli studiis, & rei militaris artibus omnes alios populos superabunt, toti orbi imperabunt, defendent afflictos, & injurios atque insolentes bellis compescent. 74 Corinthios innuere videtur. 75 Quasi spiritum habere apparentia. Fusoriam intelligit, & conflaturam metallorum. 76 Dulcius, & magis ad vivum. 77 Signa ærea. 78 Quod successu temporis fundent. 79 Statuariam innuit, quæ ars vivas personarum quarumlibet effigies imitatur. 80 Alii (ut Athenienses, qui eloquentia claruerunt) oratione causam alicujus melius defendent, agent. Sic Terent. Phorm. 1. 5. *Servum hominem* causam orare *leges non sinunt.* 81 Astrorum motus, & cursus. 82 Alii (ut Chaldæi, & Ægyptii, qui Astronomiâ insignes fuêre) describent virga, quâ in pulvere Geometræ describunt mensuram, atque situs rerum, locorumque earum. *Radius* propriè est splendor à Sole emicans. Item textoris instrumentum. *Radii* quoque in rotis dicuntur, qui hinc centro, illinc canthis inferuntur. Instrumentum etiam quo raduntur mensuræ: quod alio nomine *Hostorium* nominant. 83 Quæ signa, & quando surgant, id est, peritiores erunt Geometriæ & Astronomiæ. 84 Per imperium. 85 Sequentes scil. 86 Leges, id est, moderari pacem. 87 Ignoscere, veniam & impunitatem dare subditis, ac se dedentibus. 88 Imperio parere detrectantes, rebelles bello persequi. 89 Scil. *locutus est.* Verba sunt Virgilii, qui novam narrationem texentem inducit Anchisen. 90 Sequentia. 91 Dùm Æneas, & Sibylla mirarentur.

As-

Aspice, [92] ut insignis [93] spoliis [94] Marcellus opimis
Ingreditur, victorque viros [96] supereminet omnis!
Hic rem Romanam, magno [97] turbante tumultu
[98] Sistet: [99] eques * sternet [1] Pœnos, [2] Gallumque [3] rebellem,
[4] Tertiaque [5] arma [6] patri suspendet, [7] capta Quirino.
Atque [8] hic Æneas; [9] unà namque ire videbat 861
Egregium formâ juvenem, & fulgentibus armis,
Sed [10] frons [11] læta parum, & [12] dejecto [13] lumina [14] voltu)
Quis, pater ille, [15] virum qui sic comitatur [16] euntem?
Filius, anne aliquis [17] magnâ de stirpe [18] nepotum? 865

92 Quômodo. 93 Interfecto Gallorum duce Viridomaro ad Clastidium oppidum, detractisque eidem opimis spoliis. 94 Claudius Marcellus, qui docuit Annibalem posse vinci. 95 Magnificis, egregiis, amplis, principi exercitus hostium, scilic. Viridomaro, Gallorum duci, detractis. *Opima* enim *spolia* vocantur arma, quæ dux occiso à se hostium duci detrahit. Dicuntur autem fere *Opima*, non addita voce *spoliorum*, intellecta tamen. *Ita* Senec. Herc. Fur. Opima *vidit regio adsuperos referenti*. 96 Excellit gloria rei militaris, prudentia & virtute. 97 Scil. *eam*, id est, dum magnus erit tumultus. *Tumultus* autem erat, cum ex subito & vicino plerumque bello, summa oriebatur perturbatio. Ideo tunc, indicto Senatus decreto justitio, sagâ sumebantur. Nec enim jurisdicendo vacare se debere prudenter existimarunt, cum securos forte cives, aut meliora sperantes præsentis ac magni periculi suo ipsi exemplo admonere debebant, & leges frustrà exerceri ostendere, ni imminens iis pernicies armis omnium averteretur. Nec id sufficiebat, etiam delectus isto tempore & in urbe, & in Italiâ habebatur promiscuè, nec ullum excusabat vacatio. 98 Tranquillam faciet. 99 De ordine equestri. * Quod fecit bis ad Nolam, devicto Annibale exercitu. 1 Pœnos. 2 Viridomaro occiso, & reliquis Mediolanum fuga se recipientibus. 3 Quod sæpius victus, & in deditionem receptus, iterum bellum instaurat, & victoris Imperium detrectat, ut ex Cæsare constat. 4 Nam prima Romulus Jovi Feretrio, Acrone, Cæninensium duce, occiso; secunda Corn. Cossus, obtruncato Lare Tolumnio, Vejentium rege, suspenderant; de quibus Ep. Liv. 20. 5 Opima spolia. 6 Patriæ patri, ipsique urbis conditori. 7 Romulo, sed tamen Jovi Feretrio dedicata. 8 Hoc loco, vel hoc tempore, scil. *ait*. 9 Simul cum M. Claudio Marcello, qui ab Hannibale per insidias cæsus fuit. 10 Scil. *ejus erat*. 11 Quia cito moriturus erat. 12 Ad terram inclinato, quod vicinæ mortis indicium est. 13 Oculi scil. *erant*. 14 In vultu. 15 Cl. Marcellum Cos. 16 Ingredientem cum victoria & opimis spoliis. 17 Egregia. 18 Posterorum nostrorum à nobis descensurorum.

Qui [19] strepitus [20] circa comitum! [21] quantum instat in ipso est!
Sed [22] nox atra [23] caput tristi circumvolat umbrâ,
Tùm [24] pater Anchises; lacrimis [25] ingressus obortis:
O nate, ingentem luctum ne quære [26] tuorum:
[27] Ostendent terris hunc tantùm fata; neque [28] ultrà
Esse sinent. [29] Nimium vobis Romana [30] propago
Visa potens, Superi, [31] propria hæc si [32] dona fuissent.
[33] Quantos ille virum magnam [34] Mavortis ad urbem
[35] Campus [36] aget gemitus! vel quæ, [37] Tiberine, videbis
[38] Funera, cum tumulum præterlabêre [39] recentem!
Nec puer [40] Iliacâ quisquam de gente [41] Latinos
[42] In tantum spe [43] tollet avos: nec [44] Romula quondam
Ullo se [45] tantum tellus jactabit [46] alumno.
Heu pietas, heu [47] prisca fides, invictaque bello
Dextera! non illi [48] se quisquam impune tulisset

19 Plausus, & popularis favor, ac pompa frequens Romanorum funus ejus sequentium. 20 Eum. 21 *Quanta* indoles & spes ad summos honores & gloriam? *vel*, quàm refert superiorem illum Marcellum? unde sperandum est fore, ut illum virtute æquiparet. 22 Caligo densa, vel mors. Catul. Nox *est perpetuò una dormiendа*. 23 Ejus. 24 Æneæ. 25 Scilic. *est*, id est, loqui cœpit. 26 Minorum, ut Augusti, & Octaviæ. 27 Introibit vitæ hoc theatrum, tantum ut exeat, natus enim annos 18. aut ut alii, 20. interiit Ant. Musæ medici incuria. 28 Scilic. *in terris*. 29 Invidistis scilic. Romanis diuturnam vitæ ipsius usuram, & perpetuum tanti viri futuri donum. 30 Propagatio, progenies Romana, id est, Romani ab ipsa Æneæ posteritate propagati. Metaphora, à vitis ea parte, quæ paullatim ducitur, & latiùs atque latiùs extenditur. 31 Perpetua: ut lib. 2. Propriamque *dicabo*. Sic Terent. Andr. 4. 3. *Nihilne esse* proprium *cuiquam*? 32 Si Romanis sua felicitas per Marcellum diuturna fuisset. 33 Quanto luctu, quanta pompa ducetur funus illius *in campo* Martio, juxta Tiberim sexcentis scil. lectis ornatum. 34 Martis urbem, id est, à Romulo, Martis filio, conditam. Epenthesis. 35 Martius. Est autem Metonymia; neque enim campus ipse, sed frequens populi Romani multitudo carissimum sibi principem lugebat. 36 Excitabit, ducet. 37 Deus Tiberis. 38 Quod sumus. 39 In quo recens aggesto ipsius Marcelli cineres conditi sint. 40 Trojana. 41 Italicos. 42 Usque adeò. 43 Erigent parentes & propinquos, quibus de se egregium virtutis specimen polliceri visus fuerit. 44 Romulea, Romana. 45 Quantum de hoc uno. 46 Quem aluerit & genuerit: q. d. nullo principe tam se efferet Roma, quam hoc Marcello. 47 Antiqua fidelitas, quæ ex hujus indole deprehenderur. 48 Scilic. *obvius*.

Ob-

[49] Obvius armato; seu cùm pedes iret in hostem,
Seu spumantis equi foderet calcaribus armos.
Heu, [50] miserande [51] puer! [52] si [53] qua fata [54] aspera rumpas,
Tu [55] Marcellus eris. [56] Manibus date lilia plenis:
[57] Purpureos spargam flores, [58] animamque [59] nepotis
His [60] saltem [61] adcumulem donis, & fungar [62] inani
Munere. [63] Sic totâ passim [64] regione [65] vagantur
[66] Aëris in campis latis, atque omnia [67] lustrant.
Quæ postquam Anchises [68] natum per singula duxit,
Incenditque animum [69] famæ venientis amore:
Exin bella [70] viro memorat, quæ deinde [71] gerenda,
[72] Laurentisque docet populos, urbemque [73] Latini:
Et [74] quo quemque [75] modo fugiatque feratque laborem.

49 Obviam. Enallage partis, *vel*, obvium. Enallage casus. 50 Miseratione digne. 51 Pathos ab ætate. 52 Quod si Deorum benignitate, aut qua ratione alia posteris fatalem moriendi necessitatem effugere, tu verè eris Marcellus. Fertur Poëta recitasse librum hunc sextum coram Augusto, præsente Octavia, quæ audito nomine filii sui, quod ille hucusque suspenderat, spiritu defecisse dicitur: refocillata tandem fletu atque ejulatu omnia miscuisse, sed Poëtæ pro singulis hujus argumenti versibus dena sestertia dari jussisse. 53 Aliqua ratione. 54 Inimica vincas. 55 Octaviæ filius. 56 Hortatur posteros Romanos ad persolvenda puero magnifico apparatu justa. 57 Utinspergam tumulo mortui rosas. 58 Pro more funerum ornandorum, maximè in juvenum funeribus, quorum immaturam mortem referebant flores illi decerpti, sparsique. 59 Marcelli. 60 Ut minimum floribus, quandoquidem alio munere eum cumulare non possum. 61 Augeam, coacervem. 62 Nihil profuturo defuncto, cujus nullus sensus ad eum sit perventurus: quia pompa funebris solatio est vivis, non mortuis. 63 Talia dicendo redit ad narrationem, unde digressus fuerat. 64 Scil. *in*. 65 Anchises, Æneas & Sibylla. 66 Aëriis: ubi umbræ aëriæ. 67 Circunspiciunt & disquirunt. 68 Filium suum Æneam. 69 Futuræ laudis. 70 Æneæ. 71 In Italiâ, cum Turno & Mezentio. 72 Et indicat populos Laurentum, Latii oppidum incolentes, ad quos accessurus est, quidque cum iis sit tractaturus. 73 Regiam Latini regis, oppidum Laurentum. 74 Quomodo. Tuque sis.

[75] Sunt [76] geminæ [77] Somni portæ: quarum altera [78] fertur
Cornea; quâ veris facilis datur exitus [79] umbris: 895
[80] Altera candenti perfecta nitens [81] elephanto;
Sed [82] falsa [83] ad cœlum [84] mittunt [85] insomnia [86] Manes.
[87] His [88] ibi tùm natum Anchises, unàque Sibyllam
Prosequitur [89] dictis, portaque [90] emittit [90] eburnâ.
[91] Ille viam [92] secat ad navis, [93] sociosque revisit.
Tùm se ad [94] Cajetæ [95] recto fert [96] litore portum.
Ancora de [97] prora [98] jacitur: stant [99] litore * puppes. 902

75 Apud inferos. Totius libri Epilogus, constans descriptione portarum Somni, quas describit à materiâ & ab usu. 76 Duæ. 77 Somnii. Hom. *δυοὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων*, &c. Cum duas somniorum portas faciat, Corneam unam, oculorum scil. à cornea tunica: Eburneam alteram, oris, cujus septum dentium eburneum: illam veram, hanc falsam: quia quæ videntur certiora sunt, quam quæ auditionfur ore prolata: Æneam porta eburnea emittit; obscure ac symbolice indicans totam hanc *νεκυομαντειαν*, descensum, & relationem de inferis æquè vera esse ac somnia ex eburneâ porta emissa. Macrob. lib. 1. in Somn. Scip. cap. 3. 78 Dicitur esse. 79 Phantasmatibus. 80 Scil. *est*. 81 Ebore, parte elephantis. Synecdoche. 82 Quæ aliud repræsentant, quam sint. 83 Ad regionem mortalium, in inundum, qui Manibus superi: somnia autem ab inferis mitti credita. 84 Per eam. 85 Somnia & phantasmata. *Insomnium* propriè dicitur, quoties ea cura, idque studium *dormienti occurrit*, *quo* se vigilantem fatigavit. 86 Inferi. 87 His memoratis. 88 Quo loco. 89 Eos. 90 Per quem falsa emittuntur insomnia. 91 Æneas. 92 Proficiscitur, se recipit, tenet: undè *secta* dicitur, quia propositum tenet. 93 Quos illic in litore reliquerat. 94 Qui paullò post dictus est portus Cajetæ, à *Cajeta*, Æneæ nutrice, quæ ibi mortua est, denominatus. 95 Recta via progrediendo. 96 Per litus. 97 Priore parte navis. 98 A sociis. 99 Ad litus applicitæ. * Naves. Synecdoche.

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER SEPTIMUS.

ARGUMENTUM.

Cajetam, nutricem suam, Æneas sepelit, locumque ipsum ab ejus nomine Cajetam appellat. Indè Circes sedem prætervehitur, secundoque vento ad Tiberis ostia defertur: adversoque flumine subvectus, in Laurentem agrum egreditur. Ibi cum ex Ascanii verbis cognovisset, eam esse terram fatis sibi debitam, ad Latinum regem, qui ejus tractus regnum obtinebat, centum oratores mittit, qui & suo nomine illi munera offerrent, & urbis condendæ locum peterent. Latinus, legatione benigne audità, præter postulata, Laviniam filiam suam, quam & ex Fauni, patris sui, oraculis, & Augurum responsis externo viro tradere jubebatur, ultro Æneæ conjugem offert. Interim Juno prosperis Trojanorum rebus offensa, Alecto ad disturbandam pacem ab inferis evocat: quæ primùm Amatam, Latini uxorem, deindè ipsum etiam Turnum furiis suis implet: atque indè ad Trojanorum juventutem conversa, quæ tum forte venationi operam dabat, mansuetum illis cervum objicit, Tyrrhi, armentarii regii, liberis in primis charum, quem cum Ascanius sagitta vulnerasset, rustici, arreptis armis, in Trojanos impetum faciunt. Alecto ex superiore loco classicum canit; eadunt in eo tumultu Almon, Tyrrhi filius, natu maximus, & Galesus, agricola regionis totius locupletissimus: qui cum in urbem mortui essent relati, Turnus, & Amata regem Latinum ad bellum suscipiendum, injuriamque manu vindicandam exstimulant. Verum cum ille & fœderis, nuper cum Trojanis initi, memor, adduci non posset, ut illis bellum indiceret, Juno ipsa belli portas aperuit. Turni auspicia ad bellum sequitur Mezentius, una cum Lauso filio: item Aventinus, Herculis ex Rhea filius, Catillus & Coras Tiburtini fratres, Camilla è Volscorum gente, mulier fortissima, aliique complures, quorum catalogus ad finem libri recensetur.

TU [1] quoque litoribus [2] nostris [3] Æneia nutrix,
Æternam moriens [4] famam, Cajeta, dedisti.
Et nunc [5] servat honos [6] sedem tuus, [7] ossaque [8] nomen

1 Sicut Palinurus promontorio in Lucaniâ: Misenus monti in Campania, lib. 5. & 6. sic & tu Cajeta, nutrix Æneæ, nomen dedisti portui. Quem tamen alii à *καίειν* dictum volunt, quod ibi Trojanorum classis incensa fuerit. 2 Italicis. 3 Nutrix Æneæ. 4 Nomen. 5 Sedes servat tuum honorem. Hypallage. 6 Sepulcrum tuum, quod tuum nomen inscriptum habet. 7 Tua. 8 Tuum.

[9] Hesperiâ in magnâ ([10] si qua est ea gloria) signant.
At pius [11] exsequiis Æneas [12] ritè solutis,
Aggere [13] composito [14] tumuli, postquam [15] alta [16] quierunt
Æquora, [17] tendit iter velis, [18] portumque relinquit.
[19] Adspirant auræ [20] in noctem, [21] nec candida [22] cursus
Luna negat; splendet [23] tremulo sub lumine pontus.
Proxima [24] Circææ [25] raduntur litora terræ,
[26] Dives [27] inaccessos [28] ubi Solis [29] filia lucos
Assiduo [30] resonat [31] cantu, [32] tectisque superbis
Urit [33] odoratam nocturna in lumina [34] cedrum,
[35] Arguto [36] tenuis percurrens pectine telas,
[37] Hinc [38] exaudi gemitus, iræque leonum,
Vincla recusantum, & serâ sub nocte rudentum:
[39] Sætigerique sues, atque in præsepibus ursi
Sævire, ac formæ magnorum ululare luporum;
[40] Quos hominum ex facie [41] Dea sæva potentibus herbis
[42] Induerat Circe in voltus ac terga ferarum.
[43] Quæ ne monstra pii paterentur talia Troës
Delati in portus, neu litora [44] dira [45] subirent;
[46] Neptunus ventis implevit vela [47] secundis;

9 Italia; dicta Græcis, quod ad Vesperum sita esset, Ut Italis Hispania, dicta Hesperia ultima: *magna* ab armis & gloriâ: est enim minor quam Hispania Poëtis dicitur ab Hespero fratre Atlantis. 10 Quia multi censent eam gloriam nihil ad defunctos pertinere. 11 Officiis funebribus. 12 Juxta ritum. 13 Accumulato. 14 Sepulcri. 15 Profunda. 16 Tranquilla facta sunt. 17 Navigat tensis velis. 18 Cajetæ. 19 Increbescunt. 20 Circa noctem. 21 Luna clarè lucebat. 22 Suum. 23 Scintillante. 24 Quam Circe habitabat. 25 Leniter ranguntur à navibus Æneæ, id est, pertransit Circæam terram. 26 Expressa hæc ex Hom. 5. Odyss. de Calypso, & 10. de Circe, vide & hæc imitatum Ovid. 10. Metam. 27 Inaccessibiles, nulli impunè adeundos ob periculum artium magicarum; *vel*, propter paludes & brevia. 28 In qua terra. 29 Circe. 30 Resonare facit. 31 Leniendo lanæ, ac telæ studio. 32 Magnifico domicilio. 33 Odoriferam. 34 Faces: vel oleum è cedro, in usum lampadum, loco olei, quod tunc in Italiâ in usu non erat. 35 Subtili, stridulo. 36 Extenuatas. 37 Ex his locis Circes terræ. 38 Exaudiebantur. Enallage modi. 39 Porci magnas setas gerentes. *Multa boum circa mactantur corpora morti*, Setigerosque *sues*, &c. 40 Leones, sues, ursos & lupos. 41 Solis filia, Circe venefica. 42 Transformaverat in formas belluinas. 43 Ne contingeret piis Trojanis in hujus monstra mutari. 44 Quæ à dira habitantur veneficia. 45 Subintrarent. 46 Deus maris. 47 Prosperis, à tergo flantibus.

At-

Atque [48] fugam dedit, & [49] præter vada [50] fervida vexit.
Jamque rubescebat [51] radiis mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat [52] lutea bigis:
Cum venti [53] posuêre, omnisque repente [54] resedit
Flatus, & in [55] lento luctantur [56] marmore [57] tonsæ.
Atque hîc Æneas ingentem ex [58] æquore [59] lucum
Prospicit. [60] Hunc inter [61] fluvio [62] Tiberinus [63] amœno,
[64] Vorticibus rapidis, & multâ flavus [65] arenâ,
In mare [66] prorumpit. [67] Variæ [68] circumque supràque
Adsuetæ ripis volucres, & fluminis alveo
Æthera mulcebant cantu [69] lucoque volabant.
[70] Flectere iter sociis, [71] terræque advertere [72] proras
[73] Imperat, & lætus fluvio succedit [74] opaco.
[75] Nunc age, qui reges, Erato, quæ tempora rerum,
Quis Latio [76] antiquo fuerit status, [77] advena [78] classem
Cum primum [79] Ausoniis exercitus adpulit oris,
[80] Expediam, & primæ [81] revocabo [82] exordia pugnæ.
Tu [83] vatem, tu, diva, [84] mone. Dicam [85] horrida bella;

48 Facultatem fugiendi. 49 Prætervexit Trojanos. Tmesis. 50 Periculosa navigantibus. 51 Solaribus. Descriptio matutini temporis à signis antecedentibus. 52 Lutei coloris, qui est subrubeus. 53 Scil. *se*, id est, sedati sunt, cessavêre, quievêre. 54 Quievit. 55 Tranquillo, quietè refluente, non commoto. 56 Mari marmorei coloris. 57 Scil. *palmulæ*, id est, remi. *Tonsæ*, aut dictæ sunt, vel à *tondendo*, id est, radendo quod fluctus radant, & decutiant: vel, à *tundendo*, quod fluctus *tundunt*, & verberent. 58 Æquato mari. 59 Silvam Jovis indigetis, quæ non cæditur. 60 Lucum. 61 Profluxu. 62 Fluvius ipse, vel Deus fluminis. 63 Tranquillo. Sic lib. 2. Æn. *Ubi Lydius arva inter opima virûm, leni fluit agmine Tibris.* 64 Aquis rotatis. 65 Quem concitant vortices. 66 Vi exit. 67 Variarum specierum. 68 Per circuitum, id est, antè, retrò, & utrimque, & à parte superiori. 69 Per lucum. 70 Quia flectendo naves, facimus iter, qua volumus. 71 Ad terram. 72 Anteriores partes navium. 73 Mandat Æneas. 74 Umbroso, propter lucum, quem medium interfluit. 75 Alteram operis partem, quæ est de bellis ab Ænea in Italia gestis aggressurus, invocat Musam, quæ *nomen amoris habet* (quia ἔρος, ἔροτος *amor* dicitur) ad bella illa dicenda; eò quod hæc bella ex amore & nuptiarum Laviniæ ambitu orta sint. 76 In quo multò antè longa serie à priscis regibus Jano Saturnoque, regnatum fuerat. 77 Externus. 78 Scil. *hanc*. 79 Italicus. 80 Expedite recitabo. 81 Ab oblivione ad memoriam. 82 Cervi interitum: cujus causa fuerat Ascanius, qui venando eum vulnerarat. 83 Me Poëtam. 84 Inspirando. 85 Quæ subsecuta sunt.

Dicam [86] acies, [87] actosque animis in funera reges,
[88] Tyrrhenamque manum, totamque [89] sub arma coactam
[90] Hesperiam. Major [91] rerum mihi [92] nascitur ordo:
[93] Majus opus [94] moveo. [95] Rex arva Latinus, & urbis,
Jam [96] senior, longa placidas in pace regebat.
[97] Hunc [98] Fauno & nymphâ genitum [99] Laurente * Marica

[1] Accipimus. Fauno [2] Picus pater; [3] isque [4] parentem
Te, Saturne, [5] refert: tu [6] sanguinis [7] ultimus auctor.
Filius [8] huic, [9] fato divûm, prolesque virilis
Nulla fuit, [10] primâque oriens [11] erepta [10] juventâ est.
[12] Sola [13] domum, & [14] tantas [15] servabat [16] filia sedes,
Jam matura [17] viro, jam [18] plenis nubilis annis.
[19] Multi [20] illam magno è Latio totâque [21] petebant
Ausoniâ: [22] petit ante alios pulcherrimus omnis
Turnus, [24] avis atavisque potens: quem [25] regia conjunx
[26] Adjungi generum miro properabat amore;
Sed variis [27] portenta Deûm [28] terroribus [29] obstant.

86 Exercitus ad pugnam instructos. 87 Impulsos animositate in hostem suam: quia revera & Latinus & Turnus, & Æneas interisse dicuntur. 88 Copias Tyrrheni populi, propter Tarcontem. 89 Ad arma compulsam & congregatam. 90 Scil. *magnam*, id est, Italiam propter Diomedem. 91 Gerendarum. 92 Oritur & ordiendus est mihi. 93 Quam præcedens. 94 Aggredior. 95 Aborigines scil. Incipit jam narrare. 96 Provectioris ætatis. 97 Regem Latinum. 98 Deo agresti. 99 Ejus provinciæ, ubi Laurentum erat, & Laurentes populi. * Minturnensis litoris juxta Lirim fluvium Deâ dictâ. 1 Adhuc quotidiè audimus, & intelligimus. 2 Erat. 3 Picus. 4 Suum. 5 Repræsentat. 6 Generis Latini, & etiam Æneæ. 7 Remotissimus à fine, id est, primus, ultra quem non ascenditur. 8 Latino. 9 Voluntate, & præordinatione Deorum, quia constituerant Dii, ut per filiam Æneas regnum obtineret, & genus suum Italico sanguini commisceret. 10 In flore juventæ. 11 Proles virilis. 12 Sine fratre. 13 Regiam. 14 Quia regales. 15 Paterni regni hæres conservabat, aut possidebat. 16 Lavinia. 17 Martiali copulæ. 18 Matrimonium. 19 Præpotentes viri. 20 Unicam filiam. 21 Matrimonio. 22 Eam. 23 Rutulorum rex, Dauni filius. 24 Majoribus suis. 25 Latini regis uxor Amata. 26 Scil. *sibi*, id est, constituere maritum filiæ suæ. 27 Prodigia & monstra, quæ portendebant ac incutiebant Amatæ terrorem divinæ iræ, ne scil. auderet Turno filiam dare nuptum. 28 Terribilibus signis. 29 Matrimonio & conatibus Amatæ.

Lau-

[30] Laurus erat tecti [31] medio in [32] penetralibus altis; [59]
[33] Sacra comam, multosque [34] metu [35] servata per annos:
[36] Quam [37] pater inventam, primas cùm conderet [38] arces,
Ipse [39] ferebatur Phœbo sacrasse Latinus,
[40] Laurentisque ab [41] eâ nomen possuisse [42] colonis.
[43] Hujus apes summum [44] densæ (mirabile dictu)
Stridore intengi, liquidum trans æthera [45] vectæ, [65]
Obsedêre [46] apicem, &, [47] pedibus [48] per mutua nexis,
[49] Examen [50] subitum [51] ramo frondente pependit.
[52] Continuò vates, Externum cernimus, inquit,
Adventare [53] virum, & [54] partis petere [55] agmen easdem
[56] Partibus ex iisdem, & [57] summâ dominarier [58] arce. [70]
[59] Præterea, [60] castis [61] adolet dum altaria tædis,
Et juxta genitorem adstat Lavinia virgo,
[62] Visa (fas) [63] nefas) longis comprendere [64] crinibus ignem,
Atque omnem ornatum flammâ [65] crepitante cremari;

30 Primum prodigium, scilic. Examen apum, considentium in apice lauri. 31 Scil. *in*. 32 Interioribus ædium locis, quæ planè, ut religiosa, ita inaccessa erant. 33 Habens frondem sacram. 34 Religione, quæ nascitur ob timorem. *Primus in orbe Deos fecit timor.* 35 Observata. 36 Laurum. 37 Laviniæ. 38 Regiæ. 39 Dicebatur Apollini, ut vaticiniorum præsidi, consecrasse. 40 Laurentis urbis, *vel*, Laurentes populos, id est, ut dicerentur Laurentes. 41 Lauro. 42 Incolis, sive habitatoribus ejus loci. 43 Lauri. 44 In unum collectæ. 45 Quæ advolaverant. 46 Cacumen. 47 Earum. 48 Per mutuas intricationes complicatis. 49 Fœturæ sive multitudo & collectio apum in morem uvæ condependentium, quæ ex alvearibus suis evolaverant. Nam alias transfertur ad quamlibet multitudinem. Sic apud Liv. *Examina avium*. Just. 25. lib. 8. *Quamquam Gallorum ea tempestate tantæ fœcunditatis juventus fuit, ut Asiam omnem veris examine aliquo implerent.* *Examen* quoque stillus est in lance sive statera, qui, quò pondus severgit, exit. Undè metaphoricè ponitur pro exacto judicio. Vide quæ nos ad Flor. p. 213. 50 Subitò apparens. 51 Scil. *de*. 52 Statim viso illo portento. 53 Maritum. 54 Ubi laurus est. 55 Virorum. 56 Id est, ex eodem mari infero, undè venêre apes, advenire. 57 Scil. *in*. 58 Sicut apes summum apicem obsederant. 59 Secundum prodigium, scilic. Flamma lambens. Ductum videtur ex historiâ Servii Tulli: quâ memoriæ proditum est, flammam, caput ejus lambentem, regnum ei portendisse: de quâ lege Cicer. de Divin. l. 1. Val. Max. 1. 6. 1. Liv. 1. 39. Flor. 1. 6. 1. & quæ nos ibid. 60 Impollutis. 61 Latinus incendit. 62 Illa visa est. 63 Quod nefas videtur, & bellum portendere cruentum. 64 Quæ res claritatem ejus, ad quam perventura erat, indicabat. 65 Multum sonante.

[66] Regalisque accensa comas, accensa coronam
Insignem gemmis: [67] tum [68] fumida lumine fulvo
Involvi, ac totis [69] Volcanum spargere [70] tectis.
Id verò horrendum, ac visu mirabile [71] ferri:
Namque fore [72] illustrem [73] famâ fatisque canebant
Ipsam; sed populo magnum [74] portendere bellum.
At [75] rex sollicitus [76] monstris, [77] oracula Fauni,
[78] Fatidici genitoris, adit, [79] lucosque [80] sub [81] altâ
Consuli [82] Albuneâ; nemorum [83] quæ maxima [84] sacro
[85] Fonte sonat, [86] sævamque [87] exhalat opaca [88] mephitim.
[89] Hinc Italæ gentes, omnisque [90] Oenotria tellus:
In [91] dubiis [92] responsa petunt. [93] Huc [94] dona [95] sacerdos
[96] Cùm tulit, & [97] cæsarum ovium [98] sub nocte silenti
[99] Pellibus * incubuit [1] stratis, [2] somnosque petivit,
Multa modis simulacra videt volitantia miris:
Et [3] varias audit voces, [4] fruiturque deorum
Colloquio, atque imis [5] Acheronta [6] affatur Avernis.
Hîc, & tùm [7] pater ipse petens responsa Latînus,

66 Regaliter ornatas. 67 Deinde visa est. 68 Exsistens fumosa. Quæ res tristitiam portendebat, quia fumus lacrimas excitat. 69 Ignem lambentem. 70 Quod signum erat belli ab eâ gerendi. 71 Ferebatur. Enallage modi. 72 Claram & nobilem. 73 Propter Romanos, qui indè habituri erant. originem. 74 Porrò, id est, prorsum tendere, prædicere, præmonstrare. 75 Latinus. 76 Prodigiis hisce. 77 Loca, ubi responsa dabantur. 78 Fata dicentis & annuntiantis. 79 Consilium petit ab iis, qui præerant lucis. 80 In. 81 Densissima. 82 Fonte, & nemore agri Tiburtis, sacro Albuneæ Nymphæ. 83 Albunea silva. 84 Omnis enim fons alicui Deo dicatus. 85 Habet fontem cum sonitu defluentem. 86 Gravem. 87 Exspirat condensa, & umbris tecta. 88 Sulphureum vaporem, assurgentem ex aquis Albulis, cujus gravi odore affiati futura canebant. 89 Ab hac silva & fonte. 90 Italia primùm dicta est Hesperia, deinde Ausonia, mox Œnotria, ab *Oenotro*, Lycaonis filio, Arcade huc advecto. Cluv. 1. 1. c. 91 Casibus. 92 Oracula Deorum. 93 Ad hanc silvam. 94 Sacrificia. 95 Eorum scil. qui responsa petunt, & nunc ipsius Latini. 96 Al. *contulit*. 97 Mactatarum. 98 Tempore nocturno. 99 Velleribus. Oraculum autem consulturus purgabatur primùm, deindè cæsi arietis pelli incubuit, hinc per somnium captabat responsum. * Ad captanda oracula. 1 Ad sacrificium instratis. 2 Ad suscipiendas visiones. 3 Ob multa simulacra. 4 Per averni specum colloquium habet cum Diis infernis. 5 Potestates quæ sunt in Acheronte. 6 Dormiendo. 7 Ab honore.

Cen-

[8] Centum lanigeras mactabat [9] ritè [10] bidentis:
Atque [11] harum [12] effultus tergo, stratisque jacebat
Velleribus. [13] Subita ex [14] alto vox reddita luco est:
Ne [15] pete connubiis [16] natam [17] sociare [18] Latinis,
O mea progenies, thalamis neu [19] crede [20] paratis.
Externi venient [21] generi, qui [22] sanguine nostrum
Nomen in astra [23] serent, quorumque ab stirpe [24] nepotes
Omnia sub [25] pedibus, [26] quà sol [27] utrumque recurrens
Aspicit Oceanum, vertique regique videbunt.
Hæc responsa [28] patris Fauni, [29] monitusque [30] silenti
Nocte datos, non ipse suo [31] premit ore Latinus:
Sed circùm latè volitans jam Fama per urbis
Ausonias tulerat: cùm [32] Laomedontia [33] pubes
Gramineo ripæ [34] religavit ab aggere [35] classem.
Æneas, primique duces, & pulcher Iülus
[36] Corpora sub ramis [36] deponunt arboris altæ:
Instituuntque dapes, & adorea [37] liba per herbam
[38] Subjiciunt epulis, (sic Juppiter ipse monebat)
Et [39] Cereale solum pomis agrestibus augent.
[40] Consumptis hîc fortè [41] aliis; [42] ut vertere morsus
Exiguam in [43] Cererem [44] penuria adegit edendi,
Et [45] violare [46] manu, [47] malisque audacibus [48] orbem

8 Numerus certus pro incerto. 9 Juxta morem. 10 Oves biennes. 11 Centum ovium. 12 Sustentatus. 13 Subitò. 14 Altarum arborum. 15 Quære. 16 Filiam tuam Laviniam. 17 Conjungere. 18 Alicujus viri è Latio. 19 Confide. 20 Turno. 21 Gener. Synecdoche numeri. 22 Propagatione suâ. 23 Efferant. 24 Ut Augustus. 25 Imperio suo, & potestate. 26 Ab eâ parte, quâ &c. 27 Orientalem & Occidentalem. 28 Sui. 29 Admonitiones. 30 Cum nullus adesset arbiter. 31 Non tacet, nec celat; sed protinus divulgat, & aperit. 32 Trojana, à Laomedonte denominata. 33 Juventus: quia senes in Sicilia ferè manserant. 34 Iterum firmiùs ligavit. 35 Suam. 36 Recubant. 37 Ex farre, melle, oleo placentas factas. 38 Supponunt. 39 Onerant, accumulant mensas, id est, liba adorea, vel quadras è pane, sustentantes cibum, fructibus, aliisque eduliis. *Solum* enim id omne dicitur, quod aliquid sustinet. 40 Comesis. 41 Eduliis. 42 Postquam. 43 Mensas adoreas. 44 Inedia & defectus edulii. 45 Mensæ enim sacræ habitæ. 46 Frangendo. 47 Maxillis. *Mala* enim est pars faciei eminens inter oculum, nasum & buccam. 48 Placentam orbicularem in quattuor partes secta.

Fa-

[49] Fatalis [50] crusti, [51] patulis nec parcere [52] quadris; 115
Heus! etiam mensas [53] consumimus! inquit Iülus,
[54] Nec plura [55] alludens. Ea vox audita laborum
Prima [56] tulit finem, primamque loquentis ab [57] ore
[58] Eripuit [59] pater, ac stupefactus [60] numine [61] pressit.
Continuo, Salve [62] fatis mihi debita Tellus, 120
Vosque, ait, ô fidi Trojæ salvete [63] Penates.
[64] Hîc [65] domus, hæc patria est: [66] genitor mihi talia, (namque
Nunc [67] repeto) Anchises fatorum [68] arcana reliquit:
[69] Cùm te, nate, fames ignota ad litora vectum
[70] Accisis coget [71] dapibus consumere [72] mensas; 125
Tùm sperare domos defessus, ibique memento
Prima locare manu [73] molirique aggere tecta.
Hæc erat [74] illa fames: hæc nos [75] suprema [76] manebat,
[77] Exitiis positura [78] modum.
[79] Quare agite, & [80] primo læti cum lumine Solis, 130
[81] Quæ loca, quive [82] habeant homines, ubi [83] mœnia [84] gentis,
[85] Vestigemus, & à portu [86] diversa petamus.
Nùnc [87] pateras [88] libate [89] Jovi, precibusque [90] vocate

49 A fatis, ut ita absumatur, provisi. Erat enim in fatis, & ab Harpyia Celæno prædictum suprà lib. 3. v. 255. non prius habituros errorum, & laborum finem, quàm dira eos fames adegisset mensas absumere. 50 Partis durioris, & exterioris ipsius panis. 51 Apertis. 52 Frustis panis in formam quadratam incisis. 53 Comedimus. 54 Scil. *erat*. 55 Ad oraculi conformitatem, id est, non plura dicebat, quæ oraculo responderent. 56 Attulit. 57 Ascanii. 58 Eam vocem scil. vix exspectans, donec totam eloqueretur. 59 Æneas. 60 Oraculi fide, & miraculo. 61 Suppressit eam vocem, ut posset ipse precari. 62 Ex fatorum promissione. 63 Dii domestici. 64 Quò nunc appulsi sumus. 65 Scilic. *firma*. 66 Tribuit patri quod ei dixerat Harpyia: vel fortè idem prædixerat Anchises. 67 Memoria revolvo. 68 Secreta. 69 Verba sunt Anchisæ. 70 Circumcisis, & corrosis, ita ut nihil reliquum sit. 71 Obsoniis. 72 Super quas cibum pones. 73 Cum molimine munire mœnibus primam urbem. 74 Quam pater prædixerat. 75 Ultima. 76 Exspectabat. 77 Maris erroribus & periculis: *nam terrâ graviora manent*. 78 Finem. 79 Exhortatur socios ad explorandam regionem. 80 Ut primùm Sol crastinus ortus fuerit. 81 Scil. *hæc sint*. 82 Incolunt, habitent: ut Græcè ἔχειν. 83 Scilic. *sint*. 84 Hujus populi. 85 Exploremus. 86 Loca. 87 Vina è pateris. Continens pro re contenta. 88 Offerre degustantes. 89 Fatorum auctori. 90 Invocate.

[91] Anchisen [92] genitorem, & vina [93] reponite mensis.
Sic deindè effatus, [94] frondenti [95] tempora ramo
[96] Implicat, & [97] Geniumque loci, [98] primamque Deorum
[99] Tellurem, Nymphasque, & adhùc ignota precatur
* Flumina: [1] tùm Noctem, noctisque orientia signa,
[2] Idæumque Jovem, [3] Phrygiamque [4] ex ordine [3] Matrem,
Invocat, & [5] duplicis Cœloque, Ereboque [6] parentes.
Hîc [7] pater omnipotens ter [8] cœlo [9] clarus ab alto
Intonuit: radiisque [10] ardentem lucis, & [11] auro,
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem.
[12] Diditur hic subitò Trojana per agmina rumor,
Advenisse diem, quo [13] debita mœnia condant.
Certatim [14] instaurant epulas, atque [15] omine magno
[16] Crateras læti statuunt, & [17] vina [18] coronant.
[19] Postera cùm primâ [20] lustrabat [21] lampade terras
Orta dies; urbem, & finis, & litora gentis
[22] Diversi explorant: [23] hæc fontis stagna [24] Numici,
Hunc Thybrim fluvium, hîc fortis habitare [25] Latinos.

91 Consecratum scil. ut lib. 5. 92 Patrem meum. 93 Iterum ponite: nam propter verba Ascanii turbata erant omnia. 94 Viridi. 95 Caput. 96 Cingit, coronat ritu sacrificantium. 97 Deum Topicum, scil. Apollinem, ut volunt. Regionem aliquam ingressis religiosi moris erat Genios loci, Deosque Topicos salutare. 98 Quia mater Deorum dicitur. 99 Deam terræ, id est, Opim. * Deos fluminum. 1 Deindè post Deos locorum. 2 Ab Ida monte Phrygiæ, vel Ida Cretæ, in qua natus & educatus dicitur Juppiter. 3 Cybelem. 4 Quia prima reverentia debebatur Jovi. 5 Venerem apud Superos. Anchisen apud inferos. 6 Suos. 7 Juppiter scil. significans ejus se preces exaudisse. 8 Aëre. 9 Claro sono & sereno cœlo; quod fausti erat omnis. 10 Resplendentem. 11 Fulgore aureo. 12 Longè, latèque spargitur. Lucret. lib. 5. de fulmine: *indè omnis flammarum* diditur *ardor*. 13 Fatis promissa. 14 Ex novo instituunt. Dixerat jam. Et vina reponite mensis. 15 Tali augurio læti. 16 Magna pocula vinaria constituunt. 17 Pocula. Metonymia. 18 Non vino tantum ad summam coronam & marginem implent; sed & crateras floreis coronis ornant, convivalis hilaritatis causa & libationis. 19 Matutini temporis descriptio. 20 Inspiciebat. 21 Luce Solis. 22 Ii diversa abeuntes, in diversas partes profecti. 23 Et explorando ab incolis discunt, & explioratum referunt, hæc esse stagna Numicii, &c. 24 In hoc fluvio bello Latino ultimo submersus creditur Æneas. 25 Scil. *populos*.

Tùm

Tùm [26] satus Anchisa delectos [27] ordine [28] ab omni
Centum [29] oratores [30] augusta ad mœnia [31] regis
Ire jubet, ramis [32] velatos [33] Palladis omnes:
Donaque ferre [34] viro, pacemque exposcere Teucris:
[35] Haud mora: [36] festinant [37] jussi, rapidisque feruntur
Passibus. [38] Ipse humili designat mœnia fossâ,
[39] Moliturque locum; primasque in litore [40] sedes,
[41] Castrorum in morem, [42] pinnis, atque [43] aggere cingit.
Jamque [44] iter emensi, turres ac tecta [45] Latinorum
Ardua cernebant [46] juvenes, [47] muroque subibant.
Ante urbem pueri, & [48] primævo flore juventus,
Exercentur equis, domitantque in pulvere [49] currus:
Aut [50] acris tendunt arcus, aut [51] lenta lacertis
[52] Spicula contorquent, [53] cursuque ictuque lacessunt.
Cùm [54] prævectus equo, [55] longævi regis ad auris
Nuntius ingentis ignotâ in veste reportat
Advenisse viros. [56] Ille intra tecta vocari
Imperat, & [57] solio medius consedit [58] avito.
Tectum [58] augustum, ingens, centum [59] sublime columnis,

26 Procreatus. 27 Qualitate dignitatis. 28 Ex. 29 Legatos. Sic lib. 11. *Centum* oratores *prima de gente Latinos Ire placet.* 30 Augurio consecrata: *vel* majestatis plena. 31 Latini. 32 Coronatos. 33 Olivæ paciferæ, cujus inventrix dicitur Pallas: ut qui pacem peterent. 34 Latino. 35 Scil. *sit.* 36 Ire. 37 Oratores scil. 38 Æneas scil. auctor legationis. 39 Vallis munit. 40 Habitationes, atque oppidum primum. 41 Ut castra metari solent. 42 Vallis acutis. *Pinnæ* sunt summitates mœnium & vallorum. 43 Terra aggesta & accumulata, vel, muro, in quo sunt pinnæ. 44 Viam. Redit ad legatos, seu oratores. 45 Al. *Latini*: ad cavendum Hypermetrum. 46 Oratores sive legati. 47 Sub murum. Al. *muros.* 48 In primo flore ævi sui, id est, qui puberes erant. Nam 16. ætatis anno adhuc tirones erant. 49 Equos sub curribus: *vel*, equos currentes in pulvere. Allusum autem ad exercitia pubis & juventutis Romanæ. 50 Fortes, & acriter expellentes sagittas. 51 Tenuia, & flexibilia. 52 Jacula. 53 Et fatigant, & impellunt illa simul ex impetu cursus & brachiorum tunc, *cùm prævectus*, &c. 54 Al. *provectus.* 55 Latini, qui senex erat & grandæva. 56 Rex. 57 In sede regali, in qua avus ejus Picus solebat jura dicere: *vel*, ab avis frequentata. *Avitum* enim dicitur, quod ab avo aut aviâ ad nos pervenit. 58 Augurio consecratum. 59 Erectum. Videtur alludere ad domum Augusti in palatio conditam.

Ur-

[60] Urbe fuit [60] summâ, Laurentis regia Pici,
[61] Horrendum silvis, & religione parentum.
[62] Hic [63] sceptra accipere, & primos [64] attollere fascis
Regibus [65] omen erat: [66] hoc illis curia templum,
Hæ [67] sacris sedes epulis: hîc ariete [68] cæso 175
[69] Perpetuis [70] soliti [71] patres [72] considere mensis.
[73] Quin etiam veterum [74] effigies ex ordine avorum
Antiquâ è [75] cedro; [76] Italusque, paterque Sabinus,
[77] Vitisator, curvam servans [78] sub imagine [79] falcem,
[80] Saturnusque senex; [81] Janique [82] bifrontis imago, 180
[83] Vestibulo adstabant: aliique [84] ab origine reges,
[85] Martia qui ob patriam pugnando volnera passi.
Multaque prætereà [86] sacris in [87] postibus [88] arma,
[89] Captivi pendent currus, curvæque secures,
Et [90] cristæ capitum, & [91] portarum [92] ingentia claus- 185
tra,

60 Ἐν πόλει ἀκροτάτῃ Acropoli: ad arcem urbis. 61 Arboribus consitum, quarum horror sacrum quemdam horrorem animis incuteret. 62 In hoc tecto, Allusum ad Rom. mores, Capitolii, Curiæ Hostiliæ, palatii: undè magistratus fasces desumebant, ubi sacra curabant, epulas dabant. 63 Insignia regalia. 64 Constituere lictores, qui fasces ferant. 65 Faustum initium. 66 Scilicet *erat*. 67 Sollemnibus. 68 Ad sacrificium. 69 Continuis, & sine intermissione protensis. 70 Erant. 71 Proceres, & Senatores. 72 Alludit ad priscorum Romanorum ritum, quo sedentes epulari solebant. 73 Insuper. 74 Statuæ, stemmata, simulacra. 75 Quæ cariem non sentit. Atque ita perpetuarum statuarum monumenta, à materiâ ostendit. 76 Enumerat priscos Italiæ, sive Aboriginum reges. 77 Qui primus apud Italos vitem sevit. 78 Sub simulacro suo. 79 Quâ vitem putare docuit. 80 Hic cœli & terræ filius fuit, ac à Jove filio fugatus in Italiam ad Janum venit, à quo in regni societatem, propter virtutem & prudentiam, receptus fuit. Monstravit enim incolis rationem plantandi vites, & metendi segetes. 81 *Janus* dictus est à *januis*, quod januis præsset. Primus docuit Italos vinum & far ad sacrificia, & religionem magis, quam ad esum & potum. 82 Appellatur autem *bifrons*, ob singularem prudentiam, quâ præviderit futura, & præterita scieverit. 83 In primo introitu. 84 Aboriginum reges: *vel*, perpetua serie à prima origine ad Latinum regem. 85 Qui in bellis pro patriâ pugnando ceciderunt. 86 Arma Diis consecrata sustinentibus. 87 Alludit ad Capitolium & Curiam Romanam, in quæ hostium spolia, & rostra navium illata fuerant. 88 Spolia. 89 Quos captivis abstulerunt. 90 Galeæ, quæ sunt capitum munimenta. Synecdoche. *Cristæ* propriè dicitur comus ille in vertice galli. 91 Urbium captarum. 92 Ingentes seræ.

Spi-

[93] Spiculaque, clipeique, [94] ereptaque rostra carinis.
Ipse [95] Quirinali lituo, [96] parvâque [97] sedebat
Succinctus [98] trabeâ, lævâque [99] ancile gerebat
Picus, [1] equûm domitor: quem [2] capta cupidine [3] conjunx
[4] Aurea percussum [5] virgâ, [6] versumque venenis,
Fecit avem Circe, sparsitque [7] coloribus [8] alas.
Tali intùs templo divom, [9] patriâque Latinus
Sede sedens Teucros ad sese in tecta vocavit:
Atque hæc [10] ingressis [11] placido [12] prior [13] edidit ore:
Dicite Dardanidæ, (neque enim nescimus & [14] urbem
Et genus, [15] audivique [16] advertitis [17] æquore cursum.
Quid petitis? quæ causa rates, aut [18] cujus egentes
Litus ad [19] Ausonium per tot [20] vada cærula vexit?

93 Jacula. 94 Munimenta navium ærea proris illarum navalibus prælîis detracta: cujusmodi posteà Romæ Antiatibus ademptæ, ad Curiam Hostiliam suspensa fuêre: à quibus ipse locus nomen etiam fuit sortitus. 95 Baculo augurali incurvo, quali postea Romulus usus fuisse dicitur: qui ab ejus, quo cadtur, ditui similitudine nomen inveniri. Hoc autem lituo utebantur augures ad designanda in cœre spatia, quæ *templa* appellata sunt. Fuit autem hic *lituus* baculus ipsius Romuli, conservatus in Palatino colle, usque ad Gallorum tempora, à quibus capta, incensaque Roma fuit, sepsi posteà ejectis à Camillo hostibus, inter altissimos cinerum cumulos illæsus, cùm omnia ignis consumpsisset, inventus est. Est etiam *lituus* genus buccinæ incurvæ: quâ qui cecinerit *Liticen* dicitur. Virg. *Et* lituo *pugnas insignis obibat & hasta.* 96 Brevi. 97 In sculpturis. 98 Tunica, quam augures cocco, & purpurâ trabeatim intertextam gerebant, aliam ab hac reges, aliam equites induebant. 99 Scutum breve, & undique rotundum, sine angulis, & ἄγκυλον, id est, incurvum. Dictum est *ancile*, ab *ancisione*, quod sit ab omni parte veluti ancisum, id est, circumcisum & rotundum, regnante Numâ cœlo delapsum. Ovid. *Idque ancile vocant, quòd ab omni parte recisum est: Quemque notes oculis anguilis omnis abest.* Vide quæ nos ad Val. Max. pag. 5. & Flor. pag. 18. 1 Qui ad libitum equis uti sciebat in bellis. 2 Irrerita illius amore. 3 Circe, quæ conjux non erat, sed esse volebat: uxorem enim Picus habuit Canentem, Jani ex Venilia filiam. Vide Ovid. Met. 14. 4 Pulchra. 5 Solis filia. Alîis placet, ut contractus sit Ablativus; & referatur ad *virga*. 7 Magicâ. 8 Et mutatum veneficis ejus. 7 Variis scil. 8 Pici scil. in Picum avem mutati. 9 Quam paterna hæreditate possidebat. 10 Trojanis oratoribus seu legatis. 11 Benevolentiam indicante. 12 Legatorum enim fuerat, ut ipsi ante loquerentur. 13 Locutus est. 14 Urbem vestram Trojam. 15 Et vos cogniti ex auditu, & relatione: quia sæpè audivimus de vobis. 16 Ad nos. 17 Per æquor. 18 Rei. 19 Italicum. 20 Maria periculosa.

Si-

Sive errore viæ, seu tempestatibus acti,
([21] Qualia multa mari nautæ patiuntur in [22] alto)
[23] Fluminis intrastis ripas, [24] portuque sederis,
Ne fugite [25] hospitium; neve ignorate Latinos,
[26] Saturni gentem, [27] haud vinclo, nec legibus [28] æquam,
[29] Sponte sua, [30] veterisque Dei se more tenentem.
Atque equidem memini (fama est obscurior [31] annis)
[32] Auruncos ita ferre senes, his ortus ut agris
[33] Dardanus Idæas [34] Phrygiæ penetravit ad urbis
Threiciamque Samum, quæ nunc Samothracia fertur.
[35] Hinc [36] illum [37] Corythi Tyrrhenâ ab sede [38] profectum,
[38] Aurea nunc [39] solio [40] stellantis regia cœli
Accipit; & numero divorum [41] altaribus addit.
[42] Dixerat. Et [43] dicta [44] Ilioneus sic [45] voce secutus:
[46] Rex, genus egregium [47] Fauni, nec fluctibus actos
[48] Atra subegit hiems vestris succedere terris,
Nec [49] sidus [50] regione viæ, [51] litusve fefellit.
Consilio [52] hanc omnes animisque [53] volentibus urbem

21 Scil. *malâ*, ut errorem & tempestatem. 22 Mari. 23 Scil. *hujus*, id est, Tybridis. 24 Ad portum. 25 Nostrum. 26 Cui Saturnus aliquando præfuit. 27 Non pœnis & legibus coërcitam, & coactam. *Non vincla minacia collo Æres ligabantur.* Ovid. Metam. *sed vindice nullo. Sponte tua sine lege fidem, rectumque colentem*, referentem scil. aurei sæculi mores. 28 Justam. 29 Sed suapte natura. 30 Saturni, proavi mei: quo regnante, aurea erant sæcula, & summa sine legibus æquitas. 31 Propter annositatem: quia multi interfuerant ævi. 32 Veteres Campaniæ populos, Rutulis vicinos. 33 Dardanus, Jovis ex Electrâ filius, propter fratrem Iasium interemptum ex Italiâ in Samothraciam fugit, indè Phrygiam: sacra, quæ ex Italia secum asportavit, retulit multa post sæcula Æneas. 34 Quia est etiam Ida in Cretâ. 35 Ab hac regione qui profectus est. 36 Dardanum. 37 Arcis Etruscæ, *Coriona*. Vide lib. 3. *Coritum ejectásque requiêt Asiorias.* 38 Pulcherrima. 39 Sede regali. 40 Stellati, aut stellas ferentis. 41 Sacrificiis sibi factis, id est, ipse nunc inter Deos superos versatur. 42 Latinus. 43 Latini. 44 Facundissimus inter oratores, qui & lib. 1. Æneæ apud Didonem Trojanorum causam egit. 45 Sermone. 46 Benevolentiam conciliat ab honore, & genere. 47 Antiquissimus hic omnium regum in Latio, qui Aboriginibus imperavit, fuit, quos ab agresti, incultâque vitâ ad mansuetiorem vitæ cultum assuefecit. 48 Tempestas caliginosa & nubilosa coëgit nos intrare vestras terras. 49 Sideris observatio, ad quod solent nautæ navigationis suæ cursum dirigere. 50 Sc. *ignotâ*. 51 Nos. 52 Ad hanc urbem. 53 Deliberatis.

Adferimur pulsi regnis, quæ [54] maxima quondam
[55] Extremo veniens Sol aspiciebat [55] Olympo.
Ab Jove principium [56] generis: Jove [57] Dardana pubes
Gaudet [58] avo. [59] Rex ipse Jovis de gente [60] supremâ
Troius Æneas tua nos ad limina misit.
Quanta per [61] Idæos [62] sævis effusa [63] Mycenis
[64] Tempestas [65] ierit campos; [66] quibus [67] actus uterque
Europæ atque Asiæ fatis concurrerit [68] orbis,
[69] Audiit: & [70] si quem tellus [71] extrema [72] refuso
[73] Summovet Oceano, [74] & si quem [75] extenta plagarum
Quattuor in medio [76] dirimit [77] plaga Solis iniqui.
[78] Diluvio ex illo tot [79] vasta per æquora vecti,
DIs sedem exiguam patriis, litusque rogamus
[80] Innocuum, & [81] cunctis undamque [82] auramque patentem.
Non erimus [83] regno indecores: nec vestra feretur
Fama [84] levis, tantive [85] abolescet gratia facti:
Nec [86] Trojam [87] Ausonios [88] gremio excepisse pigebit.
Fata per [89] Æneæ juro, dextramque potentem,

54 Potentissima, id est, pulsi è regno Trojano. 55 A primâ parte cœli. 56 Nostri. 57 A Dardano orta. 58 Quia fuit pater Dardani. 59 Noster. Commendatio Æneæ à generis nobilitate. 60 Summâ. 61 Trojanos. 62 Immanibus, propter principem. 63 Patriâ Agamemnonis. 64 Belli. 65 Debacchata sit. 66 *Græcia Barbarie lento collisa duello.* Hor. 1. ep. 1. 1. 67 Impulsus. 68 Pars mundi. 69 Audierunt id, & qui extra Herculeas fauces, quia se refundit Oceanus, habitant; & si qui sub torridâ Zonâ, quæ media est quatuor aliarum, degant. 70 Si quis est, *quem* &c. id est, si quis procul habitat. 71 Remotissima. 72 Per Oceanum refluum. 73 Separat à nobis. 74 Et is audiit, si quis est, *quem* &c. 75 Id est, quinta, quæ utrimque habet duas, unam temperatam, & unam frigore inhabitabilem. 76 Separat à nobis. 77 Regio solis nimium torrentis, id est, si quis est, quem Zona torrida separat à nobis, (is audivit commotionem Trojani belli. 78 Clade universa, sive inundatione & incendio belli & excidii Trojani. 79 Amplissima. 80 In quo nos innocui habitemus, & unde vobis nihil sit detrimenti. 81 Jure naturæ, & gentium aquæ & aëris usum liberum. 82 Aërem, qui omnibus parere debet. 83 Regno vestro ad dedecus, id est, ornabit vos societas nostra. *Hic & hæc indecor* dicitur. 84 Parvi momenti ac ponderis. 85 In oblivionem ibit. 86 Trojæ reliquias, Æneadas, qui novam Trojam exstruant. Metonymia. 87 Italos. 88 Receptaculo terræ suæ. 89 Quæ impulerunt ipsum Italiam petere.

Si-

[90] Sive fide, seu quis bello est [91] expertus & armis;
[92] Multi nos populi, multæ (ne [93] temne, quod ultrò
[94] Præferimus manibus [95] vittas ac [96] verba precantia)
Et petiêre sibi, & voluêre adjungere [97] gentes.
Sed nos fata Deûm vestras exquirere terras
Imperiis [98] egêre suis. [99] Hinc Dardanus ortus,
* Hùc repetit; jussisque ingentibus [1] urguet Apollo
[2] Tyrrhenum ad Thybrim, & fontis vada sacra Numici.
[3] Dat tibi prætereà [4] Fortunæ parva prioris
Munera, relliquias Trojâ ex ardente receptas.
[5] Hoc [6] pater Anchises auro [7] libabat ad aras:
[8] Hoc Priami [9] gestamen erat, cùm [10] jura vocatis
[11] More daret populis; sceptrumque, [12] sacerque tiaras,
[13] Iliadumque labor vestes.
[14] Talibus Ilionei dictis defixa Latinus
[15] Obtutu tenet ora, soloque immobilis [16] hæret,
[17] Intentos volvens oculos. Nec [18] purpura [19] regem
[20] Picta [21] movet, nec sceptra movent Priameia [22] tantùm,
Quantùm in connubio natæ, thalamoque [23] moratur:

90 Sive quis periculum fecerit de fide ejus, seu bello & armis. 91 Eum, aut eam. 92 Siculi, Pœni. 93 Contemne. 94 Prætendimus ante nos. 95 Serta alligata ramis olivæ, Supplices pacem, aut veniam petentes præferebant oleæ ramos laneis vittis obvolutos, qui repræsentarent manus velamentis illigatas, vinctas, & sese dedentes. Humilem, orationem more supplicantium, id est, ne ideò, quia humiles & pacifici ad te accessimus, nos contemnas; quia, quod à te petimus, multi ultrò obtulerunt. 97 Carthaginenses, Epirotæ, Siculi. 98 Coëgerunt, impulerunt. 99 Quis Dardanus, auctor generis nostri, ortus est ex his terris. * Et Dardanus repetit has terras, in quibus nunc sumus. 1 Constringit manere. 2 Qui influit in mare Tyrrhenum. 3 Rex Æneas. 4 Scil. *respectu*. 5 Hac patera aurea, hoc cratere aurato. 6 Æneæ. 7 Libare solebat. 8 Quod tibi nunc repræsento. 9 Capitis ornamentum, id est, diadema. 10 Edicta & leges. 11 Ex consuetudine. 12 Sacerdotis pileus, seu mitra, infulis ornata, quâ in sacris utebatur. Persis & Turcis hodie in usu: *Een Turckschen Tulbant*. 13 Aut Trojanorum mulierum acu pingentium, aut Phrygiorum, qui acu pingunt vestes regias & sacras. 14 Propter talem orationem. 15 Cum firmo conspectu continuò deorsum. 16 Inhæret. 17 Ipse intentus. 18 Vestis purpurea. 19 Latinum. 20 Acu laborata, quod Phrygum inventum fuit: ita ut adhuc *acu pictores Phrygiones* appellentur. 21 Delectat, affigit, sollicitat. 22 In tantum. 23 Animadvertens advenisse generum oraculo promissum.

Et [24] veteris Fauni vo[25]vit sub pectore sortem.
[26] Hunc illum fatis [27] externâ ab sede profectum
[28] Portendi generum, [29] paribusque in regna vocari
[29] Auspiciis: [30] huic progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
[31] Tandem lætus ait: DI nostra incepta [32] secundent,
[33] Auguriumque suum. Dabitur, Trojane, [34] quod optas.
Munera [35] nec sperno. Non vobis rege Latino
Divitis [36] uber agri, Trojæve [37] opulentia deerit.
Ipse [38] modò Æneas ([39] nostri si tanta cupido est,
Si jungi [40] hospitio properat, sociusve vocari)
Adveniat; vultus neve exhorrescat amicos.
Pars mihi [41] pacis erit [42] dextram tetigisse [43] tyranni.
Vos contrà [44] regi mea nunc mandata referte.
Est mihi nata, viro gentis quam jungere [45] nostræ,
Non [46] patrio ex adyto sortes, non plurima [47] cœlo
Monstra sinunt: [48] generos externis adfore ab [49] oris,
Hoc Latio restare [50] canunt, qui [51] sanguine [52] nostrum
Nomen in astra [53] ferant. Hunc illum poscere fata
Et reor, & (si quid veri mens [54] augurat) opto.
Hæc effatus, [55] equos numero [56] pater eligit omni.

24 Dii pro Deo habiti, & ita magis credendi. 25 Oraculum, responsum. 26 Volvito, hunc Æneam, &c. 27 Respicit ad verba illius paterni oraculi, *Externi venient generi.* 28 Significari. 29 Pari providentiâ, & favore Deorum. 30 Et volvit, ex hoc viro, &c. 31 Post longam deliberationem. 32 Prospera faciant. 33 Et quod suo augurio nobis significaverunt. 34 Unda, aura, terra, pax, quæcumque optas. 35 Et libenter accipio, amo, grata habeo, ut firmior sit amicitia, & hospitalitas. Sic Horat. Od. 1. 1. 1. Nec *partem solido demere de die* Spernit, id est, amat, jucundum illi est frangere diem. 36 Ubertas, fœcunditas. 37 Plenitudo opum. 38 Tantummodò facite, ut, &c. 39 Amicitiæ & fœderis nostri. 40 Jure hospitalitatis. 41 Fœderis. Consequens pro antecedente. 42 Hæc enim amicitiæ, atque pacis symbolum esse dicitur. 43 Regis vestri. Τυράννου nomen initio honestum erat; postea principum improbitate odio esse cœpit. 44 Regi vestro Æneæ. 45 Latinæ, aut Italicæ. 46 Oracula ex secreto loco patrii Fauni. 47 Per cœlum significata, ut de flamma, & apibus. 48 Generum. Synecdoche. Occurrit fatis ab Ilioneo memoratis oraculum Fauno redditum Latino de genero externo. 49 Regionibus. 50 Vates, aut monstra indicant. 51 Propagatione sanguinis sui. 52 Latinum. 53 Extollant. 54 Auguratur, præsagit. 55 Quos illi donaret. 56 Latinus.

Sta-

Stabant [57] ter centum nitidi in præsepibus altis.
[58] Omnibus extemplo Teucris [59] jubet [60] ordine duci
Instratos [61] ostro [62] alipedes pictisque [63] tapetis.
Aurea [64] pectoribus demissa [65] monilia pendent:
[66] Tecti [67] auro, fulvum [68] mandunt sub dentibus [69] aurum.
[70] Absenti Æneæ currum [71] geminosque jugalis
[72] Semine ab ætherio, [73] spirantis [74] naribus ignem;
[75] Illorum de [76] gente, [77] patri quos [78] dædala Circe
[79] Subpositâ de [80] matre [81] nothos [82] furata [83] creavit.
[84] Talibus [85] Ænædæ donis dictisque Latini
Sublimis in equis redeunt, pacemque reportant.
Ecce autem [86] Inachiis sese referebat ab Argis
[87] Sæva [88] Jovis conjunx, [89] auraque invecta tenebat:
Et [90] lætum Æneam, classemque ex æthere [91] longo
[92] Dardaniam Siculo prospexit ab usque [93] Pachyno.
[94] Moliri jam tecta videt, jam fidere terræ:
Deseruisse rates. [95] Stetit acri fixa [96] dolore.
[97] Tùm quassans caput, hæc effundit pectore dicta:
Heu stirpem invisam, & [98] fatis [99] contraria nostris
Fata Phrygum! nùm * Sigeïs ** occumbere campis,

57 Trecenti equi. 58 Ad omnes illico Trojanos. 59 Rex. 60 Per ordinem meritorum. 61 Purpura. 62 Volucres pedes habentes. 63 Dicitur *Tapes*, *tapetis*, & *Tapetum*, *tapeti*. 64 Per pectora. 65 Ornamenta collorum, phaleræ. 66 Equi. 67 Phaleris auratis. 68 Mordent. 69 Fræna aurea. 70 Et jubet duci ad Æneam absentem. 71 Equos jugo aptos, & currui assuefactos duos. 72 Qui referant patres Solis equos *animosos ignibus illis, Quos in pectore habent, quos ore & naribus efflant.* 73 Efflantes. 74 Per nares. 75 Equorum. 76 Genere. 77 Soli. 78 Ingeniosa artifex, ut Dædalus erat. Lucret. lib. 1. de numine Veneris: *Tibi suavis* Dædala *tellus summittit flores; tibi rident æquora ponti.* 79 Equis patris, id est, Solis. 80 Mortali matre, equâ. 81 Ignobiles. 82 Subripiens eos. 83 Procreari fecit. 84 Cum talibus. 85 Socii aut legati Æneæ. 86 Ab Inacho olim regnatis: ad differentiam. Nam & Argi erant in Italiâ, à Diomede conditi. 87 In Trojanos. 88 Juno. 89 Et dùm invehebatur, tenebat, tamquam domina, aërem lenem. 90 De prospera legatione. 91 Procul. 92 Trojanam, ad litus Italicum applicitam. 93 Promontorio Siciliæ. 94 Eos cum molimine exstruere domos & oppida. 95 Impedita. 96 Invidia: qua *Siculi non invenêre tyranni Majus tormentum*, teste Horatio. 97 Deinde frequentèr concutiens, in signum vehementis iræ. 98 Voluntatibus: quia voluit imperium summum traducere in Carthaginem. 99 Immò victricia. * Trojanis: à *Sigæo* promontorio. ** Mori.

Nùm capti [1] potuêre [2] capi? nùm incensa cremavit
Troja viros? [3] medias acies, mediosque per ignes
Invenêre viam? [4] at (credo) [5] mea numina tandem
Fessa jacent, odiis aut exsaturata quievi.
Qin etiam patriâ [7] excussos [8] infesta per undas
[9] Ausa sequi & [10] profugis toto me opponere [11] ponto.
Absumptæ [12] in Teucros [13] vires cœlique marisque.
Quid [14] Syrtes, aut Scylla mihi, quid [15] vasta Charybdis
[16] Profuit? [17] optato conduntur Tybridis alveo,
[18] Secuti pelagi atque mei. [19] Mars [20] perdere gentem
[21] Immanem [22] Lapithûm valuit: concessit [23] in iras
[24] Ipse Deûm [25] antiquam genitor Calydona Dianæ:
[26] Quod scelus aut [27] Lapithas tantum, aut Calydona merentem?
Ast ego magna Jovis conjunx nil linquere [28] inausum
Quæ potui infelix, quæ memet [29] in omnia verti,
Vincor ab [30] Æneâ. Quòd si mea numina non sunt
Magna satis; [31] dubitem haud equidem implorare quod usquam est.
Flectere si nequeo Superos, [32] Acheronte movebo

1 Phryges. 2 Sic capi, ut nullis elaberetur? 3 Quod propter Æneam dicit, qui de se dixit in 1. Æn. *Expedior, dant tela locum flammæque recedunt.* 4 At me forte de essam, aut odiis exsaturatam cessare putant? Non ita. *Non sic abibunt odia* apud Sen. Herc. F. 5 Q. d. scilic. ironice. 6 Potestates meæ divinæ. 7 Trojanos expulsos. 8 Irata. 9 Contra fata, atque extra meæ ditionis regna, Neptuni scil. Quæritur conatus suos irritos fuisse. 10 Illis. 11 Per totum æquor, ubicunque fuerint. 12 Contra Trojanos. 13 Imbres, tempestates, &c. aëris vires, quæ tamen omnia incassum cesserunt. 14 Brevia, scopuli, maris monstra. 15 Valdè ampla. 16 Mihi scil. Q. d. Nihil. 17 Quem diu optaverunt. 18 Sine cura & metu de periculis maris, atque de periculis & malis, quæ ego inferre possem. 19 Iratus Pirithoo, quod in nuptiali solemnitate ab ipso præterritus fuisset: ceteris Diis adeoque Centauris invitatis, immisit furorem ad disturbandas nuptias, & exidium Lapitharum. 20 Interimere. 21 Ferocissimam. 22 Populorum Thessaliæ. 23 Suas iras in Calydona effundere, atque ita ulcisci, ut iræ suæ satisfaceret. 24 Juppiter permisit Dianæ ulcisci Oenea, regem Calydonis, immisso apro, quod de primitiis sacrificasset reliquis Diis, illa excepta. 25 Nobilem. 26 Quam sceleris pœnam tantam? 27 Merentibus. 28 Quod non auderem. 29 In omnes conatus, tàm dignos, quàm indignos. 30 Uno viro. 31 Certè non verear in auxilium meum ploratu illicere, quidquid numinis sit ubicumque. 32 Excitabo inferos Acherontæ colentes.

Non

[33] Non dabitur regnis, [34] esto, [35] prohibere Latinis,
[36] Atque [37] immota [38] manet fatis Lavinia conjunx. 314
[39] At [40] trahere, atque moras [41] tantis licet addere rebus:
At licet [42] amborum populos [43] exscindere regum.
Hac [44] gener atque socer [45] coëant mercede [46] suorum.
[47] Sanguine Trojano & Rutulo dotabere, [48] virgo:
Et [49] Bellona [50] manet te pronuba. [51] Nec face [52] tantùm
Cisseis [53] prægnans [54] ignis enixa [55] jugalis: 320
[56] Quin idem [57] Veneri partus suus, & [58] Paris alter,
[59] Funestæque iterùm ricidivat in Pergama [59] tædæ.
[60] Hæc ubi dicta dedit, terras horrenda petivit:
[61] Luctificam [62] Alecto, [63] Dirarum ab sede sororum
[64] Infernisque [65] ciet tenebris; [66] cui tristia bella, 325
Iræque, insidiæque, & [67] crimina [68] noxia [69] cordi.
Odit & ipse [70] pater Pluton, odêre [71] sorores
Tartareæ [72] monstrum: tot sese vertit in [73] ora,

33 Et si quis dicat, ne inferos quidem posse, cùm fata obstent, concedam ita esse, quòd non concederûr à fatis, &c. 34 *Concesso* 35 *Trojanos.* 36 *Atque* quod. 37 Immutabilis. 38 Æneæ. 30 Sed saltem. 40 Protrahere, & differre. Fata enim differri tantum, non prorsus tolli possunt. 41 Tam lætis ac felicibus. 42 Latini & Æneæ. 43 Bello exterminare. 44 Æneas & Latinus. 45 In amicitiam & fœdus. 46 Subditorum. 47 Quia utriusque effusionem quasi loco dotis adferes. 48 Lavinia, regis Latini filia. 49 Dea belli, haud ego. 50 Exspectat te, ut sit præfecta nuptiis tuis. 51 Neque enim Hecuba, Cissei filia, Priami uxor, sola experta est verè somniasse se parituram facem, quæ Trojani incenderet. 52 In tantum, quantum tu, aut solummodò, quia etiam tu. 53 Gravida. 54 Illicitis conjugiis patriæ suæ incendium, & exsitium illaturos. 55 Conjugales, id est, matrimonio conceptos. Facem enim parere se somniarat Hecuba, cum Paridem paritura esset, ut diximus. 56 Æneas erit alter Paris, Venus Hecuba, Lavinia Helena. 57 Qui per Venerem Paris Helenam rapuit. 58 *Similis Paridi*, quia erit raptor Lavinæ, Turno desponsatæ, ut Paris Helenæ, quæ Menelao nupserat. 59 Nuptiæ exsitiales, & quæ sint funeris causæ, non lætæ erunt in mœnia hæc Trojana, post ruinam restituta, vel iterum in interitum recisura. *Recidivum* enim dicitur, quod post casum restitutum denuò concidit, indè *febres recidivæ* dicuntur, in quas secundò recidimus. 60 Postquam Juno locuta est hæc. 61 Luctus facientem. 62 Furiam infernalem. 63 Aliarum Furiarum, Megæræ, & Tisiphones. 64 Infernalibus. 65 Excitat. 66 Furiæ Alectoï. 67 Ob quæ fiunt bella. 68 Nociva. 69 Voluptati & curæ sunt. 70 Inferorum. Veneratione autem hic nomen est, non naturæ. Nam *Furiæ* sunt Acherontis & Noctis filiæ: sequitur enim *Virgo fata Nocte.* 71 Reliquæ Furiæ, Tisiphone & Megæra. 72 Alecto. 73 Vultus horrendos.

Tam sævæ [74] facies, & [75] pullulat atra colubris.
[76] Quam Juno his [77] acuit verbis, ac talia fatur:
Hunc mihi da [78] proprium, virgo [79] sata Nocte, laborem,
[80] Hanc operam, [81] ne noster honos, [82] infractave [83] cedat
Fama loco: neu [84] connubiis ambire Latinum
Ænæadæ possint, Italosve obsidere finis.
Tu potes [85] unanimos armare in prælia [86] fratres,
Atque odiis [87] versare domos: [88] tu [89] verbera tectis,
Funereasque inferre faces: tibi nomina mille,
Mille nocendi artes. [90] Fecundum [91] concute pectus,
[92] Disjice [93] compositam pacem, sere [94] crimina belli;
Arma [95] velit [96] poscatque simul, [97] rapiatque [98] juventus.
[99] Exin * Gorgoneis Alecto infecta * venenis,
Principio Latium, & [1] Laurentis tecta [2] tyranni
Celsa petit, [3] tacitumque obsedit limen [4] Amatæ:
[5] Quam [6] super adventu Teucrûm Turnique [7] hymenæis
[8] Femineæ [9] ardentem curæque iræque [10] coquebant.
[11] Huic [12] Dea cæruleis unum de crinibus [13] anguem
Conjicit, inque sinum [14] præcordia ad intima subdit,

74 Sunt illi. 75 Germinat. 76 Furiam Alecto. 77 Ad iram. 78 Qui tuæ naturæ conveniens est, *vel*, quem mihi peculiarem opto, ita ut nulli alteri eum impertias. 79 Noctis filia Alecto. 80 Scil. *impende mihi*. 81 Propositio Junonis. 82 Hucusque infracta, vel jam valdè fracta, & in nihilum redacta. 83 Cadat, vincatur. 84 Ad connubia ambiendo allicere. 85 Qui prius erant concordes. 86 Ut Eteocles & Polynices, Romulus & Remus, Amulius & Numitorem. 87 Evertere familias, ut parentes & liberos, maritum & uxorem. 88 Scil. *potes*. 89 Flagellis in tecta & domos. 90 Plenum artibus nocendi. 91 Comprime, ut exeant artes tuæ in opus. 92 Disperge. 93 De quâ jam convenit inter Trojanos & Latinos. 94 Causas & semina. Ut, crimen *amor vestrum*. 95 Ut animo velit. 96 Voce. 97 Manibus, contra jus, omnia, fata, regis, imperium. 98 Itala & Trojana. 99 Ex eo momento, id est, statim. * Serpentibus, quales Gorgones pro capillis habere dicuntur, præsertim Medusa. 1 Latini. 2 Regis, ut suprà: *Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni*. 3 Tacitè & sine strepitu. 4 Reginæ, uxoris Latini. 5 Amatam. 6 De. 7 Legitimis nuptiis. 8 Quæ plurimum feminis dominari solent. 9 Inflammatam. 10 Vexabant, cruciabant. Cicer. Coquit *me cura* appositè: nam & *cura* dicta est, quod *coquat*. 11 In hanc reginam Amatam. 12 Alecto. 13 Vesanum mentis affectum, errorem, dissidium. 14 Affectuum, sive passionum sedes.

Quo

[15] Quo furibunda [16] domum monstro permisceat omnem.
[17] Ille, inter vestis & [18] levia pectora lapsus,
[19] Volvitur attactu nullo, [20] fallitque [21] furentem,
Vipeream inspirans [22] animam. Fit [23] tortile [24] collo
Aurum ingens coluber; fit longæ [25] tænia vitæ,
[26] Innectitque [27] comas, [28] & membris lubricus errat.
Ac dùm prima [29] lues [30] udo sublapsa veneno
[31] Pertentat [32] sensus, atque ossibus implicat [33] ignem;
Necdùm animus toto [34] percepit pectore [35] flammam;
[36] Molliùs, & solito matrum de more, locuta est;
[37] Multa, [38] super natâ lacrimans Phrygiisque hymenæis:
[39] Exsulibusne [40] datur ducenda [41] Lavinia Teucris,
O genitor? nec te miseret natæque, tuique?
Nec [42] matris miseret, [43] quam [44] primo Aquilone relinquet
Perfidus, [45] alta petens abductâ [46] virgine [47] prædo?
At non sic [48] Phrygius penetrat [49] Lacedæmona [48] pastor,
[50] Ledæamque Helenam Trojanas vexit ad urbes.
[51] Quid tua [52] sancta fides, quid cura antiqua [53] tuorum,

15 Cujus monstri stimulo. 16 Totam perturbat familiam. 17 Anguis. 18 Plana & non aspera. 19 Volubilitate suâ progreditur, quasi nihil attingens: *vel*, ut tactus ejus non sentiretur. 20 Sive sensu accipientis furorem injicit. 21 Per se insanientem mulierem. 22 Anhelitum. 23 Aurum tortum, ut torques. 24 Per collum: *vel*, dependens de collo. 25 Extrema pars fasciæ, ambientis caput muliebre. 26 In morem vittæ. 27 Amatæ. 28 Et facilè elabens discurrit liberè per membra ejus. 29 Infectio. 30 De udo corpore manante. 31 Apprehendit, corripit. Suprà, *tremor* pertentat *equorum corpora*. *Pertentare* propriè est, sententiam alicujus calidè expiscari. Ter. *Sed ea gratia simulavi, vos ut* pertentarem. 32 Reginæ Amatæ. 33 Ardorem furoris. 34 Al. *concepit*. 35 Furorem. 36 Mitiùs. 37 Multum. Æn. 1. Multa *super Priamo rogitans, super Hectore* multa. 38 Propter filiam suam, & nuptias cum Phrygio Æneâ contrahendas. 39 Patriâ expulsis. Indignationis plenum exordium. 40 Visne, ut detur nuptum? 41 Filia nostra unica. 42 Filiæ tuæ, id est, mei Amatæ. 43 Matrem. 44 Cum primo vento prospero, id est, primâ oblatâ navigandi occasione. 45 Maria. 46 Filia nostra, quæ virgo est. 47 Prædator, scilic. Æneas. 48 Paris, à cujus exemplo dehortatur nuptias. Hor. Od. 15. lib. 1. Pastor *cum traheret per freta navibus Idæis Helenam perfidus hospitam. Pastorem* ergo vocat, quia fuerat de monte Idâ expositus propter Hecubæ somnium, & à pastore quodam educatus. 49 Spartam. 50 Ledæ ex Jove filiam. 51 Quid prodest, vel reputabitur posthac. 52 Priùs inviolata. 53 Quam habuisti de tuis.

Et [54] consanguineo totiens data [55] dextera Turno?
Si gener externâ petitur de gente Latinis,
Idque [56] sedet, Faunique [57] premunt te [58] jussa parentis;
Omnem equidem sceptris terram, [59] quæ libera nostris
Dissidet, externam reor, & sic [60] dicere divos,
[61] Et Turno, si prima [62] domus repetatur origo,
[63] Inachus [64] Acrisiusque patres, [65] mediæque Mycenæ.
His ubi nequicquam dictis [66] experta, Latinum
[67] Contrà stare videt, penitusque in [68] viscera lapsum
Serpentis [69] furiale malum, [70] totamque pererrat;
Tùm [71] verò infelix, ingentibus [72] excita monstris,
Immensam [73] sine more furit [74] lymphata per urbem:
Ceu [75] quondam torto [76] volitans sub verbere turbo,
[77] Quem pueri magno in [78] gyro [79] vacua atria circùm
Intenti ludo [80] exercent: [81] ille [82] actus habenâ
Curvatis fertur spatiis: stupet [83] inscia supra
[84] Impubesque manus, mirata [85] volubile buxum:
[86] Dant animos plagæ. Non cursu [87] segnior [88] illo

54 Filio Venil æ, quæ soror Amatæ. 55 Promissio fida. 56 Placet, ea sententia firma est. 57 Cogunt te ad hoc. 58 Monita. 59 Quæ divisim sita est, quæ non est sub nostrâ ditione. 60 Censere. 61 Insuper. 62 Familiæ. 63 Inachus primus fuit rex Argivorum, Acrisius ultimus, ab eo translatum regnum Mycenas. Acrisius filiam Danaën, arcâ inclusam, in mare projecit, quam litori Apulo appulsam Pilumnus duxit, ex iis natus, Daunus, pater Turni ex Venilià Nymphâ. 64 Scil. *Invenientur.* 65 Quæ sunt in penitiore parte regionis scil. *sint Turno patria.* 66 Amata sc. quæ fecerat periculum, an possit mutare animum Latini. 67 Obstare. 68 Amatæ. 69 A furia immissi serpentis. 70 Scil. *mulierem*, id est, obsidet omnes vires rationis ejus. 71 Maximè. 72 Commota furiis. 73 Sine modo, ac modestia. 74 Mente mota, furibunda, ὑδροφοβικῷ πάθει agitata. 75 Aliquando. 76 Lignum in formam pilæ (quod *Trochus* dicitur) velociter à pueris actum sub scutica. Tibul. El. 5. l. 1. *Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo, Quem celer assueta versat ab arte puer.* *Turbo* est etiam ventus validissimus & verticæsus, obvia quæque prosternens. 77 Turbinem. 78 Circuitu. 79 Spatiosa, ampla. Sic l. 2. Æn. *Porticibus longis fugit, & vacua atria lustrat Saucius.* 80 Agitant. 81 Turbo. 82 Impulsus scuticâ per circuitum procurrit. Al. *habenis.* 83 Ignara causæ, quomodo in gyrum agatur. 84 Multitudo impuberum. 85 Turbinem, ex buxo factum, volubilem. 86 Percussiones dant turbini talem velocitatem, ac si animos haberet: *vel*, pueri accommodant totam intentionem flagellationi. 87 Tardior. 88 Qui in turbine dictus est.

Per

Per medias urbis [89] agitur populosque feroces.
Quin etiam in silvis, [90] simulato numine Bacchi,
Majus [91] adorta nefas, majoremque orsa furorem,
[92] Evolat, & natam frondosis montibus [93] abdit;
Quo [94] thalamum eripiat [95] Teucris, [96] tædasque moretur:
[97] Evoe, [98] Bacche, [99] fremens, solum te * virgine dignum,
Vociferans. Etenim [1] mollis [2] tibi [3] sumere thyrsos,
[4] Te lustrare choros, sacrum tibi [5] pascere crinem.
Fama volat: Furiisque accensas [6] pectore matres
[7] Idem omnis simul [7] ardor agit, nova [8] quærere tecta.
Deseruêre [9] domos: ventis dant colla comasque.
Ast aliæ [10] tremulis ululatibus æthera complent.
[11] Pampineasque gerunt incinctæ [12] pellibus hastas.
[13] Ipsa inter [14] medias [15] flagrantem [16] fervida [17] pinum
[18] Sustinet, ac natæ Turnique canit [19] hymenæos,
[20] Sanguineam [21] torquens aciem; [22] torvumque repentè
Clamat: Iô matres, audite [23] ubi quæque, Latinæ,
Si qua piis [24] animis manet infelicis [25] Amatæ

89 Amata regina. 90 Ita furens, ut Bacchi sacra celebrare videretur: non ergò quòd ipsa simularet: id enim est sanorum. 91 Insidiosè aggrediens. Al. *adorsa*. 92 Velocitèr currit. 93 Abdit. 94 Nuptias, vel jus connubii. Metaphora. *Thalamus* propriè est commune utriusque conjugis cubiculum. 95 Præcipuè Æneæ. 96 Faces nuptiales differat. 97 Acclamatio Bacchica, εὐοῖ. 98 Apostrophe, sive aversio ad Bacchum. 99 Cum fremitu clamans. * Scil. *tali*. 1 Hastas pampineas, (ut mox) pampinis & hedera vestitas. c. Ecl. 2 In tuam gratiam, tibi devotam, tuis nuptiis dignam atque è voto tibi nutrire coinam. 3 Amata sumebat. 4 Et circumspiciebat per te, & furore tuo percita, vel propter te, & tui honoris causa, choros bacchantium. 5 Nutriebat. Post pueritiam, sive pueri, sive puellæ, crinem dedicabant aris. 6 Scil. *in*. 7 Eadem vehemens cupido. 8 Illæ quærebant. 9 Proprias. 10 Quia à trementibus factis. 11 Pampinis, quæ sunt frondes vitium, involutas, id est, thyrsos, quos in Bacchi sacris gestabant. 12 Cervinis: quibus indutus rediit Bacchus ab expeditione Indicâ. 13 Regina Amata. 14 Latinas matronas. 15 Ardentem. 16 Vehemens ac concitata. 17 Pineam facem, ut pronuba, quæ nuptias filiæ suæ cum Turno caneret. 18 Gestat, seorsum tenet. 19 Carmen nuptiale filiæ & Turni. 20 Oculos, irâ & furore inflammatos, lib. 4. *Sanguineam volvens aciem*, Dementiam reginæ exponit. Nam modò filiam destinaverat Baccho: modò Turnum canit. 21 Revolvens. 22 Torvè. 23 Ubicumque, aut quæcumque estis. 24 Vestris. 25 Mei, quæ Amata dicor.

Gra-

Gratia, si juris [26] materni cura [27] remordet;
[28] Solvite [29] crinalis vittas, capite orgia mecum.
[30] Talem inter silvas, inter [31] deserta ferarum,
[32] Reginam [33] Alecto stimulis [34] agit undique [35] Bacchi.
Postquam [36] visa satis primos acuisse furores,
Consiliumque omnemque domum vertisse Latini:
Protinùs [37] hinc [38] fuscis tristis [39] Dea tollitur alis
[40] Audacis Rutuli ad muros: quam dicitur [41] urbem
[42] Acrisioneis Danaë fundasse colonis,
[43] Præcipiti delata noto. Locus Ardea quondam
Dictus [44] avis: & nunc magnum [45] manet Ardea [46] nomen.
[47] Sed fortuna fuit. Tectis hîc Turnus in altis
Jam [48] mediem [49] nigrâ carpebat nocte quietem.
Alecto [50] torvam faciem & [51] furialia membra
Exuit: in voltus sese transformat [52] anilis,
Et frontem [53] obscænam [54] rugis arat. Induit [55] albos
Cum [56] vitta crinis; [57] tùm ramum innectit olivæ.
[58] Fit Chalybe, Junonis [59] anus [60] templique sacerdos;

404 415

26 Quod matres habent in liberos. 27 Cruciat conscientias vestras. Sic 1. Æn. *Quando hæc te cura* remordet. 28 Solutis crinibus celebrare mecum Bacchanalia, ab λύω: arcentur enim à sacris profani, & non initiati. 29 Fasciolas, quibus crines implicantur. 30 Tali modo, tali furore percitam. 31 Loca deserta ab hominibus, sed habitata à feris. 32 Amatam. 33 Furia illa infernalis. 34 Versat & exagitat. 35 Qualibus Bacchantes in furorem instigari solent. 36 Alecto visa est sibi. 37 Ab hac domo. 38 Subnigris & obscuris. 39 Furia: *Dea diva*, 12. Æn. *invisum numen*, infrà: Pœnarum Dea. 40 Animosi Turni urbem. 41 Ardeam. 42 A patris *Acrisii* nomine dictis colonis: *vel*, qui è Græcia ad urbem, à Danaë conditam, adventarint. Servius vult esse Nominativum Patronymicum fem. refertque ad *Danaë*, id est, Acrisii filia. 43 Vento præcipitanter impellente è Græcia in Italiam devecta. 44 Ab ave. Ovid. 14. Metam. 45 Al. *tenet*. 46 Urbis Ardeæ. 47 Quod nomen Arduæ civitati imponeretur ab Ardeâ: *vel*, fortuna sic tulit, ut Turnus carperet quietem: ita ut ad sequentia referatur. 48 Quæ ad medium ferè noctis solet esse media. 49 Obscura: quia *tùm tenebris nigrescunt omnia circum*. 50 Torvam & sævam. 51 Furiæ aptas. 52 Anni convenientes. 53 Fœdam. 54 Laxis pellibus exstantibus corrugat. Ovid. 1. de Arte: *Jam venient* rugæ *quæ sibi corpus* arent. Et alibi: *Jamque meos vultus* ruga *senilis* arat. 55 Canos. 56 Cum redimiculo sacerdotali, ut quæ sumeret sibi foruiam sacerdotis. 57 Insuper. 58 Transformatur in Calybis speciem. Sic lib. 5. *Fit Beroë*. 59 Vetula sacerdos. 60 Junonis.

Et

Et [61] juveni ante oculos his secum [62] vocibus [63] offert: 420
[64] Turne, tot [65] incassum [66] fusos patiêre labores,
[67] Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?
[68] Rex tibi [69] conjugium, & [70] quæsitas [71] sanguine dotes
Abnegat; [72] externusque in regnum quæritur heres.
I nunc, [73] ingratis [74] offer te, inrise, periclis; 425
[75] Tyrrhenas, i, sterne acies: tege [76] pace Latinos.
Hæc adeò tibi me, [77] placidâ cùm nocte jaceres,
Ipsa palam fari [78] omnipotens [79] Saturnia jussit.
Quare age, & armari pubem portisque moveri
Lætus [80] in arma para, & Phrygios, qui [81] flumine pulchro 430
Confedêre, [82] duces, [83] pictasque exure carinas.
[84] Cœlestûm [85] vis magna [86] jubet. [87] Rex ipse Latinus,
Ni [88] dare conjugium, & [89] dicto parêre fatetur,
Sentiat, & tandem [90] Turnum experiatur in armis.
[91] Hic [92] juvenis, [93] vatem inridens, sic [94] orsa vicissim: 435
Ore refert: [95] Classis invectas Thybridis alveo
Non (ut [96] rere) meas effugit [97] nuntius [98] auris,

61 Turno. 62 Vernis. 63 Exhibet. Ter. *Opportune mihi te* offers. 64 Exordium à castigatione tolerantiæ, quam exasperat ab indigno, exhortans eum ad suscipienda arma contra Latinum. 65 Frustrà. Tractum à *cassum*, id est, vanum, inane. 66 Scil. *esse*, ut fundantur. 67 Et patieris regna tua tradi ac transferri ad colonos Dardanios. *Transcribere* enim sæpius, est rem nostram in alterius dominium transferre, & propriè de colonis dicitur: illi enim *transcribi* dicebantur. 68 Latinus. Narratio rei gestæ. 69 Laviniæ. 70 Partas. 71 Tuo, tuorumque, fuso in prœliis, dùm Latino auxilium fers contra Thuscos, lib. 8. Amplificatio ignominiæ. 72 Latinus enim, cùm sine prole virili esset, quærebat filiæ maritum, & successorem regni. 73 Pro quibus nulla tibi gratia redditur, quæque rem ingratam afferant, nisi obstiteris. 74 Objice. 75 Hetruscas apud Tyrrhenum mare. 76 Quam eis cum Hetruscis pepercisti. 77 Cùm requiesceres. 78 Omnipotentis conjux. 79 Saturni filia Juno. 80 In exercitium armorum. 81 Ad flumen pulchrum Tiberim. Suprà: *fluvio Tiberinus amœno.* 82 Aggredere. 83 Ad pompam potiùs, quam pugnam, adornatas: *vel potius*, ob Deos tutelares, & insigne navis in puppi pictos. 84 Cœlestium. 85 Juno. 86 Ut id facias. 87 Et ut ipse rex, &c. 88 Quod concedit. 89 Deorum: *aut*, pacto inter vos. 90 Te Turnum. 91 Ad hæc ejus dicta. 92 Turnus. 93 Alecto, quam credidit esse Calyben, Junonis sacerdotem. 94 Sermones orsos. 95 Externas. 96 Opinaris ipsum effugisse, id est, benè audivi, licet aliter putes. 97 Nuntius, nuntians. 98 Quia nuntiatum est mihi, venisse Phrygas.

Ne

[1] Ne tantos mihi finge metus: nec regia Juno
Immemor est nostri.
[2] Sed te [3] victa [4] situ [5] verique effœta senectus,
O [6] mater, curis nequicquam [7] exercet, & arma
[8] Regum inter falsâ [9] vatem formidine ludit.
[10] Cura tibi, Divûm effigies & templa [11] tueri:
Bella viri pacemque gerant, quis bella gerenda.
Talibus Alecto dictis [12] exarsit in iras.
[13] At juveni oranti subitos tremor [14] occupat artus:
Diriguêre [15] oculi: tot [16] Erinnys sibilat [17] hydris,
[18] Tantaque se facies [19] aperit: tum [20] flammea torquens
Lumina [21] cunctantem & [22] quærentem dicere plura
[23] Reppulit, & [24] geminos erexit crinibus angues,
[25] Verberaque insonuit, [26] rabidoque hæc addidit ore:
[27] En, [28] ego victa situ, quam [29] veri effœta senectus
Arma inter regum falsâ formidine ludit:
Respice ad [30] hæc: adsunt [31] dirarum ab sede sororum:
Bella [32] manu letumque [33] gero.
Sic [34] effata [35] facem [36] juveni conjecit, & [37] atro
Lumine fumantis fixit [38] sub pectore tædas.
[39] Olli somnum ingens [40] rumpit pavor: ossaque & [41] artus
Perfundit [42] toto proruptus corpore sudor.

1 Ne putes me propterea usque adeò formidare, ut cœpto desistam. 2 Sed te senectus gravis & delira à veris ad vana & curas, nihil ad te pertinentes, abducit. 3 Squalore consumpta, id est, quæ se à sordibus vindicare nescit. 4 Qui ex vetustate nascitur. 5 Nec quidquam veri amplius in se habet. 6 Quod grandæva sit, & anus. 7 Vexat. 8 Quæ reges tractare decet. 9 Te cum sis vates. 10 Scil. *sit*. 11 Contemplari. 12 Accensa est ira. 13 At Turno etiamnum loquenti. 14 Invadit. 15 Ejus, à signis iræ. 16 Furia. 17 Serpentibus. 18 Tam immanis, ut ille trepidaret. 19 Ostentat. 20 Illa revolvens oculos ignitos. 21 Hæsitantem Turnum præ timore. 22 Molientem. 23 Rejecit à se. 24 Instar cornuum erexit. *Alii*, pares crinibus. *Alii*, exspuit in Turnum duos angues. 25 Et insonare fecit flagella. 26 Furioso. 27 Verba Turni insultans Furia in ipsum retorquet. Sarcasticè. 28 Vide, an ego, ut dicis, sim illa, quam &c. 29 Quæ omnè verum emisa est. 30 Angues, facem, flagellum, insignia belli ac lethi: & agnosce Furiam, & an ad me bella regum nihil pertineant. 31 Reliquarum Furiarum, id est, ab inferis advenî. 32 In potestate. 33 Habeo. 34 Alecto elocuta. 35 Incendentem desiderium belli ferro ac face furentis. 36 In juvenem Turnum. 37 Furiali, nocivo. 38 In præcordiis ejus. 39 Turno. 40 Interrumpit. 41 Turni. 42 Porrò erumpens sese per totum corpus.

Ar-

Arma [43] amens [44] fremit; arma toro [45] tectisque requirit.
[46] Sævit amor [47] ferri, & [48] scelerata insania belli:
[49] Ira super, [50] magno veluti cùm flamma [51] sonore
[52] Virgea [53] suggeritur costis undantis aëni,
[54] Exsultantque æstu latices; furit intùs [55] aquaï
Fumidus atque [56] altè spumis [57] exuberat armis:
Nec jam se [58] capit unda; volat [59] vapor ater ad auras.
[60] Ergo iter ad regem [61] pollutâ pace Latinum
Indicit primis juvenum, & jubet arma parari,
Tutari Italiam, detrudere [62] finibus hostem:
[63] Se [64] satis ambobus Teucrisque [65] venire Latinisque
Hæc ubi dicta [66] dedit, divosque [67] in vota vocavit;
[68] Certatim sese Rutuli exhortantur in arma.
[69] Hunc decus egregium formæ [70] movet atque [71] juventæ;
[72] Hunc atavi reges; hunc [73] claris [74] dextera factis.
Dùm Turnus Rutulos animis audacibus implet,
Alecto [75] in Teucros [76] Stygiis se concitat alis;
[77] Arte novâ speculata locum, [78] quo litore pulcher
[79] Insidiis cursuque feras agitabat Iülus.
Hic [80] subitam canibus rabiem [81] Cocytia virgo

43 Captus mente. 44 Cum fremitu & cum clamore poscit. 45 Per tecta. 46 Crudescit. 47 Habendi. 48 Quæ cum scelere sæpe fit. 49 Et ira sævit insuper. 50 Lege Macrob. lib. 5. cap. 11. Sat. exponentem hanc comparationem, & cum Homeri loco Il. 21. conferentem. 51 Sono, strepitu. 52 De virgis facta. 53 Supponitur lateribus lebetis ebullientis. 54 Et aquæ extrà frequenter saliunt propter fervorem. 55 Ebullientis. 56 In altum. 57 Superabundat cursus, aut gurges aquæ. 58 Continere potest intra ahenum. 59 Exhalatio fumosa. 60 Mittit Turnus principes juvenum ad Latinum, qui moneant, bellum indicant, &c. 62 A Turno, qui violavit pacem initam inter Latinum & Æneam: vel à Latino, qui violavit pacem cum Turno. 62 Limitibus Italiæ. 63 Et dicit, se, &c. 64 Sufficientem. 65 Venturum esse, id est, se suffecturum utrique in bello. 66 Turnus. 67 Quia votis nuncupatis, bella sumebantur. 68 Cum certamine. 69 Quemvis ex Rutulis. Reddit autem tres causas impulsivas ad bellum: formam Turni, nobilitatem antiquam, & res gestas summâ cum laude. 70 Ad bellum instigat. 71 Turni. 72 Quemvis alium majores ejus instigant. 73 Quâ clara facinora edidit. 74 Turni. 75 Volat in Teucros animo nocendi. 76 Infernalibus. 77 Inventione. 78 Ad quem. 79 Subsessoribus, & alatis venatoribus. 80 Subito provenientem. 81 Infernalis, id est, Furia Alecto, à *Cocyto*, fluvio infernali, sic dicta.

Ob-

Objicit, & [82] noto [83] naris contingit odore
Ut cervum [84] ardentes [85] agerent: [86] quæ prima [87] laborum
Causa fuit, [88] belloque animos accendit [89] agrestis.
Cervus erat formâ præstanti & cornibus ingens,
[90] Tyrrhidæ pueri quem [91] matris ab ubere raptum
[92] Nutribant, Thyrrhusque [93] pater cui [94] regia [95] parent
Armenta, & lati custodia credita campi.
Adsuetum imperiis soror omni [96] Silvia curâ
[97] Mollibus [98] intexens ornabat [99] cornua sertis,
Pectebatque * ferum, puroque in fonte lavabat.
Ille, [1] manûm patiens, mensæque adsuetus [2] herili,
[3] Errabat silvis; rursusque ad limina nota
Ipse domum serâ [4] quamvis se nocte ferebat:
[5] Hunc [6] procul [7] errantem [8] rabidæ venantis Iŭli
[9] Commovêre canes, fluvio cùm fortè [10] secundo
[11] Defluëret, ripâque æstus [12] viridante levaret.
Ipse etiam, [13] eximiæ laudis succensus amore,
Ascanius curvo direxit spicula [14] cornu:
Nec [15] dextræ [16] erranti [17] Deus [18] abfuit, [19] actaque multo

82 Cervino, qualem sectari solent. 83 Canum. 84 Ferventes, rabie concitati. 85 Insequerentur. Horat. Epod. Od. 6. Agam *per altas aure sublatâ nives, Quæcumque præcedet fera.* 86 Scil. *res*, id est, interfectus cervus principium fuit belli in Rutulos & Trojanos. 87 Subsecutorum. 88 Ad bellum. 89 Agrestium virorum. 90 Filii Tyrrhi, qui regii pecoris magister & custos erat. 91 Cum adhuc lacteret. 92 Nutriebant. 93 Eorum. 94 Ad regem pertinentia. 95 Custodiæ & gubernationi deputata sunt. 96 Soror Tyrrhidarum puerorum, Tyrrhi filia. 97 Ex herbis, & floribus. 98 Ea. 99 Ejus cervi. * Cervum, qui naturâ ferus erat: ut 2. Æn. *In latus, inque* feri, &c. de equo ligneo. Al. *feram.* 1 Manuum. 2 Heri, aut domini sui Tyrrhi. 3 Liberè vagabatur, & pascebatur. Sic Ecl. 2. *Mille meæ Siculis* errant *in montibus agnæ.* 4 Quantumvis. 5 Cervum. 6 A domo Tyrrhi. 7 Pascentem. 8 In animalibus observatum, ubi de feritate sermo, nominari feminas: ubi de generositate, mares. 9 Ad cursum excitaverunt. 10 Defluente. 11 Cervus deorsum flueret ad delectationem. 12 Virente, & virides herbas habente. 13 Qualem putavit tam præstantem cervum figere. 14 Arcu, habente in extremis cornu incurvatum. 15 Ascanii. 16 Nescientis qualem cervum feriret. 17 Alecto Dea, suprà: Deos autem volunt esse *ἀφοσιώσιας*: ut 2. Æneid. *Descendo, ac ducente* Deâ, id est, Venere. 18 Immo auxilio fuit. 19 Directa.

Per-

Perque uterum sonitu perque ilia venit [20] arundo.
[21] Saucius at [22] quadrupes nota intra tecta refugit,
Successitque [23] gemens stabulis, [24] questuque [25] cruentus
Atque [26] imploranti similis [27] tectum omne replebat.
[28] Silvia prima [29] soror, palmis [30] percussa lacertos,
Auxilium vocat, & [31] duros [32] conclamat agrestis.
Olli (quos pestis enim [34] tacitis latet [35] aspera silvis)
[36] Improvisi adsunt: [37] hic torre armatus [38] obusto,
Stipitis [39] hic [40] gravidi nodis. [41] Quod cuique repertum
[42] Rimanti, telum ira facit. [43] Vocat agmina Thyrrhus,
[44] Quadrifidam quercum [45] cuneis ut forte [46] coactis
Scindebat, [47] raptâ [48] spirans immane securi.
At sæva è [49] speculis tempus [50] Dea nacta nocendi
Ardua tecta petit stabuli, & [51] de culmine summo
[52] Pastorale canit [53] signum, cornuque recurvo
[53] Tartaream [54] intendit vocem: quâ protenùs omne
Contremuit [55] nemus, & silvæ [56] intonuêre [57] profundæ.
[58] Audiit & [59] Triviæ [60] longè [61] lacus, audiit amnis
[62] Sulfureâ [63] Nar albus aquâ, fontesque [64] Velini:
Et trepidæ matres [65] pressêre ad pectora natos.
Tum verò ad [66] vocem celeres, quâ buccina signum

20 Sagitta arundinea. 21 Vulneratus. 22 Cervus. 23 Pathos. 24 Querelâ. 25 Cruore perfusus. 26 Auxilium. 27 Totum domum Tyrrhi. 28 Filia Tyrrhi, quæ cervum illum comere & ornare solebat. 29 Tyrrhidarum. 30 Percutiens. 31 Ex laborum consuetudine. 32 Clamore convocat. Alias (verbum castrense) ad bellum, vel convasare significans. 33 Furia pestifera Alecto. 34 Secretis, *vel* ipsa latens. 35 Perniciosa. 36 Subiti. 37 Adest. 38 Circumusto. 39 Arius armatus adest. 40 Ponderosi. 41 Quod quærens quisque reperit, ira jubet illi esse pro telo: ut 1. Æneid. *furor arma ministrat*. 42 Disquirenti. 43 In agmen convocat dispersos. 44 In quattuor partes fissilem, *vel*, magnam & horribilem. 45 Instrumentis fundendi. 46 Simul impressis. 47 Vi recepta. 48 Anhelans immanitèr & supra modum. 49 Locis altioribus, undè illud speculabatur. 50 Alecto. 51 E summo tecto stabuli, quod ipsis speculæ vice erat. 52 Pastoribus notum classicum, quo audito, ad arma concurrere solebant. 53 Infernalem. 54 Auget. Al. *incendit*. 55 Aricinum. 56 Al. *insonuere*. 57 Densæ arboribus. 58 Vocem Alectus. 59 Dianæ. 60 Scil. *positus*. 61 Arcinus scil. qui & *Dianæ speculum* dicitur. 62 Sulphuris odorem habente. 63 Fluvius, Sabinos ab Umbris disterminans: hodie *la Solphorata*, à sulphureis aquis. 64 Qui postea Velini dicti sunt. Velinus fluv. per lacum Velinum defluit in Narem. 65 Arctius, ut in timore, complexæ sunt liberos suos. 66 Buccinæ.

Dira dedit, raptis concurrunt undique telis
[67] Indomiti agricolæ: necnon & Troia [68] pubes
Ascanio auxilium castris effundit [69] apertis.
Direxêre acies. Non [70] jam [71] certamine agresti,
Stipitibus duris agitur, [72] subidusve præustis;
Sed ferro [73] ancipiti [74] decernunt, atraque late
[75] Horrescit [76] strictis [77] seges ensibus, [78] æraque fulgent
[79] Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant:
[80] Fluctus uti primo cœpit cùm albescere vento,
Paullatim sese [81] tollit mare, & altiùs undas
Erigit, indè imo consurgit ad æthera fundo.
[82] Hic juvenis primam ante aciem stridente [83] sagittâ,
Natorum Thyrrhi fuerat qui maximus, Almo,
[84] Sternitur. Hæsit enim sub gutture [85] volnus, & [86] udæ
Vocis [87] iter; [88] tenuemque [89] inclusit sanguine [88] vitam.
[90] Corpora multa virûm circà, seniorque [91] Galæsus,
[92] Dùm [93] paci medium se offert: justissimus unus
Qui fuit, Ausoniisque olim ditissimus arvis:
Quinque greges [94] illi [95] balantum, quina [96] redibant
[97] Armenta, & terram centum [98] vertebat aratris.
[99] Atque * ea per campos ** æquo dùm Marte geruntur,

67 Effræni. 68 Juventus. 69 Parentibus ad exitum. 70 Postquam collecti erant hinc rustici, illinc Trojani. 71 Ut in certamine agrestium solet fieri, scil. stipitibus, &c. 72 Pericis antè ustis loco ferri. 73 Utrimque incidenti. 74 Pugnant, dimicant, contendunt. 75 Fit aspera. 76 Denudatis: undè vaginas in terram dejiciebant. 77 Terra. Metaphora à densitate culmorum in agris, id est, horrescunt vorati enses instar segetis fluctuantis. Sic 2. Georg. *densisque virûm* seges *horruit hastis.* 78 Ærea arma Trojanorum. 79 Ex repercussu Solis: *vel*, radiis solaribus percussa. 80 Scil. *lucem jaculari.* Comparationem hanc cum Homerica, vide apud Macrob. lib. 5. Sat. c. 13. 81 Erigit. 82 In hoc congressu. 83 Quâ vulneratus erat. 84 Prosternitur, humi dejicitur, occiditur. 85 Sagitta vulnerans, *vel*, vulnus infixum à sagittâ. 86 Quæ aërem, qui udus est, desiderat. 87 Meatum. 88 Fragilem spiritum vitalem. 89 Interclusit, suffocavit. 90 Scil. *sternuntur.* 91 Scil. *sternitur.* 92 Pathos à causâ & fortunâ: de quo vide Macrob. Sat. 4. cap. 3. & 4. 93 Concordiæ faciendæ. 94 Ad illius commodum. 95 Ovium. 96 Expascuis domum. 97 Greges magnorum animalium. 98 Arabat, id est, benè pavit, & benè aravit. 99 A pugnæ narratione transit ad Furiam Alecto, ejusdemque exultationem, quod bellum concitarit. * Ejusmodi certamina. ** justo prælio, & jam dissidio palam facto: neque enim æquo Marte pugnatum, cum Itali soli fuerint interempti.

Pro-

[1] Promissi [2] Dea facta potens, ubi [3] sanguine bellum
[4] Imbuit, & primæ commisit funera pugnæ,
Deserit [5] Hesperiam, & cœli [6] convexa per auras,
[7] Junonem [8] victrix adfatur voce superba:
En, perfecta tibi bello [9] discordia [10] tristi.
[11] Dic, in amicitiam coeant, & fœdera jungant:
Quandoquidem [12] Ausonio [13] respersi sanguine Teucros.
Hoc etiam his addam, tua si mihi [14] certa voluntas,
[15] Finitimas in bella [16] feram [17] rumoribus [15] urbis,
Accendamque [18] animos [19] insani Martis amore:
Undique ut auxilio veniant, [20] Spargam arma per agros.
Tum contrà Juno: [21] Terrorum & [22] fraudis abunde est.
[23] Stant belli causæ: [24] pugnatur [24] comminus armis.
Quæ [25] fors prima dedit, sanguis novus [26] imbuit arma.
Talia [27] connubia, & talis celebrent [28] hymenæos
[29] Egregium Veneris genus & rex ipse Latinus:
Te super ætherias [30] errare licentius auras,
Haud [31] pater ille velit summi regnator Olympi.
Cede [32] locis. Ego, [33] si qua [34] super fortuna laborum [34] est.
Ipsa regam. Talis dederat [35] Saturnia voces;
[36] Illa autem [37] attollit stridentis anguibus alas,
[38] Cocytique petit sedem, [39] supera [40] ardua linquens.
Est locus Italiæ medio sub montibus altis

1 Promissæ discordiæ. 2 Alecto. 3 Fuso. 4 De novo tinxit. 5 Italiam. 6 Convecta & delata per cœli auras: ut in 4. Georg. *amnis devexus ab Indis*: non ut lib. 6. Æneid. *cœli convexa tueri*. 7 Dominam suam. 8 Voti compos. 9 Scil. *est*. 10 Qui Almon & Galesus interfecti erant. 11 Ironica insultatio. Significat enim tantum inter eos odii se sevisse, ut facile in gratiam redire non possint. 12 Italico. 13 Contaminavi. 14 Explorata sit. 15 Urbes in confinio sitas, id est, cives urbium finitimarum. 16 Inducam. 17 Inimicitiæ plenis. 18 Finitimorum. 19 Detestandi belli. 20 Omnes undique agrestes concitabo ad arma. 21 Populorum scil. concitatorum. 22 Per te factæ, ex cervo scil. vulnerato. 23 Jacta sunt belli fundamenta, sparsa semina idonea. 24 De propè, quasi conserta & commissa manu. 25 Alea & fortuna. 26 Humefecit. 27 Conjugia. 28 Nuptias. 29 Æneas. Ironicè. 30 Vagari cum ampliori licentia. 31 Juppiter. 32 Tibi negatis. 33 Si in aliquâ re laborandum erit, ut perficiatur inceptum bellum. 34 Superest fortuna laborum. Tmesis. 35 Saturni filia Juno. 36 Furia Alecto. 37 Erigit. 38 Fluvii infernalis, id est, inferos & Diris profunda, undè fuerat à Junone evocata, repetit. 39 Quæ sunt in regione superna, respectu inferni. 40 *Scil. loca*.

41 Nobilis, & famâ multis memoratus in 42 oris,
43 Amsancti valles. Densis 44 hunc frondibus 45 atrum
Urguet utrimque latus nemoris, 46 medioque 47 fragosus
Dat sonitum 48 saxis & 49 torto vertice 50 torrens.
Hic specus horrendum, sævi 51 spiracula Ditis,
Monstratur, 52 ruptoque ingens 53 Acheronte vorago
54 Pestiferas 55 aperit faucis: 56 quis condita Erinnys,
Invisum numen; terras cœlumque 57 levabat.
58 Nec minùs 59 interea 60 extremam Saturnia bello
Imponit Regina manum. Ruit omnis in 61 urbem
Pastorum ex 62 acie numerus, cæsosque reportant,
Almonem 63 puerum, 64 fœdatique ora 65 Galæsi:
Implorantque 66 Deos, 67 obtestanturque 68 Latinum.
Turnus adest, medioque in crimine 69 cædis & 70 igni
Terrorem 71 ingeminat; 72 Teucros 73 in regna vocari,
Stirpem 74 admisceri Phrygiam; se 75 limine pelli.
76 Tum quorum 77 attonitæ Baccho 78 nemora avia matres

41 Famosus, & multum notus. *Nobilis* dicitur quasi *noscibilis*, id est, dignus, cujus nomen omnibus cognitum sit. Undè fit, ut sæpius pro digno, atque excellenti, in quacumque re ponatur. Liv. Nobilis *ille clade Romanâ locus.* Aliquando idem est quod notus. Ter. *Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa,* nobilis. 42 Regionibus. 43 Quasi ἀμφί, id est, *circum*, id est, undique sacri. 44 Umbrosum locum. 45 Umbrosum. 46 Exsistens medio vallis. 47 Cum fragore decurrens. 48 Inter saxa. 49 Confracto. 50 Amnis rapidus. 51 Hiatus unde spirare possint. 52 Vi se erumpente. 53 Fluvio illo infernali. 54 Gravi odore pestem adferentes. 55 Refert. 56 Quibus faucibus abscondita Furia infernalis Alecto. Per specum hunc, fauces pestiferas, & spiracula Ditis ad inferos remeasse Furiam dicit Poëta. 57 Recreabat, & à tristitiâ relevabat; quippè quod cœlo ac terræ sua præsentia fuisset onerosum & grave. 58 Nihilominus, quamquam Furia jam discesserat. 59 Dum Alecto abiret. 60 Saturni filia Juno finivit, ac perfecit bellum. Metaphora ab ædificatoribus petita, qui, absoluto ædificio, fastigium aliquod solent imponere. 61 Latini scilic, id est, Laurentum. 62 Conflictu, prælio. 63 Filium Tyrrhi. 64 Fœde interempti ac cruentati, dum se medium offerret paci. 65 Senioris. 66 Deorum auxilium. 67 Citant in testem acti. 68 Qui Trojanis pacem in Latio dederat. 69 In calore cædis, id est, cum pugna & injuriâ recens facta esset. 70 Al. *igni*, id est, furore & seditionis impetu. 71 Multiplicat. 72 Et asserens Trojanos, &c. 73 Quasi exsules & perfidos. 74 Forcibus Latinis. 75 Suo. 76 Insuper illi juvenes. 77 Stupefacta Bacchanalia celebrando cum Amatâ. 78 Per nemora remota & omni via.

In-

Insultant [79] thyasis [80] (neque enim leve nomen Amatæ)
Undique collecti [81] coëunt, [82] Martemque fatigant.
[83] Ilicet [84] infandum cuncti contra [85] omina bellum,
Contra [86] fata Deûm [87] perverso [88] numine poscunt.
Certatim regis circumstant tecta Latini.
[89] Ille, velut pelagi [90] rupes immota, [91] resistit:
Ut pelagi [92] rupes, magno veniente [93] fragore,
Quæ sese, multis [94] circum latrantibus undis,
[95] Mole tenet, scopuli nequicquam & spumea circum
Saxa fremunt, [97] laterique [98] inlisa refunditur [99] alga.
Verùm ubi nulla * datur [1] cæcum [2] exsuperare potestas
Consilium, & sævæ [3] iussu Junonis [4] eunt res;
[5] Multa Deos aurasque [6] pater testatus [7] inanis,
[8] Frangimur heu [9] fatis, inquit, ferimurque [10] procellâ!
Ipsi has [11] sacrilego [12] pendetis sanguine pœnas,
O miseri. Te, Turne, nefas, te triste [13] manebit
[14] Supplicium; votisque Deos [15] venerabere [16] seris.
Nam mihi [17] parta quies, [18] omnisque in limine portus:
[19] Funere felici spolior. Nec plura locutus

79 Choreis, saltationibus. *Thyasus* enim saltatio dicitur, quæ Baccho exhibebatur. Ecl. 5. *thyasos inducere Baccho.* 80 Quia nomen Amatæ non erat parvi momenti inter matronas. 81 Conveniunt. 82 Et prælium incendunt; stimulant, aut belli causas quærunt. 83 Statim. 84 Detestandum. 85 Prodigia apum, & flammæ in Laviniâ visæ. 86 Oracula ac responsa Fauni. 87 Irato. 88 Junonis. 89 Latinus. 90 Scopulus, qui aquis feritur, sed non movetur. 91 Petitionibus illorum. 92 Scil. *est immota.* 93 Collisione aquarum. 94 Sonitum latratui similem in circuitu facientibus. 95 Magnitudine, & vi sua sustentat. 96 Spumis perfusa. 97 Ad latus. 98 Violentia aquarum avulsa. 99 Herba, quæ nascitur in aquis marinis. * Latino. 1 Cæci populi, bella poscentis. 2 Qua superet, vincat. 3 Ex voluntate. 4 Procedunt. 5 Multum. 6 Latinus. 7 Quas frustra testatus erat. 8 Utcumque firmus, uti pelagi rupes, frangor tamen, & tamquam navis, vi tempestatis victa, auferor. 9 Quæ dixerant Laviniam fore claram, sed exsitialem populo. 10 Impetu populi furentis. 11 Vos sacrilegi, quia sacris Deorum prodigiis & oraculis adversati bella parabant. 12 Persolvetis. 13 Exspectabit. Horat. *Omnes una manet nox.* 14 Nempe mors ignominiosa. 15 Precabere. 16 Nimium tardè susceptis. 17 Vicina mortis beneficio, non jam senex sum. 18 Securitas omnis vitæ est mihi in promptu & proximo, id est, ego in portu navigo, atque extra omne periculum, & in tuto sum. Metaphora à navigantibus sumpta. 19 Ego careo tantùm pompâ regali, quam more felicium in pace moriens habere possem.

[20] Sepsit se tectis, rerumque reliquit habenas. 600
[21] Mos erat [22] Hesperio in Latio, [23] quem [24] protenùs urbes
Albanæ coluêre sacrum; nunc maxima rerum
Roma [25] colit, [26] cùm prima movent in prælia Martem;
Sive [27] Getis inferre [28] manu [29] lacrimabile bellum,
Hyrcanisve, [30] Arabisve parant, seu tendere ad Indos, 605
[31] Auroramque sequi, Parthosque reposcere [32] signa.
[33] Sunt [34] geminæ belli portæ, (sic [35] nomine dicunt)
Religione [36] sacræ, & sævi formidine [37] Martis:
Centum ærei [38] claudunt [39] vectes, [40] æternaque ferri
Robora: nec [41] custos [42] absistit limine [43] Janus. 610
[44] Has, ubi [45] certa sedet patribus sententia [46] pugnæ,
Ipse [47] Quirinali trabeâ [48] cinctuque Gabino
[49] Insignis [50] reserat stridentia limina Consul;
[51] Ipse [52] vocat pugnas: sequitur tùm cetera [53] pubes:
Æreaque [54] adsensu [55] conspirant [56] cornua rauco. 615

20 Recepit se in tecta sua, & absolvit se à gubernaculo Reipublicæ, cum videre neminem fere sibi obtemperantem. 21 Vetus institutum. 22 Quod est in Hesperiâ. Nam duo Latia fuerunt. 23 Morem. 24 Continuò, perpetuò. 25 Observat istum morem nunc, cùm hæc scriberet Poëta. 26 Cum prima prælia cum novis hostibus commissuri sunt. 27 Scythiæ populis animosis, qui hodie *Tartari* dicuntur. 28 Exercitu. 29 Quod matres multis lachrymis detestentur. 30 Vel Arabiæ populis. 31 Populos ad orientem habitantes. 32 Vexilla, Crasso, & Antonio à Parthis adempta: quæ posteà Parthi Augusto sponte remiserunt. 33 Romæ. 34 Duæ. 35 Nominant eas. 36 Observandæ. 37 Belli, aut Dei. 38 Eas. 39 Instrumenta, quibus portæ clausæ, vel januæ adversus vim muniuntur. 40 Et repagula fortia ex ferro inconsumptibilia. Lucret. 2. lib. *& auri robora ferri.* 41 Portarum belli. 42 Semper adest. 43 Index pacis & belli, apertus, significabat in armis esse civitatem; clausus pacatos esse omnes populos. Liv. 1. lib. Hinc Janus *Patulcius*, hinc *Clusius* cognominabatur. Vide quæ nos ad Flor. p. 19. & Flor. lib. 2. c. 3. & l. 4 c. 12. 44 Portas belli. 45 Confirmata est & placet Senatoribus. 46 Pugnandi. 47 Quali utebatur posteà Quirinus, id est, Romulus. primus Rom. rex, regiâ scil. purpureâ, cui admistum est aliquid albi: supra 18 Vestitu, scil. togâ sic in tergum rejectâ, ut ejus lacinia revocata hominem cingeret: à Gabiis mos ortus, quorum cives ad subitaneum bellum ita cincti exsilierunt, redieruntque victores. 49 Præter alios redimitus. 50 Rectò seram trahit, aperit. 51 Consul. 52 Indicit bellum. 53 Multitudo juvenum. 54 Sono assensum significante. 55 Simul inflantur. 56 Tubæ.

Hoc

57 Hoc & tùm 58 Æneadis indicere bella Latinus
57 More jubebatur, 59 tristisque 60 recludere portas.
61 Abstinuit tactu pater, 62 aversusque 63 refugit
64 Fœda ministeria, & 65 cæcis se condidit 66 umbris.
Tùm 67 regina Deûm cœlo delapsa, 68 morantis 620
Impulit ipsa manu portas, & 68 cardine verso
Belli 69 ferratos rupit 70 Saturnia postes.
71 Ardet 72 inexcita Ausonia, atque immobilis ante.
Pars 73 pedes ire parat 74 campis; 75 pars arduus altis
76 Pulverulentus equis 77 furit: 78 omnes arma requirunt.
Pars 79 levis clipeos, & 80 spicula lucida 81 tergent 626
82 Arvinâ pingui, 83 subigúntque in 84 cute securis:
85 Signaque ferre 86 juvat, sonitusque audire tubarum.
Quinque 87 adeò magnæ 88 positis incudibus urbes
89 Tela novant, 90 Atina potens, 91 Tiburque 92 superbum, 630
93 Ardea, 94 Crustumerique & 95 turrigeræ 96 Antemnæ,

57 Quem Roma observavit. 58 Trojanis, sub Æneâ militantibus. 59 Tristis belli indices. 60 Aperire. 61 Latinus noluit attingere portas ad eas aperiendas. 62 Indignatus. Al. *adversus*, id est, repugnans votis populi. 63 Vitavit. 64 Impia, scelesta: quia contra fœdus Æneæ datum. 65 Locis tenebrosis in regia sua, ibi videri non poterat. 66 Juno. 67 Non apertas statim, sed quasi cunctantes & obstantes. 68 Ferramento, super quod volvitur janua, quod est quasi cor januæ, inverso. 69 Ferro munitos. 70 Saturni filia. Juno portas è cardinibus evellit. 71 Ardore bellico. 72 Non excita, sed quieta Italia. 73 Pedestris. 74 Per campos. 75 Alii sublimes in equis. Ad sensum, non ad vocem, respexit. 76 Plenus pulvere. 77 Forenti similis per campos vehitur. 78 Tam pedites, quam equites. 79 Politos, glabros. 80 Feria spiculorum, quæ tergendo efficiunt lucida. 81 Abstergunt. 82 Pinguedine duriuscula, quæ est inter carnem, & cutem. 83 Acuunt. 84 Lapide durissimo ad acuendum apto. 85 Vexilla. 86 Delectat omnes. 87 Valde. Recenset omnes, quæ Turnum ad belli auspicia sunt secutæ. 88 Instrumentis ferreis, super quæ fabri ferrum cudunt, dispositis ad novanda tela. 89 Arma parant, ad bellum instruunt, quia diu arma reliquerant. 90 Urbes Campaniæ. 91 Vetustissimum in Sabinis oppidum. 92 Prolepsis respiciens tempora Romana. Cum enim à Senatu auxilia poscerent Tiburtes commemoratis suis beneficiis, & quasi benè meritis debita, tulerunt responsum, *Superbi estis: vel*, quia in monte situm. Hor. *Tiburque supinum*: & *Tiburis arces*. 93 Latii oppidum. 94 Crustumerium: in Sabinis oppidum. 95 Turribus insignitæ. 96 Oppidum à Latinis conditum cis Anienem, unde nomen, *ante amnem posita*.

[97] Tegmina tuta cavant capitum, [98] flectuntque [99] salignas
Umbonum cratis, alii * thoracas aënos.
Aut [1] levis ocreas [2] lento [3] ducunt argento.
[4] Vomeris [5] hùc, & [6] falcis honos, hùc [7] omnis aratri
[8] Cessit amor; [9] recoquunt patrios fornacibus ensis.
[10] Classica [11] jamque sonant, [12] it bello tessera signum.
Hic [13] galeam [14] tectis [15] trepidus rapit: ille [16] frementis
[17] Ad juga cogit equos; clipeumque, [18] auroque trilicem
Loricam induitur; [19] fidoque accingitur ense.
[20] Pandite nunc [21] Helicona, [22] Deæ, [23] cantusque movete,
Qui [24] bello exciti reges, quæ [25] quemque secutæ
Complerint campos acies, quibus Italia jam tùm
Floruerit terra alma viris, quibus [26] arserit armis.
Et [27] meministis enim, divæ, & memorare potestis:
Ad nos vix [28] tenuis famæ perlabitur aura.
[29] Primus init bellum [30] Erythenis, [31] asper ab oris,
[32] Contemptor Divûm Mezentius, [33] agminaque [34] armat.

97 Galeas, capita tutantes, ênvas faciunt. 98 In usum scutorum, quæ teguntur corio. 99 E salice. * Munimina pectorum. 1 Polita tibiarum munimina. 2 Flexibili & tenui. 3 Obducunt & ornant. 4 Ferramenti aratri, quo sulci fiunt: ita dicti, quod terram *vomat*, id est, evomat. 5 Ad has urbes. 6 Ferramenti adunci, quo segetes, & herbæ secantur, vites & arbores putantur. 7 Omnium agriculturæ instrumentorum. 8 Traductus est, ut fierent hæc arma. 9 Coquendo instrumenta rustica in fornacibus faciunt enses, quibus pro more patriæ in bello uti solent. 10 Tubæ, quibus ad pugnam datur signum. 11 Paratis armis. 12 Symbolum, seu signum bellicum, quod habent milites inter se, ut dignoscantur ab hostibus exploratoribus, vel nomine, vel aliquo signo, procedit ad bellum gerendum. 13 Cassidem. 14 Sell. *suis*, ad quæ pendebat. 15 Festinus, properè hùc illùc discurrens. 16 Clangore bellico. 17 Sub juga impellit, id est, ut juga ferant. 18 Tria licia, id est, tres ordines annulorum habentem, quorum unus ordo erat ex aureis annulis. 19 Cui conlidit, aut qui virum fortem non deserit. 20 Aperite. Catalogum ducum, qui Turni arma secuti fuere, contexturus, iterat invocationem ad Musas. 21 Montem Bœotiæ, Musis sacrum. 22 O Musæ, Deæ Poëtarum. 23 Et instigare me, ut cantu manifestem. 24 Ad bellum excitati sint. 25 Regum. 26 Resplenduerit: *vel*, quorum armorum amore flagraverit: *vel*, quibus armis ardenter præliata sit Italia. 27 Estis enim filiæ Mnemosynes. 28 Modicus rumor labendo venit. 29 Primus. 30 A regionibus Etruscis. 31 Ferox in Latinos hostes. 32 Quia suis imperavit ut sibi offerrent primitias Diis debitas. 33 Quæ duxit. 34 Armis instruit.

Fi-

35 Filius 36 huic juxtà Lausus, quo pulchrior alter
Non fuit, 37 excepto Laurentis corpora Turni. 650
Lausus, equûm 38 domitor, debellatorque ferarum,
Ducit 39 Agyllinâ 40 nequicquam ex urbe secutos
Mille viros; dignus, 41 patriis qui lætior esset
Imperiis, & cui pater haud Mezentius esset.
Post 42 hos insignem 43 palmâ per gramina currum, 655
44 Victoresque ostentat equos, 45 satus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus: 47 clipeoque 48 insigne paternum
Centum angues, cinctamque gerit serpentibus Hydram:
Collis Aventini 49 silvâ 50 quem 51 Rhea sacerdos
52 Furtivum partu sub luminis edidit oras, 660
53 Mixta Deo mulier, postquàm Laurentia victor
54 Geryone 55 exstincto, 56 Tirynthius attigit arva,
57 Tyrrhenoque 58 boves in 59 flumine lavit 59 Iberas.
60 Pila manu, 61 sævosque 62 gerunt in bella 63 dolones:
Et 63 tereti pugnant mucrone 64 veruque Sabello. 665
65 Ipse 66 pedes 67 tegumen torquens immane leonis,

35 Ejus. 36 Juxta hunc Mezentium, patrem suum. 37 Excepto Turno. Hellenism. 38 Ad libitum gubernator. 39 Agylla oppid. Etruriæ, eadem cum Cære. 40 Frustrà. Statim enim perierunt in bello, una cadente duce. 41 Qui pateretur imperia patris benignioris, qui non esset contemptor Divûm. 42 Mezentium & Lausum. 43 Quo in graminibus victoriam obtinuerat. 44 Qui vicerant in curuli certamine. 45 Progenitus. De catalogi hujus artificio, fabulisque vero miscendis vide Macrob. 5. lib. Sat. c. 16. In fab. enim Aventini, ex Hercule & Rheâ nati, respicit ad historiam Romuli & Remi, qui Marte & Iliâ geniti. 46 Cui à silva collis *Aventini*, ubi natus est, nomen inditum vult. 47 In clypeo. 48 Ornamenta & arma patris sui Herculis. 49 In silvâ. 50 Aventinum. 51 Ilia, Numitoris Albani regis filia. 52 Furtive conceptum peperit, & eduxit in hunc mundum. 53 Quæ, cum mulier esset, commissa erat, seu concubuerat cum Hercule. *Τῷ θεῷ μιγεῖσα γυνή.* 54 Rege Hispaniæ, qui tria dicitur habuisse corpora. 55 Interfecto. 56 Hercules à *Tirynthia*, oppido Argis vicino, ubi nutritus est. 57 Tibride. 58 Vaccas, Geryoni ademptas. 59 Hispanas. 60 Tela longa. 61 Flagella dolosa, & formidanda, quia sunt baculi, in quibus mucrones inclusi sunt. 62 Subditi ejus. 63 Longo, & rotundo. 64 Veru vel veruto, quali Sabini uti solebant, cui teres mucro. 65 Aventinus, dux eorum. 66 Pedibus, non equo, incedens: ut imitaretur Herculem patrem, qui pedibus lustravit orbem terrarum. Hercules enim semper pedes incessit. 67 Pellem circum se sustinens.

Ter-

[68] Terribili impexum sætâ, cum dentibus albis
Indutus [69] capiti ; [70] sic [71] regia tecta subibat,
[72] Horridus, [73] Herculeoque humeros innexus amictu.
Tùm [74] gemini fratres [75] Tiburtia mœnia linquunt,
[76] Fratris Tiburti dictam cognomine gentem,
Catillusque, [77] acerque Coras, [78] Argiva juventus:
Et primam ante aciem densa inter tela [79] feruntur.
[80] Ceu duo [81] nubigenæ cum vertice montis ab alto
Descendunt Centauri, [82] Homolen [82] Othrymque [83] nivalem
Linquentes cursu rapido : dat [84] euntibus ingens
Silva locum, & magno cedunt virgulta fragore.
[85] Nec Prænestinæ fundator [85] defuit urbis,
Volcano genitum pecora inter [86] agrestia regem,
Inventumque [87] focis omnis quem credidit ætas,
[88] Cæculus. Hunc [89] legio latè comitatur [90] agrestis:
Quique [91] altum [92] Præneste viri, quique arva [93] Gabinæ
Junonis, [94] gelidumque [95] Anienem, & [96] roscida rivis
[97] Hernica saxa [98] colunt ; quos [99] dives Anagnia pascis,
* Quos, [1] Amasene [2] pater. Non [3] illis omnibus arma,
Nec clipei, [4] currusve [5] sonant. [6] Pars maxima [7] glandes

68 Villosum duro pilo, & terribili. 69 Ad caput usque: *vel*, pro munimento capitis. 70 Italibus armis. 71 Donum regis. 72 Tremendus. 73 Quali Herculeles uti solebat. 74 Duo & æquales. 75 Tibur oppidum. 76 Sui. 77 Strenuus. 78 Quæ ex Græciâ huc venerat, filii scil. Amphiarai, qui ab Argis hùc vecti Tibur condiderunt. 79 In equis. 80 Quemadmodum feruntur. 81 Ex nube geniti. 82 Thessaliæ montes. 83 Nive oppletum. 84 Illis celeritèr descendentibus. 85 Adfuit cum reliquis. 86 In agro pasci solita. 87 Locis, ubi ignis fovetur. 88 A parvis oculis sic dictus. 89 Certa multitudo. 90 Quia agrestium rex erat. 91 Editum, in monte situm. 92 Italiæ oppidum. 93 Quæ Gabiis colitur. 94 Frigidum, quia per silvas defluentem. 95 Fluvium, è montibus Trebanorum labentem. 96 Fluviis præterfluentibus irrigata. 97 Loca montosa & saxa, quæ *Herne* à Sabinis dicuntur. 98 Incolunt. 99 Fertilis urbs.

* Scil. *piscis irrigas.* 1 *Amasenus* Campaniæ fluvius est. 2 Nympharum scil. id est, aquarum. 3 Hernicos describit ab armorum genere, & prodeundi ad bellum consuetudine. 4 Quibus commeatum, aut arma ferant. 5 Id est, illi omnes non ferunt secum arma, &c. ut ceteræ nationes. 6 Funditores scil. 7 Globulos.

Li-

[8] Liventis plumbi [9] spargit: [10] pars [11] spicula gestat
Bina manu, fulvosque lupi de pelle [12] galeros
[13] Tegmen habent [14] capiti: [15] vestigia nuda sinistri
[16] Instituêre pedis: [17] crudus tegit [18] altera pero.
At Messapus, equûm domitor, [19] Neptunia proles,
Quem neque [20] fas [21] igni cuiquam, [22] nec sternere ferro,
[23] Jam pridem [24] resides [25] populos, [26] desuetaque bello
Agmina, in arma vocat subitò, [27] ferrumque retractat.
[28] Hi [29] Fescenninas acies, [30] æquosque [31] Faliscos,
Hi [32] Soractis [33] habent arces [34] Flaviniaque arva,
Et Cimini [35] cum monte lacum, lucosque [36] Capenos.
Ibant [37] æquari numero, [38] regemque canebant:
[39] Ceu [40] quondàm [41] nivei liquida inter nubila [42] cycni,
Cùm sese è pastu referunt, & longa [43] canoros
Dant per colla [44] modos, [45] sonat [46] amnis, & [47] Asia longè
Pulsa palus.

8 Livorem inducentis. 9 E funda. 10 Eorum. 11 Jacula. 12 Pileos rotundos. Dicitur etiam *hoc galerum*. 13 Ut sint vestimentum. 14 Suo. 15 Pede sinistro nudo pugnare instituerunt. Hernicos, ab Ætolis oriundos, ad ipsorum morem μονοκρήμιδας producit. Macrob. vide l. 5. Sat. c. 18. 16 Habent sinistros pedes nudos. 17 E crudo corio factum calceamentum rusticum dextrum pedem vestit. 18 Vestigia dextri pedis. 19 Neptuni filius: quia per mare in Italiam venit. Sic enim mari advectos aliundè appellabant. 20 Erat. 21 Quia Dei aquarum filium. 22 Id est, qui neque ferro, neque igni exstingui poterat. 23 Jam à plusculis temporibus. 24 Ab armorum exercitio. 25 Etruscos. 26 Alienà à consuetudine bellandi. 27 Et iterùm sive denuò tractat arma ferrea, quæ tractare desuêverat. 28 Populi Messapo subditi. Enumerat populos, quos secum sub suis signis ad bellum traxit Messapus. 29 A Fescenia, Tusciæ oppido, Epithalamio, ab eâ invento, nobili. 30 Justos, à quibus Romani acceperunt jura fecialia & supplementa 12. tabularum; *vel*, à sanctitate, quâ tuti per ardentes prunas illæsi incedebant. Æn. 31 Ex Faliscâ Etruriæ urbe. 32 Montem Soracte in Faliscis Apollinis templo clarum. 33 Incolunt. 34 Flavina Etruriæ oppidum sub Soracte monte. 35 Qui est juxtà montem. 36 Capena, oppidum non longè à Faliscis, & Soracte. 37 In pares ordines, & numeros digesti. 38 Messapum Neptuni filium. 39 Plausum ac fremitum militum, regem Messapum canentium, cygnorum à pastu clangori comparat. 40 Aliquando. 41 Candore nivali. 42 Canunt. 43 Modulos benè sonantes more canentium. 44 Resonat. 45 Cayster Asiæ Minoris fluvius, juxtà quem canunt. 46 Ad differentiam regionis. 47 Repercussa à sono cygnorum.

Nec

[48] Nec quisquam [49] æratas acies ex agmine tanto
Misceri putet: [50] aëriam sed gurgite ab alto
[51] Urgueri volucrum [52] raucarum ad litora [53] nubem.
[54] Ecce, [55] Sabinorum prisco de sanguine magnum
Agmen [56] agens Clausus, magnique ipse agminis instar:
[57] Claudia nunc à quo [58] diffunditur & [59] tribus & [60] gens
Per Latium, [61] postquam in partem data Roma Sabinis.
[62] Unà ingens [63] Amiterna cohors, priscique [64] Quirites,
[65] Ereti [66] manus omnis, [67] oliviferæque Mutuscæ:
Qui [68] Nomentum urbem, qui [69] Rosea rura Velini,
Qui [70] Tetricæ horrentis rupes, montemque Severum,
[71] Casperiamque [72] colunt, [73] Foruloque, & [74] flumen
Himellæ:
Qui Tiberim [75] Fabarimque bibunt, quos frigida misit
[76] Nursia, & Hortinæ classes, populique Latini:
Quosque [78] secans [79] infaustum [80] interluit [81] Allia nomen.
[82] Quàm multi Libyco volvuntur [83] marmore fluctus,

48 Qui dictos viros audirent canentes, regem, non putaret eos esse armatos, nec bellicos: sed putaret, &c. 49 Ferreis armis tectis. 50 In aëre volantem. 51 Depelli. 52 Cygnorum gregem, quorum vox dulciter raucescit. 53 Populorum Italiæ non longè à Roma. 54 Conducens. 55 Claudiorum, qui Romæ nobiles erant. 56 Multiplicatur diffundendo in diversas familias. 57 Quæ olim fuerunt divisæ à Romulo in tres partes. 58 Progenies. 59 Postquam Sabini donati sunt civitate Romanâ. Respicit tempora Romana: conciliatos à fœminis Sabinis Romanos & Sabinos, indè initam pacem & fœdus, urbem datam. 60 Data est à Romulo. 61 Enumerat populos Lausum secutos. 62 Ex Amiterno oppido. 63 Sabini, à quibus & Romani dicti Quirites. 64 Oppidi Sabinorum, non procul à Tiberi in colle siti. 65 Multitudo. 66 Multum olearum ferentis. 67 Oppidum in Latio. 68 Rosea, campus Reatini agri fertilissimus prope Velinum fluvium. Al. *roscida*, id est, multo rore perfusa. 69 Tetricum & Severum, montes in Sabinis ardui & asperi: à quibus homines tristes ac severi *Tetrici* dicuntur. 70 Oppidum Sabinorum. 71 Incolunt. 72 *Foruli*, Sabinorum oppidum: ab eo *Forenses*. 73 Prope Casperiam. 74 Himellam. Sic suprà, *Urbem Ruthreti*. 75 Qui & *Farfarus* dictus, hodiè *Farfa*. 76 Antiqua Sabinorum urbs. 77 Ex Horta, vel Hortano Etruriæ oppido milites, sive equites in classes divisi. 78 Dividens eos per medium. 79 Propter cladem Romanorum apud eum fluvium à Gallis Senonibus acceptam 16 Kalend. August. Brenno duce: qui dies est & infaustus. 80 Inter medios alluendo fluit. 81 Fluvius non longe ab urbe est. 82 Simul venerunt, *quam*, &c. 83 Mari marmorei coloris: ut aliquoties suprà, & præcipuè v. 28. h. l.

Sæ-

Sævus ubi [84] Orion hibernis [85] conditur undis,
Vel cùm sole [86] novo [87] densæ torrentur [88] aristæ
Aut [89] Hermi campo, aut Lyciæ [90] flaventibus arvis;
[91] Scuta sonant, pulsuque pedum tremit excita tellus.
[92] Hinc [93] Agamemnonius, Trojani nominis hostis,
[94] Curru jungit Halesus equos, [95] Turnoque feroces
Mille [96] rapit [97] populos: vertunt [98] felicia Baccho
Massica qui [99] rastris, & quos de collibus altis
* Aurunci [1] misêre patres, [2] Sidicinaque juxta
Æquora, quique [3] Cales linquunt, amnisque [4] vadosi
Accola Volturni, pariterque [5] Saticulus [6] asper,
[7] Oscorumque [8] manus. [9] Teretes sunt aclides illis
Tela: sed [10] hæc [11] lento mos [12] est aptare flagello.
[13] Lævas [14] cætra tegit; [15] falcati [16] comminùs [17] enses.
[18] Nec tu carminibus nostris indictus abibis,
[19] Oebale: quem genera sse Telon [20] Sebethide nymphâ
Fertur, [21] Teleboûm Capreas cùm regna teneret
Jam senior: [22] patriis sed non & [23] filius arvis
Contentus, latè jam tùm [24] ditione premebat
[25] Sarrastis [26] populos, & quæ rigat [27] æquora [28] Sarnus.

84 Sidus Orionis, ortu & occasu nimbosum. 85 Absconditur. 86 Recens orto, aut in principio æstatis. 87 Crebræ. 88 Spicæ. 89 In campo, quem Hermus, fluvius Lydiæ, irrigat. 90 Propter aristas. 91 Tam multa scuta eorum: qui in bellum congressuri sunt. 92 Post hos. 93 Agamemnonis dudum partes secutus: Agamemnonis comes, vel nothus. 94 Ad currum. 95 In auxilium Turni. 96 Raptim colligit, adducit. 97 Campanos sc. Auruncos, Sidicinos, Cilicios, Volturni fluv. accolas, Saticulos, Oscos. 98 Fertiles vino montes Massicos in Campaniâ. 99 Instrumentis dentatis, glebis confringendis idoneis. * Antiquissimi Italiæ populi. 1 In auxilium Turni. 2 Ab oppido Sidicino dicta. 3 Campaniæ oppidum, 4 Vadis pleni. 5 Campaniæ populi. 6 Moribus. 7 Populorum Italiæ. 8 Multitudo. 9 Tela ansata, quæ fune religata post inflictum vulnus retrahuntur in longum, sunt Oscis pro telis. 10 Has Aclides. 11 Flexibili. 12 Illis. 13 Sinistras partes corporum eorum. 14 Scutum breve lorcum, quo tunc utebantur Hispani, & Afri. 15 Incurvi. 16 De propè, quasi cum manibus. 17 Tegunt manus dextras. 18 Carmina nostra te quoque dicent. 19 Rex Laconum: à quo regio *Oebalia*. 20 Scil. ex. Sebethus fluv. Campaniæ propè Neapolim. 21 Teleboarum. Syncope. *Teleboæ* Æoliæ populi fuerunt. 22 Paternis. 23 Œbalus. 24 Imperio. 25 Sarni montis accolas. 26 Enumerat populos, quos sub suam ditionem redegerat Oebalus. 27 Agros planos. 28 Campaniæ fluv. è monte Sarnio oriens.

Qui-

Quique [29] Rufras [30] Batulumque tenent, atque arva [34] Ca-
lennæ
Et quos [31] maliferæ [32] despectant mœnia [33] Abellæ:
[34] Teutonico ritu soliti torquêre [35] cateias:
[36] Tegmina quis capitum raptus de subere cortex:
[37] Æraræque micant peltæ, micat æreus ensis.
Et te [38] montosæ misêre in prælia [39] Nersæ,
Ufens, insignem famâ & [40] felicibus armis:
[41] Horrida præcipuè [42] cui gens, assuetaque [43] multo
Venatu nemorum, [44] duris [45] Æquicula glebis
Armati terram [46] exercent, semperque [47] recentis
Convectare [48] juvat prædas, & vivere [49] rapto.
Quin & [50] Marrubiâ [51] venit de gente sacerdos,
[52] Fronde super galeam & felici comtus olivâ,
Archippi regis [53] missu, fortissimus Umbro:
[54] Vipereo generi, & gravitèr spirantibus [55] hydris,
[56] Spargere qui somnos [57] cantuque [58] manuque solebat,
[59] Mulcebatque [60] iras, & [61] morsus [62] arte [63] levabat.
Sed non [64] Dardaniæ [65] medicari [64] cuspidis ictum
[66] Evaluit; neque eum juvêre [67] in volnera cantus
Somniferi, & [68] Marsis quæsitæ in montibus herbæ.

29 Oppid. in finibus Hirpinorum, ultra Apenninum. 30 Oppida in Samnio, propè Campaniam. 31 Multa mala adferentis. 32 Deorsum inspectando vident. 33 Oppidum suprà fontes Liternì fluv. malis Punicis nobile. 34 More Teutonum, quod hi in bello hujusmodi telis uti soleant. 35 Tela Gallica, & Germanica. 36 Quibus galeæ erant factæ è recenti subere, id est, de arbore illâ, cujus cortex facilè flectitur. 37 Et quibus scuta brevia æreis laminis tecta resplendent. 38 In montibus positæ. 39 Cives urbis Nersæ. 40 Quibus feliciter uti solebas. 41 Aspera cultu. 42 Ufenti. 43 Frequenti venatione. 44 Ad colendas duras glebas. 45 Oppidum Æquorum, qui quotannis rebelles, semper raptores. 46 Colunt. 47 Recentèr raptas. 48 Delectat eos. 49 Ex rapina. 50 Marrubium urbs, caput Marsorum. 51 In prælia. 52 Oleagina fronde undique comptâ coronatus uti sacerdos. *Undique decerptæ frondem præponere olivæ* Hor. 1. lib. Od. 7. sed variatur lectio. 53 Ex missione. 54 Viperis, id est, terrenis serpentibus. 55 Serpentibus aquaticis. 56 Conficere, infundere. 57 Incantatione. 58 Herbis potentibus. 59 Sedebat. 60 Viperarum & hydrarum. 61 Serpentinos. 62 Medica. 63 Curabat & tollebat. 64 Teli Trojani, quo occisus est. 65 Medicè curare. 66 Ad plenum nequivit. 67 Contrà. 68 Quibus gens Marsorum multum potest.

Te

Te nemus Anguitiæ, [69] vitreâ te [70] Fucinus undâ,
Te liquidi flevêre lacus.
Ibat & [71] Hippolyti proles pulcherrima [72] bello
[73] Virbius: [74] insignem quem mater Aricia misit,
Eductum [75] Egeriæ [76] lucis, [77] Hymettia circùm
Litora, [78] pinguis ubi & [79] placabilis ara Dianæ.
Namque [80] ferunt [81] famâ Hippolytum, postquam [82] arte novercæ
[84] Occiderit, [85] patriasque explêrit [86] sanguine pœnas
[87] Turbatis [88] distractus equis, ad sidera rursus
[89] Ætheria & [90] superas cœli venisse sub auras,
[91] Pæoniis [92] revocatum herbis & amore [93] Dianæ.
[94] Tùm pater omnipotens, aliquem [95] indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina surgere vitæ,
Ipse [96] repertorem medicinæ talis & artis
Fulmine [97] Phœbigenam [98] Stygias detrusit in undas.
At [99] Trivia Hippolytum * secretis [1] alma recondit
Sedibus & nymphæ Egeriæ, [2] nemoríque relegat:
Solus ubi in silvis Italis [3] ignobilis [4] ævum
Exigeret, [5] versoque ubi nomine [6] Virbius esset.

69 Habens aquam vitrei coloris. 70 Oppid. apud ipsum lacum Fucinum in Marsis, id est, *Luco*. 71 Thesei ex Hippolyta Amazone filii, qui novercæ injuriâ miserè interiit. 72 Ad bellum. 73 Primò, *Demophoon* dictus est: ab equis discerptus, *Hippolytus*: ab Æsculapio restitutus vitæ, *Virbius*. 74 Clarum & nobilem. 75 Nymphæ, cum qua Numa nocturnos congressus simulavit. 76 Silvis. 77 Hymetti fluminis. 78 Sacrificio pecudum. 79 Mitis, & non gaudentis sanguine humano. 80 Plurimi. Digreditur ad fabulam Hippolyti: quam vide Ovid. *Met.* 15. 81 Ex relatu aliorum. 82 Fraudulenta insimulatione. 83 Phædræ, Minois filiæ. 84 Mortuus fuerit. 85 A patre Theseo illatas. 86 Vitâ suâ. 87 Consternatis, attonitis. 88 In diversa tractus & dissolutus. 89 Cœlestia. 90 Revixisse. 91 Medicinalibus, à *Pæone*, Deorum medico. 92 In vitam. 93 Amitæ Æsculapii, qui eum in vitam revocavit. 94 Deindè. 95 Ægrè ferens. 96 Æsculapium. 97 Æsculapium Phœbo genitum, Phœbi filium. Al. *pœnigenam*, id est, Coronidis matris pœnâ natum. 98 Infernales. 99 Diana. * Ne à Jove prosterneretur. 1 Vitæ ejus altrix. 2 Egeriæ sacro. 3 Segregatum ab aliis commendat. 4 Ignotus, latens, incognoscibilis. 5 Reliquum vitæ suæ tempus transigeret. 6 Traducto ab eventu: sicut priùs *Hippolytus*, quia equis solutus. 7 Quasi *viribus* effectus.

Un-

Undè etiam templo [8] Triviæ-lucisque [9] sacratis,
[10] Cornipedes [11] arcentur equi; quòd [12] litore [13] cur-
rum
Et [14] juvenem [15] monstris pavidi effudêre marinis.
[16] Filius [17] ardentis [18] haud secius [19] æquore campi
[20] Exercebat equos, [21] curruque in bella ruebat.
[22] Ipse inter [23] primos præstanti corpore Turnus
[24] Vertitur arma tenens, & toto vertice [25] suprà est.
[26] Cui [27] triplici crinita jubâ galea alta [28] Chimæram
Sustinet, [29] Ætnæos efflantem faucibus ignis.
[30] Tam magis [31] illa fremens, & [32] tristibus [33] effera
flammis,
[34] Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.
At [35] levem clipeum [36] sublatis cornibus [37] Io
Auro [38] insignibat, jam [39] sætis obsita, jam bos,
[40] Argumentum ingens, & [41] custos [42] virginis [43] Ar-
gus;
[44] Cælatâque [45] amnem fundens [46] pater Inachus [47] urnâ.
[48] Insequitur [49] nimbus peditus, [50] clipeataque totis
Agmina densentur campis, [51] Argivaque pubes.

8 Dianæ. 9 Triviæ. 10 Cornipedes equos habentes. 11 Depelluntur. 12 Per litus. 13 Hippolyti. 14 Hippolytum, Thesei filium. 15 Consternati phocis, id est, vitulis marinis. 16 Hujus Hippolyti Virbii, ab equis in litore distracti. 17 Animosos. 18 Nihilominus, non segniùs, quamvis pater ab equis interemptus esset. 19 In planitie. 20 Agebat. 21 De quo pugnabat. 22 Dux & caput belli. 23 Principes viros. 24 Versatur, hinc indè se rotans. 25 Præeminet supra reliquos. 26 Turno. 27 Habens quasi pro crinibus triplicem jubam, Τριφάλια, galea insignis tribus comis, seu cristis. 28 Chimæræ effigiem, ad terrorem. 29 Instar Ætnæ, montis Siculi, efflantem ignes sulphureos. 30 Tantò. Sal. Quam *quisque pessimè facit, tam maximè tutus est.* 31 Chimæra est. 32 Tristitiam adferentibus. 33 Terribilis. 34 Quantò. 35 Politum, ob nitorem, vel 19 nondum cornutam. 36 Depositis. 37 Inachi filia, olim in vaccam mutata. 38 Decorabat, ornabat. 39 Duris pilis tecta, obducta. 40 Cælatura hæc argumentum erat generis ducti ab Acrisio, rege Argivorum, atque inde ab Inacho. 41 Additus à Junone, ne referri posset in formam priorem. 42 Ius. 43 Vir ille centum oculos habens. 44 Sculpta. 45 Aquam. 46 Puellæ. 47 Vase, quo aqua è puteis fluminibusve hauritur: quo significabatur Deus fluminis. 48 Turnum. 49 Copiosus exercitus, pulverulentam nubem excitans. 50 Clypeis munita. 51 Ab Argis oriunda: Turnus enim è Græcis oriundus erat.

Au-

[51] Auruncæque manus, Rutuli, [52] veteresque [53] Sicani, 795
Et [54] Sacranæ acies, & [55] picti scuta [56] Labici:
Qui saltus, Tiberine, [57] tuos, sacrumque [58] Numici
Litus arant, Rutulosque [59] exercent vomere colles,
[60] Circæumque jugum: quis Juppiter [61] Anxurus arvis
Præsidet, & viridi gaudens [62] Feronia luco: 800
[63] Qua [64] Saturæ [65] jacet atra palus, [66] gelidusque per imas
Quærit iter valles, atque [67] in mare conditur [68] Ufens.
[69] Hos super advenit [70] Volscâ de gente Camilla,
Agmen agens equitum, & [71] florentis aere catervas,
[72] Bellatrix. [73] Non illa colo, [74] calathisve Minervæ 805
Femineas adsueta manus; [75] sed prælia [76] virgo
Dura [77] pati, cursuque pedum [78] prævertere ventos:
[79] Illa vel [80] intactæ segetis per summa [81] volaret
Gramina, nec teneras [82] cursu læsisset [83] aristas:
Vel mare per medium, [84] fluctu suspensa [85] tumenti, 810
[86] Ferret iter, [87] celeris nec [88] tingeret æquore plantas.

52 Et exercitus Auruncorum. 53 Siculi. 54 Sacranorum. 55 Habentes scuta depicta. 56 Latini populi à Glauco Libico oriundi, Minois filio: qui picturam gentis suæ scutorum primus in Italiâ ostendit. 57 Flumini tuo, vicinos. 58 Fluvii, in quem Æneas submersus dicitur. 59 Sulcant. 60 Circæum promontorium, à *Circe* denominatum. 61 Ἄνω ξυσθέν, id est, *sine novacula*: quia adhuc imberbis. 62 Juno. 63 Parte, regione. 64 Regionis. 65 Sita est. 66 Frigidus. 67 In mare Tyrrhenum incidit. 68 Fluvius juxta Terracinam, vulgò *Fiume*. 69 Ultrà hos jam dictos. 70 Priverno, Volscorum oppido, profecta à Gente Amazonum, quæ in Atticâ devictæ in Italiam fugerunt. 71 Fulgentes æreis armis copias. Lucret. 4. *florentia lumina flammis*. 72 Exsistens bellicosa. 73 Illa non habuit manus femineas assuetas instrumento nendi, sive lanificio, cujus repertrix Minerva fuisse dicitur. 74 Vasculis vimineis, in quibus lanificæ pensa, aut filia lanea revolvunt. 75 Describit Camillam à studio rei militaris, pedum velocitate, & ornatu, quo in prælium prodiit. 76 Cùm esset virgo. 77 Scil. *assueta fuit*. 78 Anteveniendo impedire, id est, tam celeriter currebat, ut ventos præverteret. Hyperbole. 79 Nobilissima bellatrix. 80 A pedibus ejus. 81 Volare posset. 82 Currendo superent. 83 Extremas spicæ partes. 84 Cujus cursu ne tumor quidem fluctuum deprimeretur. 85 Per tumorem erecto. 86 Incedere posset. 87 Celerrimè procurrentes. 88 Madefaceret aqua marina.

[89] Illam omnis tectis agrisque [90] effusa [91] juventus,
Turbaque miratur matrum, & prospectat [92] euntem;
Attonitis [93] inhians animis: [94] ut [95] regius [96] ostro
Velet honos [97] levis [98] humeros, ut Fibula crinem
[99] Auro internectat; * Lyciam ut gerat ipsa pharetram,
Et [1] pastoralem [2] præfixa cuspide [3] myrtum. 817

89 Camillam. 90 Sine ordine cum tumultu egressa. 91 Multitudo juvenum. 92 Procedentem gressu virili. 93 Avide intenta, ore ob stuporem patefacto. 94 Quomodo. 95 Regalis & debitus. 96 Purpura vestiat. 97 Non pilosos, nec asperos, sed succi plenos. 98 Camillæ. 99 Reticulo aureo habente fibulam. 1 Apollinis, & Dianæ gestamen, qui in Lycia colebantur. Lycii autem saggittandi arte claruerunt. 2 Quæ pastoribus usui esse potuisset umbra sua. 3 Habentem cuspidem ferream præfixam in morem hastæ. 3 Hastam myrteam.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS
ÆNEIDOS
LIBER OCTAVUS.

ARGUMENTUM.

BELLI signum Turnus ex Laurenti arce proponit, Latiique totius, finitimarumque urbium sibi auxilia adjungit. Venulus quoque Argos ad Diomedem mittitur, ut eum periculi similitudine ad belli societatem impellat. Quibus rebus permotus Æneas, copiarumque suarum paucitati diffidens, Tiberini monitu, adverso flumine in ea loca subvehitur, in quibus postea Roma condita fuit: Evandrique regis, qui ex Arcadia profugus, in Palatino monte oppidum, nomine Pallanteum, condiderat, auxilium implorat. Evander Æneam, adventus ejus causâ cognitâ, benignè hospitio excipit: sacrisque Herculis, quibus tum intentus erat, adhibitum, causam, ritusque sacrificii edocet, locaque ejus tractus nobiliora obiter hospiti recenset. Postridiè Æneas, equitum quadringentorum subsidio, adjutus (quibus præerat Palles, unicus Evandri filius) partem copiarum secundo flumine ad suos remittit: ipse cum reliquis Agyllam, florentissimam Tyrrhenorum civitatem, petit: cui eum Mezentius, quem ob intolerandam crudelitatem regno expulerat, interneciva odia intercedebant. Interim Vulcanus uxoris blanditiis adductus, privignò suo arma fabricatur, eademque à Venere ad Æneam deferuntur: qui armorum pulchritudine delectatus, cum cetera omnia, tum clypeum in primis, qui res à posteritate suâ strenue gerendas habebat depictas, studiosè admiratur.

[1] UT belli [2] signum [3] Laurenti [4] Turnus ab arce
[5] Extulit, & [6] rauco strepuerunt cornua cantu,
Utque [7] acris [8] concussit equos, utque [9] impulit arma;

1 Postquàm. 2 Vexillum, ad comitia, & exercitum conscribendum. Alludit autem ad Romanorum consuetudinem, qui subitis tumultibus, cùm justum conscribendi exercitus tempus non suppetebat, duo vexilla ex Capitolio proferebant, ad quæ, qui Rempubl. salvam vellent, sese reciperent. 3 Lauro Lavinii ex regia Latini. 4 Namque Latinus sepserat *se tectis, rerumque* reliquerat *habenas*: suprà l. 7. v. 600. 5 Expandit. 6 Bellicum cantatum est. 7 Animosos, vehementi spiritu fretos. 8 Commovit, excitavit strepitu cornuum, & clangore tubarum. 9 Animos, diu jam resides ad arma retractanda, vibratione, ventilatione & concussione exacuit. Allusum volunt ad Roman. morem, ubi qui curam belli susceperat Martis sacrarium ingressus ancilia movit, ipsumque Martis simulacrum, cùm hoc dicto, *Mars vigila*. Quidam exponunt de hasta in hostium fines impulsa.

[10] Extemplò [11] turbati [12] animi: simul omne [13] tumultu
Conjurat trepido Latium, sævitque juventus
[14] Effera. [15] Ductores primi [16] Messapus & Ufens,
[17] Contemptorque Deum Mezentius, undique [18] coguntur
[19] Auxilia, & latos [20] vastant cultoribus agros.
[21] Mittitur & magni [22] Venulus [23] Diomedis ad urbem,
[24] Qui [25] petat auxilium, & [26] Latio consistere Teucros,
Advectum [27] Æneam [28] classi, [29] victosque penatis
[30] Inferre, & [31] fatis [32] regem se dicere posci,
[33] Edoceat, multasque viro se [34] adjungere gentis
Dardanio, & latè [35] Latio [36] increbrescere [37] nomen.
[38] Quid struat his cœptis, [39] quem, si Fortuna [40] sequatur,
Eventum pugnæ [41] cupiat, manifestius [42] ipsi,
Quàm [43] Turno [44] regi, aut regi apparere [45] Latino.
[45] Talia per [46] Latium: quæ [47] Laomedontius heros

10 Illicò, è vestigio. 11 Turbati sunt furore bellico. 12 Italorum scilic. qui convenerant. 13 Sicut in bello tumultuario fieri solet. *Tumultus* enim erat, cum ex subito, & vicino plerumque bello summa oriebatur perturbatio: dictus quasi *timor multus*, quo tempore & in urbe, & in Italiâ delectus promiscuè habebatur, nec ullum excusabat vacatio, cogebantur enim ad arma etiam emeriti. Vide quæ nos suprà lib. 6. Ejus rei videtur admonere Poëta, & hoc bellum Latinorum cum Trojanis in ipso Latio, vocare *tumultum*. Omnis igitur tumultus bellum est: sed non quodvis bellum, tumultus. 14 Exsistens indomita. 15 Duces. 16 De his suprà 7. lib. 17 Qui sibi divinos honores, & primitias offerri imperavit. 18 Congregant, colligunt. 19 Auxiliares copias. 20 Pecore, frugibus, ipsis colonis spoliant: quia agricolas ad bella vocabant. 21 A Turno. 22 Orator Turni. 23 Argyripam, sive Argos oppid. in Apuliâ, à Diomede, Ætoliâ pulso, conditum. 24 Ut is. 25 A Diomede. 26 In Italiâ 27 Hostem Diomedis. 28 Classe, multis navibus. 29 A Græcis semel. 30 Latio. 31 Per fata, quæ id jusserunt. 32 Ut sit rex Latinorum. 33 Significet Diomedi. 34 Ut magis invidiam concitaret. 35 Per Latium. 36 Divulgari, innotescere, favente Latino. 37 Æneæ, vel Trojanum. 38 Et edoceat, quid prætendat: q. d. non aliud, quàm occupato regno, reliquos omnes Italiæ habitatores expellere. 39 Qualem. 40 Æneæ faveat. 41 Æneas optet. 42 Diomedi, ut qui Trojanos priùs, propiùsque noverat; quia antiquus hostis. 43 Quibus fraus Trojanorum nondum satis perspecta, sed tamen audita erat. 44 Rutulorum duci, aut cujus ad regnum Laurenti. 45 Gerebantur, fiebant. 46 Italiam. 47 Æneas, à *Laomedonte*, Trojanorum rege, denominatus.

Cun-

Cuncta [48] videns magno curarum [49] fluctuat [50] æstu :
Atque [51] animum nunc [52] huc celerem, nunc [53] dividit
[54] illuc,
In partisque [55] rapit varias, perque omnia versat.
[56] Sicut [57] aquæ [58] tremulum [59] labris ubi [58] lumen aënis
[60] Sole repercussum, [61] aut [62] radiantis imagine Lunæ,
Omnia pervolitat latè loca, jamque [63] sub auras
Erigitur, summique ferit [64] laquearia tecti.
Nox erat; & terras animalia [65] fessa per omnis
[66] Alituum [67] pecudumque genus sopor [68] altus [69] habebat:
Cum [70] pater in ripâ [71] gelidique sub ætheris axe
Æneas tristi turbatus pectora bello
Procubuit, [72] seramque dedit per membra quietem.
[73] Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus amœno
[74] Populeas inter senior se attollere frondis
[75] Visus. [76] Eum tenuis [77] glauco velabat amictu
[78] Carbasus, & [79] crinis umbrosa tegebat [80] arundo.
Tum sic [81] adfari, & curas his demere dictis:
[82] O sate gente Deûm, [83] Trojanam ex [84] hostibus urbem

48 Considerans. 49 Jactatur, agitatur. 50 Fervore. 51 In hanc sententiam. 52 In diversa vertit. 53 In illam sententiam, lib. 10. *animus nunc huc, nunc fluctuat illuc.* Leguntur iidem duo versus 2. Æn. 54 Animum. 55 Consilia, aut quæ agenda erant. 56 Comparatio est. Ita animus Æneæ fluctuabat, ut cum aqua feritur radio solari, parvo momento lumen huc illuc properat. 57 In quibus est aqua. 58 Radius solaris subitò motus. 59 In vasis majoribus. 60 Generatum ex repercussione radiorum Solis. 61 Scil. *repercussum.* 62 Resplendentis. 63 In altum. 64 Connexiones trabium, aut tabularum. 65 Diurno labore defatigata. 66 Alitum, id est: degentium in aëre. Epenthesis. 67 Degentium in terris. 68 Profundus. 69 Habebat. 70 Vir veneratione paternâ dignus. 71 Sub dio. 72 Tardè concessam propter gravamen membrorum, aut dedit per membra, cùm animum nondùm quietum haberet. 73 Æneæ dormienti. 74 Populi arboris ad ripam crescentis. Propter Herculem, qui in illis locis versatus fuerat, illi populus dicata, ut Myrtus Veneri, Laurus Apollini, Quercus Jovi. 75 Est. 76 Tiberinus. 77 Cæruleo, id est, vestitu coloris aquæ convenientis. Hoc enim vestitu Dii fluviorum & maris pingebantur & capite arundine tecto. 78 Vestis carbasina, id est, è genere lini aut veli facta. 79 Tiberini. 80 Corona arundinea, quâ prætexebantur ripæ. 81 Tiberinus cœpit alloqui Æneam. 82 O Æneâ, progenite genere Deorum. 83 Auspicia novæ Trojæ condendæ. 84 Græcis.

Qui [85] revehis [86] nobis, [87] æternaque Pergama [88] servas,
[89] Exspectate solo Laurenti, arvisque [90] Latinis;
Hic tibi [91] certa domus: certi ([92] ne absisti) Penates:
Neu [93] belli [94] terrére minis. [95] Tumor omnis & iræ
[96] Concessêre [97] Deûm.
Jamque tibi, ne vana putes hæc fingere somnum,
[98] Litoreis ingens [99] inventa sub * ilicibus [1] sus,
[2] Triginta capitum fœtus enixa, jacebit;
Alba, solo recubans, albi circum ubera [3] nati.
([4] Hic locus [5] urbis erit, requies [6] ea certe laborum:)
[7] Ex quo [8] ter denis urbem [9] redeuntibus annis
Ascanius [10] clari condet [10] cognominis Albam.
[11] Haud incerta cano. Nunc quâ [12] ratione, quod [13] instat,
[14] Expedias [15] victor, paucis ([16] adverte) docebo.
[17] Arcades [18] his oris, genus à [19] Pallante [20] profectum,
Qui regem Evandrum comites, qui [21] signa secuti,
Delegére locum, & [22] posuére in [23] montibus urbem,
Pallantis [24] proavi de nomine Pallanteum.

85 Ob Dardanum, Trojani generis auctorem, ex Italia profectum. Ita Illioneus, l. 7. suprà: *Hinc Dardanus ortus. Hic repetit.* 86 Ad nostram gloriam & utilitatem. 87 Indelebilia. 88 Ne intereant, reliquiis advectis: servando facis ut sint æterna. 89 Optare & desiderate regioni, ubi Laurentum est, & Laurentes habitant. 90 Latino subditis. 91 Quam mutare non debes. 92 Ne discedas: nec statuas te aliò: *vel* ne deseras inceptum tuum. 93 Contra te mori. 94 Terrearis. 95 Inflatio animi, id est, iracundia. 96 Sedatæ sunt. Alii exponunt, indulserunt, permiserunt: & tum hemistichium illud sic concludunt: *Concessêre Deûm profugis nova mœnia Teucris*, 97 Jovis, &c. namque Junonis etiamnum manebant. 98 Heleni idem, vaticinium iisdem versibus prolatum habes lib. 3. v. 390. 99 Arte. * Arboribus glandiferis. 1 Porca. 2 Porcelli 30 signant annos totidem, quibus exactis, Ascanius conditurus erat urbem à sue albâ dictam Albam. *Et stabit Albæ potens albæ suis omine dictæ.* Propert. l. 4. Eleg. 1. 3 Fœtus jacebunt. 4 In quo jacebit. 5 Olim condendæ, quæ & Alba vocabitur. 6 Urbs erit. 7 Post cujus inventionem. 8 Triginta. 9 Exactis. 10 Cognominandam ab albâ sue inventa, & clara oraculorum manifestatione. 11 Certa, id est, certissimis oraculis tibi priùs significata. 12 Viâ, modo. 13 Gerendum scil. 14 Id bellum. 15 Cum victoria. 16 Animum. 17 Populi ex Arcadiâ. 18 In his regionibus. Annis sexaginta ante bellum Trojanum, Arcades in Latium navigavêre, duce Evandro, filio Mercurii, & Nicostratæ, quæ & Themis, & Carmentis dicta est. 19 Arcadiæ rege. 20 Ortum. 21 Prodigia oraculorum. 22 Condiderunt. 23 Collicuiis hisce. 24 Evandri.

Hi

[25] Hi bellum assiduè [26] ducunt cum gente [27] Latinâ: 55
Hos [28] castris adhibe socios, & fœdera junge.
[29] Ipse ego te ripis & [30] recto flumine ducam,
[31] Adversum remis [32] superes subvectus ut amnem.
Surge, age, nate Deâ; [33] primisque cadentibus astris
[34] Junoni [35] fer rite preces, iramque [36] minasque 60
[37] Supplicibus [38] supera votis. Mihi victor [39] honorem
Persolves. Ego sum, pleno quem flumine cernis
[40] Stringentem [41] ripas, & pinguia [42] culta [43] secantem,
[44] Cæruleus Thybris, [45] cœlo gratissimus amnis.
[46] Hic mihi magna domus celsis caput urbibus exit. 65
[47] Dixit, deinde [48] lacu fluvius se condidit alto,
[49] Ima petens. [50] Nox Æneam somnusque reliquit.
Surgit, &, [51] ætherei [52] spectans [53] orientia Solis
Lumina, [54] rite [55] cavis [56] undam de [57] flumine palmis
Sustulit, ac talis effundit ad æthera voces: 70
Nymphæ, [58] Laurentes Nymphæ, [59] genus amnibus unde est,
Tuque, ô Thybri tuo genitor cum flumine sancto,
Accipite [60] Æneam, & tandem arcete [61] periclis.
[62] Quo te cumque [63] lacus miserantem incommoda nostra
Fonte tenet, [64] quocumque solo pulcherrimus exis; 75

25 Populi. 25 Gerunt. 27 Cum quâ tibi gerendum est. 28 Exercitui tuo in castris degenti. 29 Deus fluminis. A tuto & commodo. 30 Nullo errore te circumventuro. 31 Contra fluxum ejus. 32 Ascendas. 33 Cum primum astra occiderint, id est, cum primâ luce, albescente Aurorâ, quæ fugat astra. 34 Adversarix tuæ. Idem suadet Helenus, lib. 3. v. 437. 35 Offer ut decet. 36 Junonis. 37 Supplicibus factis. 38 Evince. 39 Sacrificium honorificum. 40 Minuentem, excavantem, radentem, subruentem, quæ Tibridis natura est. 41 Tiberinas. 42 Arva. 43 Interfluentem. 44 Marini coloris. 45 Cœlitibus, sive iis qui in cœlo sunt. Continens pro re contenta. 46 Ingens domicilium extenditur mihi in hoc fluvio, existens columen aut decus præcipuum urbibus Etruscis, atque aliis ad Tiberim sitis. 47 Tiberinus. 48 Antro, regiâ, domo suâ. 49 Profundum adiens. 50 Æneas, oriente die, expergiscitur. 51 Cœlestis. 52 Ad orientem Solem conversus, ter libato vivo flumine se lustravit. 53 Cum Sole. 54 Juxta morem sacrificandi. 55 In concavitatem contractis. 56 Aquam recentem. 57 Tiberino. 58 Quæ præsidis fontibus, & omnibus Laurentibus. 59 A quibus amnes ducunt originem: lymphis scil. 60 Me. 61 Ingruentibus. 62 Quocumque loco effusus sit lacus ubi habitas. 63 Antrum, regia. 64 Quacumque terrâ.

Semper [65] honore meo, semper [66] celebrabere [67] donis,
[67] Corniger [68] Hesperidum fluvius regnator aquarum.
[69] Adsis [70] ó [71] tantum, & [71] propius tua [73] numina firmes.
Sic [74] memorat, geminasque [75] legit de classe [76] biremis,
[77] Remigioque aptat; [78] socios simul instruit [79] armis. 80
Ecce autem, subitum atque [80] oculis mirabile [81] monstrum,
Candida per silvam cum [82] fœtu [83] concolor albo
Procubuit, viridique in litore conspicitur sus:
Quam pius Æneas tibi enim, tibi, maxima Juno,
Mactat, [84] sacra ferens, & cum [85] grege [86] sistit ad [87] aram. 85
[88] Thybris eâ fluvium, [89] quàm longa est, nocte [90] tumentem
[91] Leniit, & [92] tacitâ refluens ita substitit undâ,
Mitis ut [93] in morem stagni [94] placidæque paludis
[95] Sterneret æquor aquis, remo ut [96] luctamen abesset.
[97] Ergo iter inceptum celerant rumore secundo: 90
[98] Labitur [99] uncta * vadis [1] abies: [2] mirantur & undæ,
Miratur nemus [3] insuetum fulgentia longè

65 Sacris. 66 Cum celebritate honoraberis. 67 Cornua gerens, id est, similitudinem cornuum: vel, quod fluvii dividant se in brachia, partes, vel ostia, quæ cornua vocantur: vel, quod mugitum boum imitatur murmur aquarum. 68 Italicarum. 69 Auxilio sis, igitur celeritatem petit. 70 Optantis est. 71 Post tanta marium pericula. 72 Familiarius. 73 Divina munera nobis oblata. 74 Loquitur Æneas. 75 Eligit. 76 Naves duorum ordinum remorum. 77 Ad remigium, id est, ut possint remis agi. 78 Remiges, nautas, milites. 79 Remis, armamentis, telis. 80 Æneæ. 81 Portentum, prædictum ab Heleno, 3. lib. & à Tiberino, suprà. 82 Triginta capitum. 83 Ejusdem coloris. 84 Sacrificans. Sic lib. 3. Æn. *Junoni fer sacra libens.* 85 Fœtu, suculis. 86 Statue facit eam. 87 Tibi extructam. 88 Deus fluvii. 89 In quantum. 90 Inflatum priùs. 91 Tranquillum fecit. 92 Sine murmure rediens ita mansit stans. 93 Ad similitudinem aquæ stantis. 94 Tranquillæ. 95 Sternendo se faceret planitiem in ipsis aquis. 96 Labor & difficultas, id est, ut non esset luctandum remo cum aquis adversis, & defluentibus, cùm navis ascenderet. 97 Itaque, quia viden' fluvium tam convenientem, profectionem ad Evandrum celeriter peragunt cum prospero æstu ac murmure Tiberis. 98 Celeriter agitur. 99 Picata. * Pervada Tiberis. 1 Ex abiete facta. Metonymia materiæ. 2 Tam celerem navis ascensum. 3 Videre talia.

Scu-

Scuta [4] virûm, [5] fluvio [6] pictasque innare carinas.
Olli [7] remigio noctemque diemque [8] fatigant,
Et [9] longos [10] superant flexus, variisque teguntur
[11] Arboribus, viridisque [12] secant placido æquore [13] silvas.
[14] Sol medium cœli conscenderat igneus orbem,
Cum muros arcemque [15] procul, ac rara domorum
Tecta [16] vident; quæ nunc Romana potentia cœlo
[17] Æquavit: tùm res [18] inopes [19] Evandrus habebat.
[20] Ocius [21] advertunt proras, urbique [22] propinquant.
Forte [23] die sollemnem illo [24] rex Arcas [25] honorem
[26] Amphitryoniadæ magno divisque [27] ferebat
Ante [28] urbem in [29] luco. Pallas [30] huic [31] filius unà,
Cuncta omnes juvenum [32] primi, [33] pauperque senatus,
Tura dabant; [34] tepidusque cruor fumabat [35] ad aras.
Ut celsas vidêre rates, atque inter opacum
Adlabi nemus, & [36] tacitis incumbere remis;
Terrentur visu subito, cunctique relictis
[37] Consurgunt [38] mensis. [39] Audax [40] quos [41] rumpere Pallas
[42] Sacra vetat, raptoque volat telo [42] obvius ipse;

4 Virorum fortium. 5 Tiberi. 6 Rubrica, vel puppes pictas, vel Poppes. Imo 7. Æn. supra, picatæ cruce carinæ. 7 Remigrando. 8 Donec pervenissent ad Evandrum. 9 Quia Tiberis semper flectitur. 10 Transcendunt. 11 In ripis arborum. 12 Interridunt, id est, feruntur per medias arbores. 13 Imprudentium arborum imagines in placidis undis apparentes. Reddit navales ritus sua portubus formas, Auson. Mosel. 14 Jam meridies erat. 15 Cum adhuc longe esset. 16 Trojani. 17 Æquiparavit. 18 Tenues, & modicas. 19 Arcas. 20 Celerius. 21 Trojani. 22 Appropinquant. 23 Quo Trojani adverterant. 24 Evander. 25 Sacrificium. 26 Herculi, Amphitryonis filio putativo. 27 Offerebat, id est, sacrificabat. 28 Palantæum. 29 Silva Herculi consecrata. 30 Cum parte. 31 Evandri. 32 Principes. 33 Patres seniores, qui tunc pauperes erant. 34 Ex mactatis hostiis. 35 Juxta. 36 In aquæ placido, nullo aut levi remorum luctamine, remis nihil murmuris facientibus. 37 A sacrificio. 38 Deorum sacrific. ad quas sollemnes epulas ponebant. 39 Propria virtute confisus. 40 Arcades. 41 Interrumpere, sive interminare sacrificia cœpta: id enim nefas putabatur, infaustique ominis. Unde etiam lib. 5. Helenus jubet Anchisem verbis facis sacrum facere, ne quidquam videat, quod sacrificium cœptum possit obturbare. 42 Advenientibus.

Et

Et procul[43] è tumulo : [44] Juvenes, quæ caussa [45] subegit
Ignotas tentare vias ? quò tenditis ? inquit.
Qui [46] genus ? [47] undè domo ? pacemne hùc fertis, an [48] arma.
Tùm pater Æneas puppi sic fatur ab altâ :
[49] Paciferæque manu ramum prætendit olivæ :
[50] Trojugenas, ac [51] tela vides inimica [52] Latinis.
[53] Quos [54] illi bello [55] profugos [56] egére superbo.
[57] Evandrum petimus. Ferte [58] hæc, & dicite [59] lectos
[60] Dardaniæ [61] venisse duces, [62] socia arma rogantis.
Obstupuit [63] tanto perculsus nomine [64] Pallas :
Egredere ô, quicumque es, ait, [65] coramque parentem
Adloquere, ac nostris succede [66] penatibus [67] hospes.
[68] Excepitque manu, [69] dextramque amplexus [70] inhæsit.
Progressi [71] subeunt luco, fluviumque relinquunt.
Tùm [72] regem Æneas dictis adfatur [73] amicis.
Optume [74] Grajugenum, [75] cui me Fortuna [76] precari,
Et [77] vittâ comptos voluit prætendere [78] ramos ;
[79] Non equidem extimui, Danaûm quòd ductor, & [80] Arcas,
[81] Quodque [82] ab stirpe fores geminis conjunctus [83] Atridis ;

43 Colliculo. 44 Quia seniores manserant in Siciliâ. 45 Coëgit vos. 46 E quo genere, id est, gente, estis ? 47 E qua domo, id est, patriâ ? 48 Bellum. 49 Pacem adferentis. Pacem petentes præferebant oleæ ramos laneis vittis obvolutos, lib. 7. *Præferimus manibus vittas* : vittas autem religionis, oliva pacis insigne, quod & columba à Noacho emissa significavit. 50 Viros in Trojâ genitos. 51 Arma. 52 Quibus & vos inimici estis. 53 Trojugenas. 54 Latini. 55 Uti & vos, advenas. 56 Expulerunt. 57 Hujus loci regem. 58 Pacis indicia, ramum olivæ. 59 Electos. 60 Trojanæ patriæ. 61 Ad eum. 62 Socialia in Latinos. 63 Tanti nominis commemoratione, scil. Dardanii : scivit enim Dardanum ab Jove ortum. 64 Filius Evandri. 65 In præsentia ejus. 66 Laribus. 67 Jure hospitalitatis. 68 Excepit Æneam è navi. 69 Fidei pignus. 70 Moram traxit in amplexu. 71 Subintrant lucum, ubi sacrificia fiebant Herculi. 72 Evandrum. 73 Amabilibus. 74 Grajugenarum, id est, à Græcis, aut inter Græcos genitorum. 75 Ad cujus honorem. 76 Suppliciter pacem petere. 77 Innexos & illigatos vittâ lanea. 78 Olivæ paciferæ ramum. 79 Occupatio, cur, cum Trojanus sit, non dubitet ramen supplex venire ad Græcum. 80 Ex Arcadia oriundus. 81 Ex Sterope, Atlantis filiâ, natus Oenomanus, ex illo Hippodamia ; è quâ Pelops Atreum genuit, patrem Agamemnonis & Menelai. Ex Majâ, Steropes sorore, Mercurius, ab illo Evander. 82 Ab origine generis. 83 Atrei filiis, Agâmemnoni, & Menelao.

Sed

Sed mea me virtus, & sancta oracula Divûm, 131
[84] Cognatique patres, tua terris [85] ditidâ fama,
Conjunxêre tibi, & [86] fatis [87] egêre volentem.
Dardanus, Iliacæ [88] primus pater urbis & auctor,
Electrâ (ut [89] Graji perhibent) [90] Atlantide [91] cretus, 135
Advehitur [92] Teucros: Electram maxumus Atlas
[93] Edidit, ætherios humero qui [94] sustinet orbis.
[95] Vobis Mercurius pater est, quem [96] candida Maja
[97] Cyllenæ gelido conceptum vertice [98] fudit.
At [99] Majam, auditis si quicquam credimus, Atlas, 140
Idem Atlas generat, cœli qui sidera * tollit.
[1] Sic genus [2] amborum [3] scindit se sanguine ab uno.
[4] His [5] fretus [6] non legatos, neque prima per [7] artem
[8] Tentamenta tui pepigi: me, me ipse, meumque
[9] Objeci caput, & supplex ad [10] limina veni, 145
Gens eadem, quæ te, [11] crudeli [12] Daunia bello
Insequitur; nos si [13] pellant, nihil [14] abfore credunt,
Quin omnem [15] Hesperiam penitùs sua sub juga mittant:

84 Majores nostri de eadem stirpe nati. Dardanus, Trojanæ gentis pater, filius majæ, quæ soror Electræ: filia utraque Atlantis, ut seq. quamvis tres fuerint Atlantes, Rex Mauritaniæ, Rex Arcadiæ & Rex Corinthi, qui pater Electræ. 85 Sparsa, & divulgata per terras, 7. Æn.Ditur *hic subito Trojana per agmina rumor.* 86 Sic jubentibus: quæ teste Senecâ, *fata volentem ducunt, nolentem trahunt.* 87 Impulerunt me. 88 Præcipuus: Teucer enim prior erat. 89 Græci attestantur. 90 Atlantis filia. 91 Progenitus. 92 Ad eos, qui tunc Teucri dicebantur. 93 Progenuit. 94 Sursum tenet & portat cœlos. Montis altitudinem ad hominem transtulit. Alludit enim ad illam fabulam, quâ Atlas, Mauritaniæ Rex, conspecto Medusæ capite, in montem conversus fingitur: cujus, tanta est altitudo, ut cœlum attingere videatur. 95 Arcadibus. 96 Pulchra: vel cum respectu ad Pleiades, quantum lucidissima est Maja. 97 Montis Arcadiæ. 98 Progenuit. 99 Mercurii matrem. * Gubernat. 1 Quia nos ab Atlante per Electram descendimus, & ab Jove per Dardanum, & vos ab eodem Atlante descendistis per Mercurium: & per eundem ab Jove. 2 Nostrum. 3 Dividit se in diversos consanguinitatis ramos. 4 Virtute meâ, Deorum oraculis, cognatione nostrâ. 5 Confisus. 6 Neque per fœdera aut legatos experiri aut pacisci placuit: sed ipse coram & cum fiducia supplex adsum. 7 Artificiosam orationem. 8 Experimenta ad amicitiam conciliandam pactus sum. 9 Fidei tuæ commissi. 10 Tuæ. 11 Impie suscepto. 12 Rutuli, à *Dauno*, Turni patre. 13 A finibus suis. 14 Abfuturum, sive defuturum esse. 15 Italiam.

Et

Et mare [16] quod [17] suprà, teneant, quodque [18] adluit infrà.
[19] Accipe, [20] daque [21] fidem. Sunt nobis fortia [22] bello
Pectora, sunt animi, & [23] rebus [24] spectata juventus,
Dixerat Æneas, [25] Ille os, oculosque [26] loquentis
[27] Jam dudùm, & totum lustrabat [28] lumine [29] corpus.
Tum sic [30] pauca refert: [31] Ut te, fortissime Teucrûm,
[32] Accipio agnoscoque libens! ut [33] verba parentis,
Et [34] vocem Anchisæ magni, voltumque [35] recordor!
[36] Nam memini Hesionæ visentem regna [37] sororis
[38] Laomedontiaden Priamum, [39] Salamina petentem,
[40] Protenùs Arcadiæ gelidos [41] invisere finis.
Tùm mihi prima genas [42] vestibat [43] flore juventa;
Mirabarque [44] duces Teucros, mirabar & ipsum
[45] Laomedontiaden: sed [46] cunctis altior [47] ibat
[48] Anchises. Mihi mens [49] juvenali ardebat amore
[50] Compellare virum, & [51] dextræ conjungere [52] dextram,
[53] Accessi, & [54] cupidus [55] Phenei sub mœnia [56] duci.
Ille mihi insignem pharetram, [57] Lyciasque sagittas

16 Ab orientali plagâ, id est, mare Adriaticum. 17 Italiam. 18 Ab inferiori parte, id est, mare Tyrrhenum. 19 A nobis. 20 Nobis. 21 Sanctam promissionem. 22 Ad bellum gerendum. 23 Bellicis. 24 Perspecta & explorata: quia Trojano bello per decennium vexata fuit. 25 Evander. 26 Æneæ. 27 Ab eo tempore, quo loqui cœperat, aut cùm primum vidisset. 28 Visu, id est, circumspiciebat. 29 Reliquum. 30 Evander paucis respondet. Loquax senectus rerum antiquarum commemoratione gaudet. Vide Macr. Sat. lib. 5. c. 14. 31 Ω5, quam. 32 Hospitio. 33 Formam, dicendi. 34 Modum proferendi. 35 Ad memoriam refero. 36 Refert, ubi Anchisen viderit, Evander, comitem scil. Priami, cùm sororem Hesionem, Telamonis Salamino nuptam, viseret, undè Arcadiam venêre, ubi excepti sunt ab Evandro in Pheneo, urbe Arcadiæ. 37 Suæ. 38 Laomedontis filium. 39 Patriam Telamonis. 40 Continuato itinere, eadem profectione. 41 Transire. 42 Vestiebat. 43 Lanugine, id est, barbâ tenui. 44 Qui cum Priamo venerant. 45 Laomedontis filium. 46 Omnibus reliquis. 47 Incedebat. 48 Pater tuus. 49 Quia juvenes gaudent proceritate & elegantiâ corporum. 50 Alloqui cum veneratione. Plaut. *Sine me hanc* compellare. 51 Illius. 52 Meam. 53 Ad eum. 54 Ejus amicitiæ. 55 Oppidi Arcadiæ, cujus dux Agapenor. 56 Illum. 57 Apollinis.

Dis-

[58] Discedens, [59] chlamydemque [60] auro dedit intertextam;
Frenaque [61] bina, [62] meus quæ nunc habet, aurea, Pallas.
[63] Ergo & , quam petitis, [64] juncta est mihi [65] fœdere
[66] dextra :
Et, lux cùm primùm terris se crastina reddet,
[67] Auxilio lætos dimittam, oppibusque juvabo.
Interea sacra hæc, quando hùc venistis amici,
[68] Annua, quæ [69] differre [70] nefas, celebrate [71] faventes
Nobiscum, & jam nunc [72] sociorum adsuescite mensis.
Hæc ubi [73] dicta, dapes jubet & [74] sublata [75] reponi
Pocula, [76] gramineoque viros locat ipse sedili:
[77] Præcipuumque [78] toro & [79] villosi pelle leonis
Accipit Æneam, [80] solioque [81] invitat [82] acerno.
Tùm [83] lecti juvenes certatim [84] aræque sacerdos
[85] Viscera tosta ferunt taurorum, [86] onerantque canistris
[87] Dona laboratæ Cereris, [88] Bacchumque ministrant.
Vescitur Æneas, simul & Trojana juventus,
[89] Perpetui tergo bovis, & [90] lustralibus [91] extis.
Postquam [92] exempta fames, & amor compressus edendi,

58 Cùm discedere vellet. Consuetudo enim veteribus fuit, ut discessuri invicem munera hospitalia relinquerent, sui monumenta, & amoris fidei que mutua pignora. 59 Vestem militarem. 60 Filis aureis. 61 Duo. Impropriè, & poeticè : nam *bina*, secundum Ciceronem, non dicuntur, nisi de his, quæ sunt numeri tantùm pluralis. 62 Filius. 63 Clausula constat concessione petitionis. 64 Sancita. 65 Antiquis amicitiis per illud Anchisæ hospitium. 66 Fides. 67 Copiis militaribus. Eodem versu suprà usus est lib. 1. oratione Didon. ad Trojanos. 68 Quæ quotannis hoc die fiunt. 69 In aliud tempus. 70 Sit. 71 Animis, linguisque, εὐφημοῦντες. 72 Sociali fœdere conjunctorum. 73 Sunt ab Evandro. 74 Timore hostilis adventus. 75 Ad mensas. 76 Ex cespite facto. 77 Principem virum. 78 Herbis, & frondibus exstructo : *sibadi*. 79 Hirsuti, villis pleni. Priscis hic mos fuit, ut proceres nobilium in pellibus ferarum sederent. 80 Sacra Herculis celebrantes sedere moris erat. Macrob. Sat. l. 3. c. 6. 81 Acceptum collocat eum super solio. 82 Ex acere arbore confecto. 83 Egregii. 84 Quæ *Maxima* appellata fuit. 85 Carnes taurinas assas adferunt. 86 Et onerando apponunt è corbibus, lib. 1. *Cereremque canistris Expediunt*. 87 Panem artificiosè ex Cerere, id est, frumento confectum & elaboratum. 88 Vinum propinant. 89 Integri, solidi, aut undè datur perpetuum epulum. 90 Purgativis, quæ ad expurgationem oblata erant. 91 Quæ reliqua erant è sacrificio. 92 Sedata est epulis.

Rex

Rex Evandrus ait: Non hæc sollemnia nobis,
Has [93] ex more dapes, hanc [94] tanti numinis aram
[95] Vana superstitio veterumque ignara Deorum
Imposuit. Sævis, hospes Trojane, [96] periclis
Servati [97] facimus, [98] meritosque [99] novamus honores.
* Jam primùm [1] saxis suspensam hanc aspice rupem:
[2] Disjectæ procul [3] ut [4] moles, [5] desertaque montis
Stat domus, & scopuli [6] ingentem traxêre ruinam.
Hìc spelunca fuit [7] vasto summota recessu,
[8] Semihominis [9] Caci: [10] facies [11] quam [12] dira [13] tenebat
Solis [14] inaccessam radiis: semperque recenti
[15] Cæde tepebat [16] humus; foribusque adfixa [17] superbis
Ora virûm [18] tristi pendebant pallida [19] tabo.
[20] Huic monstro Volcanus erat pater: [21] illius [22] atros
Ore [23] vomens ignis magnâ se [24] mole ferebat.
Attulit & [25] nobis [26] aliquando optantibus [27] ætas
[28] Auxilium adventumque Dei. Nam maximus [29] ultor
[30] Tergemini [31] nece [32] Geryonæ [33] spoliisque [34] superbus,

93 Quas ex more damus, & edimus. 94 Herculis scil. quæ, Magno dicata numini, dicta est *Maxima*: infrà: *quæ Maxima semper*, &c. 95 Stulta religio. 96 Imminentibus à Caco. 97 Hæc sollemnia. 98 Quos Hercules meruit, servando nos. 99 Quotannis renovamus. * Pro exordio narrationis meæ. 1 Labentem & ruinam minitantem, lapsuræ similem. 2 Devolutæ sint. 3 Quomodo. 4 Saxorum. 5 Et ut spelunca & habitatio, quam Cacus habuerat in monte Aventino, stat derelicta ab habitatore interfecto. 6 Ruendo ingentem partem secum traxerunt. 7 Seposita à frequentia hominum valde amplo secessu, sive loco secretiore. 8 Feritate corrupti, & habentis solum figuram humanam: infrà, *villosaque setis Pectora semiferi.* Fabulam hanc de furto & nece Caci etiam Ovid. refert 1. Fast. & Justin. lib. 44. 9 Infamis latronis, filii Vulcani. 10 Caci. 11 Speluncam. 12 Exsecranda. Undè Ovid. *Dira viro facies*, *vires pro corpore*, *corpus Grande*: *putet monstri Mulciber hujus erat.* 13 Al. *regebat.* 14 Non aditam. 15 Sanguine effuso per cædem. 16 Fundi ejus. 17 Tyrannicis. 18 Aspectu. 19 Cruore, & sanie. 20 Caco. 21 Patris sui Vulcani. 22 Fumosos. 23 Qui vomens. 24 Cum vasto corpore. 25 Sicut antè multis aliis. 26 Tandem. 27 Longa tempestas, aut ævum illud. 28 Herculis. 29 Scelerum vindex, tyrannorum exactor, monstrorum domitor. 30 Tricorporis, cui propter concordiam, & mutuum auxilium trium fratrum, tria affinguntur corpora. Justin. lib. 44. Horat. Od. 14. lib. 1. *qui ter amplum Geryonem*, *Tityonque tristi Compescit undâ.* Vid. Sil. l. 1. 31 Cæde. 32 Hispaniæ regis. 33 Bobus abductis ex Hispaniâ in Italiam, occiso Geryone. 34 Magnificus.

Al-

[35] Alcides aderat, taurosque [36] hac victor agebat
Ingentis: [37] vallemque boves [38] amnemque tenebant:
At [39] furiis Caci mens [40] effera, ne quid [41] inausum
Aut intractatum scelerisve dolive fuisset,
Quattuor à [42] stabulis præstanti corpore tauros
[43] Avertit, totidem formâ [44] superante juvencas:
[45] Atque [46] hos, ne qua forent pedibus [47] vestigia [48] rectis,
Caudâ in speluncam tractos, [49] versisque [50] viarum
[51] Indiciis raptos, [52] saxo occultabat [53] opaco.
[53] Quærenti nulla ad speluncam [54] signa ferebant.
Interea, cum jam stabulis saturata moveret
[55] Amphitryoniades armenta, [56] abitumque pararet,
Discessu [57] mugire boves, atque omne [58] querelis
Impleri nemus, & colles clamore relinqui.
[59] Reddidit una [60] boum vocem, vastoque sub antro
Mugiit, & [61] Caci spem custodita fefellit.
Hic verò Alcidæ furiis exarserat [62] atro
Felle dolor: rapit [63] arma manu, [64] nodisque gravatum
[65] Robur; & [65] ætherii cursu petit [66] ardua [67] montis.
Tùm primùm [68] nostri Cacum vidêre timentem,

35 Alcei nepos Hercules. 36 Ad nos, aut ad hanc regionem. 37 Scilic. *hanc*, vicinam Tiberi. 38 Hunc Tiberim. 39 Avaritiæ. 40 Eminentèr fera. 41 Quod non auderet, aut quod non attentaret. 42 Armentorum Herculis. 43 Avertendo abegit. 44 Præstanti. 45 Mart. lib. 5. *Silvarumque tremor, tacitâ qui fraude solebat Ducere nec rectas Cacus in antra boves. Hic ne certa forent manifesta signa rapinæ, Aversos caudâ traxit in antra boves.* Propert. 4. lib. 10. Eleg. quem lege ad plenum fabulam Caci referentem: ut & Liv. 1. lib. 46 Tauros & juvencas. 47 Indicia, quibus investigari possent. 48 Naturali ordine introgressis. 49 Ita ut, quæ intrârant, exivisse videantur, & aversa, non adversa putentur. 50 Quæ vestigiis signatæ furtum sæpè patefaciunt. 51 Vestigiis. 52 Speluncâ opacâ, saxo obstructâ. 53 Herculem. 54 Vestigia. 55 Hercules, Amphytrionis filius putativus. 56 Profectionem in aliam regionem. 57 Mugiebant, vel relicti pascui, vel abactorum boum desiderio, ut Livius. 58 Querulosis mugitibus. 59 Respondit mugiendo ad mugitum aliarum descendentium. 60 Inclusarum. 61 Custodientis, & observantis ne mugirent. 62 Amarâ fellis commotione. Fel autem iracundiæ sedes est. 63 Arcum & sagittas. 64 Nodosam clavam robustam, sive nodis oneratam; *γνωτόν*. 65 Alti, & in aera protensi. 66 Sublimitatem & verticem. 67 Aventini. 68 Subditi.

Tur-

Turbatumque [69] oculis. Fugit ilicet ocior Euro,
[70] Speluncamque petit: pedibus timor addidit [71] alas.
Ut sese inclusit, ruptisque [72] immane catenis
[73] Dejecit saxum, [74] ferro quod & arte paternâ
[75] Pendebat, [76] fultosque emunîit [77] objice postes;
Ecce, furens animis aderat [78] Tirynthius, omnemque
[79] Accessum lustrans, hùc ora ferebat & illùc,
Dentibus [80] infrendens. Ter totum fervidus irâ
[81] Lustrat [82] Aventini montem: ter saxea [83] tentat
Limina nequidquam: ter [84] fessus valle resedit.
[85] Stabat acutâ silex, præcisis undique [86] saxis,
[87] Speluncæ [88] dorso insurgens, altissima visu;
[89] Dirarum nidis domus [90] opportuna volucrum.
[91] Hanc, [92] ut prona [93] jugo [94] lævum incumbebat ad [95] amnem,
[96] Dexter in adversum nitens concussit, & imis
Avolsam [97] solvit radicibus: inde repentè
[98] Impulit. Impulsu quo [99] maximus * insonat æther:
[1] Dissultant ripæ, [2] refluitque [3] exterritus amnis.
At [4] specus, & Caci [5] detecta [6] apparit ingens

69 Qui mentis perturbationis indices. 70 Suam. 71 Quia timentis quasi avolant. 72 Tam magnam ut terrori esset. 73 Deorsum jecit. 74 Quod ferreis catenis libratum arte Vulcani, obstrueret aditum antri. 75 Supra speluncam. 76 Sustentatos. 77 Pessulo ferreo. 78 Hercules, à *Tirynthiâ*, civitate Argis vicinâ, in quâ nutritus est, ut suprà. 79 Aditum indagans. 80 Stridens. 81 Perambulat, circumit. Ecl. 10. *Interea mixtis* lustrabo *Mænala Nymphis*. Cic. *Pythagoras Ægyptum* lustrasse *dicitur*. 82 Qui unus est ex septem Romæ montibus, ab *Aventino*, qui illic sepultus est, sic dictus. Ovid. 14. Met. de successione regum Albanorum: *Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti Tradit Aventino: qui, quo regnarat, eodem Monte jacet positus, tribuitque vocabula monti. Aventini montem* dixit, *ut fontem Timavi, Butheroti urbem.* 83 Frangere, aut irrumpere. 84 Non corpore, sed animo, id est, egens consilii in valle sedendo requievit. 85 Eminebat in altum. 86 Reliquis. 87 In qua erat Cacus. 88 Super dorsum eminens. 89 Rapacium, & mali ominis, ut bubonum, strigum & similium. 90 Idonea. 91 Silicem. 92 *Prout*, secundum quod. 93 In jugo montis. 94 A sinistrâ fluentem. 95 Tiberim. 96 Hercules stans à dextris, innitens ex adversâ parte, in adversam partem. 97 Dissolvit radicitus, à fundo usque. 98 Silicem. 99 Summus. * Multum sonat. 1 Ex repercussione æris. 2 Recurrit. 3 Quasi exterritus. 4 Spelunca. 5 Nudata, amoto silice. 6 Latè patuit.

Re-

[7] Regia, & umbrosæ penitus patuêre cavernæ!
Non secùs, [8] ac si quâ penitùs vi terra [9] dehiscens
Infernas [10] reseret sedes, & regna [11] recludat
Pallida, [12] DIs invisa; [13] superque immane [14] barathrum
Cernatur, trepidentque immisso lumine [15] Mânes.
[16] Ergo [17] insperata [18] deprensum in luce repentè,
Inclusumque cavo [19] saxo, atque [20] insueta [21] rudentem,
Desuper [22] Alcides telis premit, omniaque arma
[23] Advocat, & [24] ramis vestisque [25] molaribus instat.
[26] Ille autem (neque enim [27] fuga jam super ulla pericli)
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)
Evomit, involvitque [28] domum caligine [29] cæcâ,
[30] Prospectum eripiens oculis; [31] glomeratque sub antro
[32] Fumiferam noctem commixtis igne tenebris.
Non [33] tulit Alcides [34] animis, seque ipse per ignem
Præcipiti injecit saltu, [35] qua plurimus undam
Fumus agit, [36] nebulaque ingens specus [37] æstuat [38] atrâ.
Hic Cacum intenebris incendia [39] vana vomentem
Corripit [40] in nodum [41] complexus, & [42] angit inhærens
[43] Elisos [44] oculos, & [45] siccum sanguine guttur.
[46] Panditur extemplo [47] foribus domus atra [48] revolsis:
Abstractæque boves, [49] abjuratæque rapinæ
[50] Cœlo ostenduntur, pedibusque informe cadaver

7 Secundum opinionem Caci, quæ illic tyrannidem exercuerat. 8 Quam. 9 Hiatum faciens. 10 Aperiat. 11 Superis, id est, Stygia. 12 Desuper. 13 Immensa profunditas, & vorago inferorum: propriè, puteus profundus Athenis, in quem nocentes dabantur præcipites. 14 Cum quibus confertur Cacus. 15 Itaque, quia satum dejecerat. 16 Quam non timuerat in speluncam ingressuram. 17 Deprehensum. 18 Speluncæ saxeæ. 19 Insueto more. 20 Clamantem. De Caco semper, ut de fera, loquitur. 21 Hercules urget armis Cacum. 22 In auxilium vocat. 23 De arboribus detractis. 24 Lapidibus tam magnis, ut ex iis molares fieri possent. 25 Cacus. 26 Evitatio. 27 Speluncam suam. 28 Prohibente visum. 29 Inspectionem. 30 Circumagit. 31 Nebulam fumum adferentem. 32 Passus est. 33 Propter magnanimitatem suam. 34 Qua est plurimum vaporis, qui in morem undæ circumvolvebantur. Ducta Metaphora ab aquarum inundatione. 35 Fumo. 36 Efferves. 37 Nihil adversus Herculem proficientia, nihil Herculem lædentia. 38 Per medium in morem nodi. 39 Fum. 40 Stringit. 41 Elidendo eos. 42 Caci. 43 Sine sanguine, quia flammas evomebat. 44 Aperitur. 45 Valvis. 46 Abstractis à cardine suo. 47 Obstinate abnegatæ, quas juro-jurando negaverat esse apud se? vel pejerando retinebat. 48 Revelantur, in lucem veniunt.

Protrahitur? Nequeunt [49] expleri [50] corda [51] tuendo
Terribilis oculos, voltum, [52] villosaque sætis
Pectora [53] semiferi, atque exstinctos [54] faucibus ignis.
Ex [55] illo celebratus [56] honos, lætique [57] minores
[58] Servavêre [59] diem, primusque [60] Potitius auctor,
Et domus Herculei [61] custos [62] Pinaria sacri
Hanc aram [63] luco statuit. Quæ Maxima semper
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper.
Quare agite, ó [64] juvenes, tantarum in [65] munere laudum
Cingite [66] fronde comas, & [67] pocula porgite dextris,
[68] Communemque vocate Deum, & [69] date vina volentes.
[70] Dixerat: [71] Herculeâ [72] bicolor cùm [73] populus umbrâ
Velavitque [74] comas, [75] foliisque innexa pependit:
Et [76] sacer implevit [77] dextram [78] scyphus. [79] Ocius [80] omnes
[81] In mensam læti libant, divosque precantur.
[82] Devexo interea propior fit vesper [83] Olympo:
Jamque sacerdotes [84] primusque Potitius ibant,
Pellibus in [85] morem cincti, flammasque ferebant.
[86] Instaurant [87] epulas, & [88] mensæ grata secundæ

49 Satiari. 50 Arcadum astantium. 51 Aspiciendo. 52 Durissimos pilos habentia. 53 Caci ex dimidia parte feri. Antea *semihominem* vocavit. 54 Intra fauces ejus. 55 Scil. *tempore*, id est, post illud tempus. 56 Honorificum sacrificium. 57 Posteri. 58 Observaverunt. 59 Illum. 60 Sacerdos. Potitium & Pinarium senes duos instituebat Hercules sacerdotes suos: mansitque cultus ratio, & sacrorum Herculis munus diu in duabus illis familiis: primus honor Potitiis, secundus Pinariis datus; rationem vide apud Livium, 1. 1. Festum, Macrob. 3. Sat. 6. 61 Ministra, observatrix. 62 Scil. *in*. 63 Trojani. 64 Officio. 65 Populeâ. 66 Vasa potoria porrigite, & præbete. 67 Trojanis & Arcadibus ex æquo, & communiter colendum invocate. 68 Libare illi voluntariè sacrificium vini. 69 Evander. 70 Quâ Hercules refocillatus erat, id est, populeâ. Populus alba ab Hercule ad inferos descendente in coronam adoptata: cujus interior pars, quâ capiti adhæsit, alba permansit: exterior ab inferis ingredinem contraxit. 71 Duorum colorum. 72 Coronâ populeâ. 73 Ejus, & cæterorum. 74 Habent frondes insertas. 75 Herculi propriè dicatus, ut Baccho cantharus: capax scilic. ut qui maximè impleverit. 76 Evandri, libanti vina. 77 Poculum magnum. 78 Celeriter. 79 Arcades, & Trojani, qui sacris intererant. 80 Secundum ordinem mensæ, cui assidebant. 81 In noctem inclinante, id est, stella vespertina cœpit occidere. 82 Cœlo. 83 Sacerdotum. 84 Sacerdotum sacrificantium. 85 Innovant, & in sacrum priorem reducunt. 86 Solemnes. 87 Beluaria intelligit.

Do-

Dona ferunt, [82] cumulantque oneratis lancibus aras.
[83] Tùm [90] Salii ad cantus, incensa altaria circùm,
[91] populeis adsunt evincti tempora ramis:
[92] Hic juvenum chorus, ille senum; qui [93] carmine laudes
Herculeas, & [94] facta ferant: [95] ut [96] prima [97] novercæ
Monstra manu, geminosque premens [98] eliserit anguis:
Ut bello egregias [99] idem * disjecerit urbis,
[1] Trojamque, [2] Oechaliamque: ut duros [3] mille labores
Rege sub [4] Eurystheo, fatis Junonis iniquæ,
Pertulerit. [5] Tu [6] nubigenas, invicte, [7] bimembris
[8] Hylæumque, [9] Pholumque manu, tu [10] Cresia [11] mactas
[12] Prodigia, & [13] vastum [14] Nemeæ sub rupe leonem.
[15] Te Stygii tremuêre lacus, te [16] janitor Orci,
[17] Ossa super recubans antro semesa [18] cruento:
Nec te ullæ [19] facies, non terruit ipse [20] Typhoëus
Arduus, arma tenens: [21] non te, rationis egentem
Lernæus [22] turba capitum circumstetit [23] anguis.
Salve, vera Jovis proles, [24] decus [25] addite divis:

82 Reddunt extrà. 83 Deindè. 90 Sacerdotes, qui sacrificiis circuibant aras. Salii proprie sacerdotes Martis erant: postea Romæ à Numâ instituti: à saltando dicti, quod in portandis ancilibus saltarent. 91 Populi arboris, Herculi sacræ. 92 Adest erat cœtus puerorum canentium. 93 Hymno rhythmico. 94 Egregiè Herculis incepta efferunt, celebrant. 95 Quomodo. Hymnus laudes Herculis comprehendens. 96 In cunis positi. 97 Junonis. 98 Strangulaverit Hercules. 99 Hercules. * Expugnatione. 1 A Laomedonte pacta mercede fraudatus. 2 Ab Eurypylo rege rejectus in nuptiis desponsatæ ei filiæ Iolæs. 3 Plurimos. 4 Rege Argivorum, mirante Junonis, Herculem ad difficillima obeunda adigente. 5 O Hercules. 6 Centaurum ex nube, in Junonis speciem informata, & Ixione genitos. 7 Duplicium membrorum: quia umbilico tenus equina habebant membra, & superne, humana. 8 Taurum Cretæ osem, Pasiphaës adulterum: sed de his videndi Mythologi. Ovid. 9. Metam. &c. 9 Occidis. 10 Monstra. 11 Ingentem. 12 Silvæ. 13 Cum ad inferos descendisset, Pirithoum liberaturus. 14 Cerberus, custos januæ inferni, quem Hercules vinctum ad superos attraxit. 15 Quia carnes devoraverat. 16 Cruore & sanie aspersa. 17 Formæ monstrorum, species malorum. 18 Gigas, à Jove fulmine prostratus. 19 Non exanimarem, aut confusum te sensit Hydra multiceps. 20 Multitudine, utpotè septem, vel, ut alii, centum. 21 Hydra, quam in Lerna palude exussit. 22 Ornamentum. 23 O Hercules.

Et hos, & tua [24] dexter [25] adi pede sacra [26] secundo.
[27] Talia carminibus [28] celebrant: [29] super omnia Caci
[30] Speluncam adjiciunt, [31] spirantemque ignibus [32] ipsum.
[33] Consonat omne nemus [34] strepitu, collesque resultant.
[35] Exin se cuncti divinis rebus ad urbem
Perfectis referunt. [36] Ibat [37] rex [38] obsitus ævo,
Et [39] comitem Æneam [40] juxtà [41] natumque tenebat
Ingrediens, [42] varioque [43] viam sermone levabat.
[44] Miratur, [45] facilisque oculos fert omnia circùm
Æneas, [46] capiturque locis; & singula lætus
[47] Exquiritque, [48] auditque virûm [49] monumenta priorum.
Tùm [50] rex Evandrus Romanæ [51] conditor arcis:
Hæc nemora [52] indigenæ Fauni Nymphæque [53] tenebant,
[54] Gensque virûm truncis & duro robore nata:
[55] Quis neque [56] mos, neque [57] cultus erat: nec [58] jungere tauros,
Aut [59] componere opes norant, aut parcere parto:

24 Favens, propitius. 25 Aggredere. 26 Prospero. 27 Facinora Herculis. 28 Celebria faciunt sacerdotes, ceterique juvenes, qui sacris intererant. 29 Post, ultra omnia, aut præcipuè. 30 Ab Hercule expugnatam. 31 Emittentem anhelitum cum ignibus, id est, simul ignes. 32 Cacum. 33 Simul sonat. 34 Saltantium, & psallentium. 35 Ex eo loco & tempore. 36 In urbem. 37 Evander. 38 Annis confectus. Ter. Eun. *pannis, annisque obsitus.* Metaphora ab agris, qui frugibus obsiti ac pleni sunt. 39 Comitantem. 40 Incedentem. 41 Filium suum Pallanta. 42 De variis rebus. 43 Molestiam viæ. *Facundus comes in vid pro vehiculo est*, ait Publius Syrus, Ecl. 9. duo pastores cantu viam levant: *Cantantes licet usque, minus via lædet, eamus.* 44 Omnia. 45 Vagantes, mobiles, atque omnia lustrantes. 46 Et delectatur amœnitate locorum. 47 Variis percunctationibus præbet Evandro sequentis narrationis occasionem, quæ senibus in primis solet esse jucunda. Vide Macrob. 7. cap. 2. 48 Ab Evandro. 49 Vestigia & indicia relicta ad memoriam virorum priscorum. 50 Inquit. 51 Ædificator arcis Palanteæ, ubi posteà Palatium fuit. 52 Inde geniti, & qui aliunde non advenerant. Primi autem homines, priusquam esset repertus usus ædificiorum, habitabant cavos truncos arborum, & antra, indeque geniti putabantur. Hi vivebant brutorum animalium more, ut ait Lucret. lib. 5. 53 Dum illùc adveniret. 54 Et genus virorum. 55 Quibus viris, aut gentibus. 56 Consuetudo convivendi ab antiquo instituta. 57 Sui, aut agrorum. 58 Ad aratrum, ut arent, aut currum trahant. 59 Nec congerere, sive quærere, nec parta tueri, ut Ovidius loquitur: qui d. in diem vivebant, non cogitantes de crastino.

Sed

Sed [60] rami, atque [61] asper victu venatus [62] alebat.
[63] Primus ab [64] ætherio [65] venit Saturnus [66] Olympo,
Arma [67] Jovis fugiens, & regnis exul [68] ademptis.
[69] Is [70] genus * indocile, ac dispersum montibus altis
[71] Composuit, legesque [72] dedit, [73] Latiumque vocari
Maluit, his quoniam [74] latuisset [75] tutus in [76] oris.
Aurea quæ [77] perhibent, illo sub [78] rege fuêrunt
Sæcula: sic placidâ populus in [79] pace regebat.
[80] Deterior donec paullatim, ac [81] decolor ætas,
Et belli rabies, & amor [82] successit [83] habendi.
Tùm manus [84] Ausonia, & gentes [85] venêre [86] Sicanæ;
Sæpius & [87] nomen posuit [88] Saturnia tellus.
[89] Tùm reges, [90] asperque [91] immani corpore [92] Thybris:
A quo [93] pòst [94] Itali fluvium cognomine Thybrim
Diximus: amisit [95] verum [96] vetus Albula nomen.
Me pulsum [97] patriâ, [98] pelagique extrema sequentem,
Fortuna [99] omnipotens, & * ineluctabile fatum,
His posuêre locis: [1] matris [2] egêre [3] tremenda

60 Fructibus sponte natis vescebantur, venatione victitabant. 61 Difficilis exercitationibus. 62 Eos. 63 Creta pulsus à Jove filio: propter artes ab indigenis de cœlo descendisse creditus. 64 Sublimi. 65 In Italiam. 66 Cœlo, aut ab Olympo, monte Cretæ. 67 Filii sui. 68 A filio ablatis. 69 Saturnus. 70 Hominum. * Rude & ferum, indoctum, aut difficulter docile. 71 Congregavit. 72 Illis populis, quos illic ostenderat. 73 Quam suo aut pristino nomine, quod illi erat. 74 Ovid. 1. Fast. *Indè diu genti mansit Saturnia nomen Dicta quoque est* Latium *terra*, latente *Deo*. 75 Afilio Jove. 76 Regionibus. 77 Plerique omnes attestantur. 78 Saturno. 79 Ut aurea censerentur sæcula. 80 Minus bona. 81 Colore detrito ac vitiato, ab auri splendore in argenti pallorem, mox in ferruginem belli, avaritiæ, & omnium vitiorum degenerans. 82 In locum placidæ pacis, & parsimoniæ, atque asperi victus. 83 Divitiæ ac regna. 84 Ab *Ausone*, Ulyssis filio, denominatæ. 85 In Italiam. 86 Siculæ. 87 Nomen vetus deposuit, mutavit in aliud, accipiendo novum: undè Itali, Oenotrii, Ausonii, Latini, Hesperii, Aruncì, Sabini, Tyrrheni, Etrusci, Tusci, aliisque nominibus appellati sunt. 88 A *Saturno* primum denominata & recta. 89 Deindè reges venerunt. 90 Acer, quia rex prædonum. 91 Valdè magno. 92 Thuscorum dux prædabundus Albulâ demersus, mutavit fluvio nomen. 93 Posteà. 94 Nos Itali. 95 Ei ex re conveniens. 96 Fluvius antiquus. 97 Meâ. 98 Durissima, quæ in pelago pati solemus. 99 Secundum Epicureos. * Inevitabile, secundum Stoicos. 1 Meæ. 2 Compulerunt me ad hæc loca. 3 Reverenda.

Carmentis Nymphæ monita, & Deus [4] auctor Apollo.
Vix [5] ea dicta: dehinc [6] progressus monstrat & [7] aram,
Et [8] Carmentalem [9] Romano nomine portam:
Quam [10] memorant Nymphæ priscum Carmentis honorem
Vatis [11] fatidicæ: cecinit quæ prima [12] futuros
[13] Æneadas magnos, & [14] nobile [15] Pallanteum
[16] Hinc [17] lucum ingentem, [18] quem Romulos acer Asylum
Retulit, & gelidâ monstrat sub [19] rupe [20] Lupercal,
[19] Parrasio dictum Panos de more Lycæi.
Necnon & [22] sacri monstrat nemus [23] Argileti,
[24] Testaturque locum, & [25] letum docet [26] hospitis Argi.
Hinc ad [27] Tarpejam sedem, & Capitolia ducit,
[28] Aurea nunc, olim silvestribus horrida [29] dumis.
[30] Jam tùm religio [31] pavidos terrebat agrestis

4 Monitorum matris. 5 Scilic. *erant*. 6 Evander. 7 Carmentæ matri dicatam. 8 A *Carmente*, Evandri matre, dictam, quæ posteà *Scelerata* appellata est, quòd hac portâ emissi sint Fabii, qui ad Cremeram perierunt. 9 Sicut illam posteà Romani nominârunt. 10 Scil. *retinuisse*. 11 Vaticinantis, & fata enuntiantis. 12 In Italiâ. 13 Viros ab Æneâ oriundos, ut sunt Julius, & Augustus, & Romulus. 14 Futurum nobile per accessionem Æneadarum. 15 Palatium Romani imperii sedem. 16 Scil. *monstrat*. 17 Locum arboribus consitum. 18 Quem Romulus strenuus posteà in morem Asyli Atheniensis effecit, quò quicumque confugerent, benignè accepti in societatem invitabantur. De hoc Romuli Asylo lege Liv. l. 1. Plut. in Rom. in sacris litteris *urbes perfugii* dicuntur *Asyla*, quæ Deus ipse constituit certis quibusdam casibus, atque iis, qui delicta non voluntaria commiserant: ut suprà diximus. 19 Monte Palatino. 20 Locum sic dictum à *Lupâ*, Romuli & Remi nutrice, ut docet Servius. 21 Appellatum sic Arcadio ritu Panos, Dei Arcadum, in monte Lycæo, qui in Arcadia est, versari soliti. 22 Exsecrandi: vel, ipsi hospiti interempto consecrati. 23 A *lethe Argi* cujusdam, qui hospitio ab Evandro acceptus, conjurabat in Evandrum, à cujus comitibus interfectus est. 24 Et obtestatur loci consecratione se immunem à letho hospitis. 25 Causam & formam necis. 26 Sui. 27 Arcem Tarpejam dictam à filiâ Sp. Tarpeji, quæ illam Sabinis prodidit: posteà Capitolium, à *capite* Toliabi invento. Liv. Dionys. alii. 28 Adeò ornata fuerunt, ut numerentur quasi prima inter septem spectacula mundi. Ovid. 1. Fast. & Propert. 4. lib. 1. el. 29 Spinis, id est, penitùs inculta ab hominibus. Sic lib. 7. de Latini tecto. *Horrendum silvis, & religione parentum.* 31 Rerum divinarum.

Di-

[32] Dira loci: jam tùm silvam [33] saxumque [34] tremebant.
Hoc nemus, [35] hunc, inquit, [36] frondoso vertice collem
(Quis Deus, incertum est) habitat Deus: [37] Arcades ipsum
Credunt se [38] vidisse [39] Jovem, cùm sæpè [40] nigrantem
[41] Ægida concuteret dextrâ, nimbosque cieret.
[42] Hæc duo prætereà [43] disjectis [44] oppida muris,
[45] Relliquias, veterumque vides monumenta virorum.
[46] Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit arcem:
Janiculum [47] huic, [48] illi fuerat Saturnia nomen.
Talibus inter se dictis ad tecta [49] subibant
Pauperis Evandri, [50] passimque [51] armenta videbant
[52] Romanoque foro & [53] lautis mugire [54] Carinis.
Ut ventum ad [55] sedes: [56] Hæc, inquit, limina victor
Alcides [57] subiit; [58] hæc illum regia [59] cepit.
Aude, [60] hospes, contemnere opes: & te [61] quoque dignum
Finge Deo; rebusque veni [62] non asper egenis.

32 Magna, & terribilis. Ut, *an sua cuique Deus sit* dira *cupido?* 33 Rupem, ubi posteà arx Tarpeia, & Capitolium erant. 34 Religiosè observabant. 35 Rupem Tarpejam. 36 Habentem verticem frondosum. 37 Nostri, qui mecum ex Arcadiâ venerunt. 38 In hoc nemore. 39 Agnitum posteà à Romanis, & Capitolini nomine, & honore cultum. 40 Nigram propter nubes, & tonitrua, quæ illic concitabat. 41 Scutum Jovis, Amaltheæ nutricis suæ pelle tectum. 42 Unum Jani, alterum Saturni. 43 Dirutis nunc. 44 Quæ olim erant oppida. 45 Quæ antiquissimi viri reliquerant monumenta sui. 46 Quæ nunc diruta est. 47 Urbi à Jano conditæ. 48 Urbi à Saturno conditæ. 49 Æneas, Evander & Pallas. 50 Ferè per singulos passus, circa regiam Evandri. 51 Quasi tuta, Caco mortuo. 52 Illo loco, quo posteà erant Romanum forum & Carinæ. 53 Ædificiorum magnificentia, namque ibi Pompeji domus posteà, Ciceronis & aliorum. 54 Vico Romano exstructo ædificiis in morem carinarum inversarum. 55 Scil. *regias*, id est, domicilia Evandri. 56 Hercules ille monstrorum domitor, victo Gerione & Caco, reversus non dedignatus est subire humilia hæc limina, hanc qualemcumque regiam. Tu quoque tantum Heroa imitatus, imo Deum ipsum, contemnendo opes luxuriosas, noli fastidire tenues, sed lætus succede angustis hisce tectis. Seneca laudato hoc versu, ep. 18. *Nemo*, inquit, *alius est Deo dignus, quàm qui opes contempsit.* Et Juven. 11. Sat. Persicum ad frugalem invitans cœnam, *habebis Evandrum, venies Tirynthius, aut minor illo Hospes*, &c. 57 Intravit. 58 Tam modica. 59 Accepit, seu recepit. 60 Ænea. 61 Effice ac ostende factis etiam te dignum, qui pro Deo habentis. 62 Benignus in res modicas.

Dixit, & [63] angusti subter fastigia [64] tecti
[65] Ingentem Æneam duxit, [65] stratisque locavit
[66] Effultum [67] foliis, & pelle [68] Libystidis ursæ.
Nox [69] ruit, & [70] fuscis tellurem amplectitur [70] alis.
At Venus [71] haud animo [72] nequidquam exterrita [73] mater,
[71] Laurentumque minis & [74] duro [75] mota tumultu,
[76] Volcanum adloquitur, thalamoque [77] hæc [78] conjugis [79] aureo
Incipit, & [80] dictis divinum adspirat amorem.
Dùm bello Argolici vastabant [81] Pergama reges
[82] Debita, [83] casurasque [84] inimicis ignibus [85] arces;
Non ullum auxilium [86] miseris, non arma [87] rogavi
Artis [88] opisque tuæ: nec te, carissime conjunx,
[89] Incasumve tuos volui exercere labores:
Quamvis & Priami deberem plurima [90] natis,
Et [91] durum Æneæ flevissem sæpe laborem.
Nunc Jovis imperiis [92] Rutulorum [93] constitit oris.
Ergo [94] eadem supplex [95] venio, & [96] sanctum mihi numen
Arma rogo, genetrix nato. Te [97] filia Nerei,
Te potuit lacrimis [98] Tithonia [99] flectere conjunx.
Aspice, qui * coëant populi, [1] quæ mœnia clausis
Ferrum acuant [2] portis [3] in me, [4] excidiumque meorum.

63 Pulchra Antithesis. Sic Martialis de Domitiano, 4, l. 8. epig. *Ingentique tenet pocula parca manu.* 64 Domicilii. 65 Lectisterniis. 66 Sustentarum. 67 Arborum. 68 Ursæ ex Lybiâ. 69 Intereà dum cœnarent. 70 Umbris telluris. 71 Non frustrà, sed gravi de causa. 72 Æneæ. 73 Latinorum. 74 Difficili sedatu. 75 Commota. 76 Maritum suum. 77 Hunc sermonem. 78 Mariti sui. 79 Pulchro, ornatissimo. 80 Verbis suis. 81 Trojam. 82 Ruinæ. & exsitio destinata à fatis. 83 Quæ cadere debebant. 84 Inimicorum. 85 Ilii. 86 Trojanis. 87 Abs te. 88 Facultatis. 89 Frustrà. 90 Paridi præcipuè, qui me judicavit formâ superare Minervam & Junonem; & Creüsæ, quæ Æneæ nupsit. 91 Vix tolerabilem, aut diu duraturum. 92 Populorum Turno subditorum. 93 Constitutus est. 94 Quæ priùs nihil contra fata molita sum. 95 Ad te. 96 O numen observandum mihi. 97 Thetis, Achillis genetrix. 98 Aurora Memnonis mater. Argumentatur Venus ab exemplis minoribus. Thetis pro Achille filio impetravit arma à te, item Aurora pro Memnone: ego, quæ sum filia Jovis, & tua conjux: non impetrabo? 99 Ut Memnoni, filio ejus, arma fabricares. * Congregentur. 1 Suprà lib. 7. *Quinque adeò magnæ, positis incudibus, urbes Tela novant.* 2 Civitatum. 3 Contrà. 4 Destructionem.

Di-

[1] Dixerat : & [6] niveis [7] hinc atque hinc Diva lacertis
[8] Cunctantem amplexu molli fovet. [9] Ille repentè
Accepit [10] solitam [11] flammam : notusque medullas
Intravit [12] calor, & [13] labefacta per ossa cucurrit.
[14] Non secus atque olim, tonitru cùm rupta corusco
[15] Ignea rima [16] micans percurrit lumine [17] nimbos.
[18] Sensit læta [19] dolis, & formæ conscia conjunx.
Tum [20] pater [21] æterno fatur [22] devinctus amore :
Quid causas petis [23] ex alto ? [24] fiducia [25] cessit
Quo [26] tibi, Diva, mei ? [27] similis si cura fuisset,
([28] Tùm quoque fas nobis Teucros armare fuisset,)
Nec [29] pater omnipotens Trojam, nec [30] fata vetabant
[31] Stare, decemque alios Priamum [32] superesse per annos.
Et nunc, si [33] bellare paras, atque hæc tibi mens est;
Quidquid in arte meâ possum promittere [34] curæ,
[35] Quod fieri ferro, [36] liquidove potest [37] electro,
Quantum ignes [38] animæque valent ; absiste precando
Viribus [39] indubitare tuis. Ea verba [40] locutus
Optatos dedit amplexus, placidumque petivit
Conjugis infusus gremio per [41] membra soporem.
[42] Inde, ubi prima quies medio jam noctis [43] abactæ

5 Venus. 6 Candidissimis. 7 Utrinque. 8 Vulcanum dubitantem, an pro filio ex adulterio concepto, obsequi deberet. 9 Vulcanus. 10 Consuetam illi. 11 Amoris, vel Veneris. 12 Ignis amoris. 13 Mollificata, & labentia. 14 Comparatione ostendit, eo pacto calor amoris per ossa Vulcani serpserit. 15 Fissura, aut per fissuram exsiliens fulmen, quod per rimas nubium exsilit. 16 Resplendens. 17 Nubes ventosas. 18 Percepit Vulcanum amore captum. 19 Fraude suâ, id est, artificiosâ circumventione. 20 Vulcanus scilic. Æneæ patris loco futurus. 21 Magno, & divino, qualem agnoscunt Dii æterni. 22 Al. *devictus*, id est, obligatus Veneri. 23 Ab ovo quasi Trojani belli, ab exemplis, longè petitis, & per circumlocutionem, ab excidio Trojæ. 24 Quam prius habuisti de me. 25 Recessit. 26 A te. 27 Si similis sollicitudo de armis habendis fuisset tibi priùs. 28 *Dum bello Argolici vastabant Pergama reges.* 29 Juppiter. 30 Fata Trojæ mutare non potui, differre potui. 31 Diutiùs esse. 32 Exstare. 33 Bella gerere. 34 Sollicitæ diligentiæ. 35 Et id, *quod*, &c. 36 Puro. 37 Metallo fortissimo. Quoties quinta portio argenti in auro est, Electrum vocatur. 38 Venti possunt efficere in fabrili arte. 39 Diffidere de viribus tuis, id est, desine, precando me, ostendere te incertam de auctoritate, qua valere possis apud me. 40 Vulcanus. 41 Sc. *singula*, id est, placidè dormivit in gremio conjugis. 42 Deindè. 43 Transactæ.

Cur-

[44] Curriculo [45] explerant somnum, [46] cum femina [47] primum,
Cui [48] tolerare [49] colo vitam tenuique [50] Minervâ,
[51] Impositum cinerem, & [52] sopitos suscitat ignis, 410
Noctem addens operi; famulasque ad [53] lumina longo
[54] Exercet penso; castum ut servare cubile
[55] Conjugis, & possit parvos [56] educere natos.
Haud secùs [57] ignipotens, nec [58] tempore [59] senior illo
Mollibus è [60] stratis opera ad fabrilia surgit. 415
[61] Insula [62] Sicanium juxta latus [63] Æoliamque
[64] Erigitur [65] Liparem, [65] fumantibus ardua saxis:
[66] Quam subter specus, & [67] Cyclopum exesa [68] caminis
Antra [69] Ætnæa [70] tonant, validique [71] incudibus ictus
Auditi [72] referunt [73] gemitum, [74] striduntque [75] cavernis
[76] Strictura Chalybum, & fornacibus ignis [77] anhelat 421
[78] Volcani domus, & Volcania [79] nomine tellus.
[80] Hoc tunc [81] ignipotens cœlo descendit ab alto.
[82] Ferrum exercebant [83] vasto [84] Cyclopes in antro,
[85] Brontesque, [86] Steropesque, & [87] nudus membra [88]
Pyræmon. 425
[89] His [90] informatum [91] manibus jam parte politâ

44 Cursu. 45 Post mediam noctem. 46 Veluti. Al. *tum*. 47 Cui præcipuum est. 48 Sustentare, alere. *Benè ac pudicè vitam instituit, laud ac telâ victum quæritans.* Terent. Andr. 49 Instrumento, quod pensa continet, id est, nendo. 50 Lanificio Minervæ invento, ac opere. 51 Super ignem. 52 Cineribus coopertos. 53 Lucernarum. 54 Fatigat stamine. 55 Sui. 56 Educare liberos. 57 Vulcanus, Deus ignis. 58 Quo femina surgit. 59 Quam femina dicta. 60 Ubi Venerem reliquit. 61 Hiera insula, Vulcani officina, inter Siciliam & Liparen.... 62 Siciliense, id est, inter Ætnam. 63 .... Unam ex Æoliis insulis. 64 Eminet. 65 Ex ardore intrinsecùs proveniente. 66 Insulam arduam. 67 Qui fabricam ferrariam invenisse feruntur. 68 Fornacibus. 69 Ignivoma, instar Ætnæ. 70 Vehementem sonitum edunt. 71 Qui super incudes fiunt. 72 Per echo. 73 Ingentem sonum. 74 Ictu sc. malleorum in incudibus. 75 Per cavernas. 76 Scintillæ erumpentes è candenti ferro, dùm malleis cuditur. 77 Quasi respirat, & anhelitum defectus emittit. 78 Qui locus est domus Vulcani. 79 Nominatur. 80 Huc, id est, ad hanc insulam. 81 Vulcanus. 82 Fabricabant. 83 Valdè amplo. 84 Fabri, ejus famuli, unum cyclum, id est, oculum latum in fronte habentes. 85 Unus ex ministris Vulcani qui Jovi cudunt fulmina, à *tonitru* dictus. 86 A *fulgetro* sive *fulgure* sic dictus. 87 Habens membra nuda. 88 Ab *igne*, qui nunquam à calenti igni discedit. 89 Fabris. 90 Adhuc informe, nondum perfectam habens formam. 91 In manibus.

Ful-

Fulmen erat; toto [92] genitor [93] quæ plurima cœlo
Dejicit in terras: pars [94] imperfecta manebat.
[95] Tris imbris [96] torti [97] radios, [98] tris nubis [99] aquosæ
* Addiderant, [1] rutuli [2] tris ignis, & [3] alitis [4] Austri.
Fulgores [5] nunc horrificos, [6] sonitumque, [7] metumque
Miscebant operi, flammisque [8] sequacibus iras.
Parte aliâ Marti currumque, rotasque volucris
[9] Instabant, [10] quibus ille viros, quibus excitat urbis:
[11] Ægidaque horriferam [12] turbatæ Palladis arma
Certatim [13] squamis serpentum [14] auroque [15] polibant,
Conexosque anguis, ipsamque in pectore [16] Divæ
[17] Gorgona [18] defecto vertentem [19] lumina collo.
Tollite [20] cuncta, [21] inquit, [22] cœptosque auferte labores,
Ætnæi Cyclopes; & [23] hùc advertite mentem.
[24] Arma [25] acri facienda viro. Nunc viribus [26] usus,
Nunc manibus [27] rapidis, omni nunc arte [28] magistrâ.
[29] Præcipitate moras. Nec plura [30] effatus: at [31] illi
Ociùs [32] incubuêre omnes, [33] pariterque laborem
Sortiti. [34] Fluit æs rivis, [35] aurique metallum;

92 Juppiter, *πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε*, id est, *pater hominumque, Deorumque.* 93 Fulmina. 94 Quia nondum absolverant. 95 Grandinis. 96 Constricti, & coacti in grandinem. 97 Fulminis. 98 Pluviæ tres. 99 In aquam resolubilis. * Commiscuerant prius. 1 Rutilantis, & resplendentis. 2 Ignis, seu æstuantis aëris tres. 3 Venti tres. 4 Intelligunt quidam per *Austrum*, Autumnum: per *rutilum ignem*, Æstatem: per *nubem aquosam*, Ver: per *imbrem tortum*, Hyemem. 5 Cum Vulcanus adveniret. 6 Tonitrua. 7 Fulgetraque. 8 Persecutoribus vim prosternendi, qualis est in iratis. 9 Omni cura ac studio fabricabant. 10 Quibus in bello utitur. 11 Scutum, sive munimentum pectoris aureum, Jovis, aut Palladis proprium, squammoso draconum corio contectum, sic ut extremum ipsius ambitum draunculi ad limbi, aut fimbriæ vicem circumcluderent: in medio habens Gorgonis caput. 12 Ad bellum concitatæ, turbidis oculis torvum intuitæ. 13 In modum squammarum, quas habent serpentes. 14 Squammis aureis. 15 Poliebant. Antiquè. 16 Quæ penderet de pectore Palladis. 17 Medusam, cujus capilli in angues versi erant. 18 Ense amputato. 19 Oculos, scil. ex indignatione. 20 Omnia hæc. 21 Vulcanus. 22 Al. *certos*, qui quotidiana opera exercentur, qui vobis præcipuè soliti. 23 Ad hoc quod dicam. 24 Sunt. 25 Strenuo. 26 Utilitas & opus est. 27 Raptim operantibus. 28 Ut utiliter, citò & scientèr fiant. 29 Præcipitantèr abjicite. 30 Elocutus est Vulcanus. 31 Cyclopes. 32 Operam dederunt. 33 Diviserunt inter se opera. 34 Liquefit ad modum fluentis aquæ. 35 Et ipsum metallum.

Vol-

[36] Volnificusque chalybs vastâ fornace liquescit.
Ingentem clipeum [37] informant, [38] unum omnia contra
Tela Latinorum: septenosque [39] urbibus orbis
[40] Impediunt. [41] Alii ventosis follibus [42] auras
Accipiunt [43] redduntque: alii [44] stridentia tingunt
Æra lacu. [45] Gemit impositis incudibus antrum.
[46] Illi inter sese multâ vi brachia tollunt
[47] In numerum, versantque [48] tenaci forcipe massam.
Hæc [49] pater [50] Æoliis [51] properat dùm [52] Lemnius oris,
[53] Evandrum ex humili tecto lux suscitat alma,
Et matutini [54] volucrum [55] sub culmine cantus.
Consurgit senior, [56] tunicaque [57] inducitur artus,
Et [58] Tyrrhena pedum circumdat [59] vincula plantis.
[60] Tùm lateri atque humeris [61] Tegeæum subligat ensem,
[62] Demissa ab lævâ pantheræ terga retorquens.
Necnon & [63] gemini custodes limine ab [64] alto
Procedunt, gressumque [64] canes comitantur [65] herilem.
[66] Hospitis Æneæ [67] sedem, & [68] secreta petebat,
Sermonum memor, & promissi [69] muneris [70] heros.

36 Vulnera facere solitus. 37 Artificiosè faciunt. 38 Qui solus sit. 39 Singulis. 40 Implicant. 41 Quidam ex illis. 42 Ventos. 43 Acceptos ventos, id est, affiant. 44 Tingendo stridere faciunt ferrum aquâ. 45 Tonat, resonat, quasi gemitum referens. 46 Fabri. 47 In ordinem, ita ut ex alternis ictibus numerus, & concentus advertatur: Vide quæ ad hos versus sup. 4. Georg. v. 174. 48 Instrumento, quo ferrum calidum capitur è fornace, fortiter tenenti. 49 Fulminis & fabrorum, & Æneæ paternâ affectione obsequens. 50 Quibus Æolus præsidet. 51 Properantèr facit. 52 Vulcanus, à *Lemno* insulâ, in quâ à Lemniis excipiebatur, cœlo à Junone dejectus ob deformitatem: necnon præcipitatus à Jove eodem cecidit. Il. 6. 53 Redit ab excursu ad intermissam narrationem, id est, ad res Evandri. 54 Præcipuè hirundinum. 55 Quæ sub culmine nidificant. 56 Interiore. 57 Habet artus inductos & vestitos. 58 Thusci. 59 Calceamenta, quæ ligabant & muniebant. 60 Deindè. 61 Arcadium: à Tegeâ, urbe Arcadiæ. 62 Pellem pantheræ ab humero lævo demissam revocans ad partem sinistram. 63 Ità Telemachum ἄμφω δὲ νώτω κύρτε ἐχέγχι ἰσαγνῖ. 2. Odyss. Antiqui ad custodiam corporis canes habebant. 64 Respectu canum: sed respectu regum erant humilia limina. 65 Heri ac domini sui Evandri. 66 Quem hospitio exceperat. 67 Cubile. 68 Locum remotum à turbâ, ut illic quæriùs colloqueretur. 69 Auxilii. Promiserat enim auxiliari Æneæ. 70 Evander.

Nec

[71] Nec minùs Æneas se [72] matutinus agebat. 465
Filius [73] huic Pallas, [74] illi comes ibat Achates;
Congressi jungunt dextras, mediisque [75] residunt
Ædibus, & [76] licito [77] tandem sermone fruuntur.
[78] Rex prior hæc:
[79] Maxime Teucrorum [80] ductor, quo [81] sospite nunquam
[82] Res equidem Trojæ victas, aut regna fatebor; 470
Nobis ad belli auxilium [83] pro nomine tanto
Exiguæ [84] vires. [85] Hinc [86] Tusco claudimur [87] amni,
[87] Hinc [88] Rutulus [89] premit, & [90] murum circumsonat armis.
Sed tibi ego [91] ingentis populos opulentaque [92] regnis 475
Jungere castra [93] paro: quam fors inopina salutem
[94] Ostentat. [95] Fatis hùc te poscentibus adfers:
Haud procul [96] hinc saxo incolitur fundata [97] vetusto
Urbis [98] Agyllinæ sedes: [99] ubi Lydia quondam
Gens, bello præclara, * jugis [1] insedit Etruscis. 480
[2] Hanc multos florentem annos [3] res deinde superbo
Imperio & [4] sævis tenuit Mezentius armis.
Quid memorem [5] infandas cædes; quid facta tyranni
[6] Effera? DI capiti ipsius, generique reservent.
Mortua quin etiam jungebat corpora vivis, 485
Componens [7] manibusque [8] manus, atque oribus ora,

71 Consimiliter. 72 Erigebat se manè surgens. 73 Evandro. 74 Æneæ. 75 Concident. 76 Quem non nisi fidissimis communicare licebat, & quem illis tuto inter se conferre licebat. 77 Remotis arbitris. 78 Rex loci Evander dixit. 79 Suasorii generis oratio quâ consulit Æneæ Evander, ut à Tarchonte, Etruscorum duce auxilium petat. 80 Dux. 81 Incolumi. 82 Imperium: ut suprà lib. 3. v. 1. *Postquam* res *Asiæ*, &c. 83 Pro tui nominis gloriâ. 84 Sunt. 85 Ex una parte. 86 Tiberi, qui per Etruriam fluit. 87 Ex alterâ parte. 88 Populus ferox. 89 Nos. 90 Facit arma sua sonare circùm muros nostros. 91 Etruriam, in quâ 12. urbes à Tyrrheno conditæ sub præfectis totidem. 92 Per diversa regna. 93 Intendo & meditor. 94 Tibi. 95 Venis ad has oras juxtà oracula Etruscis facta. 96 Ab his locis. 97 Antiquo opere: ut *Templa Dei saxo venerabar exstructa* vetusto. 98 Agylla, quæ & *Cære* dicitur, urbs Etruriæ. 99 Lydi venerunt in Italiam, Tyrrheno duce, Atys filio, & sederunt in Etruriâ. * In montibus. 1 Sedem cepit. 2 Gentem. 3 Etruscorum. 4 Tyrannicis. 5 Tum detestabiles, ut de iis fari nemo debeat. 6 Immania. 7 Defunctorum. 8 Viventium.

Formenti [9] genus; & [10] sanie [11] taboque fluentis
[12] Complexa in misero longâ sic morte necabat,
At [13] fessi tandem [14] cives [15] infanda furentem
Armati circumsistunt ipsumque [16] domumque:
Obtruncant socios, ignem ad [17] fastigia jactant.
[18] Ille [19] inter cædes Rutulorum elapsus in agros
[20] Confugere, & [21] Turni [22] defendier [23] hospitis armis.
Ergo omnis [24] furiis [25] surrexit Etruria [26] justis:
[27] Regem ad supplicium [28] præsenti [29] Marte reposcunt.
His ego te, Æneca, ductorem millibus addam:
Toto namque fremunt condensæ litore puppes,
[30] Signaque ferre jubent: [31] retinet longævus [32] haruspex
[33] Fata canens: [34] O [35] Mæoniæ [36] delecta juventus,
Flos veterum virtusque virûm, quos justus in hostem
Fert dolor, & meritâ [37] accendit Mezentius irâ;
Nulli fas Italo tantam [38] subjungere [39] gentem:
Externos [40] optate duces. Tùm Etrusca [41] resedit
Hoc acies [42] campo, monitis exterrita Divûm.
Ipse [43] oratores ad me, regnique [44] coronam
Cum [45] sceptro misit, mandatque [46] insignia [47] Tarchon,
Succedam castris, Tyrrhenaque regna capessam.

9 O genus cruciatus. 10 Corrupto sanguine mortuorum. 11 Putrido liquore viventium. 12 Tam diu cogebat se complecti, dum vivorum sanguis in tabum converteretur, & defunctorum pus in saniem. 13 Sævitiâ Mezentii. 14 Ejus. 15 Infandum, infando more, scelere, & supplicîis. Hellenismus. 16 Familiam ejus. 17 Culmina domus ejus. 18 Mezentius. 19 Dum, socii ejus occiderentur. 20 Confugiebat ad Turnum. 21 Inversa à nostro historia: namque Turnus ad Mezentium confugit. Liv. 1. lib. 22 Defendebatur. 23 Cui jure hospitalitatis erat devinctus. 24 Irâ, tumultu justè suscepto. 25 Contra Mezentium. 26 Mezentium. 27 Ne morâ intermissus tepescat calor. 28 Bello. 29 Bellica scil. id est, vexilla. 30 Immorantur eos, ne exeant in bella. 31 Tarchon scilic. Tyrrhenus asserens quærendum esse ducem exterum. 32 Voluntates Deorum sibi revelatas. 33 Vera haruspicis, quæ refert Evander. 34 Hetrusci à Lydis & Mæonîs oriundi, qui sub Tyrheno, Atti fratre, duce, hanc Italiæ partem appulsi occuparunt. 35 Ad expeditionem præsentem. 36 Contra se. 37 Subjugare. 38 Rutulorum, & Latinorum, quibuscum Mezentius nunc fœdus percussit. 39 Adoptate, diligite. 40 Quærit. 41 Ubi erat. 42 Legiones. 43 Diadema. 44 Virgâ regali. 45 Cetera ornamenta regalia; & fasces lictorum, &c. 46 Qui electus erat eorum dux. 47 Ut veniam ad castra, & eam capiam Etruriam, in quam Tyrrhenus venit ex Mæoniâ.

Sed

41 Sed mihi tarda 42 gelu 43 sæclisque effœta senectus
Invidet imperium, 44 seræque ad 45 fortia 46 vires.
Natum exhortarer, ni 47 mixtus matre Sabellâ
48 Hinc partem patriæ traheret. Tu, cujus & 49 annis
Et 50 generi fata 51 indulgent, quem 52 numina 53 poscunt,
54 Ingredere, ô Teucrûm atque Italûm fortissime 55 ductor.
Hunc tibi præterea, spes & solatia nostri,
56 Pallanta adjungam. Sub te tolerare magistro
Militiam, & grave 57 Martis opus, tua cernere; 58 facta
59 Adsuescat, primis & te 60 miretur ab annis.
Arcadas huic equites 61 bis centum, 62 robora pubis
63 Lecta dabo; 64 totidemque suo tibi nomine 65 Pallas.
Vix ea fatus 66 erat: 67 defixique 68 ora tenebant
Æneas 69 Anchisiades & 70 fidus Achates,
Multaque 71 dura suo tristi cum corde 72 putabant;
Ni 73 signum cœlo 74 Cytherea dedisset 75 aperto.
Namque improviso 76 vibratus ab æthere fulgor
Cum 77 sonitu venit, & ruere omnia 78 visa repentè,
79 Tyrrhenusque tubæ mugire per æthera clangor.
80 Suspicimus: 81 iterum, atque iterum fragor intonat ingens.

41 Occurrit tacitæ objectioni Evandri. Poterat enim quærere Æneas, quare, cum ipse externus esset, sese Tyrrheni exercitui non præsentasset, aut si aliud prohiberet, quare Pallantem ipsis non præmisisset. 42 Frigore, cruoris sanguine, gelida senectus vocat imperia impia. 43 Annis & senio debilitat, exhaurit. Secolum hic 30. annos inibere censetur. 44 Tardæ. 45 Gerendæ. 46 Invident mihi imperium. 47 Mixtus ex Latinis patre Latinum. Duxerat enim Evander filium regis Sabinorum. 48 A maternâ parte esset Italus. 49 Cum respectu ad Evandrum, qui senior ea. 50 Cum respectu ad Pallantem: quia Parrasius. 51 Indulgentes concedit regnum Latinis. 52 Deorum arbitrii. 53 Ad Latinis ducendum. 54 Procede in bellum. 55 Dux, id est, qui Trojanos regat. Heros ducem. 56 Filium meum. 57 Bellum. 58 Facinora egregia. 59 Scil. ut. 60 Propter admirationem imitetur. 61 Ducentos. 62 Fortis corpora juventutis. 63 Electa. 64 Alteros ducentos. 65 Scil. dabit. 66 Evander. 67 In terrem. 68 Vultus suos, ut animi & cogitabundi facere solent. 69 Anchisiæ filius. 70 Fidelis Æneæ comes. 71 Adversa. 72 Reputarent, volvissent. 73 Advenum sol. 74 Venus, ab insul. Cythera, ad quam ortu mari appulit. 75 Discrepo & hiante fulgetro, & tonitribus. 76 Vibrando concussus. 77 Tonitru. 78 Propter commotionem sonitus. 79 A Tyrrhenis, & Lydis juventus. Cum respectu tamen ad Etruscos, ducem externum jam poscentes. 80 Heros, & Achates stupent. 81 Iterum scil. ad iterandum omen.

Ar-

[89] Armâ inter [90] nubem cœli in regione serenâ
er [91] sudum [92] rutilare vident, & [93] pulsa [94] tonare.
Obstupuêre animis alii; sed [95] Troius heros
[96] Adgnovit sonitum, & Divæ promissa [97] parentis.
[98] Tùm memorat: Ne verò, hospes, ne [99] quære profectò,
* Quem casum portenta ferant: [1] ego poscor Olympo.
Hoc signum [2] cecinit missuram Diva [3] creatrix,
Si bellum ingrueret; [4] Volcaniaque arma per auras
[5] Laturam auxilio.
Heu, quantæ miseris cædes Laurentibus [6] instant!
Quas pœnas mihi, Turne, dabis! quàm multa sub undas
Scuta [7] virûm, galeasque, & [8] fortiâ corpora [9] volves,
Thybri pater! [10] poscant acies, & fœdera rumpant.
Hæc ubi dicta [11] dedit, solio se tollit ab alto;
Et primùm Herculeis [12] opitas ignibus [13] aras
Excitat, [14] hesternumque larem, [15] parvosque Penatis
Lætus adit, mactant [16] lectas de more [17] bibentis,
Evandrus [18] pariter, pariter Trojana juventus.
Post [19] hinc ad [20] navis [21] graditur, sociosque revisit:
Quorum de numero, qui [22] sese in bella sequantur,
Præstantis virtute [23] legit: [24] pars cetera [25] pronâ
Fertur aquâ, [26] segnisque [27] secundo defluit amni;

89 Cimbrico bello armorum sonitus auditus cœlo. 90 Quam Venus assumpserat. 91 Serenum, purum. 92 Micare. 93 Arma. 94 Sonum tonitrui imitari. 95 Æneas. 96 Prodigio hoc armorum conjicit sibi delata à matre arma contra arma inimica; necnon acies & prælia. 97 Veneris. 98 Deindè Æneas dicit. 99 Docere. * Qualem rei exitum hæc portenta, & bona omina adferant. 1 Ego exigor de cœlo ad hoc bellum. 2 Prædixit se missuram. 3 Mater Venus; quia omnia gignit. 4 A Vulcano, marito suo fabricata. 5 Allaturam in auxilium meum. 6 Imminent. 7 Virorum fortium interemptorum. 8 Robusta, dùm viverent. 9 Tuas. 10 Permissio ironica. Eant jam Laurentes, vi ac bello rumpant fœdera, quæ cum Latino iniissem, nisi Turnus omnia turbassem; sed non diu impunè. 11 Æneas. 12 Sopitos ignes in aris Herculeis. Hypallage. 13 Ignem pridianum, quo pridie ejus diei in sacrificiis Herculis usi erant. 14 Domesticos, pro fortunæ tenuitate modicos. 15 E grege electas. 16 Orves, duos annos habentes. 17 Cum Æneâ. 18 Ex hoc loco sacrificii. 19 Ubi socii erant. 20 Æneas. 21 Eligentem Æneam. 22 Eligit. 23 Sociorum. 24 Defluâ. 25 Exsistens tardior ad bella, aut quia sine remis erant. 26 Defluente. 27 Tibri.

Nun-

[28] Nuntia ventura Ascanio [29] rerumque patrisque.
[30] Dantur equi [31] Teucris Tyrrhena petentibus arva:
[32] Ducunt exsortem Æneæ; quem fulva leonis
Pellis [33] obit totum, præfulgens unguibus [34] aureis.
Fama volat parvam subitò volgata per [35] urbem,
Ociùs ire equites [36] Tyrrheni ad limina regis.
Vota metu [37] duplicant [38] matres, [39] propiusque periclo
It timor, & [40] major [41] Martis [42] jam apparet imago.
Tùm pater Evandrus [43] dextram complexus [44] euntis
[45] Hæret, [46] inexpletum lacrimans, ac talia fatur:
O mihi præteritos referat [47] si Juppiter [48] annos!
Qualis eram, [49] cùm primam [50] aciem [51] Præneste sub ipsâ
[52] Stravi, [53] scutorumque incendi victor acervos;
Et [54] regem hac Herilum dextrâ [55] sub Tartara misi:
[56] Nascenti cui [57] tris animas [58] Feronia [59] mater
(Horrendum dictu) dederat, terna arma [60] movenda;
Ter [61] letò sternendus erat: cui [62] tunc tamen [63] omnis
Abstulit hæc animas dextra, & [64] totidem [65] exuit armis.

28 Ut veniat annuntiatris. 29 Gestarum à patre. 30 Ab Evandro. 31 Electis illis, qui cum Æneâ ad Tarchontem in Etruriam profecturi. 32 Arcades, ministri regis Evandri, ducunt ad manum ad Æneam, & ad utilitatem ejus equum extra sortem dandum, id est, egregium, eximium suprà alios, leonis eximii pelle instrarum. 33 Circumdat & operit. 34 Aurum inferentibus, *aut* aureis unguibus arte insertis: *aut* aureis laminis opertis. 35 Pallanteum. 36 Tarchontis, scil. in Etruriam. 37 Duplicia faciunt. 38 Arcadum, qui cum Æneâ profecturi erant. 39 Timent propinquum periculum. 40 Evidentior. 41 Belli. 42 Cùm abirent juvenes. 43 Æneæ. 44 Abire parantis. 45 Adhæret ei. 46 Inexplebiliter; quia non poterat se continere à lachrimis. 47 Utinam. Ut talis sim, *qualis eram*, &c. 49 Evandrum, ex Arcadia venientem in Italiam, repellere conatus est Herilus rex Prænestinus: sed ab Evandro victus, cæsusque. 50 Italorum, Evandrum repellere volentium. 51 Latii oppido. 52 Prostravi. 53 Prostratorum hostium. Victores arma, scuta præserrim, eorum, quos vicerant, incendebant ex more & voto. 54 Prænestinorum. 55 Ad inferos. 56 Cùm nasceretur. 57 Tres vitas, tamque *ter letho sternendus erat*: seq. 58 Dea nemoris Tarracini, Jovis Anxuris uxor: suprà 7. lib. 59 Ejus. 60 A quo amovenda erant. 61 Morte. 62 Cum solidum robur haberem. 63 Tres. 64 Etiam tribus. 65 Corpora.

[66] Non ego nunc dulci amplexu divellerer usquam,
Nate, tuo: neque finitimo Mezentius usquam,
Huic capiti insultans, [67] tot ferro sæva dedisset
Funera, [68] tam multis [69] viduâsset civibus [70] urbem.
At vos, ô superi, & Divom tu maxime rector
Juppiter, [71] Arcadii quæso miserescite regis,
Et [72] patrias audite preces. [73] Si [74] numina vestra
Incolumen [75] Pallanta mihi, si fata reservant,
Si [76] visurus eum vivo, & venturus in [77] unum,
[78] Vitam [79] oro: patiar quemvis [80] durare laborem.
Sin aliquem infandum [81] casum, Fortuna, minaris;
Nunc, ô nunc liceat [82] crudelem abrumpere vitam,
Dum curæ [83] ambiguæ, dùm spes incerta futuri,
Dùm te, care puer, mea [84] sera & sola voluptas,
Complexu teneo: [85] gravior ne nuncius auris
Volneret. Hæc [86] genitor [87] digressu dicta supremo
[88] Fundebat: famuli [89] collapsum in [90] tecta ferebant.
Jamque [91] adeò exierat portis [92] equitatus apertis:
Æneas inter primos, & fidus Achates:
[93] Indè alii Trojæ [94] proceres. Ipse agmine Pallas
In medio, [95] chlamyde, & pictis [96] conspectus in [97] armis.
[98] Qualis, ubi Oceani [99] perfusus Lucifer undâ,
Quem * Venus ante alios astrorum diligit ** ignis,

66 Semper in complexu tuo essem, & tecum proficiscerer, si juvenis essem. 67 Tot bonos cives occidisset. 68 Quam multis nunc vidùavit. 69 Orbasset, privasset. Horat. Od. 9. lib. 1. *aut Aquilonibus Querceta Gargani laborant: Et foliis* viduantur *orni.* 70 Suam. 71 Mei, qui rex sum Arcadiæ. 72 Quas ego pater pro filio effundo. 73 Si reducem filium sospitem recepturus sum. 74 Vestræ divinæ potestates. 75 Filium meum. 76 Qui adhuc videam eum. 77 Locum, cum filio meo. 78 Ad id tempus duraturam. 79 Peto à vobis. 80 Duriter tolerare. 81 Motem filii; sed male ominato verbo abstinet. 82 Quæ crudelis esset, si appetat durare usque ad mortem filii. 83 Dubiæ sunt inter spem & metum. 84 Mihi seni, natus & unigena. 85 Tristior, quàm facile pati possem. 86 Evander. 87 In digressione. 88 Ex animo elocutus est. 89 Postquam præ dolore concidérat. 90 Regiam. 91 Præcipuè, omninò. 92 Cœtus aut classis equitum. 93 Deindè. 94 Principes exierant. 95 In veste militari. 96 Conspicuus, spectabilis. 97 Quæ à patre obtinuerat. 98 Exierat talis, *qualis*, &c. 99 Lotus. Ex opinione veterum, qui rumore ali sidera credebant. * Veneris enim stella dicitur. ** Fulgores.

Ex-

Extulit [1] os sacrum cœlo, [2] tenebrasque resolvit.
Stant pavidæ in muris matres, [3] oculisque sequuntur
[4] Pulveream nubem, & fulgentis [5] ære catervas.
Olli per [6] dumos, [7] quâ proxima meta viarum,
Armati tendunt. [8] It [9] clamor, &, [10] agmine facto
[11] Quadrupedante putrem sonitu quatit [12] ungula campum.
[13] Est ingens [14] gelidum lucus prope [15] Cæritis [16] amnem,
Religione [17] patrum latè sacer: undique [18] colles
[19] Inclusêre [20] cavi, & [21] nigrâ nemus abiete cingunt.
Silvano fama est veteres [22] sacrâsse [23] Pelasgos,
Arvorum pecorisque Deo, lucumque [24] diemque,
[25] Qui primi finis aliquando [26] habuêre Latinos.
Haud procul [27] hinc Tarcho, & [28] Tyrrheni tuta tenebant
Castra [29] locis, celsoque omnis de colle [30] videri
Jam poterat [31] legio, & [32] latis [33] tendebat in arvis.
[34] Hùc pater Æneas, & [35] bello lecta juventus,
Succedunt, fessique & equos & corpora [36] curant.
At Venus [37] ætherios inter Dea [38] candida [37] nimbos

1 Conspectum tuum venerabilem. 2 Nocturnas: unde *Lucifer*, quod lucem *adferat*, dicitur. 3 Obtutu. 4 Pulverulentam, ex pulvere pedum equorum concitatam. 5 Armis æreis. 6 Loca invia. 7 Qua proximum compendium viarum erat. 8 Diffunditur per aëra. 9 Se instigantium. 10 Ordine militariter procedentium instituto. *Agmen* enim propriè est multitudo ordinata & incedens. 11 A quadrupedantibus, id est, quaternis pedibus incedentibus facto. 12 Calceus corneus equorum. Quinque perpetui dactyli profectionis celeritatem exprimunt. 13 Luci religiosi descriptio. Totum autem hunc locum diligenter expendit Macrob. Sat. l. 3. cap. 3. 14 Frigidum. 15 Urbis Agyllinæ, sive Agyllæ. Declinatur *hoc Cære*, *Cæretis*. 16 Minionem fluvium. 17 Majorum. 18 Monticuli. 19 Lucum illum. 20 Habentes vallem interjacentem. 21 Umbrosa. 22 Consecrasse, dicasse. 23 Græcos, qui in Italiam venerant. 24 Festum annua celebritate. 25 Pelasgi. 26 Possederunt, id est, qui primi è Græcia advenæ incoluêre Italiam. 27 Ab hoc luco. 28 Populi. 29 Munitione locorum. 30 Ab Æneâ. 31 Exercitus Tyrrhenorum. 32 Latè se extendentibus. 33 Tentoria habebat. Sic 2. Æneid. *Hic Dolopum manus, hîc sævus* tendebat *Achilles*. 34 Ad hunc collem, ubi erat Tarchon. 35 Ad bellum electa. Suprà: *qui sese ad bella sequantur*, *Præstantes virtute legit*. 36 Reficiunt, priusquam ad Tarchontem accederent. 37 Nubem lucidam. 38 Relucens.

[39] Dona ferens aderat: natumque in valle [40] reducta
Ut procul [41] egelido [42] secretum flumine vidit,
Talibus adfata est dictis, seque [43] obtulit [44] ultrò:
En, perfecta mei [45] promissâ [46] conjugis arte
Munera: ne mox aut Laurentis, nate, superbos,
Aut [47] acrem [48] dubites in prælia [49] poscere Turnum.
Dixit, & amplexus nati Cytherea petivit:
Arma sub [50] adversâ posuit [51] radiantia quercu.
[52] Ille [53] Deæ donis & tanto lætus [54] honore,
[55] Expleri nequit, atque oculos per [56] singula volvit,
[57] Miraturque, interque manus, & brachia versat
[58] Terribilem cristis galeam, flammasque vomentem
[59] Fatiferumque ensem, [60] loricam ex [61] ære rigentem,
[62] Sanguineam, ingentem, [63] qualis, cùm cærula nubes
Solis [64] inardescit [65] radiis, longèque [66] refulget.
[67] Tùm [68] levis ocreas [69] electro, auroque [70] recocto,
Hastamque, & clipei [71] non enarrabile textum.
[72] Illic res Italas, Romanorumque triumphos,
[73] Haud vatum ignarus, venturique inscius ævi,
Fecerat [74] Ignipotens: illîc genus omne futuræ
Stirpis [75] ab Ascanio, [76] pugnataque in ordine bella

39 Arma à Vulcano fabrefacta. 40 Inter duos colles inclusa. 41 Multum & eminenter gelido. 42 Procul divisum ab exercitu aliorum. 43 Videndam conspectui ejus. 44 Non requisita. 45 Quam ipse mihi promiserat. 46 Vulcani. 47 Strenuum. 48 Vereris: is enim est elegans hujus verbi usus. Plaut. *Quid istud* dubitas *dicere?* Sic Cic. *Non dubitat*, inquit, *P. Lentulum æternis vinculis mandare.* 49 Provocare. 50 E regione & ex adverso sitâ. 51 Resplendentia, & quasi radios emittentia. 52 Æneas. 53 Matris. 54 Quia mater ipsum suo complexu dignata erat: aut, quia tam insignibus armis fulgebat. 55 Satiari videndo. 56 Arma. 57 Ea. 58 Cassidem habentem terribiles cristas. 59 Fatalem, seu mortiferum Turno, & aliis. 60 Thoracem. 61 Squammis æreis. 62 Sanguinei coloris. 63 Talem, qualis est nubes cærulei coloris. 64 Resplendet. 65 Ex adverso incumbentibus. 66 Refulgere videtur. 67 Scil. *miratur, & versat.* 68 Munimina crurum polita. 69 Facta ex metallo misto: ubi auro conflatur quinta argenti portio: suprà. 70 Iterum fuso. 71 Sculpturam clypei enarratu difficilem. 72 In illo clypeo. Ab hoc loco ad finem usque libri, insigniora quædam Rom. gesta in clypeo cælata exsequitur. 73 Peritus artis vaticinandi, & futura præsciens. 74 Vulcanus. 75 Sc. ad Augustum Cæsarem usque. 76 Ut gesta erant.

Fe-

[77] Fecerat & viridi [78] fœtam [79] Mavortis in antro
Procubuisse [80] lupam: [81] geminos [82] huic ubera circum
Ludere pendentis [81] pueros, & lambere [83] matrem
Impavidos: [84] illam [85] tereti cervice reflexam
[86] Mulcere alternos, & [87] corpora [88] fingere linguâ.
Nec procul [89] hinc Romam, & [90] raptas sine [91] more [92] Sabinas
[93] Consessu caveæ, [94] magnis [95] Circensibus [96] actis,
Addiderat, [97] subitoque novum consurgere [98] bellum
[99] Romulidis, Tatioque seni, * Curibusque [1] severis.
Pòst [2] Idem inter se [3] posito certamine reges
Armati Jovis ante aram, [4] paterasque tenentes

77 Oritur à conditorum urbis ortu & educatione. 78 Partu levatam, enixam. 79 Martis, id est, ubi erant Martis filii, Romulus, & Remus, ab eâ nutriendi. 80 Verane fuerit lupa, an Laurentia Faustuli uxor, quæ ob vulgati corporis vilitatem *Lupa* dicta fuit, non conveniunt auctores. Priorem sententiam confirmant Plut. Cic. 2. de Divin. Ov. 3. Fast. Just. lib. 43. Posteriorem refert Liv. lib. 1. 81 Romulum, & Remum. 82 In applausum hujus lupæ. 83 Lupam, quæ tamquam matrem se gerebat, lambere pueros inperterritos: aut, pueros impavidos dulciter sugere lupam pro matre. De expositione geminorum istorum, ac de materno in eos lupæ hujus officio, lege Ovid. Fastor. 2. 84 Lupam. 85 Rotundâ in longum. 86 Placare lambendo. 87 Infantum. 88 Solidare. Allusum ad ursos, qui informi fœtui lambendo formam inducere finguntur. 89 Ab hac sculpturâ jam dicta. 90 A Romulo & cohabitatoribus ejus, postquam à finitimis conjugia impetrare non poterant. Numerus raptarum apud Dionys. est 683. 91 Exemplo, honestate. 92 Virgines, & matronas. 93 In loco concavo, ubi consederant, in circuitu spectantes ludos. *Cavea* enim est, ubi populus spectat. 94 Magnis Diis institutis, magnisque impensis. Vide Plut. in Romulo. 95 Scil. *ludis*. *Circenses* dicti sunt, quod exhibebantur & fiebant in *Circo*. *Circus* autem locus erat muris septus, in quo equi, pugilesque exercebantur. Vide quæ nos ad Sal. p. 298. b. 96 Dum agerentur, Romulus Circenses ludos simulavit, quando rapuit Sabinas. 97 Et addiderat, &c. 98 Sabinum, quod secutum est ex raptu virginum. 99 Inter Romulidas, Tatiumque senem, Sabinorum regem: qui regnavit postea cum Romulo post bellum Sabinum. * Inter cives Curienses severos. *Cures* Sabinarum urbium opulentissima fuit: undè *Quirites* dicti putantur, ab *hastis* scil. quas Sabini *Cures* vocabant. Hac urbe natus fuit Numa Pompilius. 1 Quia ceteris quiescentibus, injuriam ulcisci voluerunt, & tria bella cum Romanis gesserunt, ac morum severitatem, & disciplinam coluerunt. 2 Romulus & Tatius in acie conciliati interventu Sabinarum. 3 Sedato. 4 Quibus Jovi libabant.

[5] Stabant, & cæsâ [6] jungebant fœdera [7] porcâ.
[8] Haud procul [9] indè, [10] citæ [11] Metium [12] in diversa [13] quadrigæ
[13] Distulerant, ([14] at tu dictis, Albane, maneres)
[15] Raptabatque [16] viri mendacis viscera [17] Tullus
Per silvam, & [18] sparsi [19] rorabant [20] sanguine [21] vepres. 649
Necnon [22] Tarquinium [23] ejectum [24] Porsenna [25] jubebat
Accipere, [26] ingentique [27] urbem obsidione premebat:
[28] Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.
[29] Illum indignanti similem, similemque minanti
[30] Aspiceres; [31] pontem auderet quòd [32] vellere [33] Cocles,
Et fluvium [34] vinclis innaret [35] Cloclia ruptis. 651

5 Ictâ & percussâ silice. Nam qui fœdus, percutientes porcum, dicebant, antequam ferirent: *Audi, Juppiter, populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum ferio: tantoque magis ferito, quanto magis potes, si fœdus non servet.* Vide quæ nos ad Sal. p. 355. 6 Inibant, firmabant & sanciebant conjunctiones, pactiones. 7 In sacris potentiores victimæ femineæ. 8 Percurrit cetera Romanorum gesta. 9 A jam dictâ picturâ. 10 Equi quaterni trahentes currus, aut currus ipsi concitati, & instigati. 11 Metium Suffetium Albanorum regem, qui à Tullo Hostilio in auxilium contra Fidenates accitus, suos in collem subduxit Rom. victor cum binis quadrigis illigatum discerpsit. 12 In diversas partes. 13 Distraxerant, discerpserant. Unde Ovid. 1. Trist. El. 3. *Sic doluit Metius tunc, cùm in contraria versus Ultores habuit proditionis equos.* Lege Val. Max. 7. 4. 1. Claud. in Gildon. 254. 14 Tametsi hoc crudele videtur tibi, ô Meti, tu stare deberes promissis & fœdere percusso cum Romanis. 15 Distrahere faciebat. 16 Metii. 17 Hostilius. 18 Respersi. 19 Guttatim distillabant. 20 Metii. 21 Sentes. 22 Superbum. 23 Romæ propter superbiam ejus, & Lucretiæ à filio constupratione. 24 Rex Etruscorum Tarquinium regem, Româ electum, restituere conatus. 25 Jubere Romanis videbatur ut reciperent. 26 Arctissima. 27 Romam. Historiam hanc scribunt Liv. 2. 10. Dionys. 5. 21. Flor. 2. 12. Eutrop. 1. 11. Sil. 10. 482. 28 Romani, qui ab Æneâ descenderant, & præcipuè Brutus Collatinus & Tricipitinus, in arma ruebant ad tuendam libertatem partam exactis regibus. 29 Porsennam. 30 In clypeo. 31 Sublicium scil. id est, ligneum, Tiberi impositum, ad eam partem, quâ Janiculum ab urbe dirimitur, eâ arte constructum, ut trabes sine fulturis eximi possent. *Sublica* autem est palus seu pertica, quæ in aquâ defigebatur ad pontis alicujus sustentationem. 32 Divellere & interrumpere securi, ingruentibus hostibus. 33 Horatius, *Cocles* dictus, ab uno oculo, amisso altero hostium telis in trajectu amnis. 34 Custodiis arctis. 35 Virginum Vestalium unâ, quæ obses Porsennæ data, deceptis custodibus, Tiberim ad suos tranavit equo.

In

[36] In summo custos [37] Tarpejæ Manlius arcis
Stabat [38] pro templo, & [39] Capitolia celsa tenebat,
[40] Romuleoque [41] recens [42] horrebat [43] regia culmo.
Atque [44] hîc auratis [45] volitans [46] argenteus [47] anser
Porticibus [48] Gallos in [49] limine adesse canebat:
[50] Galli per dumos aderant, [51] arcemque [52] tenebant,
Defensi tenebris, & [53] dono noctis [54] opacæ.
[55] Aurea cæsaries ollis, atque aurea [56] vestis.
[57] Virgatis lucent [58] sagulis: tùm [59] lactea cola
[60] Auro innectuntur. Duo [61] quisque [62] Alpina [63] coruscant
[63] Gæsa manu, scutis protecti corpora longis.
Hic [64] exsultantis [65] Salios, [66] nudosque Lupércos,
[67] Lanigerosque [68] apices, & lapsa [69] ancilla [70] cœlo
[71] Extuderat: castæ ducebant sacra per [72] urbem
[73] Pilentis [74] matres in [75] mollibus. [76] Hinc procul [77] addit
[78] Tartareas etiam sedes, [79] alta ostia [80] Ditis;

36 In summâ clypei parte. 37 Capitolii, à Tarpeja virgine posteà denominati. 38 Pro defensione templi Jovis Capitolini. 39 Unde *Capitolinus* dictus est. 40 Sicut Romulus coluerat, & culmis cooperuerat. 41 Paucis annis anteà constructa. 42 Horrida & aspera erat. 43 Calabria domus. 44 In Capitolio. 45 Volitanti, & alas clangenti similis. 46 Candidus, aut in clypeo argenteus, ut albedinem referret. 47 Galli, cùm arcem Capitolinam noctu, admotis scalis, ascendissent, anser clangorem edidit. Quare Manlio primum excitato Romani opem tulerunt. Indè in templo Jovis Capitolini anseris imaginem fecêre. 48 Senones. 49 Ingressu. 50 Scil. *nam*. 51 Quam Romulus texerat culmo. 52 Parum abfuit, quin tenerent. 53 Beneficio, & opportunitate. 54 Valde tenebrosæ. 55 Coma aurei coloris, ut fulva, erat illis. 56 Barba. 57 Vario colore ad modum virgarum distinctis. 58 Indumentis militaribus. 59 Candidissima. 60 Torquibus aureis. 61 Singuli quatiunt. 62 Ex arboribus montanis Alpinis scil. 63 Jacula Gallorum, uti pila Romanorum. 64 Cum ancillibus. 65 Sacerdotes Martis, dùm ancillia ferrent per urbem salientes. *Salii* (teste Livio 12.) in urbe fuêre à Numâ constituti, & Marti Gradivo consecrati, qui totidem ancilla per urbem cum saltibus gestabant, atque tripudiis: undè & nomen habent. 66 Sacerdotes Panos Lycæi, qui nudi per compita in Lupercalibus discurrebant. 67 Lanam gerentes. 68 Pileos Flaminum & sacerdotum. 69 Clypeos incurvos, quorum unus è cœlo delapsus, cum fato Imperii, ad cujus formam & undecim alii effecti, ne internosceretur verus. 70 E cœlo. 71 Studiosè fecerat in clypeo Vulcanus. 72 Romam. 73 Vehiculis, quibus matres sacrificaturæ Cereri, aut alii alicui Deæ, antiqua consuetudine vehebantur. 74 Matronæ. 75 Molliter incedentibus. 76 Ab horum sculptura. 77 Vulcanus. 78 Infernales. 79 Profunda. 80 Plutonis.

Et [81] scelerum pœnas, & te, Catilina, [82] minaci
Pendentem scopulo, [83] Furiarumque ora trementem,
[84] Secretosque [85] pios: [86] his dantem [87] jura [88] Catonem:
[89] Hæc inter [90] tumidi latè [91] maris [92] ibat imago 671
[93] Auræ; sed fluctu spumabant [94] cærula [95] cano:
Et [96] circùm [97] argento clari delphines in [98] orbem
Æquora verrebant caudis, [99] æstumque secabant.
In * medio classis [1] æratas, [2] Actia bella 675
Cernere [3] erat: totumque instructo Marte [4] videres
[5] Fervere [6] Leucaten, [7] auroque effulgere [8] fluctus.
[9] Hinc Augustus [10] agens Italos in prœlia Cæsar
[11] Cum patribus, Populoque, Penatibus, & magnis [12] Dis, 679
Stans celsâ in puppi: geminas [13] cui tempora [14] flammas
[15] Læta vomunt, [16] patriumque [17] aperitur vertice [18] sidus.

81 Sceleratorum conjuratorum, Cethegi, & Cornelii Lentuli. 82 Minanti tibi assiduè præcipitium. 83 Infernalium. 84 Segregatos. 85 Manes Romanorum piorum dùm viverent. Pii dicuntur, qui in Elysiis sunt. 86 Piis. 87 Justa moderamina vitæ. 88 Majorum scil. qui *Censorius* dictus est. 89 Summa & infima: nam Capitolium in summo, & regna Ditis in imo erant. 90 Inflati, 91 Actiaci. 92 Ire videbatur. 93 Ex auro sculpta. 94 Maria. 95 Subalbo. 96 In circuitu. 97 Fulgentes ex splendore argenti. 98 Circuitum. 99 Et dividebant fervorem aquarum. * Maris. 1 Ære munitas. 2 Quibus bella depugnata sub Actio, oppido Acarnaniæ maritimo, postmodum inter Augustum & Antonium gesta sunt. 3 Dabatur. 4 Videre posset. 5 Agitari fulgoribus armatorum, aut classibus æratis. 6 Montem in promontorio Epiri. 7 Aureorum armorum, & rostrorum reflexu. 8 Juxta Leucaten. 9 Ex unâ parte erat. 10 Impellens. 11 A Cæsare stabant Senatus, & populus Penates, & Dii magni, Juppiter, Mercurius, Minerva suprà lib. 3. Vide Macrob. lib. 3. cap. 4. Sat. 12 Quos præsentes sculpserat Vulcanus, tamquam Augusti partes tutantes. 13 Augusto. 14 Oculorum. 15 Quod boni exsitus signum est. 16 Patris ejus adoptivi Julii Cæsaris. 17 Apertè videtur in summitate galeæ. 18 Cometa, qui Cæsaris mortui simulacro super verticem Romæ publicè adjectus fuerat.

Par-

[19] Parte aliâ ventis, & DIs [20] Agrippa [21] secundis
[22] Arduus [23] agmen agens: [24] cui [25] belli insigne supernum
Tempora [26] navali fulgent [27] rostrata coronâ.
[28] Hinc [29] ope [30] barbaricâ, variisque [31] Antonius armis,
[32] Victor ab Auroræ [34] populis & [35] litore rubro
[36] Ægyptum, viresque [37] Orientis, & [38] ultima secum
[38] Bactra vehit; [39] sequiturque (40 nefas) [41] Ægyptia conjunx.
Una omnes [42] ruere, ac totum spumare [43] reductis
Convolsum remis, [44] rostrisque stridentibus, æquor.
[45] Alta [46] petunt: [47] pelago credas innare [48] revolsas
[49] Cycladas, aut montis concurrere [50] montibus altos.
[51] Tantâ mole viri [52] turritis puppibus instant.
[53] Stuppea flamma manu, [54] telisque [55] volatile ferrum
[56] Spargitur. [57] Arva [58] novâ [57] Neptunia [59] cæde rubescunt.

19 A latere. 20 Affinis, & amicus Augusti. 21 Prosperis & proximè Augusti auspicia secundis. Namque Augustus dextrum, M. Agrippa, gener ejus, sinistrum cornu classis tuebatur. 22 Erat sublimis. 23 Italorum. 24 Agrippæ. 25 Quæ erant ornamentum gloriosum, & magnificum belli navalis. 26 Quæ fiebat ex rostris navium victarum, & dabatur ei, qui maritimo prælio primus in hostium naves vi armatus transiliisset. Hæc aurea erat. 27 Quasi rostris navium ornata. 28 Ex adversâ parte. 29 Africæ, Ciliciæ, Cappadociæ, Thraciæ, aliisque auxiliis. 30 A Barbaris contracta. 31 Variorum populorum. 32 Marcus Antonius Triumvir. 33 Parthos decem & octo prœliis vicerunt. 34 Parthis. 35 Mari Erythræo, quod est inter Ægyptum & Indiam. 36 Populum, & potentiam Ægypti. 37 Populi Orientalis. 38 Bactrianos populos ultimos in imperio Antoniano Orientem versus. 39 Exercitum. 40 Contra disciplinam Rom. militiæ, & quia peregrina, & maximè repudiata uxore Octavia, sorore Imp. Roman. 41 Cleopatra. 42 Ruere videbantur. 43 Retrorsum dictis. 44 Navium. 45 Profunda maria. 46 Omnes. 47 Per pelagus. 48 A continentibus. 49 Insulas. 50 Altis. 51 Tanto molimine. 52 Turres, sive propugnacula habentibus. 53 Radicata in stupâ, id est, vili lino. Cæsariani ignitis telis, & Antoniani missilibus pugnabant. 54 Cum telis. 55 Quod ad volatum affixum est. 56 In naves. 57 Mare. 58 Magna & insolita. 59 Effusione sanguinis.

Re-

[60] Regina in [61] mediis patrio vocat [62] agmina [63] sistro:
Necdùm etiam geminos [64] à tergo [65] respicit [66] anguis.
[67] Omnigenûmque Deûm monstra, & latrator [68] Anubis,
[70] Contra [71] Neptunum, & Venerem, contraque Minervam
Tela tenent. Sævit medio in certamine [72] Mavors,
[73] Cælatus ferro, [74] tristesque [75] ex æthere [74] Diræ;
Et [76] scissâ gaudens vadit Discordia pallâ:
Quam cum sanguineo sequitur [77] Bellona flagello.
[78] Actius [79] hæc cernens arcum intendebat Apollo
[80] Desuper: omnis eo terrore [81] Ægyptus, & Indi,
Omnis Arabs, omnes [82] vertebant terga Sabæi:
Ipsa [83] videbatur ventis [84] regina [85] vocatis
Vela dare, & [86] laxos jam jamque [87] immittere funis.
Illam inter [88] cædes pallentem [89] morte futurâ
[90] Fecerat Ignipotens undis & [91] Iapyge [92] ferri;
[93] Contrà autem [94] magno [95] mærentem [96] corpore [97] Nilum,

60 Cleopatra Ægyptiorum regina. Jusserat enim Antonius, ut legiones parerent Cleopatræ. 61 Bellantium. 62 Suorum. 63 Instrumento musico, sive crepitaculo æneo Ægyptiorum, quo Ægyptii sacerdotes in Isidis sacris uti solent: quod opponit Poëta buccinæ Rom. *Sistrum* dictum volunt ἀπὸ τῆς σεισμοῦ. i. a. *quatiendo*, quia concussum, sonorum ederet tinnitum. 64 Qui eam persequebantur à tergo. 65 Nondum videbat mortem sibi imminentem. 66 Aspices, in clypeo à tergo Cleopatræ, cælatas: quarum morsu interiisse creditur. 67 Omnigenorum, id est, omnis generis. Ægyptus quippè colit canem, fellem, lupum, crocodilum, cepam, & alia monstra. *Quis non scit qualia demens Ægyptus portenta colat*? Juven. 15. Sat. 68 Deorum Ægyptiorum. 69 Ægyptiacâ linguâ dicitur canis, sub cujus forma Mercurius colebatur. 70 Pugnat Antonius, faventibus Diis Ægyptiorum. 71 Quia Augusto favebant. 72 Mars Deus belli. 73 Insculptus in clypeo. 74 Deæ ultrices vadunt ad ulciscendum Antonium, qui matrimoniale læserat fœdus. 75 Scil. *demissæ*. 76 Divisa per factionem. 77 Dea belli, id est, bellum ipsum. 78 Litoralis, id est, qui in Leucadico litore colebatur: vel, qui Augusto in Actiaco bello auxiliatus est. 79 Hanc commotionem & aleam belli, quòd Mars anceps esset in victoriâ. 80 Ex alto. 81 Ægyptii. 82 Fugiebant. Sic lib. 6. *Pars* vertere terga. 83 In clypei cælaturâ. 84 Cleopatra. 85 Optatis aut invocatis ad celerem fugam. 86 Ut plus venti suscipiant, & fortius impellantur. 87 Magis & magis. 88 Cadavera suorum. 89 Omine mortis futuræ: quia tunc primum timere cœperat. 90 Cælârat Vulcanus. 91 Cauro, id est, vento ab Occasu solstitiali, & ex Apulia spirante. 92 Vehi. 93 Vulcanus fecerat è contrario. 94 Septemfluo. 95 Dolentem. Prosopopeja. 96 Fluctus sui. 97 Ægypti fluvium.

Pan-

Pandentemque [1] sinus, & [2] totâ veste vocantem
[3] Cæruleum in gremium, [4] latebrosaque flumina [5] victos.
At [6] Cæsar, [7] triplici invectus Romana [7] triumpho
[8] Mœnia, DIs Italis [9] votum [10] immortale [11] sacrabat. 715
Maxima tercentum totam [12] delubra per Urbem
Lætitiâ, ludisque [13] viæ plausuque fremebant:
Omnibus in templis [14] matrum chorus, [15] omnibus aræ:
Ante aras terram [16] cæsi [17] stravêre juvenci.
[18] Ipse, sedens [19] niveo [20] candentis limine Phœbi, 720
[21] Dona [22] recognoscit [23] populorum, [24] aptaque [25] superbis
Postibus: incedunt [26] victæ longo ordine gentes,
Quàm [27] variæ [28] linguis, habitu [29] tam vestis & armis.
Hîc [30] Nomadum genus, & [31] discinctos [32] Mulciber [33] Afros, 724
Hîc [34] Lelegas, [35] Carasque, [36] sagittiferosque [37] Gelonos
[38] Finxerat. [39] Euphrates ibat jam [40] mollior undis,
[41] Extremique hominum [42] Morini, [43] Rhenusque [44] bicornis;

1 Allusum ad septem Nili ostia. 2 Exterioribus indiciis suis. 3 In receptacula maris. 4 Occulta, aut de quorum origine dubitatur. 5 Ægyptios suos & reliquos Antonii socios. 6 Augustus. 7 De Dalmatis, de Antonio, & de Alexandrinis. Hinc Sueton. cap. 22. *Curules triumphos tres egit, Dalmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes.* 8 Diruptis enim mœnibus intrabant triumphantes, non portis. 9 Vota in periculis extremis nuncupare solebant Imperatores, Augustus templum Apollini. 10 Quod semper duraturum est. 11 In sculpturis clypei. 12 Templa. 13 Compita, & trivia. 14 Matronarum supplicantium. 15 In omnibus templis. 16 Mactati ad sacrificium. 17 Æquaverunt corpore suo. 18 Augustus. 19 Marmoreo (cujus meminit Suet. cap. 29.) templo Apollinis ab Augusto exstructo in Palatio, marmore advecto à portu Lunæ in Liguriâ. 20 Resplendentis. 21 In his coronas & aurum. 22 Recenset. 23 Quæ populus in nova templa conferebat. 24 Affigit ea. 25 Magnificè exstructis. 26 Ab Augusto. 27 Incedunt gentes victæ. 28 Loquelis. 29 Scil. *variæ.* 30 Numidarum, Africæ populorum. 31 Veste usque ad talos fluente: vel, minimè accinctos & imparatos ad bellum. 32 Vulcanus: quod omnia mulceat ignis. 33 Reliquos. 34 Mysiæ populum. 35 Minoris Asiæ populum. 36 Sagittas, quibus plurimum valent, in bella gerentes. 37 Scythiæ populum. 38 Sculpserat. 39 Mesopotamiæ fluvius. 40 Lentior, quasi sentiens etiam se victum à Cæsare. 41 Scilic. *ibant molliores.* 42 Populi Galliæ Belgicæ. 43 Germaniæ fluvius, Galliam ab Alemania disterminans. 44 Ostiis duobus, cognomine altero, altero Vahali in mare exsiens.

In-

Indomitique [46] Hahæ, & [47] pontem indignatus [48] Araxes.

Talia, per clipeum Volcani, dona [49] parentis
Miratur [50] rerumque [51] ignarus [50] imagine gaudet; 730
[52] Attollens humero [53] famamque, & fata nepotum.

45 Difficultèr domabiles. 46 Scythiæ populus. 47 Quem Xerxes super eum exstruxerat: quia disrupit eum rapiditate suâ. 48 Armeniæ fluvius scil. ibat mollior, quia se quoque domandum sentiebat ab Augusto. 49 Martis Veneris. 50 Sculpturis rerum. 51 Et nesciens quas res significarent. 52 Erigens. 53 Gloriam, & res futuras haud dubiè posteris suis.

PU-

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER NONUS.

ARGUMENTUM.

ABsente Æneâ, & in Tuscid, conquirendis auxiliis occupato. Turnus à Junone per Iridem admonitus, ne tantam rei bene gerendæ occasionem amitteret, quàm proximè ad hostes copias admovet. Qui cum suis se manibus continerent, neque æquo loco facerent dimicandi potestatem, ut illis spem omnem fugæ intercluderet, classem exurere conatur. Erat ejus classis materia ex Idæa matris luco cæsa: quapropter matris precibus adductus Juppiter, naves omnes instanti incendio eripuit, & in totidem Nymphas marinas convertit. Post hæc imminente jam nocte, Turnus adversus hostium eruptiones ad oppidi portam excubias disponit: iis Messapum præficit. Interim consultantibus Trojanorum ducibus, quemnam potissimum ad Æneam mitterent, qui de suorum periculo eum faceret certiorem: ultrò eam provinciam suscipiunt Nisus & Euryalus, conjunctissimum amicorum par: qui cum urbe emissi, hostium excubias vino somnoque obrutas offendissent, Rhamnetem cum magno Rutulorum numero trucidant, eorumque se spoliis exornant. Verum cùm, instante jam luce, se recipere conantur, à Volscentis equitibus conspecti, ad sylvas confugiunt. Ibi Euryalus armorum pondere, viæque errore impeditus, in hostes incidit, & à Volscente, frustrà deprecante Niso, confoditur. Nisus quoque, cæso Volscente, & Euryali nece strenue vindicatâ multis vulneribus confossus super amici corpus concidit. Capita hastis affixa, in castra deferuntur: ubi à Trojanis è mœnibus agnita, ingentem in urbe luctum excitant. Interim Turnus totis viribus hostes oppugnat, magna utrimque strages editur. Ibi Ascanius Numanum, insolentius se jactantem, sagittæ ictu interficit. Pandarus & Bitias successu elati portam recludunt, hostesque subeuntes ingenti cæde propellunt. Ejus rei nuntio accepto Turnus per portam patentem in oppidum irrumpit, Trojanosque in fugam convertit: tandem hostium multitudine circumventus, paullatim cedit ad eam oppidi partem, quæ fluvio alluitur, & ut erat armatus, flumen tranans incolumis ad suos revertitur.

[1] ATque [2] ea [3] diversâ [4] penitùs dùm parte [5] geruntur.
[6] Irim de cœlo misit [7] Saturnia Juno

1 Transitio, quæ hunc librum connectit cum superiori. 2 Quæ in 2. narrata sunt. 3 Remotâ, in Etruriâ; ubi jam Æneas.... 4 Longè à castris *extremas Coryti penetravit ad urbes*: mox. 5 Ab Æneâ & Evandro, id est, dum Æneas in Etruriâ comparat auxilia. 6 Deam, arcus cœlestis pedissequam suam. 7 Saturni filia.

Au-

[8] Audacem ad Turnum. Luco tùm fortè [9] parentis
[10] Pilumni Turnus [11] sacratâ valle [12] sedebat.
Ad [13] quem sic [14] roseo [15] Thaumantias ore locuta est:
[16] Turne, quod optanti Divûm [17] promittere nemo
Auderet, [18] volvenda dies, en, attulit [19] ultrò.
Æneas, [20] urbe, & sociis, & classe relictâ,
Sceptra [21] Palatini, sedemque [22] petit Evandri.
Nec [23] satis: extremas [24] Corythi [25] penetravit ad urbes:
[26] Lydorumque manum, & collectos armat agrestis.
Quid [27] dubitas? nùnc tempus equos, nùnc [28] poscere currus.
[29] Rumpe moras omnis, & [30] turbata arripe castra.
[31] Dixit, & in cœlum [32] paribus se sustulit [33] alis;
Ingentemque [33] fugâ [34] secuit sub nubibus arcum.
[35] Agnovit [36] juvenis, [37] duplicisque ad sidera [38] palmas
Sustulit, & tali [39] fugientem est [40] voce secutus:
Iri, [41] decus cœli, quis te mihi [42] nubibus actam
[43] Detulit in terras? [44] undè hæc tam clara repentè
Tempestas? medium video [45] discedere cœlum,

8 Fortem sine felicitate. 9 Avi sui. Undè infrà, *Cui Pilumnus avus, &c.* Fuit enim Turnus Dauni filius, cujus pater fuit Pilumnus. 10 A *pilo*, id est, instrumento, quo aliquid in mortario teritur, sic dictus fuit Saturnus, quòd primus docuisse dicatur frumenta in pilo comminuere. 11 Illi. 12 Otiosus. 13 Turnum illic sedentem. 14 Subrubro. 15 Thaumantis filia Iris. 16 Exhortatoria oratio, ad invadenda castra hostium. 17 Quia contra fatum Trojani videntur, per oblatam occasionem, Italiâ posse depelli, & penitùs deleri. 18 Se volvens jam voluta, id est, tempus ipsum. 19 Non requirent te. 20 Novâ scil. in morem castrorum exstructa. 21 Palatium, & Pallanteum oppidum tenentis. 22 Petiit: ne prima syllaba Evandri corripiatur: cùm alias legatur, *petivit*. 23 Est petiisse Evandrum. 24 Arcis Etruriæ, suprà lib. 3. & 7. 25 Insuper. 26 Etruscorum exercitum. Namque Lydi, Tyrrheno duce in hac Italiæ parte consederant. 27 Vereris invadere castra? 28 Poscendi Græcismus. 29 Sic Ov. Rumpe moram: *nocuit semper differre paratis.* Et Virg. alibi: *Eja age, rumpe moras, teque, &c.* 30 Quæ facilè turbare potes, aut absente Æneâ, auxilio, & consilio destituta. 31 Iris. 32 Pleno volatu. 33 Simùl cùm fugeret. 34 Ipsa suo subvecta arcu. 35 Irim, sive arcum cœlestem, & ejus naturam. 36 Turnus. 37 Complicatas. 38 Manus erexit. 39 Irim. 40 Oratione. 41 Ornamentum, propter specimen colorum. 42 Per nubes. 43 Demisit. 44 Sc. *orta est.* 45 Schismate & hiatu divisum aperiri.

Pa-

[46] Palantisque polo stellas. Sequor [47] omnia tanta,
[48] Quisquis in arma vocas. Et sic effatus ad [49] undam
Processit, summoque hausit de gurgite [50] lymphas,
[51] Multa Deos orans; [52] oneravitque æthera [53] votis.
[54] Jamque omnis campis [55] exercitus ibat apertis, 25
Dives [56] equûm, dives [57] pictai vestis & auri.
[58] Messapus primas acies, [59] postrema coërcent
Tyrrhidæ juvenes: [60] medio [61] dux agmine Turnus.
([62] Vertitur [63] arma tenens, & toto vertice [64] suprà est.)
Ceu [65] septem surgens [66] sedatis amnibus altus 30
[67] Per tacitum [68] Ganges, aut [69] pingui flumine Nilus,
[70] Cùm refluit campis, & jàm se condidit alveo.
[71] Hîc [72] subitam nigro [73] glomerari pulvere nubem
Prospiciunt Teucri, ac [74] tenebras insurgere campis.
Primus ab [75] adversâ [76] conclamat [77] mole [78] Caicus: 35
[79] Quis [80] globus, ô cives, [81] caligine volvitur atrâ!
Ferte citi [82] ferrum; date tela, & [83] scandite muros.

46 Tempore, locoque non suo apparentes, *vel*, errantes per polum. 47 Prodigia tua. 48 Quicumque es, qui vocas in arma. 49 Fluentem. Hoc genus purgationis erat apud antiquos. 50 Purissimas aquas, quibus vitia purgaret, puriorque ad precandum accederet. 51 Multum, aut multas res. 52 Multiplicia vota indicat, quæ Diis diversis pro suâ & exercitus salute vovit. 53 Promissis, pollicendo, si victoriam consequatur. 54 Post vota, & preces Turni. 55 Turni, in 7. descriptus. 56 Equorum. 57 Pictæ. Diæresis. *Equûm domitor*, *Neptunia proles*, suprà lib. 7. 59 Extrema agmina, aut extremas partes exercitus claudunt Tyrrhi filii, magistri pecorum: de quibus suprà lib. 7. 60 Scil. *in*. 61 Totius exercitus. 62 Versatur, circumvolvitur. 63 Hostilia. 64 Eminet suprà reliquos. 65 Cum respectu ad Nilum septemfluum, namque unicum Gangis ostium agnoscunt auctores probati, nisi intelligi placeat de fluminibus, quæ recipit Ganges profundus amnis. 66 Compressis. 67 Per profundam altitudinem, vel tacitè, postquam sedati sunt amnes. 68 Indiæ fluvius maximus, secum aureas arenas trahens. 69 Fecundans & pinguem faciens Ægyptum. 70 Cùm ab inundatione recedit, redditque de suo alveo. 71 In hoc Turni exercitu. 72 Repentè ortam. A signis adventantium hostium. 73 In globos colligi. 74 Caliginem è pulvere. 75 Ex adverso sita. 76 Non interrogans (ipse enim nuntiat) sed cum admiratione. 77 Turri speculatoriâ. 78 Vir Trojanus, cujus item meminit in primo. 79 Quantus: admirantis est, non interrogantis. 80 Numerus incedentium in globum collectorum. 81 Cum molimine incedit cum nube pulverulentâ & nigrâ. 82 Arma repulsiva. 83 Al. *& scandite*, alii, *ascendite*.

Ho-

Hostis adèst, [84] eja. Ingenti clamore per omnis
[85] Condunt se Teucri portas, & [86] mœnia complent.
Namque ita discedens [87] præceperat [88] optimus armis
Æneas: [89] si qua interea Fortuna fuisset,
Neu [90] struere auderent aciem, neu [91] credere [92] campo:
Castra [93] modò, & [94] tutos servarent [95] aggere muros.
Ergo, etsi [96] conferre manum pudor iraque [97] monstrat,
[98] Objiciunt portas tamen, & [99] præcepta * facessunt,
Armatique cavis exspectant [1] turribus hostem.
Turnus, [2] ut antè volans [3] tardum præcesserat [4] agmen,
Viginti [5] lectis [6] equitum [7] comitatus, & urbi
Improvisus adest; [8] maculis [9] quem [10] Thracius albis
Portat equus, cristâque tegit galea aurea rubrâ.
Ecquis erit mecum, juvenes, qui [11] primus in hostem?
En, ait. Et [12] jaculum adtorquens emittit in auras,
Principium pugnæ, & campo sese [13] arduus infert.
[14] Clamore excipiunt socii, fremituque [15] sequuntur
Horrisono. Teucrûm mirantur [16] inertia corda;
[17] Non æquo dare se campo, non obvia ferre
Arma [18] viros, sed castra fovere. * Hùc [19] turbidus
que hùc

84 Dicentes *eja*, id est, se mutuò cohortando. 85 Includunt. 86 Muros, & propugnacula castrorum. 87 Mandaverat. Alludit ad disciplinam Romanæ militiæ, quâ severissimè animadvertebatur in eos, qui injussu Imperatoris in hostem pugnassent. 88 Rei militaris scientissimus ac peritissimus: id est, sicut decet optimum ducem. 89 Si qui fortè oppugnationis aliasve belli casus, se absente, daretur. 90 Instruere. 91 Committere se. 92 Patenti. 93 Solummodò. 94 Tuò munitos. 95 Accumulatis terris & vallo. 96 Cum hostibus insultantibus. 97 Suadet, urget, hortatur eos. 98 Hostibus. 99 Æneæ. * Faciunt. 1 In propugnaculis factis in extremitatibus castrorum, quæ in morem urbis extruxerant. 2 Prout, secundum quod. 3 Tardè incedens, respectu equitum: *vel*, Turno festinanti tardum visum. 4 Pedium. 5 Electis ex omnibus aliis. 6 Ex equitibus. 7 Stipatus. 8 Albas habens maculas. Sic lib. 5. *quem Thracius albis Portat equus bellor maculis.* 9 Turnum. 10 E Thraciâ. 11 Irruat. 12 Respicit mores Romanorum, ubi fas, hastâ in fines hostium missâ, principium pugnæ dedisse putabant. 13 Eminens. 14 Rutuli acclamant, & applaudunt illi facto, scil. hastæ jactui. 15 Turnum. 16 Ignava, quod non venirent, instructa acie, in pugnam: idque secundum Rutulorum opinionem, quos latebat mandatum Æneæ. 17 Quod non darent, & crederent se. 18 Cum viri sint. * Circumspicit vagando in diversos angulos. 19 Turnus commotus in-

Lu-

Lustra [1] equo [2] muros, aditumque [3] per avia quærit.
[4] Ac veluti pleno lupos insidiatus ovili,
Cùm fremit ad [5] caulas, ventos perpessus [6] & imbris, 60
[7] Nocte ruper mediâ; [8] tuti sub matribus agni
[9] Balatum exercent: [10] ille asper [11] & improbus [12] irâ
[13] Sævit in [14] absentis: collecta [15] fatigat edendi
[16] Ex longo * rabies, & [17] sicca [18] sanguine [19] fauces.
Haud aliter [20] Rutulo, muros, & castra [21] tuenti, 65
[22] Inexcita ira: duris dolor [23] ossibus ardet;
Quâ [24] tenues ratione aditus, [25] & quâ via clausus
Excutiat [26] Teucros vallo, atque [27] effundat in æquor.
[28] Classem, quæ lateri castrorum adjuncta latebat,
Aggeribus [29] septam circùm & fluvialibus [30] undis, 70
[31] Invadit: [32] sociosque incendia poscit ovantis:
Atque manum [33] primo flagrani fervidus implet.
Tum verò [34] incumbunt; [35] urguet præsentia Turni:
Atque omnis facibus [36] pubes [37] accingitur [38] atris.
[39] Diripere [40] focos; [41] picum fert fumida lumen 75
Tæda, & [42] commixtam [43] Volcanus ad astra [44] favillam.

20 Ir equo. 21 Castrorum. 22 Per loca inaccessa. Insidiatum mœnia Turni & Troianos, qui per vada quærebant viam. 23 Cum pernix, quæ admodum impetuosus Turni affectus ob oculos ponitur. 24 Nocturnis coitus, ovile. 25 Dum excepit agnum. 26 Noctu mediam noctem. 27 Per munimenta castrorum. 28 Quo lupus iterum. 29 Celle, vide. 30 Effectus. 31 Furore, quæ ex pallore, aut pallidine. 32 Se victam suam sentit. 33 Oviles à se, & quos sæpe tetigerat & premunt, & aggrediuntur. 34 Sævit. * Fames edendi & Nox immota ex longo tempore. 35 Invocatum. 36 Ad pernoctandum. 37 Tumes, quem ipso comparat. 38 Inspissati. 39 Ignitæ sunt, & inflammatæ. 40 Vestibulis regis penetrant. 41 Cognati, qui modo indicatus. 42 Et qui ratione nec aliqua ei-

dat, aut excutiat. Troas austro-ras vallo; prorsus init consilium ipsos adeptæ classis. 45 Quos ut vidit, intra cautes conclusis, comperit. 46 Effusis ventis omnia in æquor & campum plagam ad pugnandum. 47 Coortem Teucrorum. 48 Circumseptam, id est, circumvallatam. 49 Munitis. 50 Hoc cognitam Turnus invadit. 51 Se exposcit & sodis hortatur, id est, ut imminente flore, incendia facturus. 52 Facem tenet, & resinosa, quam in manu tenet. 53 Rutuli complusculi juvenes. 54 Insigni ope. 55 Juvenis Rutulorum. 56 Expectes lucentem, ardentem. 57 Fumosis ex pice. 58 Rutuli scil. quia Turnus populorum juvenis. 59 Igneæ. Cognitus pro cognatus. 60. 60 Quæ ex pice sit. 61 Picis fumus. 62 Incensum, vel ignis. 63 Flammulam.

Qui

[64] Quis Deus, ô Musæ, tam [65] sæva incendia [66] Teucris
Avertit? tantos ratibus [67] quis [68] depulit ignes?
Dicite. [69] Prisca fides facto, [70] sed fama perennis.
Tempore quo primùm Phrygiâ [71] formabat in Idâ
Æneas classem, & pelagi petere alta parabat;
Ipsa Deûm fertur genitrix [72] Berecyntia, magnum
Vocibus his adfata Jovem: Da, nate, petenti;
Quod tua cara [73] parens * domito te poscit * Olympo.
[74] Pinea silva [75] mihi, multos [76] dilecta per annos;
[77] Lucus in [78] arce fuit [78] summâ, [79] quò sacra [80] ferebant,
[81] Nigranti [82] piceâ trabibusque obscurus [83] acernis:
[84] Has ego [85] Dardanio juveni, cum classis egeret,
[86] Læta dedi: nunc [87] sollicitam timor [88] anxius angit.
[89] Solve metus, atque hoc precibus sine posse parentem,
[90] Neu cursu quassatæ ullo, neu turbine venti
[91] Vincantur. [92] Prosit nostris in montibus [93] ortas.
[94] Filius huic contrà, torquet qui sidera mundi:
O genitrix, [96] quo fata [97] vocas? aut quid petis [98] istis?
[99] Mortaline manu factæ * immortale carinæ
* Fas habeant? ** certusque incerta pericula lustret

64 Rem incredibilem narraturus, invocat Musas Poëta. 65 Magna & violenta. 66 A navibus Trojanorum. 67 Scil. *Deus*. 68 Cybele depulit ignes è ratibus. 69 Factum hoc est valdè antiquum, & ita obscurum. 70 Sed tamen fama est per annos durans & constans. 71 Formare parabat: non enim in Ida, sed in Antandro facta. 72 Cybele, quæ in *Berecynthо*, Phrygiæ monte, colitur. 73 Ego. * Postquam cœli dominus effectus es. 74 In quâ plurimæ pinus nascuntur. 75 A me. 76 Pinus Magnæ matri sacra. 77 Ut sit mihi lucus consecratus. 78 Summo cacumine Idæ montis, quæ Gargara dicuntur. 79 Ad quem lucum. 80 Phrygii. 81 Ad nigredinem tendenti. 82 Arbore. 83 Ex acere arbore. 84 Arbores. 85 Æneæ. 86 Lubens, & volens. 87 Quia sciyit classem Æneæ appetendam ignibus. 88 Anxietatem adferre solitus. 89 Ex me mihi timorem, libera me hoc metu. Petitio. 90 Ne intereat classis pinea. 91 Trabes, quæ sacræ mihi sunt. 92 Ipsæ. 93 Ortas esse in luco meo. 94 Juppiter respondet. 95 Summus rector, id est, cui est rerum omnium potestas. 96 In quam conditionem. 97 Trahis, ut contrà fatorum ordinationem, corruptibiles arbores non corrumpantur. 98 Pro istis vilibus rebus, aut, istis precibus. 99 Ab hominibus, qui mortales sunt. * Jus immortalitatis, id est, petis-ne ut immortales sint? ** Securus eventuum & periculorum: quia potius qui navigat, incertus certa adit pericula.

Æ-

Æneas? cui [1] tanta Deo permissa [2] potestas?
[2] Immò, ubi [3] defunctæ [4] finem portusque tenebunt
Ausonios, [5] olim quæcumque evaserit [6] undis,
[7] Dardaniumque ducem Laurentia vexerit [8] arva,
Mortalem [9] eripiam formam, magnique jubebo
Æquoris esse Deas: qualis [10] Nereia Doto,
Et Galatea secant spumantem pectore pontum.
[11] Dixerat: idque [12] ratum [13] Stygii per flumina fratris,
Per pice [14] torrentis, atrâque voragine [15] ripas
[16] Adnuit, & totum nutu tremefecit [17] Olympum.
Ergo aderat [18] promissa dies, & tempora Parcæ
Debita complerant, cùm Turni [19] injuria [20] matrem
Admonuit [21] ratibus sacris depellere [22] tædas.
[23] Hîc primum [24] nova lux oculis offulsit, & ingens
Visus [25] ab aurorâ [26] cœlum transcurrere [27] nimbus,
[28] Idæique [29] chori; [30] tùm vox [31] horrenda per auras
[32] Excidit, & Troûm, [33] Rutulorumque agmina complet.
[34] Ne trepidate [35] meas, Teucri, defendere navis,
Neve [36] armate manus: maria [37] antè exurere turno,
Quàm [38] sacras dabitur [39] pinus. [39] Vos ite solutæ,
Ite, [40] deæ pelagi; [41] Genetrix jubet. Et [42] sua quæque

1 Ex mortali facere immortalem. 2 Quinimo id potiùs faciam. 3 Liberatæ munere navigandi, vehendique Æneam. 4 Navigationum. 5 Aliquando, tempore futuro, post septennales errores. 6. Ab undis, à procellis. 7 Æneam. 8 Scil. *ad.* 9 Ei. 10 Nerei filia. 11 Juppiter. 12 Firmum esse. 13 Styga Plutonis, per quam non poterant Dii pejerare lib. 6. *Dii cujus jurare timent, & fallere numen.* 14 Ardentes. 15 Per Stygias paludes. Confirmat autem promissum juramento peculiari. 16 Nutu significat. 17 Cœlum. 18 Tempus solvendi promissum, sive quo naves, munere suo defunctæ, salvum Æneam in Italiam perduxissent. 19 Violentia injusta. 20 Deorum scilic. id est, Cybelem. 21 Sacratis arboribus factis. 22 Faces ex tædis factas. 23 In hac exustione navium, aut hoc loco dicto. 24 Magnus, & insolitus nimbus Deorum. 25 Incipiens ab Oriente. 26 Aërem. 27 Nubes splendore insignis, in quâ Cybele, & Phrygiæ Deæ comites. 28 Qui sunt in tutela matris Deorum. 29 Scil. *visi sunt.* 30 Insuper. 31 Metuenda. 32 Ex nimbo. 33 Populorum Turni. 34 Ne festinate cum timore. Loquitur Cybele. 35 Mihi propter pinus sacratas. 36 Ad defensionem. 37 Citiùs, faciliùs. 38 Naves è pinibus sacris mihi ædificatas. 39 Adhùc naves. 40 Transformatæ in Deas pelagi: lege Ovid. 14. Met. 41 Deorum. Verba hæc sunt vel Cybeles, vel Poëtæ. 42 Vincula.

Continuo [43] puppes abrumpunt [44] vincula ripis,
Delphinumque [45] modo demersis æquora rostris
Ima petunt. [46] Hinc virginæ (mirabile monstrum)
(Quot priùs [47] æratæ steterant ad litora [48] proræ)
[49] Reddunt se totidem facies, [50] pontoque feruntur.
Obstupuêre animi Rutulis: conterritus [51] ipse
Turbatis Messapus equis: [52] cunctatur & amnis,
Rauca sonans, [53] revocatque pedem [54] Tiberinus ab alto.
At [55] non audaci cessit fiducia Turno:
Ultrò [56] animos [57] tollit dictis, atque [58] increpat ultrò:
[59] Trojanos hæc monstra petunt: his [60] Juppiter ipse
[61] Auxilium solitum eripuit: [62] non tela, nec ignes
Exspectant [63] Rutulos. [64] Ergo maria [65] invia Teucris,
Nec [66] spes ulla fugæ: [67] rerum pars altera [68] adempta est.
Terra autem [69] in nostris manibus: [70] tot millia gentes
[71] Arma ferunt Italæ. [72] Nil me fatalia terrent.
Si qua Phryges præ se [73] jactant [74] responsa Deorum.
Sat [75] fatis, [76] Venerique [77] datum, terigêre quod arva
Fertilis [78] Ausoniæ Troës. Sunt & mea contra

43 Naves, incipientibus à puppibus Nymphæ fieri. 44 Retinacula. 45 More. 46 Emergentes ex aquis. 47 Rostris æreis armatæ. 48 Naves. 49 Exhibent. 50 In mare. 51 Etsi Neptuni esset filius. 52 Fixus manet. 53 Non audet influere altum mare, id est, Tyrrhenum mare, in quod se Nymphæ, ex navibus factæ, receperant. Sic 8. lib. *refluitque exterritus amnis*: de eodem Tibri. 54 Deus, id est, Tiberis. 55 Animositas non amota est à Turno audace. 56 Suorum obstupescentium. 57 Erigit verbis consolatoriis. 58 Redarguit eos. 59 Portenta hæc Trojanos spectant, eorum perniciem prædicunt, malum Trojanis portendunt. 60 Quem dicunt profectionis suæ auctorem. 61 Quia non poterunt ampliùs navibus aufugere, ut hactenus aufugerunt. 62 Non exspectant Trojani, ut Rutulorum telis, aut ignibus pereant, qui jam navium amissione perierunt, id est, debent jam non exspectare, sed vereri. 63 Rutulorum manibus immissos. 64 Quia naves ablatæ sunt. 65 Sunt inaccessibilia. 66 Est eis relicta, id est, fugere non poterunt. 67 Auxiliorum, scil. beneficium navigationis, facultas navigandi. 68 Amissis navibus. 69 In nostra est potestate, nobis paret. 70 Copiæ & auxilia recensita suprà l. 7. Al. *gentis*. 71 Contra tam paucos. 72 Nihil moveor, quod fatale eis fuerit in Italiam pervenire. 73 Quasi confingant ista. 74 Oracula. 75 Trojanorum. 76 Petitioni Veneris. 77 Concessum est. 78 Italiæ.

Fa-

Fata [79] mihi, [80] ferro [81] sceleratam exscindere gentem,
[82] Conjuge præreptâ: nec [83] solos [84] tangit [85] Atridas
Iste dolor, solisque licet [86] capere arma [87] Mycenis.
[88] Sed periisse semel satis est. Peccare fuisset
Antè satis, penitùs modò non genus omne perosos
Femineum: quibus hæc [89] medii fiducia [89] valli,
[90] Fossarumque moræ, [91] leti discrimina parva,
Dant [92] animos. At non viderunt [93] mœnia Trojæ,
Neptuni fabricata manu [94] considere in ignis?
[95] Sed vos, ô [96] lecti, ferro [97] qui scindere [98] vallum
Apparat, & mecum invadit [99] trepidantia castra?
* Non armis mihi Volcani, [1] non mille carinis
Est opus [2] in Teucros. [3] Addant se [4] protenùs omnes
Etrusci socios: [5] tenebras, & [6] inertia furta
[7] Palladii, [8] cæsis summæ custodibus [9] arcis,
Ne timeant; nec [10] equi [11] cæcâ condemur in alvo.
[12] Luce, [13] pallàm certum est igni [14] circumdare muros.

79 Faventia mihi Trojanorum fatis vicissim sua opponit, scil. ut gentem Trojanam in hac ipsa terra deleat, quæ aliena præripit conjugia. 80 Gladio. 81 Impiam, conjugii violatricem. 82 Sponsâ Lavinià. 83 Etiam me tangit. 84 Lædit. Ter. *Quo pacto Rhodium* tetigerim *in convivio*. 85 Menelaum, cui ablata fuit Helena uxor. 86 Contra raptorem conjugis. 87 Populis Menelai. Mycenæ patria Agamemnonis. 88 Verum dicent Trojani, se satis punitos propter Helenæ raptum à Paride factum. Resp. desiissent ergò peccare; didicissent odisse potiùs feminas omnes, quam vel unam rapere: quod quia in Lavinia faciunt iterùm pereant. 89 Quia vallum habent intermedium, quo à nobis eripiuntur. 90 Dilationes, quas fossæ faciunt. 91 Parvæ distantiæ à morte. 92 Fiduciam. 93 A majori ad minus. 16. Æneid. 1. *Tum verò omne mihi visum* considere in ignes *Ilium*. 95 Exhortatur ad oppugnandum. 96 Viri delecti ad militiam. 97 Vestrum. 98 Castrorum Trojanorum munitionem. 99 Infirma, aut Trojanorum trepidantium metu. * Non mihi, ut Achilli, opus est παναπλίᾳ Vulcaniisque armis: satis ensis erit. 12. Æn. 1 Ut Græcis, Trojam expugnaturis. 2 Ad excidium Trojanorum. 3 Hoc propter Evandri, Tarchontis, Thuscorumque auxilia. 4 Porrò tenùs, id est, circumquaque, aut statim. 5 Non est, quod timeant, ne per tenebras, & noctu capiantur, quod tempus maximè est opportunum insidiis. 6 Quæ inertibus, non strenuis viris, conveniunt. 7 Quibus Ulysses cum sociis Palladium ex arce Trojana sustulit. 8 Per insidias interemptis. 9 Illi. 10 Lignei. 11 Tenebrosa, id est, non insidiis, ut Græci, rem agemus. Victoria non dolo, sed virtute paranda est. 12 Ergo non per tenebras. 13 Ergo non per inertia furta. 14 Obsidere.

Haud sibi cum Danais [15] rem faxo & [16] pube Pelasgâ
Esse putent, decumum [17] quos [18] distulit Hector in annum.
Nunc adeò, [19] melior quoniam pars [20] acta diei,
Quod superest, læti benè gestis corpora rebus
[21] Procurate, viri; & [22] pugnam [23] sperate parari.
[24] Intereà vigilum excubiis [25] obsidere [26] portas
Cura datur Messapo, & [27] mœnia cingere [28] flammis.
Bis septem, Rutulo [29] muros qui [30] milite servent,
Delecti: ast illos centeni [31] quemque sequuntur
[32] Purpurei cristis juvenes auroque [33] corusci:
Discurrunt, [34] variantque vices, [35] fusique per herbam
Indulgent vino, & [36] vertunt crateras [37] aenos.
[38] Collucent ignes: noctem [39] custodia ducit
Insomnem ludo.
Hæc [40] super. è vallo prospectant Troës, & armis
[41] Alta [42] tenent: necnon [43] trepidi formidine [44] portas
Explorant, [45] pontisque & [46] propugnacula [47] jungunt: tela
[48] gerunt. [49] Instant Mnestheus [50] acerque Serestus:
[51] Quos pater Æneas, si quando [52] adversa [53] vocarent,
Rectores [54] juvenum, & [55] rerum dedit esse magistros.
Omnis [56] per muros [57] legio, [58] sortita periclum,

15 Militarem, id est, bellum. 16 Q. d. ignava respectu nostri. 17 Danaos & Pelasgos. 18 Dimovit à patria & victoria, aut extendit in castris versantes. 19 Major, aut magis opportuna. 20 Transacta. 21 Reficite. 22 Contra Trojanos. 23 Refecti affectate, aut cum spe exspectate invasionem Teucrorum. 24 Dum se reficiunt. 25 Obsidendi. Enallage conjugationis. 26 Novæ Trojæ, aut castrorum Trojanorum. 27 Vallum castrorum cingendi. 28 Accensis ab excubitoribus. 29 Castrorum. 30 Multitudine militum. 31 Quemlibet centurionum. 32 Habentes in galeis cristas purpureas. 33 Fulgentes. 34 Per vices succedunt vigiliis, Primæ, secundæ, tertiæ. 35 Dispersi. 36 Funditùs ebibunt. 37 Æreos. 38 In castris, & custodia. 39 Milites, qui excubabant, traducunt ludendo noctem sine somno. 40 Desuper. 41 Propugnacula. 42 Defendunt. 43 Trepidantes, & festinantes. 44 An satis firmiter clausæ, atque munitæ sint. 45 Ligneos, quos sursum trahunt. 46 Pinnas ferro munitas, quibus hostem arceant. 47 Portis. 48 Ad muros. 49 Operi. 50 Vir strenuus. 51 Duos. 52 Sicut hostium oppugnationes, & obsidiones. 53 Exsigerent eorum præsidium. 54 Al. *juveni*, id est, Ascanio, prospectores, consultores, instituores, præsides. 55 Gerendarum. 56 In circuitu murorum. 57 Exercitus. 58 Sorte divisa ad pericula depellenda.

Ex-

Excubat, [59] exercetque vices, quod cuique [60] tuendum est.
Nisus erat portæ custos, [61] acerrimus armis,
[62] Hyrtacides; comitem Æneæ quem miserat [63] Ida
Venatrix, [64] jaculo celerem [65] levibusque sagittis:
Et [66] juxtà comes [67] Euryalus, quo pulchrior alter
Non fuit [68] Æneadûm, [69] Trojana neque induit arma;
Ora puer [70] primâ signans intonsa [71] juventâ.
[72] His amor [73] unus erat, pariterque in bella ruebant:
Tum quoque [74] communi portam statione tenebant.
Nisus [75] ait, DIne hunc [76] ardorem [77] mentibus addunt,
Euryale? [78] an sua cuique Deus fit [79] dira cupido?
Aut pugnam, aut aliquid jam dudum invadere magnum
Mens [80] agitat mihi; [81] nec placidâ contenta quiete est.
Cernis, quæ Rutulos [82] habeat fiducia rerum.
[83] Lumina rara micant: somno vinoque [84] sepulti
Procubuêre: silent latè loca. Percipe [85] porrò,
[86] Quid dubitem, & quæ nunc animo sententia surgat.
Æneam [87] acciri omnes [88] populusque patresque
Exposcunt; mittique [89] viros, qui [90] certa reportent.
[91] Si tibi, quæ posco, promittunt, (nam mihi facti

59 Per vices excubat. 60 Defendendum est. 61 Maximè strenuus in rebus bellicis. 62 Hyrtaci filius. Describit Nisum à parente, studioque jaculandi. Nisus & Euryalus numerantur inter amicorum patria, ut Pylades, & Orestes, & alii. 63 Mons Phrygiæ, patria & parens venatorum opt. inter alios Nisus: aut, *Ida*, mater ejus. 64 Quia solum jaculum portare solebat. 65 Non ponderosis. 66 Nisum. 67 Erat. 68 Æneadarum, id est, inter Æneadas. 69 Neque omnium, qui Trojana induerunt arma, alius quispiam pulchrior fuit. 70 Imberbia, & lævia. 71 Lanugine, & ecrumpente barba insigni. 72 Duobus. 73 Uniformis. 74 Deputati ad standum pro portis in eodem loco. 75 Ad Euryalum. 76 Vehementem affectum ad aliquid novi perficiendum. 77 Nostris. 78 An suam quisque cupiditatem magnam pro Dei instinctu habet? 79 Vehemens & magna. 80 Meditatur. 81 Nec mens potest quiescere, etiamsi quiescere conor. 82 Teneat. 83 Nocturnorum ignium. 84 Sepulti, obruti. 85 Profundius. 86 Quid mihi, varia in animo versanti, deliberetur tandem fixumque sedeat. 87 Advocari ad nos. 88 Alludit ad Romanorum consuetudinem, apud quos primùm populus jubebat, deindè patres fiebant auctores. 89 Aliquos. 90 Renuncient: quid certi de hac re sit. 91 Propositio consilii. Si proceres Trojani tibi se soluturos promiserint, quasi poscam expeditionis hujus præmia: nam mihi facti fama sat est. Rationes enim postea reddit eres, cur Euryalum non admissurus comitem, sibi superesse velit.

Fama sat est) [91] tumulo [93] videor reperire sub illo
Posse viam ad muros & [94] mœnia Pallantea.
Obstupuit magno [95] laudum percussus amore
Euryalus; [96] simul his [97] ardentem affatur [98] amicum:
Mene igitur socium summis adjungere [99] rebus,
Nise, * fugis? solum te in tanta pericula [1] mittam?
Non [2] ita me genitor [3] bellis adsuetus Opheltes
[4] Argolicum terrorem inter Trojæque labores
Sublatum erudiit: nec tecum [5] talia gessi,
Magnanimum Æneam & [6] fata extrema secutus.
Est hic, est [7] animus [8] lucis contemptor, & [9] istum
Qui [10] vitâ benè credat emi, [11] quo tendis, honorem.
[12] Nisus ad [13] hæc; Equidem de te nil [14] tale verebar:
Nec [15] fas: [16] non, [17] Ita me [18] referat tibi magnus [19]
ovantem
Juppiter, aut [20] quicumque oculis hæc aspicit [21] æquis.
Sed si quis ([22] quæ multa vides [23] discrimine tali)
Si quis in [24] adversum rapiat casusve, Deusve,
Te [25] superesse velim: tua [26] vitâ dignior [27] ætas.
[28] Sit, qui me [29] raptum [30] pugnâ, [31] pretiove redemptum

92 Colliculo. 93 Mihi. 94 Ad Evandrum, ubi Æneam esse putabat. 95 Quia laus erat, per medios hostes ivisse ad Æneam. 96 Cùm obstupesceret. 97 Cupidine gloriæ. 98 Nisum. 99 Quas paras. * Renuis? 1 Mittiunum? 2 Ut me socium fugere debeas. 3 Commendat patrem à virtute militari. 4 Inter bella, quæ Græci Trojanis inferebant, natum, ducatumque. Ter. *Quidquid peperisset, decreverunt* tollere. Nati enim infantes, & ab obstetrice sublati, protinùs nudi in terra statuebantur: Deorumque auxilium nascenti invocabatur. Indè à patribus tollebantur. Qui autem non tollebatur, pro abdicato & projectitio habebatur. 5 Ut me comitem fugias. 6 Usque ad fatalem terram. 7 Meus esse. 8 Vitæ, præ gloria, id est, non curo mori. 9 Tuum, & à te modò contemptum. 10 Vitæ pretio. 11 Ad quem properas. 12 Respondit. 13 Euryali verba. 14 Quale tu suspicaris in præsentia, id est, fatis confidebam virtuti, & animositati tuæ. 15 Æquum erat de te quidquam dubitare. 16 Non fas est. 17 Quod sentio, dico. 18 Reducat. 19 Mediocri victoria lætantem. 20 Deus. 21 Favorabilibus. 22 Qualia pericula. 23 In periculo tali, quale est, per medios hostes viam captare. Solet enim rebus, præclarè cœptis, raro fortuna respondere. 24 Rem adversam, id est, mortem. 25 Supervivere post mortem meam. 26 Quam mea. 27 Est. 28 Ut sit. 29 Morte. 30 Inter pugnandum. 31 Sicut Achilles Hectoris corpus reddebat.

Man-

[22] Mandet humo [23] solitâ : aut, si qua [24] id Fortuna vetabit,
[25] Absenti [26] ferat [27] inferias, [28] decoretque [29] sepulcro.
Neu [30] matri miseræ tanti sim causa doloris :
Quæ te sola, puer, multis è [31] matribus [32] ausa,
Persequitur, magni [33] nec mœnia curat Acestæ.
[34] Ille autem : Causas nequidquam [35] nectis inanis,
Nec mea jam mutata loco sententia [36] sedit.
[37] Acceleremus, ait. [38] Vigiles simul excitat. Illi
[39] Succedunt, servantque [40] vices : [41] statione [42] relictâ
[43] Ipse comes Niso graditur, [44] regemque requirunt.
Cetera per terras omnis animalia [45] somno
Laxabant curas, & corda [46] oblita laborum,
[47] Ductores Teucrûm [48] primi, delecta juventus,
Consilium [49] summis regni de rebus habebant,
Quid facerent, quisve Æneæ [50] jam [51] nuntius esset :
[52] Stant longis [53] adnixi [54] hastis, & scuta tenentes,
Castrorum & [55] campi [56] medio. Tùm Nisus & unà
Euryalus [57] confestim [58] alacres [59] admitti orant :

22 Sepeliat. 23 Ubi ceteri sepeliuntur : vel, more solito, debitoque exsequiarum munere. 24 Me habere legitimam sepulturam. 25 Mihi, id est, ut sit aliquis, *qui*, &c. 26 Inferebantur autem sacris hisce mortuorum ; mel, lac, oleum, vinum, sanguis, comæ. 27 Sacrificium inferis placandis fieri solitum. 28 Et qui ornet me. 29 Scil. *inani*, id est, cenotaphio. 30 Tuæ. 31 Trojanis, quæ in Siciliâ manserant. 32 Mare iterum ingredi. 33 Nec cum reliquis matribus remansit in urbe, ab Acestâ, rege Siciliæ, condita donataque Trojanis ; ut lib. 5. 34 Euryalus respondit. 35 Ingeris mihi in me profuturas. 36 Mutabitur, neque cedet à statione suâ. 37 Properemus ad conceptum facinus. 38 Qui officio vigilandi addicti erant. 39 Qui ; Euryalus & Nisus vigiles erant : ideò illi successêre. 40 Officium vigilandi. 41 Loco, vigilibus ad excubias agendas assignato. 42 Ab Euryalo. 43 Euryalus. 44 Ascanium principem, regis filium, cui jus ad regnum. Ita lib. 6. Ariadna, Minois regis filia, dicitur *regina* : & Laviniæ datur corona 7. lib. 45 Dormiendo. 46 Erant. 47 Duces, gubernatores. 48 Præcipui. 49 Et jam quasi extremis, & in summo periculo sitis. 50 In tam arctâ obsidione. 51 Qui talia nuntiaret. 52 Ductores Trojanorum. 53 Suffulti. 54 Quas in manibus habebant. 55 Areæ, quæ erat in novâ urbe nondum ædificata. 56 Scilic. *in*. 57 Pariter. 58 Læti, & præ se ferentes fiduciam. 59 Admitti ad consilium.

Rem

[60] Rem magnam, pretiumque [61] moræ [62] fore. Primus Iülus
Accepit [63] trepidos, ac Nisum [64] dicere jussit.
Tùm [65] sic Hyrtacides: [66] Audite ô mentibus æquis,
Æneadæ: neve hæc nostris [67] spectentur ab annis.
Quæ [68] ferimus. [69] Rutuli somno vinoque [70] soluti
[71] Procubuêre. [72] Locum [73] insidiis conspeximus ipsi,
Qui patet in bivio [74] portæ, quæ proxima ponto.
[75] Interrupti [76] ignes, aterque ad sidera [77] fumus
Erigitur. [78] Si fortunâ permittitis uti,
[79] Quæsitum Æneam ad mœnia Pallantea,
Mox hîc cum spoliis, ingenti cæde [80] peractâ,
[81] Adfore cernetis: [82] nec nos via fallit euntis.
[83] Vidimus obscuris [84] primam sub vallibus [84] urbem
[85] Venatu assiduo, & totum cognovimus [86] amnem.
[87] Hic [88] annis gravis atque [89] animi maturus [90] Aletes:
DI patrii, quorum semper sub [91] numine Troja est,

60 Scil. *& promittunt.* 61 Differendi consilii. Q. d. fieri quidem potest, ut importunus videatur intervenius hic noster, qui consultationes vestras remoretur: fore tamen speramus, ut rei oblatæ pondus moram officio compenset. 62 Ex ipsorum admissione. 63 Gestientes. 64 Quod vellet. 65 Filius Hyrtaci Nisus: sic orsus est. 66 Quæ dicam. 67 Considerentur, id est, non judicentur pro juvenili ætate nostra: quia sumus penè pueri. 68 Adferimus. 69 Qui urbem hanc obsident. 70 Immersi. 71 Id est, prostraverunt se. 72 Aptum. 73 Rutulis faciendis. 74 Quod tendit ad portam castrorum, quæ proxima est Tyrrheno mari. 75 Alii *scilic.* exstinctis, aut certè deficientibus, quod ex fumo apparet: quod signum est ignium sopitorum, atque eos dormire. 76 Rutulorum. 77 Sine flammâ. 78 si occasione fortuitò nobis oblatâ per vos vestrum: ne imperium uti liceat: neque enim ex rei militaris disciplina, atque sacramenti licet à castris discedere inconsulto duce. 79 Investigatum à nobis. 80 Adfuturum. 81 Ab ipso nobiscum. 82 Multos in viâ occidemus. 83 Dat causam. 84 Frontem ædificiorum urbis Pallantei exsistentem sub vallibus obscuris: *sic enim è longinquo spectantibus visa nemus, & lucus* lib. 8. *sollemnem rex Arcas honorem Herculi ferebat Ante urbem in luco.* 85 Priusquam obsidio esset. 86 Tiberim, qui Pallantis urbem præterlabitur. 87 Inquit ad hæc verba. 88 Senio fessus, confectus. Hor. Sat. 1. l. 1. *O fortunati mercatores, gravis annis Miles ait.* 89 Consilio ceteros anteibat. Nam in senibus viget prudentia. Undè Ovid. *Seris venit usus ab annis.* Sic Æneid. 5. *Hoc Helymus facit, hoc ævi maturus Acestes.* 90 Vir Trojanus, cujus consilio in 5. usus est Æneas. 91 Divino nutu, & potestate.

Non

92 Non tamen omninò Teucros delere paratis,
93 Cum talis animos juvenum, & tam certa 94 tulistis
Pectora. Sic 95 memorans, humeros dextrasque tenebat
96 Amborum, & voltum lacrimis atque ora rigabat:
Quæ vobis, quæ digna, 97 viri, pro laudibus istis,
Præmia posse rear solvi? 98 pulcherrima primùm
DI, moresque dabunt vestri: 99 tùm cetera reddet
* Actutùm pius Æneas, atque integer ævi
Ascanius, meriti tanti non 1 immemor unquam.
Immò ego vos, cui sola salus genitore reducto,
2 Excipit Ascanius, per magnos, Nise, Penatis,
3 Assaracique Larem, & 4 canæ penetralia 4 Vestæ,
5 Obtestor. 6 Quæcumque mihi fortuna 7 fidesque est,
In vestris 8 pono 9 gremiis. Revocate parentem:
10 Reddite 11 conspectum. 12 Nihil illo triste 13 recepto.
Bina 14 dabo 15 argento perfecta atque aspera 16 signis
Pocula; 17 devictâ genitor quæ 18 cepit 19 Arisbâ:
Et 20 tripodas geminos, auri duo magna talenta,
Cratera antiquum, quem 21 dat Sidonia Dido.
Si verò capere Italiam, 22 sceptrisque potiri
23 Contigerit victori, & prædæ 24 ducere sortem:
Vidisti, quo Turnus equo, quibus 25 ibat in armis
26 Aureus: 27 ipsum illum 28 clipeum 29 cristasque 30 rubentis

92 Tametsi hactenus in summo periculo versamur. 93 Quandoquidem. 94 Protulistis, produxistis. 95 Alethes. 96 Euryali, & Nisi. 97 O viriles animi. 98 Præmia. 99 Insuper. * Statim & in præsentia Æneas, in posterum & æternum Ascanius, ubi ad ætatis maturitatem, & imperium summum pervenerit. 1 Futurus. 2 Sermonem ex ore loquentis capit Ascanius, ut ad quem ista propius spectant. 3 Ei per Deum familiarem domus Anchisæ. 4 Antiquissimæ Deorum terræ, & parentis Deorum. 5 Adjuro. 6 Quicquid casu, aut consilio agendum est. 7 Quæ in principe debet esse maxima. 8 Colloco eam fortunam & fidem. 9 Potestate vestrâ, id est, me commendo vestræ virtuti. 10 Nobis. 11 Ejus. 12 Erit nobis. 13 In castra sua. 14 Vobis. 15 Sc. *ex*. 16 Insculptis. 17 A Trojanis priùs: postea iterum à Græcis expugnata. 18 Ab Heleno. 19 Phrygiæ oppido. 20 Sedes, quales sunt tripodes Apollinis. 21 Vobis: quia mihi ab eâ datum est. 22 Regalibus insignibus. 23 Mihi, aut patri. 24 Constituere, ita ut dux sibi quodvis munus extra sortem recipiat. 25 Equitabat heri, cùm nos provocaret in campum. 26 Aureis armis insignitus. 27 Equum. Sic Il. 10. Hectov Doloni promittit equos Achillis. 28 Quem Turnus habebat. 29 Galeæ ejus. 30 Purpureas.

Ex-

[31] Excipiam sorti, [32] jam nunc tua præmia, Nise. 271
Prætereâ bis sex genitor lectissima [33] matrum
Corpora captivosque dabit, suaque omnibus arma:
[34] Insuper his, campi quod rex habet ipse Latinus.
Te verò, mea [35] quem spatiis propioribus ætas 275
Insequitur, [36] venerande [37] puer, jam [38] pectore toto
Accipio, & [39] comitem casus complector in omnis.
Nulla meis sine te quæreretur gloria rebus:
Seu pacem, seu bella geram; tibi maxima rerum
Verborumque [40] fides. Contra quem talia fatur 280
Euryalus: Me [41] nulla dies tam fortibus ausis
[42] Dissimilem arguerit: [43] tantùm: Fortuna secunda
Aut adversa cadat. Sed te [44] super omnia dona
Unum oro: genetrix Priami de [45] gente vetustâ
Est mihi, quam miseram [46] tenuit non [47] Ilia tellus 285
Mecum excedentem, non [48] mœnia regis Acestæ.
Hanc ego nunc ignaram hujus quodcumque pericli est,
[49] Inque salutatam [50] linquo; nox, & tua testis
[51] Dextera, quòd nequeam lacrimas perferre parentis.
At tu, oro, solare [52] inopem, & succurre [53] relictæ. 290
Hanc sine me spem ferre [54] tui: audentior ibo
In casus omnis. [56] Percussa mente dederunt
Dardanidæ lacrimas: ante omnis pulcher [57] Iülus:
Atque [58] animum [59] patriæ [60] strinxit pietatis [61] imago.

31 Extra sortem divisæ prædæ, exsortes recipiam, & tibi dabo. 32 Ex hoc tempore. 33 Ancillarum fertilium. 34 Scilic. *dabit*. 35 Qui mihi ætate vicinlores, & minùs anteis, quam Nisus. 36 Formâ & forti pectore. 37 Euryale. 38 Perfecto amore. 39 Te socium. 40 Commissio & creditio erit. 41 Nullum tempus. 42 Imparem, aut indignum probaverit. 43 Hoc tantum de me promitto: fortuna, quod volet, faciat, qualitercumque evenerit, sive prospere, sive adverse. Al. *tantum fortuna secunda, Haud adversa cadat*. 44 Plus quam. 45 Genere nobili & antiquo ipsius Priami. 46 Ut me sequeretur. 47 Trojana. 48 Tenuerunt in Siciliâ. 49 Tmesis. Insalutatam, non valedicto. 50 Relinquo. 51 Virtus. 52 Miseram, & commiserationis, atque auxilii indigentem. 53 A me. 54 De te, id est, fac me posse sperare, tuque defuturum precibus meis. 55 Audacior. 56 Commiseratione pueri. 57 Dedit lachrymas. 58 Ejus. 59 Qualis est in Æneâ patre. Pathos à similitudine passionis, quam Oratores ἐμφασιν vocant: de quo vide Macrob. Sat. lib. 4. cap. 6. 60 Coarctavit. 61 Repræsentavit Euryalus charitatem erga parentes.

Tùm

Tùm sic [62] effatur: 295
Sponde digna tuis ingentibus omnia cœptis.
[63] Namque erit ista mihi genetrix, nomenque [64] Creüsæ
Solum [65] defuerit; nec [66] partum gratia talem
Parva manet; casus factum quicumque sequentur.
Per [67] caput [68] hoc juro, per quod [69] pater [70] antè solebat: 300
Quæ tibi polliceor [71] reduci, rebusque [72] secundis,
Hæc eadem matrique tuæ generique [73] manebunt.
Sic [74] ait illacrimans: humero simul [75] exuit ensem
Auratum, mirâ quem fecerat arte Lycaon
[76] Gnossius, atque [77] habilem vaginâ aptârat [78] eburnâ. 305
Dat Niso Mnestheus [79] pellem horrentisque leonis
Exuvias: galeam fidus [80] permutat [81] Aletes.
Protenùs armati incedunt: quos omnis euntis
[82] Primorum [83] manus ad portas juvenumque senumque,
[84] Prosequitur votis. Necnon & pulcher Iülus, 310
Ante [85] annos animumque gerens curamque virilem,
Multa [86] patri portanda [87] dabat mandata; sed auræ
Omnia [88] discerpunt, & nubibus [89] irrita donant.
[90] Egressi [91] superant [92] fossas, [93] noctisque per umbram

62 Iulus, id est, Ascanius. 63 Nam habeo eam matris loco. 64 Matris meæ. 65 Deerit. 66 Nam quæ te talem peperit, ingentem meretur gratiam, sive incolumis redieris, sive non. Præmia enim non eventis, sed virtuti, debentur. 68 More sumpto à *Græcis jurare parotis per caput alterius.* Juv. 6. Sat. 68 Meum. 69 Æneas. 70 Prius. 71 Reducto, & redeunti. 72 Benè gestis. Silentio mittit adversa omnia. 73 Firma & conservata erunt, si quid adversi acciderit. Mos erat, ut decreta dona alicui, si cecidisset, cui debebantur, darentur domui suæ. 74 Ascanius. 75 Ut daret Euryalo. 76 Cretensis, ad distinctionem Lycaonis, quem in lupum fabulæ mutatum tradunt. 77 Portatilem. 78 Ex ebore facta. 79 Quâ exuerat leonem horribilem. 80 Quia sunt aliæ galeæ explorantium. 81 Senior ille. 82 Procerum, à nominativo *primores.* 83 Multitudo. 84 Portò & longo ordine sequitur. 85 Maturos. 86 Ad patrem suum deferenda. 87 His. 88 Distrahunt omnia mandata: quia non pertulerunt illa Æneæ. Promissa, & mandata, quæ exitum non habent, Poëtæ dicunt à ventis discerpi. Catul. *Quæ cuncta aërii discerpunt irrita venti.* 89 Ad Æneam non perventura propter eorum necem. 90 Castris, aut castra. 91 Transgrediuntur. 92 Ante castra fossas. 93 Quia nox erat, & non videbantur.

Ca-

Castra [94] inimica petunt, multis tamen [95] antè futuri
[96] Exitio. Passim somno vinoque per herbam
[97] Corpora [98] fusa vident, [99] arrectos litore * currus,
Inter ** lora *** rotasque viros; simul arma jacêre,
[1] Vina simul. Prior Hyrtacides sic [2] ore locutus:
Euryale, [3] audendum dextrâ. Nunc ipsa [4] vocat res
[6] Hâc [6] iter est. Tu, ne qua [7] manus se [8] attollere nobis
A [9] tergo possit, [10] custodi, [11] consule longè.
Hæc ego [12] vasta dabo, & [13] lato te limite ducam.
Sic [14] memorat, [15] vocemque premit; simul [16] ense superbum
[17] Rhamnetem adgreditur, [18] qui fortè tapetibus altis
[19] Exstructus toto proflabat pectore [20] somnum;
Rex [21] idem, & regi Turno gratissimus augur:
[22] Sed non [23] augurio potuit depellere [24] pestem.
Tris [25] juxtà famulos [26] temerè inter tela jacentis,
Armigerumque Remi [27] premit, aurigamque [28] sub ipsis
[29] Nactus equis; [30] ferroque secat [31] pendentia [32] colla.
Tùm caput ipsi aufert [33] domino, [34] truncumque reliquit

94 Hostilia, & ipsis nocitura, mortemque allatura: quia illic diu commorabitur hostes incident. 95 Priusquam castra illa inimica eis sint perniciosa. 96 Ad exsitium, id est, necem. 97 Rutulorum. 98 Prostrata. 99 Habentes temones arrectos ad litus. * Quibus depugnabant. ** Habenas. *** Currum. 1 Dolia, scyphos, vasa vinaria. Continens pro contento; *vel*, vina, quæ pota evomuerant. 2 Non solo nutu, sed expressa voce. 3 Audacter operandum est. 4 Suadet occasio, opportunitas. 5 Per hostium nostra virtute cæsorum cædem, & nostram audaciam. 6 Ad Æneam. 7 Multitudo bellantium. 8 Erigere, assurgere contra nos. 9 Nostro. 10 Observa. 11 Provide latè. 12 Fusa humo corpora Al. ego dabo hæc loca sine obstaculo pervia. 13 Aperiam tibi viam, qua sequaris, latam. 14 Nisus. 15 Submisse loquitur, aut supprimit & tacet. 16 Superbe ornatum. 17 Rutulum illum. 18 Rhamnes. 19 Fulcris toro alto, tapetibus ornato, sternebat. Al. *Exstructis*. 20 Vapores, undè somnus producitur. 21 Id. Rhamnes erat rex. 22 Αλλ' ἐκ τοῦτο ἐφύστατο κῆρα μελαινάν. Il. 3. 23 Arte augurandi, quâ debebat mala sua prævisa cavere. 24 Mortem, perniciem, cædem à Niso illatam. 25 Junctam simul, ut sint famuli Rhemi. Enumerat eos Poëta, quos Nisus, castra hostium ingressus, interfecit. 26 Negligenter, securè, mixtim & sine ordine. 27 Opprimit, id est, interficit. 28 Inter aut circa equos. 29 Eum. 30 Gladio, aut securi amputat. 31 Quia caput vino, somnoque gravatum erat. 32 Aurigæ, vel equorum. 33 Rhemo. 34 Corpus truncatum, & sine capite, lib. 2. *jacet ingens litore* truncus.

San-

Sanguine [35] singultantem: [36] atro tepefacta cruore
Terra torique [37] madent. [38] Necnon Lamyrumque Lamumque;
Et juvenem Sarranum, illâ qui [39] plurima nocte
Luserat, insignis facie, multoque jacebat
Membra [40] Deo victus: felix, si [41] protenùs illum
Æquasset nocti ludum, [42] in lucemque [43] tulisset.
[44] Impastus ceu [45] plena leo per ovilia [46] turbans.
([47] Suadet enim [48] vesana fames) manditque trahitque
[49] Molle pecus, [50] mutumque metu: [51] fremit ore [52] cruento.
Nec [53] minor Euryali [54] cædes. [55] Incensus [56] & ipse
[57] Perfurit; ac multam [58] in medio [59] sinè nomine plebem,
Fadumque Hebesumque [60] subit, Rhœtumque, Abarimque,
[61] Ignaros; Rhœtum vigilantem, & [63] cuncta videntem;
[64] Sed magnum metuens se post [65] cratera [66] tegebat:
Pectore in adverso [67] totum [68] cui [69] comminùs ensem
[70] Condidit adsurgenti, & [71] multâ morte recepit.
[72] Purpuream vomit [73] ille [74] animam; & cum sanguine mixta
Vina [74] refert moriens. [75] Hic furto [76] fervidus instat.

35 Quasi singultando fluentem. 36 Quia potu viciato. 37 Humectantur. 38 Insuper premit, id est, opprimit. 39 Plurimùm, id est, in plurimam usque noctem, sive ad maximam noctis partem. 40 Vino, vel somno. 41 Porrò tenùs, ulterius pergendo, vel non intermittendo, id est, si lusisset noctem totam. 42 Usque. 43 Illum ludum. 44 Famelicus, & qui pabulum non invenit. 45 Ovium. 46 Grassans. Alii agnoscunt Tmesin, perturbans ovilia. 47 Lupo ovilia perturbare. *Quos improba ventris Exegit cæcos rabies*, dixit a. Æn. de lupis esurientibus. 48 Male aut parum sana. 49 Teneros agnos. 50 Et quibus balatus ablatus est præ timore. 51 Leo. 52 Sanguine perfuso, aut sanguinis sitiente. 53 Quam cædes Nisi, id est, quam Nisus fecerat. 54 Erat. 55 Inflammatus ardore vindictæ. 56 Etiam. 57 Perfectè furit. 58 Existens in medio eorum. 59 Ignobilem. 60 Aggreditur. 61 Dormientes, somno, vinoque sepultos. 62 Scil. *sed*. 63 Quæ fecerant Nisus & Euryalus. 64 Scil. *ille*. 65 Vas vinarium, tamquam clypeum, qui alias pro telo. 66 Abscondere volebat. 67 Capulo tenus. 68 Rhœto. 69 De propinquo. 70 Abdidit Euryalus. 71 Cum multo cruore gladium iterum ad se traxit atque eduxit. 72 Sanguinem, qui est sedes animæ. 73 Rhœtus. 74 Evomit. 75 Euryalus furtivas, ac nocturnas cædes prosequitur. 76 Ex successu.

Jam-

Jamque ad Messapi socios tendebat, ubi ignem
[77] Deficere extremum, & [78] religatos [79] ritè videbat
Carpere gramen equos: breviter cùm talia Nisus,
(Sensit enim nimiâ cæde atque [80] cupidine [81] ferri)
[82] Absistamus, ait: nam lux [83] inimica propinquat.
Pœnarum exhaustum satis est: [84] via facta per hostes,
[85] Multa virûm [86] solido argento perfecta relinquunt,
Armaque craterasque simul, pulchrosque tapetas.
Euryalus [87] phaleras Rhamnetis, & [88] aurea bullis
Cingula, [89] Tiburti Remulo ditissimus olim
Quæ [90] mittit dona, [91] hospitio cùm [92] jungere absens,
Cædicus: [93] ille suo moriens [94] dat habere [95] nepoti.
Post mortem bello [96] Rutuli pugnamque [97] potiti.
Hæc rapit, atque humeris [98] nequidquam fortibus [99] aptat.
Tùm galeam * Messapi [1] habilem cristisque [2] decoram
Induit [3] Excedunt [4] castris, & [5] tuta capessunt.
Interea [6] præmissi equites ex [7] urbe Latina,
Cetera dùm [8] legio [9] campis instructa moratur,
[10] Ibant, & Turno regis [11] responsa ferebant,

77 Exstingui. 78 Ad stipitem, circum quem pascebant. 79 Ex more militari. 80 Affectione occidendi. 81 Euryalum efferri. 82 Desinamus. 83 Nobis, qui pauci sumus. 84 Est. 85 Et hoc dicto, *relinquunt*, &c. 86 Integro, & impermixto. 87 Ornamenta equorum. 88 Aureas bullas habentia. 89 Tiburtino. 90 Mittebat pro donis. 91 Jure hospitalitatis. 92 Scil. illi. Fuit mos hospitalitatis apud majores, ut hospites invicem sibi munera darent. 93 Remulus Tiburtinus. 94 Dat ea habenda. Hellenismus. 95 Rhamneti. 96 Alicujus viri fortis. 97 Iis cingulis, id est, Cædicus, postquam à Rutulo quovis divite, à se superato bello publico, & singulari pugnâ cingula illa abstulisset, legavit ea Remulo Tiburtino, qui moriens testamento legavit Rhamneti, nunc interfecto, undè abstulit Euryalus. 98 Frustrà & sine utilitate. Neque enim diu fruiturus erat: periturus scil. Volscentis manu. 99 Accommodat ea. 1 Dormientis, Messapus enim non erat cæsus. 1 Portabilem, aptam & convenientem. 2 Splendentem, pulchrum. 3 Nisus & Euryalus. 4 Rutulorum. 5 Captum eunt loca, quæ putabant esse sine hostibus: sed adventante novo equitatu, minimè tuta invenerunt. 6 Ut unà cum Turno obsidionem firmarent: nam totum Latium conjuraverat in Trojanos. 7 Lauro-lavinio, regis Latini urbe. 8 Peditum; id est, peditatus, cui tardior incessus, quam equitibus. 9 In locis amplis. 10 Prodibant. 11 Super ea re, an scilicet venturi essent Latini auxilio contra Trojanos

Ter-

[12] Tercentum; [13] scutati omnes, Volscente [14] magistro.
Jamque [15] propinquabant [16] castris, [17] murosque subibant.
Cùm procul [18] hos [19] lævo [20] flectentis [19] limite cernunt:
Et [21] galea Euryalum [22] sublustri noctis in umbra,
[23] Prodidit [24] immemorem, [25] radiisque [26] adversa refulsit.
Haud temerè est [27] visum conclamat ab agmine Volscens:
[28] State, viri. Quæ causa viæ? quive estis in armis?
Quòve [29] tenetis iter? [30] Nihil illi tendere contrà:
Sed [31] celerare fugam in silvas, & fidere [32] nocti.
Objiciunt equites sese ad [33] divortia [34] nota
[35] Hinc atque hinc, omnemque [36] abitum custode [37] coronant,
[38] Silva [39] fuit, latè dumis atque illice [40] nigrâ
[41] Horrida, quam [42] densi complêrant undique [42] sentes:
[43] Rara per [44] occultos lucebat semita callis.
Euryalum tenebræ ramorum onerosaque [45] præda
Impediunt, [46] fallitque timor regione viarum.
Nisus [47] abit: jamque [48] imprudens evaserat hostis,
Atque lacus; qui post [49] Albæ de nomine, [50] dicti

12 Trecenti equites. Respicit militiam Rom. ubi equitum hic numerus in quaque legione. 13 Armati: ubi Servius ait, scuta fuisse equitum clypeos peditum. 14 Equitum scil. quæ dignitas secunda erat à dictatura. 15 Hi trecenti equites appropinquabant. 16 Suorum aut Trojanorum. 17 Vallum, seu mœnia Trojanorum, muro designat. 18 Nisum & Euryalum. 19 Per viam transversam à sinistrâ parte. 20 Iter. 21 Messapi, cristis decora. 22 Parum lucis habente, non penitùs illustri, quod l. 6. dicit, *Lunæ sub invidâ malignâ.* 23 Manifestavit hos ipsos. 24 Galeæ levis & nitidæ, quæ ipsum proditura esset, nam potiùs galeam abjecisset fulgentem. 25 Lunaribus, aut diei appetentis: suprà, *nam lux inimica propinquat.* 26 Objecta. 27 A Volscente illos fugere. 28 Sistite cursum. 29 Tenditis? 30 Nisus & Euryalus nihil ei respondebant, neque contra adversos tendebant. 31 Celeriter arripiebant 32 Tenebris, per quas elabi sperabant. 33 Diverticula viarum, semitas transversas. 34 Sibi, qui Latini erant. 35 Utrimque. 36 Locum, per quem abire possent. 37 In morem coronæ cingunt. 38 Descriptio silvæ ab arborum generibus. 39 Illic. 40 Densâ, & obscurâ. 41 Asperâ. 42 Spinæ densè condidæ. 43 Angusta. 44 A spinis, & vepribus. 45 Spolioram. 46 Facit eum errare, quia ignoravit regionem viarum. 47 Aufugit. 48 Ignarus relicti Euryali. 49 Urbis. 50 Sunt.

Albani : [51] tùm rex [52] stabula alta Latinus habebat.
[53] Ut stetit, & frustra absentem respexit [54] amicum:
[55] Euryale, infelix quâ te regione reliqui?
Quàve sequar? rursus [56] perplexum iter omne revolvens
[57] Fallacis silvæ, simul & vestigia [58] retrò
[59] Observata [58] legit, [60] dumisque silentibus errat:
Audit equos, audit strepitus, & signa sequentum.
Nec longum [61] in medio [62] tempus; cùm [63] clamor ad [64] auris
Pervenit, ac videt Euryalum: quem jam [65] manus omnis
[66] Fraude loci & noctis, subitò [67] turbante tumultu,
Oppressum rapit, & conantem [68] plurima [69] frustrà.
[70] Quid [71] faciat? [72] qua vi juvenem, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios [73] moriturus in enses
Inferat, & pulchram [74] properet per [75] volnera mortem?
[76] Ociùs [77] adducto torquens [78] hastile lacerto,
Suspiciens altam Lunam, & sic [79] voce precatur:
Tu, [80] Dea, tu [81] præsens nostro succurre [82] labori,
Astrorum [83] decus, & nemorum [84] Latonia custos;
Si qua [85] tuis umquam [86] pro me pater Hyrtacus [85] aris
Dona tulit, si [87] qua ipse meis venatibus auxi,

51 Cùm hoc fieret. 52 Equorum. 53 Postquam Nisus stetit ad illos lacus. 54 Euryalum. 55 Hæc secum. 56 Implicitum variis circuitibus. 57 Ambagibus semitarum. 58 Repetit. 59 Memoriæ mandata. Idem dictum est in 2. de Æneâ, Creüsam repetente. 60 Inter dumos, ubi alta erant silentia. 61 Inter auditum sonum, sive clamorem, & visum Euryalum. 62 Erat. 63 Eorum scil. qui Euryalum comprehenderant. 64 Nisi. 65 Multitudo. 66 Quia non invenerat per silvas abitum. Sic modo dixit: *Fallacem silvam.* 67 Perturbante eum. 68 Scil. eluctari, aut hostem ferire. 69 Quia circumventus à multis, nihil potuit. 70 Pathos ab addubitatione, quam Græci ἀπόρησιν vocant. Vide Macrob. Sat. lib. 4. cap. 6. 71 Nisus. 72 Quibus viribus, copiis, aut auxiliis? 73 Certus mori. 74 Celeriter provocet. 75 Et ab hostibus illata, & ab iis suscepta. 76 Citò. 77 Ad se, ut fortiùs emittat. 78 Jaculum. 79 Verbis expressis, cùm & mente precari posset. 80 Quia Dea es. 81 Favorabilis, aut citò. 82 Laborioso periculo. 83 Ornamentum. 84 Latonæ filia Diana, aut Luna. 85 Ad tuas aras. 86 Pro salute mea. 87 Aliqua dona.

Sus-

Suspendive [88] tholo, aut [89] sacra ad [89] fastigia fixi;
[90] Hunc sine me turbare globum, & [91] rege tela per auras.
[91] Dixerat: & toto conixus corpore, [93] ferrum
Conjicit. Hasta volans noctis diverberat [94] umbras,
Et venit [95] adversi in [96] tergum [97] Sulmonis, ibique
[98] Frangitur, ac [99] fisso transit * præcordia [1] ligno.
[2] Volvitur [3] ille vomens calidum de pectore [4] flumen
Frigidus, & longis singultibus ilia [5] pulsat.
[6] Diversi [7] circumspiciunt. [8] Hoc acrior idem
Ecce aliud [9] summâ telum [10] librabat [9] ab aure;
Dùm [11] trepidant, [12] iit hasta Tago per tempus utrumque
[13] Stridens, trajectoque [14] hæsit tepefacta cerebro.
[15] Sævit atrox [16] Volscens, nec teli conspicit usquam
Auctorem, nec [17] quò se ardens [18] immittere possit.
Tu [19] tamen [20] intereà calido mihi sanguine pœnas
Persolves [21] amborum, inquit: [22] simul ense [23] recluso
Ibat [24] in Euryalum. Tùm [25] verò exterritus, [26] amens
Conclamat Nisus: nec se celare tenebris
Ampliùs, aut [27] tantum potuit perferre dolorem:

88 Ad trabium in æde tuâ connexionem. *Tholus* enim est pars illa sub tecto, in quâ trabes coëunt, fixo insuper scuto, à quo dona & spolia suspendebantur, quæ sacrabantur Diis. 89 Sublimitatem delubri, aut vestibuli sacri. 90 Multitudinem hanc trecentorum militum confusam distrahere ac dissipare, quo amicum eripiam. 91 Nam & ipsa Diana venatrix jaculatoriæ arti præest cum fratre. 92 Nisus. 93 Hastile ferreum. 94 Tenebras dubias. 95 E regione stantis. Al. *aversi*, id est, averse stantis, aut aversi à Niso, conversi ad Euryalum. 96 Scutum tergore tectum. 97 Interemit Sulmonem. 98 Hasta. 99 Al. *fixo*, id est, injecto. * Intima cordis. 1 Scuti. 2 Retrorsùm. 3 Sulmo. 4 Sanguinem. 5 Trahit. 6 Ad diversa loca. 7 Rutuli admirati, unde telum in Sulmonem per tenebras proficisceretur. 8 Per hunc talem eventum Nisus vehementior factus. 9 Desuper, & longè educto brachio. Gestus jaculantis exprimitur. Nam manualia tela, aut ab aure, aut à latere jaciuntur. 10 Circumrotando emittebat. 11 Metu & festinatione. 12 Al. *it*, id est, transit. 13 Cum impetu magno volans. 14 In eo. 15 Ferocior fit. 16 Equitum magister. 17 In quem. 18 Inferre. 19 Tametsi non conspiciam auctorem, nec quem punire meritò debeam. Ad Euryalum loquitur. 20 Dum auctor teli latebit. 21 Sulmonis & Tagi cæsorum. 22 Cùm id diceret. 23 Evaginato. 24 Contrà. 25 Maximè. 26 Exsistens sine mente, quia Euryalum salvare non poterat. 27 Quantus erat, amicum ante oculos interfici.

[28] Me, me, (adsum qui [29] feci) in me convertite ferrum,
O Rutuli, mea fraus omnis; nihil [30] iste nec ausus,
Nec potuit: [31] cœlum hoc, & [32] conscia sidera [33] testor.
[34] Tantùm infelicem nimiùm dilexit amicum.
Talia dicta [35] dabat: sed viribus ensis [36] adactus
[37] Transabiit costas, & candida pectora rumpit.
[38] Volvitur Euryalus leto, pulchrosque per artus
[39] It cruor, inque humeros cervix collapsa recumbit.
[40] Purpureus veluti cùm flos [41] succisus aratro
[42] Languescit [43] moriens; [44] lassove [45] papavera collo
Demisêre caput, pluviâ cùm forte gravantur.
At Nisus ruit in [46] medios, [47] solumque per omnis
Volscentem petit: [48] in solo Volscente moratur.
Quem circum glomerati hostes, hinc comminùs atque hinc
[49] Proturbant. [50] Instat [51] non seciùs, [52] ac rotat ensem
[53] Fulmineum; donec [54] Rutuli clamantis in ore
[55] Condidit adverso, & [56] moriens animam abstulit [57] hosti.
Tùm super [58] exanimem sese projecit [59] amicum,
[60] Confossus, [61] placidâque ibi demùm morte quievit.
Fortunati [62] ambo! si quid mea carmina [63] possunt,
Nulla dies umquam [64] memori vos eximet ævo:

28 Me occidite, me ferro petite. 29 Facinus, quo illi perierunt. 30 Quem occiditis. 31 Sub quo sumus. 32 Facti & testes rerum in nocte gestarum. 33 In testimonium veritatis cito. 34 Me, cui se comitem junxit. Potest & esse Epiphonematis loco. In tantum Nisus dilexit infelicem Euryalum! 35 Nisus. 36 A Volscente. 37 Transiit. 38 Prosternitur. 39 Fluit. 40 Hyacinthus. 41 Recisus vomere, aut falce. 42 Flaccescit. 43 More animæ vegetativæ, id est, desiccari incipit. 44 Defatigato pondere. 45 Herbæ somniferæ. 46 Hostes. 47 Alios omnes præteriens Volscentem aggreditur. 48 Cum illo solo congreditur, eumque unum sternere conatur. 49 Protelant, cum turbâ & impetu irruunt, ut Volscentem protegant. 50 Nisus instat in persequendo Volscente. 51 Ac si proturbatus non esset. 52 Circumagit. 53 In morem fulminis vibratum. 54 Volscentis. 55 Abscondidit eum. 56 Lethaliter vulneratus. 57 Volscenti. 58 Mortuum, in quo non erat anima. 59 Euryalum. 60 Ipse à se, vel ab hostibus. 61 Placente, quia ibi erat corpus amici: *vel*, contentus perempto hoste. 62 Estis. 63 Ad felicitatem facere possunt. 64 Vestri.

Dùm

[65] Dùm domus Æneæ Capitoli [66] immobile saxum
Accolet, [67] imperiumque [68] pater Romanus habebit.
[69] Victores [70] prædâ Rutuli [71] spoliisque potiti,
Volscentem [72] exanimum flentes in [73] castra ferebant,
Nec minor in castris [74] luctus, Rhamnete reperto
[75] Exsangui, & [76] primis [77] unâ tot [78] cæde peremptis,
Sarranoque, Numâque. Ingens [79] concursus ad ipsa
Corpora [80] seminecesque viros, tepidaque [80] recentem
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine rivos.
Adgnoscunt spolia inter se, galeamque [81] nitentem
Messapi, & multo phaleras sudore [82] receptas.
[83] Et jam prima novo spargebat lumine terras
[84] Tithoni [85] croceum linquens [86] Aurora cubile:
Jam sole [87] infuso, jam [88] rebus luce [89] retectis,
Turnus in arma viros, armis circumdatus ipse,
Suscitat, [90] æratasque acies in prœlia cogit:
[91] Quisque [92] suos, variisque [93] acuunt [94] rumoribus [95] iras.
[96] Quin ipsa arrectis (visu miserabile) in hastis
Præfigunt capita, & multo clamore sequuntur,
Euryali, & Nisi.
Æneadæ [97] duri murorum in parte sinistra,

65 Quandiu familia Æneæ habitabit Romam. 66 Tarpejam rupem, vel Terminum Deum. Cum Tarquinius vovisset Jovi templum in rupe Tarpejâ, ceteriique Dii à Numâ ibi dicati cessissent. Terminus solus, qui sub formâ saxi colebatur, cedere noluit: quod omen arripuerunt Romani, imperium sibi fore æternum. 67 Rerum omnium. 68 Princeps, Imperator. 69 Qui se victores jactabant, cùm potius victi censendi essent. 70 Rerum, quas exportarant. 71 Quæ è castris Turni extulerant. 72 Mortuum. 73 Turni. 74 Erat. 75 Sine sanguine, id est, occiso. 76 De primoribus. 77 Unius noctis occisione. 78 Fit. 79 Semimortuos. 80 Sanguine recenter per cædem effuso. 81 Quorum fuerant, quæ Niso & Euryalo abstulerant. 82 Quâ agnitus erat Euryalus. 83 Iterum atque iterum captas, & prius ab Euryalo aliis ablatas, & nunc rursus à Rutulis Euryalo. 84 Descriptio diei. 85 Regis Orientalis. 86 Crocei coloris. 87 Pars auroræ. 88 In aërem. 89 Quæ occultæ fuerant tenebris. 90 Denudatis & apertis. 91 Æreis armis munitas. 92 Quilibet ducum. 93 Subditos. 94 Incendunt. 95 Duos Romanos Euryalum & Nisum, per eorum castra transire ausos, tantam cædem, stragemque in castris nocte eâ edidisse. 96 Ex Euryali & Nisi audaciâ susceptas. 97 Quinetiam. 98 Laboribus assueti, & adversa fortiter tolerantes.

Opposuêre aciem, (nam [1] dextera cingitur [2] amni)
Ingentisque [3] tenent fossas, & [4] turribus altis
Stant [5] mœsti: [6] simul ora virûm [7] præfixa movebant,
Nota nimis miseris, atroque fluentia [8] tabo.
Interea pavidam [9] volitans pennata per urbem.
[10] Nuncia Fama ruit, matrisque [11] adlabitur auris
Euryali. At [12] subitus [13] miseræ calor ossa reliquit.
Excussi manibus [14] radii, [15] revolutaque [16] pensa.
[17] Evolat infelix, & femineo ululatu,
Scissa comam, muros amens atque [18] agmina cursu
[19] Prima petit. Non illa [20] virûm, non illa pericli,
Telorumve memor: cœlum [21] dehinc [22] questibus implet:
[23] Nunc ego te, Euryale, aspicio? tunc ille [24] senectæ
Sera meæ [25] requies potuisti linquere solam
Crudelis? nec te, sub tanta pericula missum,
Affari [26] extremum miseræ [27] data copia [28] matri?
Heu, [29] terra ignota canibus date præda Latinis,
[30] Alitibusque jaces! nec te tua [31] funera mater
Produxi, [32] pressive oculos, aut vulnera lavi,
[33] Veste tegens; tibi [34] quam noctes festina diesque

1 Pars. 2 Tiberi. 3 Defendunt. 4 Sc. *in*, aut *pro*. 5 Propter amicorum necem. 6 Simul ac. 7 Hastis. 8 Sanguine corrupto. 9 L. 11. *Et jam fama volans, tanti prænuntia luctus, Evandrum, Evandrique domos, & mœnia complet.* L. 12. *Illinc totam infelix vulgatur fama per urbem.* 10 Malorum. 11 Lapsu pervenit. 12 Subitò aufugiens. 13 Matri. 14 Rotæ, quâ nebat, aut fila ad textoriam artem volvebat. 15 Retrorsùm voluta sunt. 16 Fila nendo. 17 E domo. 18 Virorum. 19 Mulierum. 20 Quòd non deceret inter viros sic divagari. 21 Postquam nati ora conspexit. 22 Querelis. 23 Talem scil. detruncatum, & atro tabo fluentem? Lamentatio matris Euryali. 24 Spe meâ furore requies senectæ meæ. 25 Quem sperabam fore requiem? 26 Supremo loco. 27 Facultas est facta. 28 Mihi. 29 Scil. *in*. 30 Avibus. 31 Scil. *in*, vel, *ad*: vel, *funera*, id est, nec ego funerea quæ debebam esse, funera tua, id est, præfecta funeri tuo, extuli ad vestibulum domus, cùm efferreris. 32 In morte clausi. Oculos mortuorum claudere solebant proximi, filii, mater, aut pater. Penelope apud Ovid. in Her. ep. *Dii, precor, hoc jubeant, ut, euntibus ordine fatis, Ille* (Telemachus) *meos* oculos comprimat, *ille tuos.* Ariadne ad Theseum: *Ergo ego nec lacrymas matris moritura, videbo, Nec, mea qui digitis* lumina condat, *erit.* 33 Funebri. 34 Ex more veterum, qui sibi, aut suis in vita funebrem parabant vestem, qua mortui efferrentur.

Ur-

[35] Urguebam, & [36] telâ curas [37] solabar [38] anilis. 589
Quò [39] sequar? aut quæ nunc artus avolsaque membra,
Et [40] funus lacerum tellus habet? [41] hoc [42] mihi de te,
Nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?
[43] Figite me, si qua [44] est pietas; in me [45] omnia tela
Conjicite, o Rutuli. Me primam absumite [46] ferro,
Aut tu, magnæ [47] pater Divom, [48] miserere, tuoque 595
[49] invisum [50] hoc detrude [51] caput sub Tartara [52] telo:
[53] Quando [54] aliter nequeo [55] crudelem abrumpere vitam.
[56] Hoc fletu [57] concussi [58] animi, [59] mœstusque per [60] omnis
It gemitus: [61] torpent [62] infractæ ad prœlia vires.
[63] Illam [64] incendentem luctus [65] Idæus, & Actor, 600
Ilioneï monitu, & multùm lacrimantis Iüli,
[66] Corripiunt, [67] interque manus sub tecta reponunt.
At [68] tuba [69] terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit. [70] Sequitur [71] clamor cœlumque [72] remugit.
[73] Accelerant actâ pariter [74] testudine [75] Volsci, 605
Et [76] fossas implere [77] parant, ac [78] vellere vallum.
Quærunt pars aditum, & scalis adscendere muros;
[79] Qua rara est [80] acies, [81] interlucetque corona
[82] Non tam spissa viris. Telorum effudere contrà
Omne genus [83] Teucri, ac duris [84] detrudere [85] contis,

35 Urgebam, & 36 telâ curas 37 solabar 38 anilis. 589
Quò 39 sequar? aut quæ nunc artus avolsaque membra,
Et 40 funus lacerum tellus habet? 41 hoc 42 mihi de te,
Nate, refers? hoc sum terraque marique secuta?
43 Figite me, si qua 44 est pietas; in me 45 omnia tela
Conjicite, o Rutuli. Me primam absumite 46 ferro,
Aut tu, magnæ 47 pater Divom, 48 miserere, tuoque 595
49 invisum 50 hoc detrude 51 caput sub Tartara 52 telo:
53 Quando 54 aliter nequeo 55 crudelem abrumpere vitam.
56 Hoc fletu 57 concussi 58 animi, 59 mœstusque per 60 omnis
It gemitus: 61 torpent 62 infractæ ad prœlia vires.
63 Illam 64 incendentem luctus 65 Idæus, & Actor, 600
Ilioneï monitu, & multùm lacrimantis Iüli,
66 Corripiunt, 67 interque manus sub tecta reponunt.
At 68 tuba 69 terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit. 70 Sequitur 71 clamor cœlumque 72 remugit.
73 Accelerant actâ pariter 74 testudine 75 Volsci, 605
Et 76 fossas implere 77 parant, ac 78 vellere vallum.
Quærunt pars adîtum, & scalis adscendere muros;
79 Qua rara est 80 acies, 81 interlucetque corona
82 Non tam spissa viris. Telorum effudere contrà
Omne genus 83 Teucri, ac duris 84 detrudere 85

Adsueti [85] longo muros defendere bello.
Saxa quoque [86] infesto volvebant pondere, si [87] quâ
Possent [88] tectam aciem perrumpere: cum tamen [89] omnis
[90] Ferre [91] libet subter densa testudine [89] casus.
Nec jam [92] sufficiunt. Nam, quâ [93] globus imminet ingens,
[94] Immanem Teucri [95] molem [96] volvuntque [97] ruuntque:
Quæ [98] stravit Rutulos latè, armorumque resolvit
[99] Tegmina. Nec curant * cæco contendere Marte
Ampliùs [1] audaces Rutuli, sed pellere vallo
[2] Missilibus certant.
Parte aliâ horrendus visu quassabat [3] Etruscam
[4] Pinum, & [5] fumiferos inter Mezentius ignis.
At Messapus equûm domitor, [6] Neptunia proles,
[7] Rescindit vallum, & scalas [8] in mœnia [9] poscit.
[10] Vos, ô [11] Calliope, precor [12] adspirate canenti;
Quas ibi [13] tùnc [14] ferro strages, quæ funera Turnus
Ediderit; quem quisque virûm demiserit [15] Orco:
Et mecum ingentis [16] oras evolvite belli.
Et [17] meministis enim, divæ, & memorare potestis.

85 Bello decennali in Troja antiquâ. 86 Molestante. 87 Scil. *vi*, aut *ratione*, id est, ut qua cumque ratione. 88 Clypeis, id est, sub testudine incedentem. 89 Omnia adversa. 90 Tolerare. 91 Hostibus eorum, id est, Volscis & Rutulis. 92 Rutuli non ferre, seu sustinere valent vim Teucrorum. 93 Cuneus hostium. 94 Maximi ponderis. 95 Fragmentum muri aut rupis. 96 Devolvunt. 97 Cum impetu prosternunt. Sic Ter. *Cæterum* ruerem, *agerem*, *raperem*, *tunderem*, *prosternerem*. 98 Prostravit. 99 Ex clypeis facta, id est, ipsam testudinem, quæ armorum erat connexio. * Non visi, nec planè videntes, id est, subter testudine. 1 Licet audaces. 2 Sagittis. 3 Quia ipse Etruscus erat. 4 Hastam ex solida pinu, *vel*, facem pineam. 5 Pice, & resinâ, aut sulphure illitos. 6 Neptuni filius, quia equi originem habuerunt à Neptuno. 7 Resecat. 8 Ad mœnia expugnanda, dissecto priùs vallo. 9 Exsigit à suis. 10 Musas omnes. 11 Unam nominat, reginam scil. & principem, reliquas Musas implicitè invocat. 12 Favorem date, & inspirare mihi. 13 Cùm assilirent castra Trojanorum. 14 Ense ferreo. 15 Ad infernum. 16 Extremitates, id est, etiam extremas partes, spatia magna. Metaphora est petita ab annalibus, qui evolvuntur ab iis, qui res gestas disquirunt. 17 Memoriâ teneris hæc omnia, utpotè Mnemosynes filiæ: vide eumdem hunc versum lib. 7. v. 645.

Tur-

[18] Turris erat [19] vasto suspectu, & [20] pontibus altis,
Opportuna [21] loco: summis quam viribus omnes
[22] Expugnare Itali, summaque [23] evertere [24] opum vi
Certabant, [25] Troës contrà defendere saxis,
Perque [26] cavas [27] densi tela [28] intorquere fenestras.
[29] Princeps ardentem conjecit [30] lampada Turnus,
Et [31] flammam affixit [32] lateri; quæ [33] plurima vento
[34] Corripuit tabulas, & postibus hæsit [35] adesis.
Turbati [36] trepidare [37] intùs, frustraque [38] malorum
Velle fugam. Dùm se [39] glomerant, retroque [40] residunt
In partem, quæ [41] peste caret, tùm [42] pondere turris
[43] Procubuit subitò, & cœlum tonat omne [44] fragore.
[45] Semineces ad terram, immani mole [46] secuta,
Confixique suis [47] telis, & pectora duro
[48] Transfossi ligno veniunt. Vix unus Helenor,
[49] Et Lycus [50] elapsi: quorum [51] primævus Helenor,
Mæonio regi [52] quem serva [53] Licymnia [54] furtim
[55] Sustulerat, [56] veritisque ad Trojam miserat armis,

18 Quædam. 19 Habens vastum suspectum, id est, turris erat alta & ampla. 20 Tabulatis, quibus ascendebatur turris ab intrà, *vel* pontibus inter propugnacula, ut suprà. 21 Circa portas. 22 Evincere. 23 Funditùs dejicere. 24 Auxiliorum & facultatum suarum. 25 Certant. 26 Paulas. 27 Frequentes, scil. *certabant*. 28 In Italos. 29 Exercitus, & ejus oppugnationis. 30 Facem. 31 Facem, in qua erat flamma. 32 Turris. 33 Plurimùm aucta. 34 Simul invasit, & incendit. 35 Quos adedit. 36 Trepidabant. 37 Qui intùs erant. 38 Periculorum imminentium, id est, eversionis cum turri. 39 In morem glomeris volvuntur. 40 Se recipiunt. 41 Incendio, igne. Sic lib. 5. *Est vapor, & toto descendit corpore* pestis, id est, flamma. 42 Mole sua. 43 Prostrata est. 44 Ruinæ. 45 Ipsi Trojani corruunt semimortui, priusquàm terram contingerent. 46 Sequente eos, id est, cadente, postquam ipsi cum altera parte ceciderant. 47 Quæ in manibus habebant. 48 Transfixi. 49 Sc. *alter*. 50 Elapsi sunt è ruina. 51 Adhùc in primo ævo florens. Ætate major fortè cum respectu ad Lycum tamquam fratrem. 52 Helenorem. 53 Nomine. 54 Illegitimo concubitu. 55 Natum educaverat. Sic suprà v. 201. *Argolicum terrorem inter, Trojæque labores* Sublatum *erudiit*. 56 Lege militari, quæ servis olim capitis pœna interdicebat militiam; vel *vetitis*, propterea quòd tyro esset, & nondùm bella tractare sciret.

En-

Ense [57] levis [58] nudo, [59] parmâque inglorius albâ.
[60] Isque ubi se Turni media inter [61] millia vidit;
[62] Hinc acies, [62] atque hinc acies adstare Latinas:
Ut [63] fera, quæ densâ [64] venantum [65] septa coronâ
Contra tela furit, seseque [66] haud nescia morti
Injicit, & saltu supra [67] venabula fertur:
Haud aliter [68] juvenis medios [69] moriturus in hostis
Irruit; &, quâ tela videt densissima, tendit.
At [70] pedibus longè [71] melior Lycus [72] inter & hostis,
Inter & arma, [73] fugâ [74] muros [75] tenet, altaque [76] certat
Prendere [77] tecta [78] manu, sociûmque attingere dextras.
Quem Turnus, pariter cursu teloque secutus,
Increpat [79] his [80] victor: Nostrasne [81] evadere, demens,
Sperasti te posse manus? simul arripit ipsum
Pendentem, & magnâ muri cum parte [82] revellit:
[83] Qualis, ubi aut leporem, aut [84] candenti corpore cygnum,
Sustulit [85] alta petens pedibus [86] Jovis armiger [87] uncis:
[88] Quæsitum [89] aut [90] matri multis balatibus agnum
[91] Martius à stabulis rapuit [91] lupus. Undique [92] clamor
[93] Tollitur. [94] Invadunt, & fossas [95] aggere complent.

57 Celer & expeditus. 58 Stricto. id est, levis armaturæ miles, habens solummodò ensem. 59 Brevi scuto. & nullo insigni ad huc ornato. ignobilis, nullamque gloriam consecutus. Tironibus Rom. ad quos alludit, dabatur parma alba & pura, insigni prorsus nuda; quod argumento facinoris alicujus, à se editi, insignire in sua manu, & virtute erat. 60 Helenor. 61 Armatorum. 62 Ab utraque parte. 63 Leo, aut sus silvester. 64 Venatorum. 65 Circumdata. 66 Certa mori, & desperata: *si subeant venabula pectus, Per ferrum tanti securus vulneris exit*, Lucan. 1. 67 Venatorum tela. 68 Helenor. 69 Certus mori. 70 Cursu & velocitate pedum. 71 Præstantior, quam Helenor. 72 Per. 73 Fugiendo. 74 Novæ Trojæ. 75 Apprehendit. 76 Contendit accipere. 77 Al. *saxa*. 78 Quia tunc alti non erant muri, sed ad impetum tantùm repellendum. 79 Verbis. 80 Cum esset voti compos, & eum teneret. 81 Effugere. 82 Abstrahit illum. 83 Exsistens talis, *qualis*, &c. Macrob. Sat. lib. 5. cap. 12. & 13. ex Hom. Il. 12. & 22. 84 Candido. 85 Erigens se è terra. 86 Aquila, Jovis dicta armigera, quod sublime volet, nec unquam fulmine tangatur, aut examinetur. Plin. 10. lib. 3. 87 Incurvis. 88 Qui tunc quæritur. 89 Aut qualis est lupus, ubi rapuit, &c. 90 Ovi. 91 Martis fera, in tutela Martis habitus. 92 Rutulorum. 93 Erigitur. 94 Rutuli. 95 Terrâ, quæ aggesta erat.

Ar-

Ardentis tædas alii ad [1] fastigia jactant.
Ilioneus saxu, atque ingenti fragmine [2] montis
[3] Lucetium, [5] portæ subeuntem, ignisque [6] ferentem;
[3] Emathiona [4] Liger, [4] Corinæum sternit [3] Asylas:
[7] Hic jaculo [8] bonus, [9] hic [10] longè fallente sagitta.
[3] Ortygium [4] Cæneus, victorem Cænea Turnus:
[21] Turnus [4] Itym, [4] Cloniumque, [4] Dioxippum, [4] Promulumque,
Et [4] Sagarim, & summis [12] stantem pro turribus [4] Idan:
[4] Privernum [3] Capys. [13] Hunc primò [14] levis hasta [4] Themillæ
[15] Strinxerat: [16] ille manum projecto [17] tegmine [18] demens
Ad [19] volnus tulit. [20] Ergo [21] alis adlapsa [22] sagitta,
Et [23] lævo affixa est lateri [24] manus, abditaque intùs
[25] Spiramenta animæ [26] letali volnere [27] rumpit.
Stabat in egregiis [28] Arcentis filius armis;
[29] Pictus acu chlamydem, & [30] ferrugine [31] clarus [32] Hibera,
Insignis facie: genitor quem miserat Arcens,
[33] Eductum [34] Martis luco, [35] Symæthia circùm

1 Culmina turrium sæpè jaciunt. Æn. 2. *flammas ad culmina jactans.* 2 Rupis saxosæ. 3 Italos. 4 Trojanos. 5 Ab inferiori imminentem ad portam. 6 Inferentem. 7 Chorinæus erat. 8 Peritus & utilis. 9 Asylas erat bonus. 10 Eminus enim missa non animadvertitur, neque ita facile declinatur. 11 Anadiplosis. 12 Pro defensione turrium, id est, propugnantem, defendentemque turres. 13 Privernum, quem capys stravit. 14 Leviter veniens. 15 Leviter vulneraverat. 16 Privernus. 17 Corporis, id est, clypeo. 18 Immemor salutis suæ, quia clypeum projecit. 19 Factum à sagittâ Themillæ. 20 Quia inermis videbatur. 21 Pennata, pennis illapsa est. 22 A Capy immissa. 23 Simul cum lævo latere transfixa est. 24 Quam ad vulnus tulerat. 25 Pulmonem, instrumentum respirationis, aut cor, domicilium spirationis. 26 Mortifero. 27 Fregit. 28 Siculi. Personæ descriptio à genere armorum, habitu, formâ & loco, in quo educatus fuerat. 29 Phrygio opere intertextam, quia ipse Phryx. 30 Purpura subnigra. Ferrugineus color ferro candenti, aut certè ferrugini, id est, rubigini ferri similis est. 31 Relucens. 32 Hispana, aut Bætica. 33 Educarum. 34 Marti sacro. 35 Simethum Siciliæ fluv. prope Catanam h. *la Jarreta.*

Flu-

Flumina : [36] pinguis ubi & placabilis ara [37] Palici. 585
[38] Stridentem fundam, [39] positis Mezentius hastis,
Ipse ter adductâ circùm caput egit [40] habenâ;
Et [41] media [42] adversi [43] liquefacto [44] tempora [45] plumbo
[46] Diffidit, ac [47] multâ [48] porrectum extendit arenâ.
Tùm primùm [49] bello [50] celerem intendisse sagittam 590
Dicitur, [51] antè feras solitus terrere fugaces,
Ascanius, fortemque [52] manu [53] fudisse Numanum;
Cui Remulo cognomen erat; Turnique [54] minorem
Germanam nuper [55] thalamo sociatus habebat.
Is primam ante aciem digna atque indigna [56] relatu 595
Vociferans, tumidusque novo præcordia [57] regno
[58] Ibat, & ingentem sese clamore ferebat:
Non [59] pudet obsidione iterùm valloque teneri,
[60] Bis capti Phryges, & [61] morti [62] prætendere muros?
Et, [63] qui [64] nostra sibi bello connubia poscunt! 600
Quis Deus [65] Italiam, quæ vos dementia adegit?
Non hic [66] Atridæ, nec [67] fandi fictor Ulixes.

36 Frequenti sacrificio. 37 Palicorum. Erant *Palici* duo filii Jovis & Thaliæ Nymphæ, Siculis Dii habiti, culti ad lacus duos, *Crateras* dictos; insignes juramenti religione, in perjurum scilic. implacabiles, in veracem placabiles: quorum aræ uberibus fertilis Siciliæ donis annuis coronantur. Vide Macrob. Sat. 5. lib. 19. cap. 38 Cum stridore emittentem glandem, aut lapides. 39 Depositis. 40 Fundæ, quâ tenebatur. 41 per medium. 42 Ex adverso stantis. 43 Ex attritione aëris, & celeri motu, quo aër attenuatus accenditur. 44 Arcentis. 45 Glande plumbeâ. 46 Dissecuit. 47 In media. 48 Arcentem extensum, cùm morte gravaretur. 49 More bellico, aut animo bellandi & hostili. 50 Celeritèr emissam. 51 Illa tempora. 52 Sagitta è manu missa. 53 Prostrasse. 54 Quia major sorore Turni dicebatur Juturna. 55 Matrimoniali. 56 Quæ referantur. 57 Regis Turni affinitate: namque Regum fratres, & affines olim nomine Regum insigniebantur. 58 Conspicuus. 59 Vox. 60 Immò ter, ab Hercule primum: secundò ab Amazonibus: postremò à Græcis, duce Agamemnone, Deridet Trojanos. 61 Bello mortifero: quia omninò moriemini in hoc bello. 62 Objicere. 63 Quales: q. d. muliebris animi, qui se intra muros claudant. 64 Nobis pacta, & debita. 65 Bello claram petere vos imbelles adegit? 66 Sunt. 67 Exornatur loquendi, id est, non confidimus callidi tari sermonum, sed virtuti nostræ.

Du-

[68] Durum ab stirpe genus, natos ad flumina primùm
Deferimus, sævoque gelu duramus & undis:
[69] Venatu invigilant [70] pueri, [71] silvasque fatigant:
Flectere [72] ludus equos, & spicula tendere [73] cornu.
At patiens operum [74] parvoque adsueta juventus
Aut rastris terram [75] domat, aut [76] quatit oppida bello,
Omne ævom ferro teritur, versâque [77] juvencûm
Terga fatigamus [78] hastâ: nec [79] tarda senectus
Debilitat vires animi, mutatque vigorem.
[80] Canitiem galeâ premimus; semperque [81] recentis
[82] Comportare juvat predas, & [82] vivere [83] rapto.
Vobis [84] picta croco & fulgenti [85] murice vestis,
Desidiæ [86] cordi; juvat [87] indulgere choreis:
Et [88] tunicæ [89] manicas, & habent [90] redimicula [91] mitræ.
[92] O verè [93] Phrygiæ, neque enim [94] Phryges, ite per [95] alta
Dindyma; ubi [96] adsuetis [97] biforem dat tibia cantum.

68 Nos enim *durum*, &c. ut primùm nati sunt infantes, gelidis undis fluviorum induramus. Allusum ad Celtas, qui recens natos ad fluv. Rhenum clypeo impositos deferebant, exploraturi, si fluitaret scutum, sobolem genuinam: si mergeretur, spuriam: necnon ad indurandum eos bello & rebus asperis: *vel*, Nationi à primâ pueritiâ natos nostros assuefacimus. 69 Venatui. 70 Cum adhùc sunt pueri. 71 Feras silvarum. 72 Qui viris alibi labor, nostris pueris ludus est. 73 Ex arcu cornu munito, saltem in extremis angulis. 74 Parcimoniæ. 75 Colit. 76 Concutit, ut eruat. 77 Boum aratoriorum. 78 Stimuli loco. 79 Tardificans corpus. 80 Canos capillos, id est, etiam canescentes induimur galeâ. 81 Recentèr raptas. 82 Qui primis hominibus, rudibus & ferarum more viventibus, honor erat. 83 Ex his quæ ab hoste, aut silvis, rapuimus. 84 Crocotium innuit, vestem muliebrem, acu pictam, croco & purpurâ intertinctam. 85 Purpura. 86 Sunt ad placitum vestrum, id est, placent vobis. 87 Animum laxare tripudiis, & saltationibus. 88 Vestræ. Tunicas χιριδώτους innuit, Prolixas scilic. infra brachia, & usque in primores manu gestare viris Rom. indecorum fuit. Agell. 7. lib. 12. cap. 89 Tegmina ad manus usque protensa. 90 Religaturas ad ornamentum spectantes. 91 Mitræ quidem Lydis ac Phrygibus tegmina erant capitis: aliis verò gestare turpe habebatur, magis, si redimiculis mento subligarentur. 92 Ἀχαΐδες ἐστὲ Ἀχαιοί. Il. 7. 93 Mulieres ex Phrygiâ. 94 Viri ex Phrygiâ. 95 Alios montes Phrygios, Cybeli sacros. 96 Vobis assuetis ad sonum tibiarum. 97 Gravem, & acutum, binis foraminibus emissum, tibiis scil. dextris, & sinistris, quæ Phrygiæ.

Tym-

Tympana vos [1] buxusque [2] vocant [3] Berecyntia [4] matris.
[5] Idææ. Sinite arma [6] viris, & [7] cedite ferro.
[8] Talia [9] jactantem [10] dictis, ac [11] dira canentem
[12] Non tulit Ascanius; [13] nervoque obversus equino
[14] Intendit telum, [15] diversaque brachia ducens
Constitit, [16] ante Jovem supplex [17] per vota precatus:
Juppiter omnipotens, [18] audacibus annue cœptis.
Ipse tibi ad tua templa [19] feram sollemnia dona,
Et statuam ante aras [20] auratâ fronte juvencum
[21] Candentem, [22] pariterque caput cum matre ferentem,
Jam cornu [23] petat, & pedibus qui spargat arenam.
[24] Audiit, & cœli [25] Genitor de parte [26] serenâ
Intonuit [27] lævum: sonat una [28] satifer [29] arcus.
[30] Effugit [31] horrendum stridens adducta sagitta:
Perque caput [32] Remuli venit, & [33] cava tempora [34] ferro
Trajicit. [35] I, verbis virtutem [36] illude superbis.
[37] Bis capti Phryges hæc Rutulis responsa remittunt.

1 Fissula ex buxo. 2 Vos ad choreas. 3 Quæ crescit in monte Phrygiæ Berecyntho. 4 Deorum. 5 Phrygiæ. 6 Vos, qui mulieres estis, relinquite nobis, qui viri sumus, arma. 7 Discedite, aut date locum armis ferreis, quæ tractare nescitis. 8 Facinora sua & suorum. 9 Numanum. 10 Verbis laudatoriis. 11 Execrabilia in Trojanos. 12 Æn. 2. Non tulit *hanc speciem furatâ mente Chorœbus.* lib. 8. Non tulit *Alcides animis.* 13 Contra versus (ut fortiùs jaciat) arcu corroborato nervo ex equinis setis. 14 Toto conatu tendit in hostem. 15 In diversas partes, ita ut arcus, lignum aut chorda multum distraherentur. 16 In conspectu Jovis. 17 Simul vovens. 18 Quia audacia erat in ephebo talem virum appetere. 19 Offeram taurum sollemnem, aut spolia Numani Remuli. 20 Taurorum cornua deaurare; vitulorum frontes aureis laminis, & coronis ornare in sacris, ad magnificentiam victimæ faciebat. 21 Candidum, nitidum, ac præpinguem. 22 Staturâ matri æqualem. 23 Provocet. 24 Exaudit Ascanium. 25 Deorum ac hominum Juppiter. 26 Prodigiosum, ut quod extra rationis aleam. 27 Tonare fecit sinistram partem cœli, quod boni ominis. Nam læva tonitrua felicia putantur, quod quæ nobis sinistra sunt, ea superis dextra esse credantur. Sic 2. Æn. *subitoque fragore* Intonuit lævum. 28 Mortem allaturus Numano. 29 Ascanii. 30 Fugienti similis pervolat. 31 Horribiliter. 32 Numani. 33 Cerebri expertia. 34 Quod ei affixum erat. 35 Vade modò. Loquitur Ascanius. 36 Deride superbe loquendo. Versus leoninus. 37 Sic respondet temeritati Rutulorum, fortiter agendo, & parum dicendo. Sarcasticè in Numanum sua dicta, cum lethifera sagitta repensa.

Hoc

Hoc tantùm [38] Ascanius. Teucri [39] clamore sequuntur,
Lætitiâque fremunt, animosque ad sydera [40] tollunt.
[41] Ætheria tùm fortè [42] plagâ [42] crinitus Apollo
[43] Desuper [44] Ausonias acies [45] urbemque videbat,
[46] Nube sedens, atque [47] his [48] victorem affatur Iülum:
[49] Macte [50] novâ virtute puer, [51] sic itur [52] ad astra,
[53] DIs genite, & geniture [54] Deos. Jure omnia bella
Gente sub [55] Assaraci [56] fato ventura [57] resident:
[58] Nec te [59] Troja capit. Simul hæc [60] effatus, ab alto
Æthere se mitti, [61] spirantis dimovet auras,
Ascaniumque petit. Formam tùm vertitur [62] oris
[63] Antiquom in Buten. [64] Hic [65] Dardanio Anchisæ
Armiger antè fuit, fidusque [66] ad limina custos.
Tum [67] comitem Ascanio [68] pater [69] addidit. Ibat Apollo
[70] Omnia [71] longævo similis, vocemque coloremque
Et crinis [72] albos; & [73] sæva sonoribus [74] arma:
Atque [75] his [76] ardentem dictis [75] affatur Iülum:
[77] Sit satis, [78] Æneide, telis [79] impunè Numanum

38 Et dixit, & fecit. 39 Applausu. 40 Extollunt. 41 A regione cœlesti. 42 Propter radios Solis dicitur Apollo crinitus, qui quamdam capillorum speciem videntur referre: ut & sagittis instructus. 43 A superiore loco. 44 Italorum. 45 Trojanorum obsessam. 46 Super nubem. 47 Verbis. 48 Numanum. 49 Amplificate honore. Rituale à sacris, in quibus hostia immolata, & cæsa, boni ominis gratia, dicebatur, mactus esto taurus, id est, magis auctus. *Mactus* enim idem est, quod magis auctus. Solus autem vocativus utriusque numeri est in usu, *macte*, & in plur. *macti*, quibus propriè aliquem ob rem pene cœptam laudamus, & ad perficiendum adhortamur. Liv. Macti *virtute*, *milites Romani estis*. 50 Insolita. 51 Per talia facinora. 52 In numerum Deorum. 53 Venere & Jove. 54 Julium Cæsar. & Augustum, pro Diis habendos. 55 Auspiciis gentis Trojanæ. Assaracus pater Capyos fuit patris Anchisæ. 56 Per fatalem præordinationem. 57 Sedabuntur, quiescent in te: quia solus Ascanius superstes mansurus est, intereuntibus Latino & Ænea. 58 Majores quàm quem caperet Troja. 59 Hæc parva. 60 Apollo. 61 Suave à Deo Sole spirantes. 62 Vultus. 63 In similitudinem Butis senis. 64 Butes. 65 A Dardano orto. 66 Ædituus, seu atriensis: ut, *ad pocula*, *ad mensam*, &c. 67 Custodem & pædagogum. 68 Æneas. 69 Buten. 70 Per omnia: κατὰ. 71 Buti. 72 Canos. 73 Terribilia strepitu, quem faciebat, cùm armatus incederet. 74 Arcum & pharetram. 75 Hæc coram & clarè: nam prius illud elogium ad Ascanii aures non pervenit. 76 Desiderio dimicandi. 77 Tibi. 78 O Æneade, id est, fili Æneæ. 79 Sine vindicta, ac citra noxam tuam.

Op-

[80] Oppetiisse tuis: Primam hanc tibi magnus Apollo
Concedit laudem, & [81] paribus non invidet armis.
[82] Cetera [83] parce, puer, bello. Sic orsus Apollo
Mortalis [84] medio adspectus sermone reliquit,
Et procul in tenuem ex [85] oculis evanuit auram.
Adgnovêre [86] Deum [87] proceres [88] divinaque tela
[87] Dardenidæ, pharetramque fugâ sensêre sonantem
[89] Ergo [90] avidum pugnæ, [91] dictis ac numine Phœbi,
Ascanium [92] prohibent: ipsi in certamina rursus
Succedunt, [93] animasque in aperta pericula mittunt.
[94] It clamor [95] totis per propugnacula muris:
Intendunt [96] acris arcus, [97] amentaque torquent.
[98] Sternitur omne solum telis: cùm [99] scuta, cavæque
Dant sonitum * flictu galeæ: pugna aspera [1] surgit.
Quantus ab occasu veniens pluvialibus [2] Hædis
[3] Verberat imber humum: quàm multâ grandine nimbi
In vada [4] præcipitant; cùm [5] Juppiter horridus Austris
[6] Torquet aquosam [7] hiemem, & [8] cœlo cava nubila
[9] rumpit.
[10] Pandarus & Bitias, [11] Idæo Alcanore [12] creti,
Quos [13] Jovis [14] eduxit luco [15] silvestris [16] Hiera
Abietibus juvenes [17] patriis & montibus [18] æquos,
Portam, quæ [19] ducis imperio [20] commissa, [21] recludunt

80 Interfectum esse. 81 Et gloriam tibi concedit in suis armis, id est arcu & sagittis. 82 Ceterum in præsens supersede, cessaque ab ulteriore pugna. 83 Abstine. 84 Ad medium tantum producto: quia responsum non exspectabat, sine quo sermo non est completus. 85 Mortalium. 86 Apollinem. 87 Principes Trojani. 88 Pharetram Apollinis. 89 Quia Apollinem agnoverant. 90 Cupidum pugnandi. 91 Monitis, ac auctoritate Apollinis: dixerat enim *cetera parce puer bello*. 92 A pugnâ. 93 Vitam. 94 Diffunditur. 95 Quæ erant in totis muris. 96 Robustos, *vel* ipsi acres. 97 Amentata, id est, tela amentis, id est, loris, quibus alligantur, & jaciuntur tela. 98 Cooperitur. 99 Quibus repulsa erant tela. * Afflictu, ictu. 1 Instauratur. 2 Stellis duabus in Aurigæ brachio, quarum ortu & occasu concitantur pluviæ, tempestates: quæ in Octobri oriuntur. 3 Impetu aquarum. 4 Præcipites cadunt. 5 Aër. Sic Hor. *Manet sub Jove frigido Venator*. 6 In grandinem rotat, *vel*, deorsum impellit. 7 Tempestatem. 8 Per cœlum. 9 Tonitru. 10 Maximi illi Trojani. 11 Trojano. 12 Procreatis. 13 *Jovi* sacro. 14 Extulit. 15 In silvis versari solita. 16 Mater Idæa. 17 In patria illorum nascentibus. 18 Pares, similes. 19 Æneæ abeuntis. 20 Conjuncta, & obstrusa erat. 21 Aperiunt.

Fre-

Freti [22] armis, [23] ultroque invitant mœnibus hostem.
Ipsi intùs dextra ac læva [24] pro turribus adstant
Armati ferro, & [25] cristis capita alta corusci:
Quales [26] aeriæ [27] liquentia flumina circùm,
Sive Padi [28] ripis, [29] Athesim seu [30] propter [31] amœnum,
Consurgunt geminæ quercus, [32] intonsaque [33] cœlo
Attollunt capita, & sublimi vertice [34] nutant.
[35] Irrumpunt, [36] aditus [37] Rutuli ut vidêre patentis.
Continuò [38] Quercens, & pulcher [38] Aquicolus armis,
Et [39] præceps animi [40] Tmarus, & [40] Mavortius [40] Hæmon,
[41] Agminibus totis aut versi terga [42] dedêre,
[43] Aut ipso portæ posuêre in limine vitam.
Tùm magis [44] increscunt animis [45] discordibus [44] iræ,
Et jam collecti Troës glomerantur [46] eodem,
Et conferre manum, & procurrere [47] longiùs audent.
[48] Ductori Turno, [49] diversâ in parte furenti,
Turbantique viros, perfertur nuntius, hostem
[50] Fervere cæde novâ, & portas præbere patentis.
[51] Deserit inceptum, atque [52] immani concitus irâ
[53] Dardaniam [54] ruit ad portam, [55] fratresque superbos:
Et primùm Antiphatem, is enim se primus [56] agebat.
Thebana de matre [57] nothum [58] Sarpedonis [59] alti,
Conjecto sternit jaculo. Volat [60] Itala cornus

22 Quibus hostem propellere sperabant. 23 Sine instantia ejus. 24 Propugnantes: ut suprà, *stantem pro turribus Idam*. Al. ipsi Pandarus & Bitias instar ac vice turrium, quia *abietibus Idæis, & montibus æqui*. 25 Galearum. 26 Valde altæ. 27 Venetiæ. 28 In. 29 Celebrem & maximum, post Padum, Italiæ fluv. 30 Juxta. 31 Placidum aspectu. 32 Ramosa & frondosa. 33 Ad cœlum usque erigunt. 34 Casum minari videntur. 35 Irruptionem faciunt. 36 Portarum. 37 Populi Turni. 38 Itali duces. 39 Instabilis. 40 Bellicosus & Marti similis. 41 Si li. *ab*. 42 Fugæ. 43 significat, eos primò fugatos esse, & indè cæsos. 44 Augmentantur iræ Trojanorum. 45 Dissentientibus: alii enim expugnare, alii propugnare prætendebant. 46 Ad eundem locum, quo hostes. 47 Extra portas. 48 Ad ducem Turnum. 39 Ab hac, ubi porta erat aperta. 50 Enallage conjugationis. 51 Turnus. 52 Sævissima. 53 Castrorum portam, cognominem illi veteris Trojæ, quam Trojani aperuerant. 54 Præcipitanter currit. 55 Pandarum & Bitian. 56 Obviam. 57 Filium illegitimum. 58 Viri Trojani. 59 Nobilis, utpote nepotis Jovis. 60 Telum factum ex Italica cornu, à Turno emissum.

Aëra per tenerum, stomachoque infixa sub [61] altum
Pectus abit: reddit [62] specus atri vulneris undam
Spumantem, & fixo ferrum in pulmone [63] tepescit.
Tùm Meropem atque Erimantha [64] manu, tum sternit Aphidnum:
Tùm Bitian ardentem oculis, animisque frementem,
[65] Non jaculo: [66] neque enim jaculo vitam ille dedisset:
Sed magnum stridens [67] contorta [68] phalarica venit,
Fulminis acta modo: quam [69] nec duo taurea terga,
[70] Nec duplici squamâ lorica fidelis & auro
Sustinuit: [71] collapsa ruunt immania membra.
Dat tellus gemitum, & [72] clipeum super intonat ingens.
[73] Qualis in [74] Euboica Bajarum litore [75] quondam
[76] Saxæ pila cadit; magnis quam mollibus antè
Constructam [77] ponto jaciunt: [78] sic [79] illa ruinam
[80] Prona trahit, penitusque [81] vadis illisa [82] recumbit.
[83] Miscent se maria, & [84] nigræ [85] attolluntur arenæ.
Tùm sonitu [86] Prochyta alta tremit, [87] durumque cubile
[88] Inarime Jovis imperiis imposta Typhoëo.

61 Profundum. 62 Hiatus, cavitas, seu foramen vulneris. 63 Ibidem. 64 Hos tres comminus: Antiphaten eminus interfecerat. 65 Scil. *sternit*. 66 Nam ille non potuisset lethaliter vulnerari jaculo. 67 Brachiis Turni. 68 Hasta valido præfixa ferro, sulphure, resinâ, bitumine, stupisque convoluta, infuso oleo incendiario: quæ balistæ impetu destinata, ardens figitur palis, & turribus incendendis. 69 Non clypeus ex duplici taurino tergore sustinere valuit, ita ut omnia penetraret. 70 Nec lorica ex laminis aureis squammarum in morem conserta. 71 Simul labentia eorruunt 72 Super quem cecidit: vel sic, ingens clypeum super eum insonat. 73 Qualiter. 74 Ab Euboïcis Chalcidensibus in Italia juxta Bajas habitato. 75 Aliquando. 76 Moles ex saxo, latere, cæmento, ligneisque pilis jacta, eductaque ad arcendum mare, & tutandos portus, *vel*, columna lapidea. 77 Fluctus aut procellæ dejiciunt per mare. 78 Ut Bitias cecidit. 79 Saxea pila. 80 Ad terram inclinata. 81 Ad vada. 82 Prosternitur. 83 Intra molem & extra. 84 Quia profundæ, aut quia paludosæ. 85 Eriguntur. 86 Insula litoris Campani inter Misenum promontorium, & insulam Pithecusam, quæ.... 87 Ut sit illi *mortiferum* cubile. 88 Ænaria, & Inarime, quam, quòd flammis quandoque vomit, Typhœo giganti contra Deos pugnare auso, superjactam fabulantur.

Hic

[89] Hic Mars [90] armipotens animum viresque [91] Latinis
Addidit, & stimulos [92] acris sub pectore [93] vertit:
Immisitque [94] fugam Teucris, [95] atrumque timorem.
Undique [96] conveniunt; quoniam data [97] copia pugnæ,
Bellatorque [98] animos [99] Deus incidit
Pandarus, ut fuso [1] germanum corpore cernit,
Et [2] quo sit Fortuna [3] loco, qui casus agat [4] res,
Portam vi [5] multâ [6] converso cardine [7] torquet,
[7] Obnixus latis humeris, multosque [8] suorum
[9] Mœnibus exclusos [10] duro in certamine [11] linquit:
Ast [12] alios secum includit recipitque [13] ruentis,
Demens! [14] qui Rutulum in medio non [15] agmine [16] regem
Viderit [17] irrumpentem, [18] ultroque incluserit urbi:
[19] Immanem [20] veluti pecora inter [21] inertia [22] tigrim.
[23] Continuò nova lux [24] oculis offulsit, & [25] arma
[26] Horrendùm sonuêre: tremunt in [27] vertice cristæ
[28] Sanguineæ, [29] clipeoque [30] micantia fulmina mittunt.
Adgnoscunt faciem invisam atque [31] immania membra

89 Transitio ad pulcherrimum facinus Turni, qui intrà muros conclusus, fortissimè cum hostibus dimicavit. 90 Armorum, & bellorum Deus. 91 Turni populis. 92 Vehementis furoris & iræ. 93 Vertendo pungit: tractum à virgâ, quæ dum vertitur, boves stimulantur. 94 Animum fugiendi. 95 Funestum, turpem: ut Hor. *atra cura*: quod atra inauspicata, & funesta erant. 96 Itali, quibus Mars animos addidit. 97 Copiosa pugnandi facultas. 98 In animum eorum, id est, omnem acceperunt animum, seu cupiditatem bellandi. 99 Mars. 1 Bitian. 2 In quo statu: quia videt eam ad Latinos, relictis Teucris defecisse. 3 Bellicas. 4 Magna. 5 Quam convertebat ad postes suos ut claudatur. 6 Torquendo claudit. 7 Conatus. 8 Ex suis comilitonibus. 9 Novæ Trojæ. 10 Quia invito Marte, qui, quos Latinis addidit, Teucris abstulerat animos. 11 Sine spe evadendi. 12 Suos, Trojanos: nam Turnus solus ex hostibus receptus. 13 Præcipitantur accurrentes. 14 Utpote qui, quòd. 15 Trojanorum, ruentium ad portas. 16 Turnum. 17 Vi intrantem. 18 Ultra id, quod debebat facere. 19 Ferocissimam. 20 Scil. *includeret*. 21 Arte se defendendi carentia, ut sunt oves & capræ. 22 Turnum, Martis stimulis concitatum, Tigri, Trojanos, timore perculsos, pecori comparat. 23 Statim, postquam inclusus est Turnus. 24 Turni. 25 Ejus. 26 Horribiliter. 27 Capitis ejus. 28 Sanguinei coloris. 29 In clypeum. 30 Radios in morem fulminis resplendentes. 31 *Præstant. corpore* Turnum, *ac toto vertice suprà.*

Turbati subitò [32] Æneadæ. Tùm Pandarus ingens
[33] Emicat, & [34] mortis fraternæ [35] fervidus irâ
Effatur: [36] Non hæc dotalis regia Amatæ,
Nec muris [37] cohibet [38] patriis [39] media [40] Ardea Turnum.
Castra [41] inimica [42] vides: nulla hinc [43] exire [44] potestas
Olli [45] subridens sedato pectore Turnus:
[46] Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram:
[47] Hìc etiam inventum Priamo narrabis Achillem.
[48] Dixerat. [49] Ille rudem nodis & cortice [50] crudo
[51] Intorquet summis adnixus viribus hastam.
[52] Excepêre auræ vulnus; (Saturnia Juno
[53] Detorsit [54] veniens) portæque infigitur hasta,
[55] At non hoc [56] telum, mea quod vi dextera [57] versat,
Effugies: [58] neque enim [59] is teli nec vulneris [60] auctor.
Sic ait, & sublatum altè [61] consurgit in ensem,
Et mediam [62] ferro gemina inter tempora [63] frontem
Dividit, [64] impubesque [65] immani volnere malas.
[66] Fit sonus: ingenti concussa est [67] pondere tellus.
Collapsos artus atque arma cruenta [68] cerebro
[69] Sternit humi moriens: atque illi [70] partibus æquis
* Hùc caput atque illùc humero ex utroque pependit.
[71] Diffugiunt [72] versi [73] trepidâ formidine Troës,

32 Trojani Æneæ subditi. 33 Eminet. 34 Propter necem fratris Bitiæ concepta. 35 Incensus. 36 Hæc non est regia Latini, quam tibi filiæ dotis nomine spopondit Amata Latini conjux. 37 Continet. 38 Intra quos natus est. 39 Medio sui. 40 Civitas, patria Turni. 41 Hostilia. 42 O Turne. 43 Exeundi. 44 Est tibi. 45 Sui fiducia, neglectu & contemptu hostis. 46 Mecum certamen. 47 Manu meâ cæsus, nuntius ibis Priamo apud inferos, narrans te incidisse in alterum Achillem, id est, Turnum, id est, morieris. 48 Turnus. 49 Pandarus. 50 Viridi, impolito. 51 In Turnum, licet in eum non pervenerit. 52 Aër & ventus vulnerata sunt. 53 De Turno. 54 Hastam venientem in Turnum. 55 Loquitur Turnus Pandaro. 56 Ense. 57 Vibrat & tractat. 58 Neque enim ego sic, ut tu modò, erravero. 59 Est talis, qualis tu es. 60 Ductor. 61 Erigit se. 62 Ense ferreo. 63 Pandari. 64 Imberbes. 65 Sævissimo. 66 Ex ictu. 67 Corporis cadentis. 68 Effuso. 69 Nam Pandarus sternit super humum. 70 In partibus æqualibus. Divisum enim fuit æquali parte caput Pandari. * In utramque partem, tàm dextram, quàm sinistram. 71 In diversa fugiunt. 72 In fugam. 73 Mentes Trojanorum trepidas faciente.

Et

Et [74] si [75] continuò victorem ea cura subisset,
Rumpere claustra manu [76] sociosque immittere [77] portis,
Ultimus ille dies [78] bello [79] gentique fuisset.
Sed [80] furor ardentem [81] cædisque insana cupido
[82] Egit in [83] adversos.
[84] Principio Phalatrim,& [85] succiso poplite Gygen
[86] Excipit: [87] hinc [88] raptas fugientibus ingerit hastas
[89] In tergus. Juno vires animumque ministrat.
[90] Addit Halym [91] comitem, & confixa Phegea [92] parma;
[93] Ignaros deindè [94] in muris [95] Martemque cientis
Alcandrumque Haliumque Noëmonaque Prytanimque,
Lyncea [96] tendentem contrà, [97] sociosque vocantem,
[98] Vibranti gladio conixus ab aggere [99] dexter
Occupat: huic uno dejectum * comminùs ictu
Cum galeâ [1] longè jacuit caput. Inde ferarum
[2] Vastatorem [3] Amycum, quo non [4] felicior alter
Unguere tela manu, ferrumque armare [5] veneno:
Et Clytium [6] Æoliden, & [7] amicum Crethea Musis;
Crethea Musarum comitem, cui carmina semper
Et citharæ [8] cordi, [9] numerosque intendere nervis:
Semper equos, atque arma virûm, pugnasque canebat.
Tandem ductores, audita cæde suorum,
Conveniunt Teucri, Mnestheus [10] acerque Serestus;

74 Si Turno victori in animum subiisset portas reserare. Si tam uti victoriâ, quam vincere novisset. 75 Ut diffugerunt. 76 Rutulos commilitones. 77 In portas. 78 Cum Trojanis gerendo. 79 Trojanæ. quam morte Ascanii delevisset. 80 Martius. 81 Occidendi. 82 Impulit eum. 83 Eos, qui ante eum ex adverso ei erant. Al. *aversos*, id est, fugientes, quos insequi ardebat. 84 Enumerat aliquot, qui in pugna Turni manu ceciderunt. 85 Cui poples priùs ab eo succisus erat. 86 E medio tollit. 87 Deindè, aut ex hac nece. 88 Quas in fugâ trepidi hostes Trojani abjecerant. 89 Quia terga dederunt. 90 Prostratis. 91 Socium mortis. 92 Simul cum parma. 93 Ignorantes, quòd Turnus intra mœnia esset. 94 Intra muros. 95 Bellum. 96 Impetum facientem. 97 Exclusos. 98 Evaginato, & micanti. 99 A parte dextrâ, aut expeditus bellator. * Scil. *factò*, id est, conjuncta manu. 1 A trunco. 2 Interfectorem. 3 Occupat. 4 Peritior, magis idoneus. 5 Τοξικῷ lethali, & immedicabili. 6 Ex Æoli familiâ, aut ex Æolia in Trojam, indè cum Æneâ in Italiam profectum. 7 Vatem Lyricum, philomusum. 8 Voluptati erant. 9 Rhytmos facere intentione aut crepitu nervorum, id est, qui secundum chordas verba componebat. 10 Strenuus.

[11] Palantisque vident socios, [12] hostemque [13] receptum.
Et Mnestheus; Quo [14] deinde fugam, quò tenditis? inquit.
Quos alios muros, quæ jam [15] ultra mœnia habetis?
[16] Unus homo, & vestris, ô cives, undique [17] septus
Aggeribus, tantas strages [18] impunè per [19] urbem
[20] Ediderit? juvenum [21] primus tot miserit [22] Orco? 785
Non [23] infelicis patriæ veterumque [24] deorum,
Et [25] magni Æneæ [26] segnes [27] miseretque [27] pudetque?
[28] Talibus [29] accensi [30] firmantur, & agmine denso
[31] Consistunt. Turnus paullatim excedere pugna,
Et [32] fluvium petere, ac [33] partem, [34] quæ cingitur amni.
[35] Acriùs hoc Teucri clamore incumbere magno, 791
Et [36] glomerare manum: [37] ceu sævum [38] turba leonem
Cùm telis premit [39] infensis: at territus [40] ille,
Asper, [41] acerba tuens, retrò redit; & neque [42] terga
Ira dare aut virtus patitur: [43] nec tendere contrà 795
Ille, quidem [44] hoc cupiens, potis est per [45] tela virosque.
Haud aliter retrò [46] dubius vestigia Turnus
[47] Improperata refert, & [48] mens [49] exæstuat ira.
[50] Quin etiam bis tùm medios invaserat hostes:
Bis confusa fuga per muros [51] agmina vertit. 800
Sed [52] manus è castris properè coit omnis in unum:

11 Passim vagantes, & oberrantes. 12 Turnum. 13 Intra mœnia. 14 Deinceps dirigitis vos fugientes? 15 Ista. 16 A turpi, quod multi ab uno in fugam verterentur. 17 Circumvallatus. 18 Sine vindictâ. 19 Vestram. 20 Permittetur ne edere? 21 Principes. 22 Ad infernum? 23 Quæ penitus exterminatur. 24 Penates intelligit. 25 Tanti viri. 26 O ignavi. 27 *Miserei* respicit ad *patriam*: *pudet* ad *Æneam*. 28 Verbis Mnestheï. 29 Trojani. 30 Firmi & constantes efficiuntur. 31 Circunstat Turnum. 32 Tiberim. 33 Urbis. 34 Id est, dexteram. 35 Tanto vehementiùs. 36 Circumducere, globum facere. Æn. 2. *Sed* glomerare manum *bello, & concurrere in arcem. Cum sociis ardens animi.* 37 Aptissima comparatio, quâ Turnum leoni confert, qui neque omnium tela solus sustinere, neque pra animi generositate fugam potest arripere. 38 Multitudo venantium. 39 Vim inferentibus. 40 Leo. 41 Videns acerbè. 42 In fugam verti. 43 Nec impetum facere in tantam multitudinem venantium. 44 Licet cupiat tendere contrà. 45 Quibus impeditur. 46 Quid faceret. 47 Non properata, id est, lentè & paullatim decedit. 48 Ejus. 49 Excandescit. 50 Insuper. 51 Trojanorum. 52 Tota armatorum multitudo.

Nec

Nec [53] contrà vires audet Saturnia Juno
[54] Sufficere, [55] aëriam cœlo nam Juppiter Irim
Demisit, [56] germanæ [57] haud mollia jussa ferentem;
Ni Turnus cedat Teucrorum mœnibus altis.
[58] Ergo nec clipeo [59] juvenis [60] subsistere tantum,
Nec dextrâ valet: injectis sic undique telis
Obruitur. Strepit assiduo cava tempora circùm
[61] Tinnitu [62] galea, & [63] saxis [64] solida æra fatiscunt;
Discussæque [65] jube [66] capiti: nec sufficit [67] umbo
Ictibus: [68] ingeminant hastis & Troës & ipse
[69] Fulmineus Mnestheus. Tum toto [70] corpore sudor
[71] Liquitur, [72] piceum (ne [73] respirare potestas)
Flumen [74] agit: defessos [75] quatit [76] acer anhelitus artus.
Tùm demùm præceps [77] saltu sese omnibus armis
In fluvium dedit. [78] Ille suo cum gurgite [79] flavo
[80] Accepit venientem, ac [81] mollibus [82] extulit undis;
Et lætum [83] sociis [84] ablutâ cæde remisit.

53 In contrarium, id est, contrà Trojanorum impetum. 54 Subministrare, Sic Æn. 2. *Ipse pater Danais animos, viresque secundas* Sufficit. 55 In aëre versari solitam ad arcum cœlestem. 56 Sorori Jovis, id est, Junoni. 57 Minacia, aspera, superba, scil. interitum Turni. 58 Quia Juno retraxit manum, & ita auxilio Deorum destitutus erat. 59 Turnus. 60 Sustinere tantam vim. 61 Crepitu, qualem æs reddere solet. 62 Turni. 63 Injectis in ea. 64 Arma ærea firma, & fortia hiscunt. 65 Cristæ galeæ. 66 A capite. 67 Curvatura, sive media pars clypei. 68 Ictus. 69 In morem fulminis impetum faciens. 70 Turni. 71 Defluit. 72 Pulvere misto sordidum, *vel* lentum & viscosum. 73 Respirandi. 74 Impellit. 75 Trahit. 76 Saucius & defatigatus. 77 Sese armatum in fluvium Tiberim projecit. Allusum ad historiam Romanam Horatii Coclitis. 78 Fluvius. 79 Eo colore aqua Tiberis est. 80 Eum. 81 Molliter, & lentè defluentibus. 82 Extra tulit. 83 Ad socios. 84 Aquis Tiberinis sanguine, ex cæde superfuso, abluto: nam cæde contaminati, aquâ se abluere solebant.

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER DECIMUS.

ARGUMENTUM.

JUppiter, convocato Deorum concilio, ad concordiam ipsos adhortatur ibi Venus de Trojanorum periculo, insatiabilique Junonis odio conqueritur, aliquamque tandem tot calamitatum requiem petit. Juno contra malorum omnium causam in Trojanos, veluti primos belli auctores, atque adeò in Venerem ipsam reflcit. Frustrà itaque tentatâ reconciliatione, Juppiter, ubi nullum videt esse contentionum finem, ne aut uxorem, aut filiam lederet, se neutrarum partium studia secuturum pronunciat, sed, pro sua æquitate, omnia fatis esse permissurum. Interim Rutuli totis viribus ad oppugnationem redeunt; non minore animo obsessi se ad defensionem parant. Dum hæc in Latio geruntur, Æneas, rebus in Etruria ex animi sententia confectis, multorumque sibi populorum auxiliis adjunctis, triginta navium classe ad suos revehitur. Ibi Nymphas, paullò antè in eam formam ex navibus suis transformatas, obvias habet: ex his, & de classis amissione, & de suorum periculo certior redditur. Inde in hostium usque conspectum profectus, copias suas exponit. Rutuli oppugnatione desistunt, occurrentesque ad litus terrâ hostem prohibere conantur. Magno utrimque detrimento pugnatur. Ibi Pallas, magnâ prius editâ hostium strage tandem à Turno occiditur. Cujus rei dolore percitus Æneas, magnos Rutulorum acervos amico inferias mittit: Ascanius quoque, eruptione facta, suas cum patre copias conjungit. Quibus rebus permota Juno, & pro Turno solicita, impetrata à Jove veniâ, præsenti eum periculo eripit, objectâ illi falsâ Æneæ imagine, quam dum in navim quandam fugientem insequitur, vinculis à Junone ruptis, vi tempestatis ad litora Ardeæ proxima devehitur. Interim Mezentius, Jovis monitu pugnæ succedens, magnum tam Trojanorum, quàm Etruscorum numerum prosternit; donec ab Æneâ hastæ ictu vulneratus, & à Lauso filio protectus, ægrè se ad obligandum vulnus ex acie recipit. Ibi Lausus quoque, dum patrem ulcisci conatur, ab Æneâ interficitur: ejus rei nuntio accepto, Mezentius conscenso equo in prælium redit: ubi dùm filii mortem vindicare parat, eadem, quâ filius dextrâ concidit.

[4] PAnditur [2] intereà [3] domus [4] omnipotentis [3] Olympi,

1 Aperitur, id est, factus est dies. Nam, oriente Sole, cœlum videtur aperiri, sicut occidente, claudi, undè est illud 1. Æn. *Antè diem* clauso *componet Vesper* Olympo. 2 Dùm talia geruntur à Turno & Trojanis. 3 Cœlum. 4 Omnia complectentis, omnibusque potientis: Al. *omnipatentis*, id est, omni ex parte patentis.

Con-

[5] Conciliumque [6] vocat Divûm pater, atque hominum rex
[7] Sideream in sedem: terras undè arduus omnes,
Castraque [8] Dardanidûm aspectat, populosque [9] Latinos.
[10] Considunt tectis [11] bipatentibus. [12] Incipit ipse;
[13] Cœlicolæ magni, [14] quia nam [15] sententia vobis
[16] Versa retrò, tantumque animis certatis [17] iniquis?
[18] Abnueram bello Italiam concurrere [19] Teucris.
[20] Quæ contra [21] vetitum discordia? [22] quis metus, aut [23] hos
Aut [24] hos arma sequi, [25] ferrumque lacessere suasit?
Adveniet [26] justum pugnæ ([27] ne arcessite) [28] tempus,
Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
[29] Exsitium magnum satque [30] Alpes immitet [31] apertas;
Tùm certare odiis; tùm res [32] rapuisse licebit,
Nunc [33] sinite; & [34] placitum [35] læti componite fœdus.
[36] Juppiter hæc [37] paucis: at [38] non Venus [39] aurea contrà
[38] Pauca [40] refert.

5 Deorum. 6 Convocat Juppiter. Ovid. 1. Met. *Ingentes animos, dignas Jove concipit iras*, Conciliumque vocat: *tenuit mora nulla vocatos.* 7 In cæli summam arcem & palatium Jovis. Allusum ad circulum Lacteum ἀστερίωτα, *Quâ super, iter est ad magni tecta Tonantis, Regalemque domum.* Ovid. Met. 1. 8 Dardanidarum, id est, Trojanorum, à Dardano, Jovis filio, ortorum. 9 Italicos, Turno faventes. 10 Dii simul sedem capiunt. 11 Utrimque patentibus supernè & infernè, aut ob ortu & occasu. 12 Concionem. 13 Cœlum colentes. 14 Al. *quænam.* 15 Decretum fatale. 16 Non sortitur effectum, scilic. ut Æneas in Italiæ possessionem veniat? 17 Contra decretum molientibus? 18 Nolueram, & contra nutum, id est, voluntatem meam erat: ut vicissim *annuere* dicitur; cum nutu, quo rorum Olympum tremefacit, sibi aliquid placere testatur. 19 Cum Trojanis. 20 Qualis est ista. 21 Prohibitionem meam. 22 Quæ religio? 23 Trojanos. 24 Rutulos. 25 Ferro se lacessere. 26 Legitimum. 27 Nolite advocare, adducere, Tibul. lib. 1. el. 10. *Quis furor est atram bellis arcessere mortem? Imminet, & tacito clam venit illa pede.* 28 Bellum inquit Punicum secundum, quo Hannibal Italiam perpetuos octodecim annos crudelissimè vexavit. 29 Magnam cladem multorum civium. 30 Al. pinos populos, aut eos, quos per Alpes traduxit Hannibal. 31 Ab Annibale, igne, & aceto: Undè Juv. *montem qui fregit aceto.* 32 Res per injuriam abreptas repetere: bellum per fetiales indicere; indè qua vi, qua armis rapere. 33 Definite. 34 Sc. *mihi*, qui nolo Italiam concurrere Teucris. Al. *placidum.* 35 Concordes ac faventes. 36 Elocutus est. 37 Verbis. 38 Multa. 39 Formosissima. 40 Respondet.

O [41] pater, ô hominum, Divûmque [42] æterna potestas?
Namque [43] aliud quid sit, quod jam [44] implorare queamus?)
Cernis [45] ut [46] insultent Rutuli; Turnusque feratur
Per [47] medios insignis equis, [48] tumidusque secundo
Marte ruat? Non [49] clausa [50] tegunt jam [51] mœnia Teucros:
[52] Quin intra portas, atque ipsis prælia [53] miscent
Aggeribus [54] mœrorum, & [55] inundant [56] sanguine [57] fossæ.
[58] Æneas [59] ignarus abest. Nunquamne [60] levari
Obsidione sines? muris iterùm imminet hostis
[61] Nascentis Trojæ: necnon [62] exercitus [63] alter:
Atque iterùm in Teucros Ætolis surgit ab [64] Arpis
[65] Tydides. Equidem (credo) mea volnera [66] restant:
Et [67] tua progenies mortalia demoror arma.
Si sinè [68] pace tuâ, atque invito [69] numine Troës
Italiam petiêre; [70] luant peccata: neque illos
Juveris auxilio. Sin tot responsa secuti;
Quæ [71] Superi [72] Manesque dabant; cur nunc tua [73] quisquam

41 Omnium. 42 Qui æternam potestatem, seu imperium habes in homines, & Deos. 43 Quod aliud numen aut auxilium sit alibi, quam in te? 44 Cum misericordia poscere. 45 Quomodo. 46 Ob victoriam partam insolentiorem effecti. 47 Rutulos. 48 Et ut inflatus bello, prospere favore Martis peracto, præceps vehatur? 49 Tametsi clausa. 50 Protegunt. 51 Pathos à loco, ad concitandam hostibus invidiam. 52 Quinetiam. 53 Rutuli. 54 Mœnium. 55 Exundant, diffluunt. 56 Cæde meorum Trojanorum. 57 Sub aggeribus factæ. 58 Princeps eorum & protector. 59 Tantæ cladis. 60 Eos liberari. 61 Reædificari cœptæ. 62 Sicut exercitus Græcorum imminuit muris veteris Trojæ. 63 Latinorum. 64 A Diomede, ex Ætolia adveniente, in Apulia ædificata. 65 Diomedes Tydei filius. Diomedes non erat venturus, sed timebat, nam Rutuli Venulum legatum ad Diomedem miserant pro auxilio. 66 Quod iterùm vulnerabor à Diomede, sicut ante Trojam vulnerata sum. Respexit ad vulnus, quod acceperat à Diomede, cum filio suppetias ferre vellet, Il. 5. 67 Ego à te genita, id est, Jovis filia, & Dea exspecto arma à mortali, mihi inferenda. 68 Suffragio, veniâ. 69 Divinâ tuâ voluntate. 70 Dent pœnas pro peccatis suis. 71 Juppiter lib. 1. *Cernes urbem, & promissa Lavini Mœnia.* Et Apollo lib. 3. *Antiquam exquirite matrem.* 72 Inferi, Creüsa lib. 2. *Ad terram Hesperiam venies.* Et Anchises, *gens dura, atque aspera cultu, Debellanda tibi Latio est*, lib. 5. & 6. 73 Intelligit de Junone.

Ver-

[74] Vertere jussa potest? aut cur nova condere [75] fata? 35
[76] Quid repetam exustas [77] Erycino in litore classis?
Quid tempestatum [78] regem, ventosque furentis
[79] Æoliâ excitos? aut actam nubibus [80] Irim?
Nunc etiam * Manis (hæc [81] intentata manebat
[82] Sors rerum) [83] movet, & [84] superis immissa repentè 40
[85] Alecto, medias Italûm [86] bacchata per [87] urbis.
[88] Nil super imperio moveor: [89] speravimus ista,
Dùm Fortuna [90] fuit: vincant, quos vincere mavis.
Si nulla est regio, Teucris quam det tua [91] conjux
Dura; per eversæ, genitor, [92] fumantia Trojæ 45
Excidia obtestor: liceat dimittere ab armis
Incolumem Ascanium, liceat superesse [93] nepotem.
Æneas sanè ignotis jactetur in [94] undis;
Et, quamcumque viam dederit Fortuna, sequatur.
[95] Hunc tegere, & diræ valeam subducere pugnæ. 50
Est [96] Amathûs, est celsa mihi [96] Paphus, atque [96] Cythera,
[96] Idaliæque domus. [97] Positis [98] inglorius armis
[99] Exigat hîc ævum. Magnâ ditione jubeto

74 Invertere, & in perniciem mutare, id est, cur cedit Trojanis in perniciem, tuis paruisse mandatis? 75 Ut cadant, qui non sunt casuri. 76 Ad, quid, q. d. frustra, cùm manifestum sit. 77 Siculo, juxta Erycen, ubi Venus templum habet, & præcipuè colitur, lib. 5. Æneid. 78 Æolum, supra lib. 1. 79 Excitatos, & evocatos ex Æoli regia ad nocendum Trojanis. 80 Quæ Turno dedit obsidendæ novæ urbis consilium, lib. 5. & 9. supra. * Inferos. Undè ait Juno, lib. 7. *Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.* 81 Antea non solicitara. 82 Obiter tangit eam fabulam, qua rerum universitas inter Jovem, Neptunum & Plutonem sorte dicitur esse divisa. Undè est illud Neptuni lib. 1. *Non illi imperium pelagi, sævumque tridentem, Sed mihi sorte datum.* 83 Juno. 84 Ad superos. 85 Furia illa infernalis. 86 Est. 87 Laurentum, & Ardeam. 88 Nullo modo afficior super promissione facta de imperio. 89 Inania ista pollicita speravimus olim felices: nunc sufficiet, si salvi evadere possimus. 90 Talis, ut sperare possimus. 91 Juno. 92 Adhuc penè fumantia, nec dùm exstincta. Ad movendum misericordiam. 93 Meum, id est, servetur Ascanius, à quo est futura gens Juliorum. 94 Tiberi vivus, Numicio mortuus. 95 Ascanium protegere. L. 12. *nec Dii texère Cupentum, haud veniente, sui.* 96 Cypri ins. urbs. Enumerat tuta aliquot Cypri loca, in quæ Ascanium ex hostium manibus submoveat. 97 Depositis. 98 Non gloriosus nec inclytus. 99 Ascanius

Car-

Carthago premat Ausoniam. Nihil urbibus [1] indè
Obstabit [2] Tyriis. Quid [3] pestem evadere [4] belli
[5] Juvit, & [6] Argolicos medium fugisse per ignis?
Totque maris, vastæque exhausta pericula terræ,
Dùm Latium Teucri [7] recidivaque Pergama quærunt?
[8] Non satiùs cineres [9] patriæ [10] insedisse supremos,
Atque solum, quo Troja fuit? [11] Xanthum & Simoënta
Redde, oro, [12] miseris: iterumque revolvere casus
Da, pater, Iliacos Teucris. [13] Tùm [14] regia [15] Juno
[16] Acta furore gravi: Quid me [17] alta silentia cogis
[18] Rumpere, & [19] obductum verbis [20] volgare dolorem?
Æneam hominum quisquam divûmque [21] subegit
Bella seque, aut hostem regi se inferre Latino?
Italiam [22] fatis petiit auctoribus: [23] esto:
[24] Cassandræ impulsus [25] furiis. Nùm linquere castra
Hortati sumus, aut vitam committere [26] ventis?
Nùm [27] puero [28] summam belli, nùm credere muros?
[29] Tyrrhenamve fidem, aut gentis [30] agitare [31] quietas?
Quis Deus in [32] fraudem, quæ dura potentia nostri
[33] Egit? [34] Ubi hîc Juno, demissave nubibus Iris?

1 Ab Italiâ. 2 Carthagini præcipuè. 3 Incendium evasisse. 4 Trojani, quo victores fuerunt Græci. 5 Profuit. 6 Per medios ignes ab Argolicis, id est, Græcis Trojæ immissos. 7 Renascentia in Italiâ ex reliquiis Trojæ, regna rediviva: *vel*, quæ bis ceciderunt, semel ab Hercule, atque iterum ab Agamemnone eversa. 8 Nonne melius fuit? 9 Trojæ. 10 Inhabitasse. 11 Fluvios Trojanos. 12 Trojanis. 13 Deindè, postquam conticuit Venus. 14 Conjux. 15 Inquit. 16 Stimulata. 17 Alto, seu imo pectore recondita. 18 Interrumpere, id est, quid me cogis eloqui, quæ silere malim, quam in te quidquam dicere? 19 Celatum. 20 Vulgo manifestare. 21 Coëgit. 22 Fatorum auctoritate. 23 Concedatur, & ita fit. 24 Filiæ Priami, Anchises 3, lib. *Sola mihi tales casus Cassandra canebat, Et sæpè Hesperiam, sæpè Italæ regna vocare*, &c. 25 Insano vaticinio. 26 Incertis, & inanibus rebus. 27 Ascanio: cui tamen Æneas non crediderat: sed Mnesteo & Sergesto. 28 Præcipuam administrationem. 29 Etruscorum auxilium. Ter. *Di vestram* fidem! 30 Lacessere. 31 Ante adventum Æneæ. 32 Damnum faciendum Turno. 33 Impulit eum. 34 Ubi fuit ad has res faciendas Juno?

In-

Indignùm est, Italos [35] Trojam circumdare flammis
Nascentem, & patriâ Turnum consistere terrâ:
Cui [36] Pilumnus avus, cui [37] diva Venilia mater.
[38] Quid [39] face Trojanos [39] atrâ vim ferre Latinis?
Arva aliena [40] jugo premere, atque [41] avertere prædas?
Quid [42] soceros [43] legere, & [42] gremiis abducere pactas?
Pacem orare [44] manu, præfigere puppibus arma?
Tu potes Æneam manibus [45] subducere [46] Grajûm,
[47] Proque viro [48] nebulam & ventos [49] ostendere inanes:
Et [50] potes in totidem [51] classem convertere Nymphas:
Nos [52] aliquid Rutulos contrà juvisse, [53] nefandum est:
[54] Æneas ignarus abest: ignarus & [55] absit,
[56] Est Paphus, Idaliumque tibi, sunt alta Cythera.
[57] Quid [58] gravidam bellis urbem, & [59] corda aspera [60] tentas?
Nosne tibi [61] fluxas Phrygiæ res [62] vertere fundo

35 Castra Trojana flammâ, & ferro oppugnare: ut lib. 9. Ironia. 36 Deus. 37 Ut male urat Venerem, & Turni natales natalibus Æneæ adæquare videatur. Veniliam appellat Divam, quæ Nympha maris. 38 Quid censeres, justum-ne, an injustum sit? 39 Bello sævo ac pernicioso. 40 Servitute. 41 Depredari agros, avertendo pecora & armenta. Hæc propter cervum Tyrrhidasque l. 7. 42 Latinum. Ad invidiam plurali utitur, ut & gremio Turni intercipere desponsatam Laviniam. 43 Suffurari. 44 Indiciis manuum, præferendo ramum olivæ, pacem prætendere, & bellum minari, ac statim inferre? idque propter *Centum oratores augusta ad*, &c. *Et geminasque legit de classe biremes, Remigioque aptat, socios simul instruit armis*: & *Scuta virum fluvio*, &c. lib. 7. 45 Clam abducere. 46 Diomedis. Il. 5. & Achilles Il. 20. quibuscum Æneas congressus, ultimo discrimini ereptus est à Venere & Neptuno. 47 Quem virum esse jactas. 48 Nubem, id est, rem inanem. 49 Contra tendere & præsentare. 50 Licet hoc Cybele fecerit, tamen hoc Veneri imputatur, quia in ejus gratiam factum est. 51 Supra lib. 9. 52 In aliquo. 53 Secundum iniquum tuum judicium. Ironicè: vel interrogatoriè. 54 Scil. *inquis*. Eadem verba repetit, quibus suprà usa est Venus, irrisoriè, & contemptim. 55 Q. d. quid tùm posteà, si abest à terrâ alienâ. 56 Q. d. abhuc Æneam tuum illùc. 57 Omnium bellorum causam in Venerem rejicit, ut quæ Paridi rapiendæ Helenæ fuerit auctor. 58 Ardeam, quæ olim multa bella gessit, & Rutulos actes. *Durum & stirpe genus*, &c. ut Numanus suprà 9. lib. 59 Virorum. 60 Lacessis? 61 Fragiles ex se, aut etiam sine inimicis perituras. 62 Evertere funditus.

Co-

Conamur? [63] nos? [64] an miseros qui Troas Achivis
Objecit? quæ causa fuit consurgere in arma
[65] Europamque [66] Asiamque & [67] fœdera solvere [68] furto?
[69] Me duce Dardanius [70] Spartam expugnavit [71] adulter?
Aut ego tela dedi, fovive Cupidine bella?
[72] Tunc decuit metuisse tuis: nunc [73] sera querelis
Haud justis [74] adsurgis, & [75] irrita jurgia jactas.
Talibus [76] orabat Juno: cunctique [77] fremebant
Cœlicolæ [78] adsensu vario. Ceu [79] flamina [80] prima,
Cùm [81] deprensa fremunt silvis, & [82] cæca volutant
Murmura, venturus nautis [83] prodentia ventos.
Tùm [84] Pater omnipotens, rerum cui prima potestas,
[85] Infit. Eo dicente [86] Deûm domus alta silescit,
Et [87] tremefacta solo tellus; silet [88] arduus æther:
Tùm [89] Zephyri [90] posuêre: [91] premit placida æquora pontus.
[92] Accipite [93] ergo, animis atque hæc mea [94] figite dicta.
Quandoquidem [95] Ausonios conjungi fœdere Teucris
[96] Haud licitum; nec vestra capit discordia finem:

63 Nos-ne id conamur? 64 An is, scil. Paris, qui raptâ Helenâ, prædâque abactâ Troas obnoxios fecit Græcis? Omnem culpam Trojæ dirutæ in adulterum Paridem confert. Sic apud Horat. Od. l. 3. *Ilion, Ilion, Fatalis, incestusque judex, Et mulier peregrina vertit in pulverem.* 65 Propter Græcos. 66 Propter Trojanos. 67 Hospitia. 68 Furtivo raptu Helenæ. 69 Q. d. non, sed te. 70 Amyclas nomine. 71 Paris. 72 Cùm ille raperet Helenam. 73 Nimis serò. 74 Contra nos. 75 Inania ac nihil profutura: quia ipsi Trojani peccaverunt. 76 Causam suam defendebat. 77 Indignabantur, propter certamen inter Deas. 78 Quia alii Veneri, alii Junoni assentiebantur. 79 Flatus ventorum. 80 Primum. 81 Percepta silvis. 82 Ignota, quorum ratio non apparet. Fit enim quadam arcanâ naturæ ratione, ut sit murmur in silvis ante ventorum flatum. 83 Significantia procellas ventorum. 84 Juppiter. 85 Loqui incipit. 86 Cœlum, id est, Cœlicolæ, continens pro contento. 87 Est. 88 Sublimis. 89 Venti. Species pro genere. 90 Scil. *flatus*, id est, quievêre, sedati sunt. Æn. 7. *cùm venti posuêre, omnisque repentè resedit Flatus.* 91 Cohibet, ne adsurgant, aquas maris æquas, & tranquillas. 92 Auribus, id est, audite. 93 Quia nulla est in vobis concordiæ via. 94 Animis vestris, id est, memores estote. 95 Italos. 96 Propter odia vestra.

Quæ

[1] Quæ [2] cuique est Fortuna hodiè, [3] quàm quisque [4] secat spem,
Tros Rutulusve [5] fuat, nullo discrimine habebo:
Seu [6] fatis Italûm [7] castra obsidione tenentur,
Sive [8] errore malo [9] Trojæ [10] monitisque [11] sinistris.
Nec Rutulus [12] solvo. [13] Sua cuique exorsa laborem
Fortunamque ferent. Rex Juppiter omnibus [14] idem.
Fata [15] viam invenient: [16] Stygii per flumina [17] fratris,
Per pice [18] torrentis, [19] atraque voragine ripas,
[20] Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.
[21] Hic [22] finis fandi. Solio tùm Juppiter aureo
Surgit, [23] cœlicolæ [24] medium quem ad [25] limina ducunt.
[26] Interea Rutuli portis circum omnibus instant
Sternere cæde [27] viros, & [28] mœniâ cingere [29] flammis.
At legio [30] Æneadûm [31] vallis [32] obsessa tenetur:
Nec spes ulla fugæ. Miseri stant turribus altis
Ne quidquam, & [33] rarâ muros cinxêre [34] coronâ.
Asius [35] Imbrasides, [36] Hicetaoniusque Thymœtes,
Assaracique [37] duo, & senior cum Castore [38] Thybris,
Prima acies. Hos germani [39] Sarpedonis ambo,
Et Clarus, & Hæmon, Lyciâ comitantur ab [40] altâ.

1 Quæcumque, sive prospera. 2 Præceptorum, id est, cuilibet permittam suâ fortunâ uti, & neutrarum partium studia sequar. 3 Quam quisque spei suæ, & secùm viam aperit. 4 Tenet, habet. 5 Antiquè, pro *fuerit*: ab antiquo verbo *Fuo*. 6 Fatali pernicie & malo exitu: scil. *non absolvo Trojanos*. 7 Ipsâ nova Troja. 8 Malè & sinistrè interpretati responsa, ut Italiam peterent. 9 Trojanorum. 10 Deorum. 11 Sinistrè datis, ac malè intellectis. 12 Absolvo, libero, indemnes facio. 13 Sua cuique, Rutulo, aut Trojano, opera adferent, aut cladem, aut victoriam. 14 Æquus erit, & in neutrarum partium studia inclinans. 15 Perveniendi ad id, quod in fatis est, scilic. ut Æneas imperet in Italiâ. 16 Sollemne, & inviolatum Deorum juramentum, lib 6. 17 Plutonis. 18 Abundantes. 19 Nigra, aut obscura. 20 Juppiter nutu se approbare, quod dixit, significavit. 21 Hoc juramentum Jovis. 22 Fuit. 23 Allusum ad morem Senatorum deducentium è curiâ domum Coss. 24 Qui est principum locus. 25 Cœlestis throni. 26 Dùm sic Rutuli consultant. 27 Trojanos. 28 Novæ Trojæ, seu castrorum. 29 Facibus ardentibus. 30 Trojanorum. 31 Rutulorum. 32 Obsidetur. 33 Minimè densa. 34 Propugnantium nec ritudine, in coronæ formam stante. 35 Imbrasi filius. 36 Hicetaonis filius. 37 Major & minor. 38 Scil. *Slabatii*. 39 Regis Lyciæ, qui Trojanis venerat auxilio. 40 Nobili, ac sublimi.

Fert

Fert ingens toto conixus corpore saxum,
Haud partem exiguam montis, [41] Lyrnessius Acmon,
Nec Clytio genitore minor, nec fratre Mnestheo.
[42] Hi jaculis, [43] illi certant defendere saxis,
[44] Molirique ignem, [45] nervoque aptare sagittas.
Ipse inter [46] medios, [47] Veneris justissima cura,
[48] Dardanius [49] caput, ecce, puer [49] detectus [50] honestum!
Qualis gemma micat, fulvum quæ [51] dividit aurum,
Aut [52] collo decus, aut [52] capiti: vel quale [53] per artem
Inclusum buxo, aut [54] Oriciâ [55] terebintho.
Lucet ebur: [56] fusos cervix [57] cui [58] lactea crinis
Accipit, & molli [59] subnectens [60] circulus auro.
Te quoque [61] magnanimæ viderunt, Ismare, gentes
[62] Volnera dirigere, & [63] calamos armare veneno.
[64] Mæoniâ [65] generose domo: ubi pinguia [66] culta
Exercentque viri, [67] Pactolosque irrigat [62] auro.
Adfuit & Mnestheus, [69] quem pulsi [70] pristina Turni
Aggere mœrorem sublimem gloria [71] tollit;
Et [72] Capys: [73] hinc nomen [74] Campanæ ducitur [74] urbi.
[75] Illi inter sese duri certamina belli
[76] Contulerant: mediâ [77] Æneas freta nocte secabat.

41 Ex Lyrneso, urbe Phrygiæ, oriundus. 42 Trojani. 43 Itali. 44 Cum mole ejicere ignem è phalaricis. 45 Arcui nervis obducto. 46 Trojanos. 47 Quia scivit illi regnum deberi. 48 Ascanius. 49 Sine galeâ. Respicit autem ad Julium Cæsarem, qui nudo capite sæpè cum hoste conflixit. 50 Pulchrum, & præ se ferens honestatem. 51 Auro scil. inclusa, circumdata, *vel*, quæ est in medio annuli aurei: ut 1. Æn. *aut ubi flavo Argentum Pariusve lapis circumdatur auro.* 52 Monile, aut corona. 53 Artificiosè. 54 In Orico, Epiri urbe maritimâ, nascente. 55 Arbore nigrâ, ex quâ destillat laudatissimum resinæ genus, quam *Terebinthinam* Latini vocant. 56 Diffusos. 57 Ascanio, id est, ad cujus decorum. 58 Lactei coloris. 59 Capillos. 60 Redimiculum capitis. 61 Italæ. 62 Tela, quibus directis, vulnerasti multos. 63 Mittentem arundines, id est leves sagittas veneno illitas: ut vel levi ictu interimant. 64 Lydiâ: undè Tyrrheni originem traxerunt. 65 O Ismare, alti & magni generis. 66 Arva colunt. 67 Lydiæ fluvius. 68 Aureis fluctibus. 69 Cujus hortatu, & virtute pulsus castris Turnus, lib. 9. 70 Pridiè ejus diei parta. 71 Extollit. 72 Adfuit. 73 Ab hoc. 74 Capuæ. 75 Rutuli & Itali. 76 Commiscuerant. 77 Reddit ad Æneam, quem ad finem l. 8. dixit in Etruriam ad Tarchontem esse profectum.

Nam-

Namque ab Evandro [78] castris [79] ingressus Etruscis,
[80] Regem adit, & regi memorat [81] nomenque [82] genusque;
Quidve petat, quidve ipse [83] ferat, [84] Mezentius arma
Quæ sibi conciliet, violentaque pectora Turni,
Edocet: [86] humanis quæ sit fiducia rebus
Admonet; [87] immiscetque preces. Haud fit mora: [88] Tarchon
Jungit opes, fœdusque ferit: tùm [89] libera fati
Classem conscendit jussis [90] gens Lydia Divûm,
Externo commissa [91] duci. [92] Æneia puppis
[93] Prima tenet, [94] rostro [95] Phrygios subjuncta leones:
[96] Imminet Ida super; [97] profugis gratissima Teucris.
[98] Hîc magnus sedet Æneas, secumque volutat
Eventus belli varios: [99] Pallasque sinistro
Adfixus lateri jam quærit * sidera, opacæ
Noctis iter, [1] jam [2] quæ [3] passus terrâque marique.
[4] Pandite nunc Helicona, [5] Deæ, [6] cantusque movete;
Quæ manus intereà [7] Tuscis comitetur ab oris
Æneam, armetque rates, pelagoque vehatur.
[8] Massicus [9] æratâ [10] princeps secat æquora [11] tigri:

78 In castra Etruscorum. Græca constructio. 79 Ingressus est Æneas. 80 Tarchontâ lib. 8. 81 Suum. 82 Significans se nobilem. 83 Adferat. 84 Sævissimus Etruscorum rex, & ab eis propter sævam tyrannidem expulsus. 85 Qualia, nempè potentissima Latini & Turni regum auxilia. 86 Fragilem esse humanam conditionem: cum etiam justi ab impiis opprimi soleant, nisi viriliter resistant. 87 Et simul precatur, ut in commune consulant. 88 Etruscorum rex. 89 Absolutâ religione interdicti aruspicis Etrusci, ne militarent sub Etruscis auspiciis, sed *externos adoptarent duces*, lib. 8. 90 Hetrusci ex Lydiâ orti: suprà lib. 8. & 9. 91 Æneæ. 92 In quâ Æneas vehebatur. 93 Prætoria scil. & regia, quæ flammas noctu ceteris præfert; *vel* tenet prima loca, seu primas partes in navigando. 94 In rostro. 95 Qui erant insignia Phrygum. 96 In puppi effigiata erat Ida, silva Phrygiæ, ut imminere videantur desuper, quæ suppeditaverat materiam classi Æneæ. 97 Quia illùc convenerant. 98 In hac puppi. 99 Filius Evandri. * Nomina & naturam syderum, quæ apparebant in nocte opacâ. 1 Et quærit aliquando. 2 Mala & adversa. 3 Æneas passus sit. 4 Aperite nobis novum catalogum eorum, qui Æneam ex Etruria ad bellum sint secuti, contexturus: iterat invocationem ad Musas. 5 O Musæ. 6 Et excitate carmina rerum occultarum. 7 Ab Etruria. 8 Rex Clusinorum. 9 Ære rostratâ. 10 Suorum. 11 Navi, cui nomen ab insigni Tigridis.

Sub [12] quo mille [13] manus juvenum, qui [14] mœnia Clusi,
Quique [15] urbem liquêre Cosas: quis [16] tela, sagittæ,
[17] Corytique leves [18] humeris, & [19] letifer arcus.
[20] Unà [21] torvus Abas. Huic totum insignibus armis
[22] Agmen, & aurato fulgebat [23] Apolline puppis.
Sexcentos illi dederat [24] Populonia [25] mater
[26] Expertos belli juvenes: ast Ilva trecentos
[27] Insula, [28] inexhaustis Chalybum [29] generosa metallis.
Tertius, ille hominum [30] divûmque interpres Asylas,
[31] Cui [32] pecudum fibræ, cœli cui sidera [33] parent,
Et linguæ volucrum, & [34] præsagi fulminis ignes,
[35] Mille [36] rapit [37] densos acie, atque [38] horrentibus hastis.
[39] Hos [40] parêre jubent Alpheæ ab origine [41] Pisæ:
Urbs Etrusca [42] solo. Sequitur pulcherrimus Astur,
Astur [43] equo fidens, & [44] versicoloribus armis.
[45] Tercentum adjiciunt, ([46] mens omnibus una sequendi)
Qui [47] Cærete domo, qui sunt [48] Minionis in arvis,
Et [49] Pyrgi veteres, [50] intempestæque [51] Graviscæ.

12 Massico. 13 Multitudo erat. 14 Urbem Etruriæ Clusium, Porsenæ posteà regiam. 15 Etruriæ, cui subjacet. Herculis portus. 16 Erant. 17 Pharetræ, sive sagittarum thecæ. 18 Ab humeris dependentes. 19 Mortem adferre inimicis solitus. 20 Incedebat. 21 Torvus vultu in hostem. 22 Erat. 23 Simulacro Apollinis. 24 Civitas Thusciæ. 25 Patria: ut *quem* mater *Aricia misit*, 7. lib. 26 Peritos. 27 Adjacens Thusciæ. 28 Nunquam exhausta è fodinis suis, quin supersit semper quod exhaurias. 29 Nobilitata & clara. 30 Quorum oracula interpretatus est. 31 Asyæ. De Heleno lib. 3. *qui numina Phœbi, Qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis, Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ.* 32 Venæ jecoris ovium. 33 Peritissime agnoscuntur, id est, qui peritissimus est aruspex, & astrologus & augur. 34 Sagacis, portendentis futura, id est, portentorum optimus interpres. 35 Juvenes aut viros. 36 Raptim ducit. 37 Agminatim incedentes. 38 Asperis, & horrorem incutientibus. 39 Mille. 40 Duci suo Asylæ. 41 Urbs Etruriæ, quæ traxit originem, & denominationem à Pisis opp. juxta Alpheum Arcadiæ fluv. 42 Situ & loco. 43 Equitandi peritissimus, *ἱππόβατας*. 44 Variè depictis. 45 Trecenti viri adjungunt se Asturi. 46 Voluntas erat. 47 Ex urbe Thuscâ Cære, seu Cærere, Agylla, lib. 8. 48 Etruriæ fluv. 49 Parvum oppidum in Thusciâ ab antiquis temporibus Etruscorum piraticâ nobile. 50 Pestiferæ, quasi sine temperie. 51 Sic dictæ, quod *gravem* aerem sustinerent.

Non

Non ego te, [52] Ligurum ductor fortissime [53] bello, 185
[54] Transierim, Cinyra, & [55] paucis comitate Cupavo,
[56] Cujus olorinæ surgunt de vertice pennæ:
[57] Crimen [58] amor [59] vestrum, [60] formæque insigne [60] paternæ.
Namque ferunt, luctu Cycnum Phaëthontis amati,
Populeas inter frondis, umbramque [61] sororum, 190
Dùm canit, & [62] mœstum [63] Musâ solatur amorem,
[64] Canentem [65] molli plumâ [66] duxisse senectam;
[67] Linquentem terras, & sidera voce sequentem.
[68] Filius, [69] æquales [70] comitatus classe catervas,
Ingentem remis [71] Centaurum promovet: ille 195
[72] Instat aquæ, saxumque undis immane minatur
Arduus, & longâ sulcat maria alta carinâ.
Ille etiam [73] patriis agmen [74] ciet Ocnus ab oris,
[75] Fatidicæ [76] Mantûs, & [77] Tusci filius amnis:
[78] Qui muros matrisque dedit tibi, Mantua, nomen; 200
Mantua dives [79] avis. Sed [80] non genus omnibus unum.
[81] Gens illi triplex, populi sub gente quaterni:
[82] Ipsa caput [83] populis: [84] Tusco de sanguine [85] vires.

52 Populorum Italiæ. 53 In bello. 54 Nolim præteriisse. 55 *Qui pauci numero, sed bello vivida virtus*, 5. Æn. 56 Cycni filius, qui cristas ex olorinis plumis in galeâ gestabat. 57 Est. Dicit causam, quare ferret pennas oloris. 58 Quia nimium inter vos amastis. 59 O Cygne & Phaëton. 60 Ex formâ paternâ sumptum, seu patris in cygnum mutati. Ovid. 2. Met. Erat autem Cygnus rex Ligurum, in Musicis eximius. 61 Arborum in quas sorores Phaëtontis muratæ dicuntur. 62 Qui causa mœstitiæ erat. 63 Cantu suo. 64 Canescentem. 65 Qualem cygni, aut olores habent. 66 Traduxisse. 67 Subvolantem, & cum cantu sonoro cœlum petentem, *vel*, in sidera relatum, ut videmus in Sphærâ. 68 Cygni, scil. Cupavo. 69 Socias, virtute & cultu æquales, *vel*, distributas per proportionem navium. 70 Habens in comitatu. 71 Navem, cui nomen ab insigni Centauri; qui in prora effigiatus, saxum ingens projecturus in mare videbatur. 72 Instanter incumbit. 73 Patriæ suæ, id est, Etruscis. 74 Excitat. 75 Vaticinantis. 76 *Manto* filia fuit Tiresiæ vatis, & mater Ocni. 77 Tibris. 78 Ocnus. 79 Majoribus, ædificatoribus. 80 Fuit. 81 Mantua, urbs Tusciæ, tres habuit tribus, & in singulis tribubus fuerunt quattuor curiæ. 82 Mantua fuit. 83 Illis ter quaternis, id est, omnes illi populi in Mantua progeniti sunt. 84 Ex eo illi duodecim populi robur & auctoritatem traxerunt. 85 Erant.

[86] Hinc quoque quingentos [87] in se Mezentius armat,
Quos [88] patre Benaco velatus arundine glauca
[89] Mincius [90] infestâ ducebat in æquora [91] pinu.
[92] It [93] gravis Auletes, centenâque arbore fluctus
Verberat [95] adsurgens: [96] spumant vada [97] marmore verso.
[98] Hunc vehit immanis [99] Triton, & cærula * conchâ
Exterrens freta: [1] cui laterum tenus [2] hispida nanti
Frons [3] hominem præfert, in [4] pristin desinit alvus;
Spumea [5] semifero sub pectore murmurat unda.
Tot lecti [6] proceres [7] ter denis navibus ibant
[8] Subsidio [9] Trojæ, & campos [10] salis [11] ære secabant.
Jamque [12] dies [13] cœlo concesserat: [14] almaque curru
[15] Noctivago [16] Phœbe medium pulsabat Olympum:
Æneas ([17] neque enim membris dat cura quietem)
[18] Ipse [19] sedens [20] clavumque [18] regit [21] velisque ministrat.
Atque [22] illi medio in [23] spatio [24] chorus, eccę, suarum
Occurrit comitum: [25] Nymphæ (quas alma [26] Cybele

86 Ex his *populis* Mantuanis. 87 In odium & vindictam sua in. arma compellit Mezentius, sub Ocno duce. 88 Habens originem sive profluens ex lacu Benaco. 89 Fluvius juxta Mantuam fluens. Erat & puppis hujus insigne. 90 Vim hostibus inferente. 91 Navi ex pinu factâ. 92 Progreditur. 93 Infestus Mezentio, fortis, & militaris. 94 Centum remis. 95 Desuper incumbens. 96 Propter ictus violentos. 97 Mari inverso palmulis remorum. 98 Auleten. 99 Navis, cui insigne Triton. * Vehit hunc. 1 Navi, aut conchæ. 2 Pilosa. 3 Formam humanam. 4 Piscem marinum longissimum, atque angusti corporis. 5 Cujus facies præcipuè humana erat, sed cetera in piscem desinebant. 6 Primores. 7 Triginta. 8 Ad auxilium. 9 Novæ, id est, Æneæ, & Trojanorum. 10 Maris, id est, aquas marinas. 11 Navibus, rostris navium ære munitis. 12 Dies prior, qui Romanis absolvebatur meridie, id est, nocte mediâ. 13 Ab hemisphærio nostro discesserat. 14 Rerum altrix, quæ cum ejus incremento crescunt. 15 Per noctem vagari solito: erat ergo medium noctis. 16 Luna ascenderat ab medium usque cœli. 17 Quia præ cura dormire non potest. 18 Sic & lib. 5. Amisso Palinuro *ipse ratem nocturnis rexit in undis.* 19 Ad gubernaculum. 20 Gubernaculum dirigit. 21 Ministrum se præbet velis. 22 Æneæ. 23 Cursus sui. 24 Multitudo concedentium suarum Nympharum, ex navibus, quas à Troja eduxerat, in totidem Nymphas maris mutatarum: suprà lib. 9. 25 Quæ erant Nymphæ. 26 Mater Deorum.

Nu-

[27] Numen habere maris, Nymphasque [28] è navibus esse
Jusserat) [29] innabant pariter, fluctusque [30] secabant,
Quot prius æratæ steterant ad [31] litora proræ.
Adnoscunt longè [32] regem, [33] lustrantque choreis.
[34] Quarum, quæ [35] fandi doctissima, [36] Cymodocea
[37] Ponè sequens dextrâ [38] puppim tenet, ipsaque dorso
Eminet, ac lævâ [39] tacitis [40] subremigat undis.
Tùm sit [41] ignarum alloquitur. Vigilasne, Deûm [42] gens,
Ænea? vigila, & [43] velis immitte rudentes.
Nos [44] sumus Idææ [45] sacro de [46] vertice pinus,
[47] Nunc pelagi Nymphæ, [48] classis tua. [49] Perfidus ut nos
Præcipites ferro [49] Rutulus flammâque premebat;
Rupimus [50] invitæ tua [51] vincula, teque per æquor
Quærimus. Hanc [52] genetrix [53] faciem [54] miserata [53] refecit,
Et dedit esse deas, [55] ævumque agitare sub undis.
At puer Ascanius muro fossisque [56] tenetur
[57] Tela inter media atque horrentis [58] Marte Latinos.
Jam loca [59] jussa tenent forti permixtus [60] Etrusco
[61] Arcas eques. Medias [62] illis opponere turmas,
Ne castris jungant, [63] certa est sententia Turno.
[64] Surge age, & Aurorâ socios veniente vocari

27 Divinam potestatem. 28 Versas è navibus, id est, quæ priùs fuerant naves. 29 Illæ occurrentes. 30 Pectore suo. 31 Ripas Tiberis. 32 Regem suum Æneam. 33 Circumeunt natatu. 34 Ea. 35 Erat eloquentissima. 36 A *fluctuum receptu* dicta. 37 A tergo. 38 Æneæ. 39 Nulla vi agitatis. 40 More remigantis natat. 41 Rerum, quæ in castris, & navium ab incendio liberatarum, atque in Nymphas transformatarum. 42 Progenies. 43 Pande totos sinus velorum & prospera. 44 Quæ fuimus olim. 45 Matri Deorum. 46 Idæ. 47 Sumus. 48 Quæ fuimus. 49 Turnus, qui post fœdus Latini cum Æneâ, pacem rupit, & bellum excitavit. 50 Q. d. Maluissemus tibi servire, quam in Nymphas mutari, si per vim Rutulorum licuisset. 51 Retinacula. 52 Mater Deorum Cybele. 53 Transformavit nos. 54 Conditionem nostram. 55 Longissimum tempus. 56 Protegitur. 57 Hostium. 58 Bello. 59 Quæ jussisti ut caperentur ab iis. 60 Militi. 61 Auxilia equitum ex Arcadia profectorum, aut Evandri. 62 Equitibus venientibus. 63 Decrevit Turnus. 64 Exhortatio ad arma suscipienda.

Primus in arma jube, & clipeum cape: quem dedit ipse
[65] Invictum [66] Ignipotens, atque [67] oras ambiit auro.
[68] Crastina lux, mea si non [69] irrita dicta putâris,
Ingentes [70] Rutulæ spectabit [70] cædis acervos.
[71] Dixerat: & dextrâ discedens impulit altam,
[72] Haud ignara modi, puppim. Fugit [73] illa per undas
[74] Ocior & jaculo, & ventos [75] æquante sagittâ.
Inde [76] aliæ [77] celerant [78] cursus. Stupet [79] inscius ipse
Tros [80] Anchisiades: animos tamen [81] omine [82] tollit.
Tùm breviter [83] supera aspectans convexa precatur:
Alma parens [84] Idæa Deûm, cui [85] Dindyma cordi,
[86] Turrigeræque urbes, [87] bijugique [88] ad frena leones;
[89] Tu mihi nunc pugnæ [90] princeps, tu ritè * propinques
Augurium, [91] Phrygibusque adsis pede, diva, [92] secundò.
[93] Tantum [94] effatus: & intereâ [95] revoluta ruebat
Matuta jam luce dies, noctemque fugarat.
Principio sociis [96] edicit, [97] signa sequantur,
Atque animos [98] aptent armis, pugnæque parentse.
Jamque [99] in conspectu Teucros habet; & sua castra,
Stans celsâ in puppi: * clipeum cùm deinde sinistrâ

65 Invincibilem. 66 Vulcanus, 8. Æn. 67 Extremitates clypei. 68 Dies crastinus. 69 Frivola & inania. 70 Cadaverum Rutulorum occisorum. 71 Cymodocea Nympha. 72 Perita modi impellendi, ut quæ ipsa fuerat navis. 73 Navis. 74 Velocior. Hyperbole. 75 Velocitate volatus. 76 Nymphæ. 77 Celeriter peragunt. 78 Navium. 79 Ignarus undè tanta esset celeritas. 80 Anchisæ filius Æneas. 81 Tali cursu prospero viso & audito. 82 Extollit. 83 Cœlestia. 84 Quæ in Ida, monte Phrygiæ, præcipuè coleris. 85 Mons Phrygiæ sacer Cybelæ. 86 Turritæ. Cybele, quæ eadem cum Vestâ, & Terra; *turrita* incedere dicitur, propter turritas urbes quas gerit, vel, *Quòd primis turres urbibus illa dedit.* 87 Bini ad jugum currus tui nexi. Alludit ad fabulam, quâ dicitur Cybele Hippomenem, & Atalantam, in leones commutatos, currui suo subjugasse. Vide Ovid. 10. Met. 88 Domiti. Nam, quæ animalia frænos recipiunt, domita sunt. 89 Sis. 90 Præses. * Propiùs advenire facias portentum hoc. 91 Tui cultoribus. 92 Favorabili. 93 Id solùm. 94 Æneas. 95 Rediens per revolutionem. 96 Æneas manifestè præcipit. 97 Vexilla. 98 Irritent ad arma. 99 Ut possit castra sua conspicere, & à suis conspici. * A Vulcano factum.

Ex-

Extulit [1] ardentem. Clamorem ad sidera [2] tollunt
Dardanidæ è muris. [3] Spes [4] addita suscitat [5] iras.
Tela manu jaciunt: [6] quales sub nubibus atris
[7] Strymoniæ dant [8] signa [9] grues, atque æthera tra-
nant
Cum sonitu, [10] fugiuntque notos clamore [11] secundo.
At [12] Rutulo Regi ducibusque [13] ea mira [14] videri
Ausoniis; donec versas ad litora [15] puppes
Respiciunt, totumque [16] adlabi [17] classibus æquor.
[18] Ardet [19] apex capiti, [20] cristisque [21] à vertice flamma
Funditur, & [22] vastos [23] umbo vomit aureus ignes:
Non secùs, [24] ac liquidâ si quando nocte [25] cometæ
[26] Sanguinei [27] lugubre rubent, aut [28] Sirius ardor:
Ille sitim morbusque [29] ferens mortalibus [30] ægris
Nascitur, & [31] lævo contristat lumine [32] cœlum.
Haud [33] tamen audaci Turno fiducia [34] cessit
Litora [35] præcipere, & [36] venientis pellere terra.
([37] Ultrò animos [38] tollit dictis, atque [39] increpat ultrò:)
Quod votis optastis, adest, [40] perfringere dextra:
[41] in manibus Mars ipse, viri. Nunc conjugis esto
[42] Quisque suæ [43] tectique memor: nunc magna [44] referto

1 Radiantem. 2 Cognito Æneâ. 3 Victoriæ, viso rege. 4 Quæ accesserat. 5 Animositatem, qualis est in iratis. 6 Vide Macr. Sat. lib. 5. c. 10. 7 Thraciæ: *Strymon* enim Thraciæ fluv. est. Species pro genere. 8 Avolatus, id est, cum quali clamore avolant. 9 Nam gruum in aëre clangor prognosticum est ingruentis tempestatis. 10 Redeuntes scilic. à Nilo ad suum Strymona Thraciæ fluv. 11 Læto, & omnis boni. 12 Turno. 13 Signa lætitiæ. 14 Videbantur. 15 Æneæ & sociorum ejus. 16 Ad litora. 17 Cum navibus ipsis. 18 Resplendet in capite ejus. 19 Summitas galeæ Æneæ. 20 Scilic. à. 21 Desuper. 22 Valdè amplos. 23 Curvatura clypei. 24 Humida & sublucida. 25 Ignes vomunt. 26 Sanguinei coloris & sanguinis effusionem portendentes. 27 Lugubriter. 28 Plus stellæ ardentis. Sirius est stella in ore Canis majoris, pestifer, & morbos adferens, *Jam rapidus torrens sitientes Sirius Ægros Ardebat cœlo*, Georg. 4. 29 Adferens. 30 Miseris. 31 Infelici, & tristi. 32 Aërem. 33 Licet sic animatos videret in castris & accedentes è navibus. 34 Discessit, a. mota est. 35 Ante capiendi. 36 Ad eam Etruscos. 37 Insuper. 38 Erigit, effert. 39 Cum increpatione cohortatur. 40 Hostem conterere. 41 Potestas pugnandi est in promptu: nam præsentes jam sunt hostes. 42 Vestrum. 43 Domus. 44 Quisque facito ut repræsentet.

Facta [45] patrum, laudes. [46] Ultrò occurramus ad [47] undam,
Dùm [48] trepidi, [49] egressisque [50] labant vestigia prima.
[51] Audentis Fortuna juvat.
Hæc ait, & secum [52] versat, quos ducere [53] contrà,
Vel quibus obsessos possit concredere [54] muros.
[55] Interea Æneas socios de puppibus altis
[56] Pontibus exponit: multi [57] servare recursus
Languentis pelagi, & [58] brevibus se credere [59] saltu:
Per [60] remos [61] alii. Speculatus litora [62] Tarchon,
[63] Quà vada non [64] spirant, nec [65] fracta [66] remurmurat unda,
Sed mare [67] inoffensum crescenti [68] adlabitur æstu;
[69] Advertit subitò proras, sociosque precatur:
Nùnc, ô [70] lecta manus, validis incumbite remis;
[71] Tollite, [72] ferte rates; [73] inimicam findite [74] rostris
Hanc terram, fulcumque sibi [75] premat ipsa [76] carina.
Frangere nec tali [77] puppim [78] statione recuso;
Arreptâ tellure semel. Quæ talia postquàm
Effatus Tarchon, socii consurgere [79] tonsis,
[80] Spumantisque rates arvis inferre Latinis:
Donèc [81] rostra tenent [82] siccum, & [83] sedêre carinæ
Omnes [84] innocuæ. Sed [85] non puppis tua, Tarchon,

45 Majorum suorum. 46 Priusquàm nos invadant. 47 Tiberis. 48 Sunt. 49 E navi egredientibus. 50 Titubant, & vacillant. 51 Sic Ennius: *Fortibus est fortuna viris data.* Vide Macr. Sat. l. 6. cap. 1. 52 Cogitat. 53 Adventantes hostes. 54 Castrorum, id est, quos relinquat in obsidione. 55 Dum hæc ageret Turnus. 56 Per scalas navium. 57 Observabant tranquilli maris refluxum. 58 Vadis pelagi. 59 Saliendo in ea. 60 Auxilio remorum projectorum è navi ad modum ponticulorum, *vel* scapharum. 61 Credebant se brevibus. 62 Etruscorum rex. 63 Quà sperabat profundum esse mare, *spirant*, id est, quà vada non movent aquas. 64 Timet. 65 Nimio impetu. 66 Vehementem sonum edit, id est, ubi neque defectus, neque nimia vis est aquarum. 67 Non impeditum, *vel* non offendens. 68 Ad litus. 69 Applicat. 70 Multitudo armatorum electa. 71 Erigite. 72 Transferte ad litus. 73 Indignatione & odio in Mezentium, & Italos. 74 Navium. 75 Promendo faciat. 76 Venter navis. 77 Al. *puppes*. 78 Portu. 79 Remis. Al. *transtris*. 80 Spumis aquarum respersas. 81 Anteriores partes prorarum. 82 Scil. *litus*. 83 Super fundum. 84 Sine nosâ, sive nocumento. 85 Sedit innocua.

Nam-

Namque inflicta vadis [86] dorso dùm pendet [87] iniquo,
[88] Anceps sustentata diu, [89] fluctusque fatigat,
[90] Solvitur, atque viros mediis exponit in undis:
Fragmina remorum quos & [91] fluitantia [92] transtra
Impediunt, retrahitque [93] pedem simul unda relabens.
Nec Turnum [94] segnis retinet mora: sed [95] rapit acer
Totam aciem in Teucros, & [96] contrà in litore [97] sistit.
[98] Signa [99] canunt. Primus turmas invasit * agrestes
Æneas, [1] omen pugnæ; stravitque Latinos,
[2] Occiso Therone, virûm qui maximus [3] ultro
Æneam [4] petit. [5] Huic gladio perque ærea suta,
Per tunicam [6] squalentem auro, [7] latus haurit apertum,
Indè Lichan ferit, [8] exsectum jam matre peremptâ,
Et [9] tibi, Phœbe, [10] sacrum; [11] casus evadere [11] ferri
Quod licuit [12] parvo. Nec [13] longè Cissea [14] durum,
[15] Immanemque Gyan, sternentes [16] agmina [17] clavâ,
Dejecit leto: nihil illos [18] Herculis arma,
Nec validæ juvêre manus, [19] genitorque Melampus,
Alcidæ comes, [20] usque gravis cùm terra [21] labores
[22] Præbuit. Ecce Pharo, voces dùm [23] jactat [24] inertis,
[25] Intorquens jaculum [26] clamanti [27] sistit [28] in ore.
Tu quoque, flaventem primâ lanugine malas

86 Scopuli. 87 Nimis alto. 88 Vacillans. 89 Dùm eorum impetus sustinet. 90 Frangitur. 91 Per aquas. 92 Summa tabulata navium. 93 Lapsantes. 94 Quæ segnes facere, ac segnibus esse solet. 95 Celeriter adducit. 96 Ex adverso. 97 Exercitum statuit. 98 Ineundi prælii. 99 Cornicines & tubicines canendo faciunt. * Agricolarum. 1 Portendens indigenas superandos, cùm agrestes superentur. 2 Enumerat eos, qui manibus Æneæ in primo conflictu concidêre. 3 Non lacessitus. 4 Aggreditur. 5 Theroni. 6 Auro contextam in speciem squammarum. 7 Sanguinem & spiritum à latere confosso elicit. 8 Per sectionem exemptum. 9 Qui prodeunt exsecti ex matris utero, Phœbo, ut medicorum præsidi, sacri sunt. Hinc Æsculapius Phœbi filius. 10 Consecratum. 11 Necem per ferrum, quam nunc incurrit senior. 12 Cùm adhùc in utero matris esset. 13 Ab iis jàm dictis. 14 Fortem. 15 Ingentem, & ferocem. 16 Trojanorum & Etruscorum. 17 Baculo nodato, quali usus est Hercules. 18 Quibus Hercules ubique victor usus erat, ut clava. 19 Eorum. 20 Semper. 21 Monstra, virtutis exercendæ segetem & materiam. 22 Herculi. 23 Jactanter effutit. 24 Frivolas, & sine sale. 25 Æneas. 26 Pharoni. 27 Statuit ipsum. 28 Cùm jam esset in ore: alioqui dicendum esset *in os*.

Dùm

Dùm sequeris [29] Clytium [30] infelix nova [31] gaudia, Cydon;
[32] Dardaniâ stratus dextrâ, [33] securus amorum,
[34] Qui juvenum tibi semper erant, miserande, jaceres:
Ni fratrum stipata cohors foret obvia, Phorci
Progenies, septem numero, septenaque tela
[35] Conjiciunt. Partim [36] galeâ clipeoque [37] resultant
[38] Irrita, deflexit partim [39] stringentia [40] corpus
Alma Venus. [41] Fidum Æneas affatur Achaten:
[42] Suggere tela mihi, (non [43] ullum dextera frustra
Torserit in Rutulos) [44] steterunt quæ in corpore Grajûm
[45] Iliacis campis. Tùm magnam corripit hastam,
Et [46] jacit. Illa volans clipei transverberat æra
Mæonis, & [47] thoraca simul cum pectore rumpit.
[48] Huic [49] frater [50] subit Alcanor, fratremque ruentem
Sustentat dextrâ: trajecto [51] missa lacerto
[52] Protinùs hasta [53] fugit, servatque cruenta [54] tenorem:
Dexteraque ex humero [55] nervis [56] moribunda pependit.
Tùm Numitor, jaculo fratris de corpore rapto,
Æneam petiit: sed non & [57] figere contrà
Est licitum, magnique [58] femur perstrinxit Achatæ.
Hìc [59] Curibus, fidens [60] primævo corpore, Clausus
Advenit, & [61] rigidâ [62] Dryopen ferit eminùs hastâ,
Sub [63] mentum [64] graviter pressa, pariterque [65] loquentis
Vocem animamque [66] rapit [67] trajecto gutture: at [68] ille
[69] Fronte [70] ferit terram, & crassum vomit ore cruorem.

29 Puerum, quem turpiter amabat. 30 Amore perdito. 31 Novas amorum voluptates. 32 Æneæ Trojani. 33 Privatus, secretusque ab amorum curâ. 34 Amores. 35 Uno impetu; quia singuli singula. 36 Æneæ. 37 Tela retrò saliunt. 38 Scil. *effecta*. 39 Leviter contingentia. 40 Æneæ. 41 Armigerum. 42 Subministra. 43 Telum eorum. 44 Idomeneus. Il. 13. Αυτάμμονα ἐπποκορυστὰν. 45 Scilic. *in*. 46 Eam. 47 Munimentum pectoris. 48 Mœoni. 49 Ejus. 50 Succurrit. 51 Ab Æneâ. 52 Continuò. 53 Propellitur. 54 Currendi modum. 55 Per nervos. 56 Jam jam moritura. 57 In corpus Æneæ. 58 Coxam leviter vulneravit. 59 Sabinis; quos è Curibus, oppido Sabinorum, eduxerat Ai *viribus*. 60 Exsistens in primo flore ætatis. 61 Dura & difficulter flexibili. 62 Rutulum. 63 Dryopis. 64 Violenter impressa. 65 Dryopis. 66 Aufert. 67 Transfixo. 68 Dryops. 69 Ὁ δὲ χθονὶ πρόσθε μετώπῳ. Od. 21. 70 Concutit.

Tris

Tris quoque [71] Threïcios, [72] Boreæ de gente supremâ,
Et tris, quos Idas pater & [73] patria [74] Ismara [75] mittit,
[76] Per varios [77] sternit casus. Accurrit Halæsus,
[78] Auruncæque manus: [79] subit & Neptunia proles,
[80] Insignis [81] Messapus equis: [82] expellere [83] tendunt
Nunc hi, nunc illi: certatur [84] limine in ipso
Ausoniæ. [85] Magno discordes æthere venti
Prœlia ceu [86] tollunt, animis & viribus [87] æquis.
[88] Non ipsi inter se, non nubila, non [89] mare cedunt:
[90] Anceps [91] pugna diu: stant [92] obnixi [93] omnia [94] contra.
Haud aliter Trojanæ acies aciesque Latinæ
[95] Concurrunt: [96] hæret pede pes, densusque viro vir.
[97] At parte ex alia, qua saxa [98] rotantia late
Impulerat [99] torrens, * arbustaque diruta [1] ripis,
Arcadas, [2] insuetos acies inferre pedestris,
Ut vidit [3] Pallas [4] Latio dare terga sequaci,
[5] Aspera [6] quis natura loci dimittere quando
Suasit equos; [7] unum quod rebus restat egenis,

71 Thracios viros. 72 Thraciam perflantis, id est, ab extremo Septentrione. 73 Illorum. 74 Thraciæ mons & urbs. 75 In auxilium. 76 Vario eventu, & vario genere mortis. 77 Clausus. 78 Auruncorum, qui sunt antiquissimi Italiæ populi. 79 Subsequitur in auxilium veniens. 80 Insigniter instructus. 81 *At Messapus equûm domitor, Neptunia proles, Quem neque fas igni cuiquam, nec sternere ferro,* l. 8. 82 Adversarios suos. 83 Contendunt aliquando unius partis, aliquando alterius partis. 84 Litore & ingressu Italiæ. 85 Spatioso aere, ὡς δ' ὑρὸς τε, νότος τ' ἐριδαίνετον, &c. Il. 16. 86 Erigunt. 87 Æqualibus. 88 Ipsi venti non cedunt alter alteri. 89 Aqua maris. 90 Incertæ victoriæ. 91 Committitur. 92 Ventis obnitentes. 93 Elementa. 94 Ex adversa parte. 95 Contra stant. Φράξαντες δ' ὄρυ δ' ὄρι, σακὸς σακεῖ προθελύμνῳ, Ἀσπὶς ἀρ' ἀσπίδ' ἔρεισε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ. Il. 16. 96 Pes unius adversarii conjungitur pedi. 97 Omisso Æneâ, narrat ea, quæ ab Arcadibus in diversa campi parte sint fortiter gesta. 98 Obvoluta. 99 Amnis impetuosus. * Erant. 1 In aut cum. 2 Non solitos pedestri prælio certare. 3 Filius Evandri. 4 Latinis insequentibus. 5 Quia inaccessibilis videbatur, id est, cùm non possent per loca, saxis & arbustis impedita, equos agere, ac proindè deberent descendere ab equis, & pedestres certare. 6 Quibus Arcadibus. 7 Fuga sc. quæ in rebus extremis sola salus, ultimum perfugium: vel sic: accendit animositatem eorum aliquando precibus, & aliquando increpationibus, quæ una & sola res reliqua est rebus consilio, & ope egentibus.

Nunc

Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris:
Quò fugitis, socii? [8] per vos, & fortia [9] facta,
Per [10] ducis Evandri [11] nomen, [12] devictaque bella,
Spemque [13] meam, [14] patriæ [15] quæ nunc subit [16] æmula laudi,
[17] Fidite ne pedibus. Ferro [18] rumpenda per [19] hostis
Est via, qua [20] globus ille virûm [21] densissimus urguet:
Hâc vos, & [22] Pallanta [23] ducem patria [24] alta reposcit.
Numina nulla [25] premunt: [26] mortali urguemur ab hoste
Mortales: totidem nobis animæque [27] manusque.
Ecce, maris magna claudit nos [28] objice pontus;
[29] Deest jam terra fugæ. Pelagus Trojamne petemus?
Hæc [30] ait, & medius densos prorumpit in hostis.
Obvius [31] huic [32] primùm, fatis adductus [33] iniquis,
Fit [34] Lagus: [35] hunc, [36] magno vellit dùm pondere saxum,
[37] Intorto [38] figit telo, discrimina costis
Per medium quà spina dedit: hastamque receptat
Ossibus hærentem. [39] Quem non super occupat Hisbo,
Ille quidem [40] hoc sperans: nam Pallas [41] antè ruentem,
Dùm furit incautum crudeli morte [42] sodalis,
[43] Excipit, atque ensem [44] tumido in pulmone recondit.
[45] Hinc [46] Sthenelum [47] petit, & [48] Rhœti de [49] gente vetustâ

8 Obsecro. 9 Vestra in aliis præliis. 10 Qui vos duxit. 11 Famam, & gloriam. 12 Finita, cum victoria gesta. 13 Quæ est de me, *vel*, quam habeo de vobis. 14 Paternæ, id est, patris mei Evandri. 15 Spes mea. 16 Imitatrix. 17 Nolite spem in fuga collocare. 18 Aperienda. 19 Medios. 20 Cœtus. 21 Frequentissimus. 22 Me, id est, patria hoc petit à nobis, ut, victis ac cæsis hostibus revertamur. 23 Vestrum. 24 Nobilis. 25 Opprimunt nos. 26 Qui potest mori, uti nos. 27 Sunt. 28 Objectu & obstaculo. 29 Et ita non est, quò fugiamus, locus. Ergo via ferro per hostes est facienda cum magna laude. 30 Pallas. 31 Pallanti. 32 Primo loco. 33 Ipsum ad mortem urgentibus. 34 Rutulus. 35 Lagum. 36 Magni ponderis; ut: Ære cavo *clypeum magni gestamen Abantis*, id est, æris cavi. 37 Introrsum torto. 38 Transfigit. 39 Quem tamen Pallanta inclinatum, ut hastam revelleret, non occupavit desuper, uti speraverat Hisbon. 40 Posse occupare Pallanta. 41 Prius. 42 Sui. 43 Ipsum. 44 Inflaro. 45 Post hos. 46 Servius legit *Sthenium*. 47 Aggreditur. 48 Marrubiorum regis. 49 Rhœtus enim originem ducebat à Phorco marino Deo.

An-

Anchemolum, [50] thalamos ausum [51] incestare [52] novercæ.
Vos etiam gemini Rutulis cecidistis in arvis,
[53] Daucia Laride, Thymberque, simillima proles,
Indiscreta suis, gratusque [54] parentibus error.
[55] At nunc [56] dura dedit vobis [56] discrimina Pallas:
Nam tibi, Thymbre, caput [57] Evandrius abstulit ensis:
Te decisa [58] suum, Laride, dextera quærit;
[59] Semanimesque micant digiti, [60] ferrumque retractant.
[61] Arcadas accensos monitu, & præclara tuentes
Facta [62] viri, mixtus dolor & pudor armat in hostes.
[63] Tùm Pallas, [64] bijugis [65] fugientem Rhœtea præter
[66] Trajicit. Hoc spatium, tantumque [67] moræ fuit [68] Ilo:
[69] Ilo namque procul validam [70] direxerat hastam:
Quam [71] medius Rhœteus [72] intercipit, [73] optime Teuthra,
Te fugiens, fratremque Tyren: curruque [74] volutus
[75] Cædit semanimis Rutulorum [76] calcibus arva.
Ac velut [77] optatò, ventis æstate coortis,
Dispersa immittit [78] silvis incendia pastor:
Correptis subitò [79] mediis, extenditur unâ
Horrida per latos [80] acies Volcania campos;
[81] Ille sedens [82] victor flammas [83] despectat [84] ovantis.

50 Rhœtus, Marrubiorum in Italia rex, Casperiam secundam uxorem filio Anchemolo superinduxerat, privignus novercam stupravit: hinc iratum patrem fugiens, se ad Turnum contulit. 51 Per incestum polluere. 52 Casperiæ. 53 Larides, Thymberque gemelli, Dauci filii, ita inter se similes, ut vix discerni possent, ne à parentibus quidem. 54 Quia parentes alium pro alio nominabant. 55 *Discrevit mors sæva viros*, &c. Luc. 3. 56 Intolerabiles differentias. 57 Pallantis, filii Evandri. 58 Fautorem & adjutorem. 59 Semivivi adhuc palpitantes se movent. 60 Arma. 61 Commemorat stragem, quam cum suis edidit Pallas. 62 Viriliter agentis Pallantis. 63 Deinde cùm videret suos, animatos. 64 Binis equis. 65 Præterfugientem Rhœtea: qui Rutulus, ut & Ilus. 66 Transfigit hastâ. 67 Dilationis à morte. 68 Cujus mortem aliquantulum morata est mors interposita Rhœti. 69 In Ilum. 70 Pallas. 71 In medium occurrens. 72 Intercurrens in se capit. 73 Peritissime. 74 Dejectus. 75 Ferit. 76 Pedibus. 77 Ex voto, in tempore: ut, *Optatò adveni.* 78 In silvas. 79 Obstantibus. 80 Ignis, copia flammarum. 81 Pastor, qui optatò incendia immisit. 82 Voti compos. 83 Desuper aspicit. 84 More ovantium salientes & crepitantes.

Non

Non aliter [85] socium virtus [86] coït omnis in unum:
Teque juvat, Palla. Sed [87] bellis acer [88] Halesus
Tendit in [89] adversos, seque in sua [90] colligit arma.
[91] Hic mactat * Ladona, * hereraque, * Demodocumque:
* Strymonio dextram fulgenti deripit ense
[92] Elatam in [93] jugulum: saxo ferit ora * Thoantis,
[94] Ossaque dispersit cerebro permixta cruento.
Fata [95] canens silvis [96] genitor celarat Halesum;
Ut [97] senior leto [98] canentia lumina solvit.
[99] Injecêre manum Parcæ, ** telisque [1] sacrarunt
Evandri. Quem sic Pallas [2] petit antè precatus:
Da nunc, Thybri [3] pater, ferro, [4] quod missile libro,
[5] Fortunam atque viam duri per pectus Halesi.
Hæc arma exuviasque viri [6] tua quercus habebit.
Audiit [7] ille Deus: dùm [8] texit Imaona Halesus,
[9] Arcadio infelix [9] telo dat pectus [10] inermum.
[11] At non cæde viri tantâ perterrita Lausus,
Pars ingens belli, sinit agmina: [12] primis [13] Abantem

85 Sociorum Pallantis. 86 Convenit in unum consensum, & locum. 87 Strenuus bellator. 88 Rutulus. 89 Arcadas. 90 Circumvolvit, & communiit se scuto suo, propter vim plurimorum. 91 Halesus occidit. * Arcadas. 92 Extensam. 93 Jugulo Halesi vulnus minantem. 94 Capitis Thoantis. 95 Prædicens ei. Al. *cavens*, id est, evitans fatalem necessitatem; quæ Haleso necem minabatur. 96 Pater Halesi. Ad delectandum inserit Poëta fabulam Halesi, fato in bellum, mortuo patre, protracti. 97 Pater. 98 Pupillas allicantes dissolvit, id est, post obitum verò patris. 99 Deæ, fatorum dispensatrices, vindicarunt sibi, & traxerunt sibi debitum. Locum hunc interpretatur Macrob. Sat. lib. 3. cap. 7. ubi Virgilium hoc in versu *proprietatem, & humani & divini juris executum esse* dicit. *Nam ex manus injectione, mancipium designavit, & sacrationis vocabulo observantiam divini juris implevit.* ** Ut illis mactetur. 1 Addixerunt. 2 Aggreditur. 3 Numen vicinum, & præsens invocat: nam circa ripas ejus pugnabant. 4 Quod, ut emittatur, districtum teneo. 5 Prosperum contractum. 6 Tibi sacra. 7 Vota, & verba Pallantis. 8 Dùm scuto suo protegit Imaona. Al. dùm detexit, id est, spoliat. 9 Ab Arcade, id est, Pallante, misso. 10 Sine armis. 11 At Lausus, filius Mezentii, non patitur agmina Rutulorum esse perterrita, sive perterreri tam vehementi cæde Halesi: quin ipse restaurat prælium. 12 Scil. *irrumpens*. 13 Trojanum.

Op-

[14] Oppositum interimit, pugnæ [15] nodumque [16] moramque.
Sternitur [17] Arcadiæ proles; [18] sternuntur Etrusci;
Et [19] vos, ô Grajis [20] imperdita corpora, Teucri.
Agmina concurrunt ducibusque & viribus [21] æquis.
Extremi [22] addensent acies: [23] nec turba moveri
Tela manusque sinit. [24] Hinc Pallas instat & urguet,
[25] Hinc contrà [26] Lausus, (nec multùm [27] discrepat [28] ætas)
Egregii formæ; sed quis fortuna negârat
In patriam reditus. Ipsos concurrere passus
Haud tamen inter se magni regnator [29] Olympi:
Mox [30] illos [31] sua fata manent [32] majore sub hoste.
Intereà [33] soror alma monet succurrere Lauso
[34] Turnum; qui [35] volucri curru medium secat agmen.
Ut [36] vidit [37] socios: [38] Tempus [39] desistere pugnæ.
Solus ego in Pallanta feror; soli mihi [40] Pallas
Debetur: cuperem ipse [41] parens spectator adesset.
Hæc ait; & socii [42] cesserunt æquore [43] jusso,
At [44] Rutulûm abscessu [45] juvenis, tùm [46] jussa superba
Miratus, stupet in Turno, [47] corpusque per ingens
[48] Lumina volvit, [49] obitque truci procul [50] omnia visu.

14 Obstantem, fortiter pugnantem. 15 Robur & firmamentum, id est, qui sustentaret onus ingruentium pugnatorum. Elegans Metaphora ab arboribus ducta, quæ, qua ex parte sunt nodosæ, difficulter cuneis perrumpi possunt. *Nodus* propriè est densa peditum multitudo. 16 Obstaculum moram facturum ingruere volentium. 17 Juventus ex Arcadia profecta, quæ duce Pallante venerat. 18 Qui cum Tarchonte venerant auxilio Æneæ occiduntur à Lauso. 19 Sternimini à Rutulis, & Latinis. 20 Quos non perdiderant Græci, reliquiæ Danaum. 21 Æqualibus. 22 Condensant. 23 Turba densa & conserta non dat spatium movendis telis manibusque ad feriendum. 24 Ex una parte. 25 Ex alia parte ex adverso. 26 Filius Mezentii. 27 Distat. 28 Annorum. 29 Cœli, id est, Juppiter. 30 Pallantem interimendum à Turno, Lausum ab Æneâ. 31 Propria moriendi genera exspectant. 32 Juturna soror Turni, quæ Diva & Nympha, adeòque præsens. 33 Fratrem suum. 34 Velociter acto. 35 Turnus. 36 Contra Pallanta certantes. 37 Loquitur Turnus. 38 Desistendi à pugnâ. 39 Victoria de Pallante. 40 Evander. 41 Discesserunt à campo pleno & æquo. 42 Al. *jusso*, id est, quod eos jusserat deserinquere. 43 Quia Rutuli tam cito parebant. 44 Pallas. 45 Turni. 46 Ejus. 47 Oculos. 48 Circumagit. 49 Quæ Turnum contingebant.

Talibus & dictis it contra dicta [50] tyranni:
Aut spoliis ego jam raptis laudabor [51] opimis,
Aut [52] leto insigni. [53] Sorti pater æquus utrique est.
Tolle minas. Fatus medium procedit in [54] æquor,
[55] Frigidus Arcadibus [56] coit in præcordia sanguis.
Desiluit Turnus [57] bijugis: pedes apparat ire
Comminùs. Utque leo, [58] speculâ cum vidit ab altâ
Stare procul campis [59] meditantem in prœlia taurum.
[60] Advolat; haud alia est Turni [61] venientis imago.
Hunc [62] ubi contiguum missæ fore credidit hastæ,
[63] Ire prior Pallas, si quà fors adjuvet [64] ausum
Viribus [65] imparibus; magnumque ita [66] æthera fatur:
Per [67] patris hospitium, & mensas, quas [68] advena adisti,
Te precor, Alcide, cœptis ingentibus [69] adsis:
[70] Cernat [71] semineci sibi me rapere arma [72] cruenta,
[73] Victoremque ferant morientia lumina Turni.
Audiit Alcides [74] juvenem, magnumque sub imo
Corde premit [75] gemitum, lacrimasque effudit [76] inanes.
Tùm [77] genitor natum dictis adfatur amicis:
[78] Stat sua cuique dies: breve & [79] irreparabile tempus

50 Superbi regis. 51 De principe hostilis exercitus detractis. 52 Morte gloriosa. 53 Æquo, certò scio, animo feret pater meus Evander: quem cupis spectatorem adesse, utramque sortem aut victoriæ, aut pulchræ mortis: resp. ad id, *cuperem ipse parens spectator adesset.* 54 Planitiem. 55 Præ timore. 56 Congelatur. 57 Bigis. 58 Montis, aut rupis. 59 Animo agitantem, id est, se exercentem ad prælia. 60 Ad taurum. 61 Contra Pallanta. Turnum enim leoni, Pallantem tauro comparat. 62 Ubi credidit Turnum esse intra jactum hastæ, & posse ea feriri. 63 Voluit aut cœpit. 64 Audentem contendere. Alludit ad sententiam illam, *Audentes fortuna juvat.* 65 Longe inferioribus. 66 Cœlum suspiciens, ubi Hercules. 67 Evandri, qui te, hospitio, interempto Caco, accepit. 68 Cùm ex Hispaniâ externus, & ignotus primùm advenires. 69 Ut auxilio sis. 70 Videat Turnus. 71 Seminecato. 72 Cruore suo perfusa. 73 Me victorem patiantur, id est, cogantur in vita hoc spectaculum ferre. 74 Pallanta. 75 Quia exaudire non potuit. 76 Non profuturas, nihil impetraturas, ut cui contra fata auxilio venire non liceret. 77 Juppiter Herculem. 78 Unicuique constitutum est proprium tempus vitæ. 79 Postquam semel elapsum est.

Om-

Omnibus est [80] vitæ: sed [81] famam extendere factis,
Hoc virtutis opus. [82] Trojæ sub mœnibus altis
[83] Tot gnati [84] cecidêre Deûm: [85] quin occidit unà
Sarpedon, [86] mea progenies. Et jam [87] sua Turnum
Fata vocant, [88] metasque dati [89] pervenit ad ævi.
Sic [90] ait, atque [91] oculos Rutulorum [90] rejicit arvis.
At [92] Pallas magnis emittit viribus hastam,
Vaginâque [93] cavâ fulgentem deripit ensem.
[94] Illa volans, humeri surgunt quâ [95] tegmina summa,
Incidit, atque viam clipei [96] molita [97] per oras,
[98] Tandem etiam magno [99] strinxit de corpore Turni.
Hìc Turnus ferro præfixum * robur acuto
In Pallanta diu [1] librans jacit, atque ita fatur:
Aspice, nùm mage sit nostrum [2] penetrabile telum.
Dixerat; at clipeum, tot ferri [3] terga, tot aëris,
Cùm pellis totiens obeat circumdata tauri,
[4] Vibranti medium cuspis transverberat ictu,
Loricæque [5] moras, & [6] pectus perforat ingens.
[7] Ille rapit [8] calidum frustrà de volnere [8] telum:
[9] Una eademque via sanguis [10] animusque [11] sequuntur.

80 Etiam longissimæ. Hor. Od. 3. lib. 1. *Omnes eodem cogimur, omnium Versatur urna, serius, ocius, sors exsitura, & nos in æternum Exsilium impositura cymbæ.* Ovid. 10. Met. *Serius, aut citius metam properamus ad unam: Tendimus hùc omnes: hæc est domus ultima, vosque Humani generis longissima regna tenetis.* 81 Æternum nomen præclaris facinoribus propagare, aut promereri, hoc est opus ad virtutem pertinens. 82 A majori ad minus. 83 Achilles Thetidis. Memnon Auroræ, Ascalaphus Martis filius. 84 Occubuerunt. 85 Quin etiam cecidit pariter cum aliis. 86 Filius meus, qui à Patroclo fuit interfectus. 87 Debita: quia & ipse occidetur, sed ab Æneâ. 88 Periodum vitæ concessæ. 89 Fere. 90 Jupiter ad Herculem. 91 Avertit oculos à Rutulorum campis, neutrius exercitus res curaturus, permittens omnia fatis. 92 Pugna Pallantis cum Turno. 93 Quam cavam reliquit. 94 Hasta. 95 Munimenta. 96 Scil. *est*, quasi cum difficultate. 97 Per extremas circumferentias clypei. 98 Post varios conatus. 99 Levi scilic. vulnere non nihil abstulit. * Hastam ex robore. 1 Cùm diu librasset, & direxisset. 2 Penetrativum. 3 Laminas, quibus armabatur clypeus è taurinâ pelle. 4 Per hastam vibrantem illato. 5 Impedimenta, id est, monumentum pectoris. 6 Pallantis. 7 Pallas extrahit. 8 Hastam calefactam. 9 Per vulnus. 10 Anima. 11 Tellum.

[12] Corruit [13] in [14] vulnus: sonitum [15] super arma dedêre:
Et [16] terram [17] hostilem moriens petit ore cruento.
Quem Turnus [18] super adsistens:
Arcades, hæc, inquit, memores mea dicta referte
[19] Evandro. Qualem [20] meruit, Pallanta [21] remitto.
Quisquis honos tumuli, quidquid solamen [22] humandi est,
[23] Largior. [24] Haud illi stabunt Æneïa parvo
Hospitia. Et lævo [25] pressit pede, talia fatus,
[26] Exanimem, rapiens immania pondera [27] baltei,
Impressumque [28] nefas: unâ sub nocte [29] jugali
[30] Cæsa manus juvenum [31] fœde, [32] thalamique [33] cruenti:
Quæ [34] Clonus Eurytides [35] multo [36] cælaverat auro:
[37] Quo nunc Turnus [38] ovat spolio gaudetque [39] potitus.
[40] Nescia [41] mens hominum [42] fati sortisque futuræ,
[43] Ne servare [44] modum rebus sublata [45] secundis.
Turno tempus [46] erit, [47] magno cùm optaverit emptum

12 Pallas. 13 Super. 14 Quod in pectore habuit. 15 Desuper. 16 Γαῖαν ἐδάξε ἥλε. Il. *Procubuit moriens, & humum simul ore momordit.* Æneid. 11. 17 Quam hostis occupavit. 18 Pede premens, & insultabundus. 19 Ad Evandrum. 20 Remitti à me, id est, mortuum, qui ad me occidendum missus erat. Aliis visum est potiùs elogium, quam Sarcasmus. 21 Ei talem. 22 Sepeliendi. 23 De largitate mea, & non ex merito ipsius dono totum honorem. 24 Non modico, sed magno constabunt ei jura hospitalitatis cum Æneâ contracta. 25 Obvolvit. 26 Mortuum Pallanta. 27 Quo ornatus erat Pallas. 28 In quo insculptum erat nefandum facinus Danai filiarum scil. *manus juvenum*, &c. 29 Nuptiali, quamprimum junêti erant cum novis nuptis. 30 Multitudo juvenum, id est, quinquaginta filiorum Ægypti, occisa à Danai filiabus, uxoribus suis, excepta Hypermenestrâ, quæ sola Lynceum servavit. 31 Turpiter & inhoneste: quia contra jura consanguinitatis. 32 Erant insculpti in balteo. 33 Cruore aspersi. 34 Al. *bonus Eurytion.* Sculptor bonus & peritus. 35 Dense. 36 Inscripserat. 37 Cujus baltei spolio. 38 Exsultat. 39 Eo. 40 Exclamatio in Turni temerariam exsultationem ob Pallantis necem: qui, cùm in secunda fortuna sibi imperare nequiret, haud multò pòst similem sortem experturus erat. 41 Est. 42 Præordinationis divinæ: quia sæpè læta principia infelicem sortiuntur exitum. 43 Scil. *nescia.* 44 Mensuram eis. 45 Elata. 46 Adveniet. 47 Pretio, id est, carè emisse, quòd non tetigisset Pallanta.

In-

Intactum Pallanta, & cùm [48] spolia ista [49] diemque
Oderit. At socii multo gemitu lacrimisque
[50] Impositum [51] scuto referunt Pallanta frequentes.
[52] O dolor, atque decus magnum rediture [53] parenti;
Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadem [54] aufert:
Cùm tamen ingentis [55] Rutulorum linquis [55] acervos!
Nec jam [56] fama mali tanti, sed [57] certior auctor,
Advolat [58] Æneæ, [59] tenui discrimine leti
Esse [60] suos, tempus [61] versis [62] succurrere Teucris.
Proxima quæque [63] metit gladio, [64] latumque per [65] agmen
[66] Ardens limitem agit ferro; te, Turne, superbum
[67] Cæde [68] novâ [69] quærens. Pallas, Evander, in ipsis
[70] Omnia sunt [71] oculis: mensæ, quas [72] advena primas
Tunc adiit, [73] dextræque [74] datæ. [75] Sulmone [76] creatos
Quattuor [77] hic juvenes, totidem, quos educat [78] Ufens,
Viventis [79] rapit, [80] inferias [81] quos immolet [82] umbris,
[83] Captivoque [84] rogi perfundat sanguine flammas.
Inde [85] Mago procul [86] infensam contenderat hastam;

48 Namque Æneam, dubium utrum parceret Turno supplici, admonuit vindictæ balteus iste in humero Turni conspectus: ut ad finem lib. 12. videre est. 49 Quo ea abstulit. 50 Ex more & honore militari. 51 Suo. 52 O Palla. Exclamatio Poëtæ, aut sociorum, cadaver reportantium, lamentatio in luctum & dolorem senis Evandri, ubi casum filii acceperit. 53 Parenti Evandro jam orbo, & seni. 54 Te bello per mortem. 55 Edita à te tantâ Rutulorum strage, quorum acervos liquisti. 56 Rumor incertus. 57 Nuncius super eâ remissus. 58 Ad Æneam. 59 In modica distantia. 60 Æneæ socios. 61 In fugam. 62 Opem ferendi. 63 Amputat. 64 Latam per cæsos hostes sibi sternit viam. 65 Hostium. 66 Furore excandescens. 67 Pallantis. 68 Insolitâ & magnâ. 69 Ut te interimat. 70 Hæc. 71 Æneæ, id est, Æneas hæc omnia considerat. 72 Cùm advenirct. 73 Amicitiæ & fidei. 74 Evandro. 75 Urbe Latii. 76 Procreatos. 77 In hujusmodi ardore. 78 Etiam quattuor filios Ufentis. 79 Caput. 80 Ut sint sacra mortuorum, quæ inferis solvuntur. Moris erat in funere virorum fortium, captivos necari, seu inferias placandis eorum manibus. Quod postquam crudele visum est, placuit gladiatores ante sepulchra dimicare: qui à *bustis Bustiarii* dicti sunt, Il. 23. Achilles duodecim Trojanos Patroclo mittit inferias. 81 Ideò ut eos. 82 Manibus Pallantis. 83 Captivorum: ut, Captivi *pendent currus*. 84 Pyræ incensæ, in quâ Pallas concremabitur. 85 In magnum, virum magnum. Sic suprà: Ilo *namque procul*, &c. 86 Vim inferentem.

[87] Ille astu subit: at [88] tremebunda [89] supervolat hasta.
Et [90] genua [91] amplectens effatur talia supplex:
Per [92] patrios manis, per spes [93] surgentis Iüli,
Te precor, hanc [94] animam serves [95] natoque patrique.
[96] Est domus alta: jacent [97] penitùs defossa [98] talenta
Cælati argenti: sunt auri pondera [99] facti,
[1] Infectique mihi. [2] Non hîc victoria Teucrum
[2] Vertitur; aut [3] anima una dabit [4] discrimina tanta.
[5] Dixerat. Æneas contra cui talia [6] reddit:
Argenti atque auri memoras quæ multa talenta,
Gnatis [7] parce tuis. Belli [8] commercia Turnus
Sustulit ista prior, jam tum [9] Pallante perempto.
[10] Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iülus.
Sic [11] fatus galeam lævâ tenet, atque [12] reflexâ
[13] Cervice [14] orantis [15] capulo tenùs applicat ensem.
[16] Nec procul Hæmonides, Phœbi [17] Triviæque sacerdos,
[18] Infula cui [19] sacrâ redimibat tempora vittâ,
Totus collucens veste, atque insignibus [20] armis.
Quem [21] congressus agit campo, lapsumque superstans
Immolat, ingentique umbrâ [22] tegit. [23] Arma [24] Cerestus

87 Magus, videns hastam venientem, fraude, & astutiâ infert se sub hastam. 88 Et forti impulsu. 89 Volat supra ipsum, nec contingit. 90 Pro more supplicium. Verecundiæ veteres frontem assignabant, impudentiæ os, sagacitati, vel irrisioni nasum, judicio aurem, fastui supercilium, virtuti & fidei dextram, misericordiæ genua, quæ illius, cui se supplices ingererent, contingebant. 91 Magno. 92 Patris tui Anchisæ. 93 Ad gloriam, & imperium. 94 Meam, quâ ablatâ, etiam præ dolore moriturus est. 95 Unico filio meo, & patri mihi. 96 Mihi. 97 Altè infussa in hac alta domo. 98 Pondera. 99 In vasis & signis sculpti. 1 Nondum signati. 2 Non mutatur nec transfertur in hac re, id est, si me servas. 3 Unius hominis vita. 4 Ut eâ salvâ, victi censerentur Trojani. 5 Magus. 6 Respondet. 7 Conserva. 8 Ignoscendi facultatem, sive ut caput auro redimas. 9 Simulac Pallanta peremit. 10 Ut similiter faciam. Resp. ad illud, *Per patrios manes, & spes surgentis Iuli.* 11 Æneas. 12 Incurvata. 13 In. 14 Magis. 15 Usque ad manubrium, quo capitur. Pathos à modo: de quo Macrob. Sat. lib. 4. cap. 4. 16 Abest. 17 Dianæ. 18 Velamentum capitis sacerdotalis vittis ornatum laneis, albis, & coccineis, iisque utrimque dependentibus. 19 Sacerdoti consecrata. 20 Al. *albis.* 21 Æneas congrediens persequitur. 22 Cadaver ejus. 23 Scil. *illa insignia.* 24 Trojanus.

Le-

[25] Lecta refert humeris, tibi, rex [26] Gradive, [27] tropæum.
Instaurant [28] acies, Volcani stirpe creatus
[29] Cæculus, & veniens [30] Marsorum montibus Umbro.
[31] Dardanides contrà furit: Anxuris ense sinistram,
Et totum clipei ferro dejecerat orbem.
Dixerat [32] ille aliquid [33] magnum, [34] vimque adfore verbo
Crediderat, [35] cœloque animum fortasse [36] ferebat;
[37] Canitiemque sibi & longos [38] promiserat annos.
Tarquitus exsultans [39] contrà fulgentibus armis,
[40] Silvicolæ Fauno Dryope quem Nympha * creârat,
Obvius [41] ardenti sese obtulit. [42] Ille [43] reductâ,
[44] Loricam clipeique ingens onus impedit hastâ.
Tum caput [45] orantis nequidquam, & multa parantis
Dicere deturbat [46] terræ; truncumque [47] tepentem
Provolvens, [48] super hæc inimico pectore fatur:
Istic nunc, [49] metuende, jace. Non te optima mater
[50] Condet humi, [51] patriove [52] onerabit membra [53] sepulcro:
Alitibus linquêre feris: aut gurgite mersum
Unda feret, piscesque [54] impasti volnera [55] lambent.
[56] Protenus Antæum & Lucan, [57] prima agmina Turni,
[58] Persequitur, fortemque Numam, fulvumque Camertem,
Magnanimo Volscente [59] satum ditissimus agri

25 Collecta. 26 O Mars. 27 Invictoriæ monumentum. 28 Fusas ab Æneâ & sociis ejus. 29 De Cæculo, & Umbrone lib. 7. sub finem. 30 Populorum Italiæ. 31 Dardani nepos Æneas. 32 Auxur. 33 Elatum, superbiscum, τὸ μέγα. 34 Efficaciam. 35 Ad cœlum usque. 36 Efferebat, extollebat. 37 Senectutem. Seneca: *Nemo tam Divos habuit faventes, Crastinum ut possit sibi polliceri*, nedum canitiem. *Et certam præsens vix habet hora fidem*, dixit Ovid. Cic. *Quis est enim, quamvis adolescens, cui exploratum sit, se ad vesperam esse victurum?* 38 Cum inter dicendum, & cogitandum trajicerem. 39 Ex adverso contra Æneam. 40 Silvas colenti. * Procreaverat. 41 Æneæ ferro sævienti in hostes. 42 Ardens Æneas. 43 Retroacta ad majorem vibrandi impetum. 44 Æneas confixit hastâ loricam & clypeum Tarquiti, adeoque impedivit. 45 Tarquiti. 46 Ad terram. 47 Id est, semicalidum. 48 Insuper. 49 Qui te metuendum putabas. 50 Sepelier. 51 Patris. 52 Accumulabit. 53 In. 54 Famelici. 55 Vorabunt. 56 Post cædem Tarquiti. 57 Qui sustentabant prima agmina. 58 Æneas. 59 Progenitum.

Qui fuit [60] Ausonidûm, [61] tacitis regnavit [62] Amyclis.
[62] Ægæon qualis, centum cui brachia dicunt,
Centenasque manus, quinquaginta oribus ignem
Pectoribusque [63] arsisse, [64] Jovis cùm fulmina contra
Tot paribus streperet clipeis, tot [65] stringeret ensis.
Sic toto Æneas [66] desævit in æquore victor,
[67] Ut semel intepuit mucro. [68] Quin ecce Nyphæi
Quadrijuges in equos adversaque pectora [69] tendit:
Atque [70] illi [71] longè gradientem, & [72] dira frementem
Ut videre metu versi retroque ruentes
Effunduntque [73] ducem, & rapiuntque ad [74] litora currus.
Interea [75] bijugis infert se Lucagus albis
In [76] medios, fraterque Liger: sed [77] frater habenis
Flectit equos: strictum [78] rotat [79] acer Lucagus ensem.
Haud [80] tulit Æneas tanto fervore furentes:
[81] Irruit, [82] adversaque [83] ingens apparuit hastâ.
Cui [84] Liger:
[85] Non [86] Diomedis equos, nec currus cernis [87] Achilli,
Aut Phrygiæ [88] campos: [89] nunc belli finis & [90] ævi
His dabitur terris. [91] Vesano talia [92] latè
Dicta [93] volant Ligeri: sed non & [94] Troius heros
Dicta parat contrà: jaculum nam torquet in [95] hostem.

60 Ausonidarum. 61 Latii oppido propè Tarracinam, quod silentio periisse fertur, captum scilic. ab hoste, cujus adventum nemo nunciare auderet, postquam interdicto cautum esset, ne quis interturbaret Rempubl. multoties rumoribus hostilibus territam. 62 Sicut gigas Briareus desævit, qui centum brachia totidemque manus, quinquaginta capita, totidem ventres habuisse fingitur. 63 Spirasse, evomuisse. 64 In bello giganteo. 65 Evaginaret. 66 Multum sævit. 67 Postquam semel incaluit sanguine mucro ejus, id est, postquam semel concitatus est ad iram. 68 Quinimmò. 69 Æneas. 70 Equi. 71 Longis gradibus spirantem Æneam. 72 Dire. 73 Nyphæum. 74 Tiberina. 75 Equis. 76 Pugnantium. 77 Liger aurigandi fungitur officio. 78 Circumagit. 79 Strenuus bellator. 80 Eos. 81 In eos. 82 Ex adversо inferenda. 83 Uti Heroas inducunt Poëtæ. 84 Ait. 85 Sic Turnus lib. 9. *Haud sibi cum Danais rem fore, & pube Pelasgâ Esse putent*, mollitiem scil. exprobrans. 86 Quamvis à Diomede fere superatus fuerit. 87 A quo etiam, licet non omninò victus fuit. Obliquè fugacitatem Æneæ exprobrat Liger. 88 E quibus evasisti. 89 Sed vides equos & currum eorum, qui te in hostili terra nunc interficient: nam *belli finis*, &c. 90 Vitæ tuæ. 91 Vaniloquo. 92 Diffusè. 93 Effluunt. 94 Æneas non respondet illi verbis vanis. 95 Lucagum.

Lu-

Lucagus, ut [1] pronus pendens in verbera [2] telo
Admonuit [3] bijugos, [4] projecto dùm pede lævo
Aptat se pugnæ, subit [5] oras [6] hasta per imas
Fulgentis clipei: tùm lævum [7] perforat [8] inguen,
[9] Excussus curru moribundus volvitur [10] arvis.
Quem [11] pius Æneas dictis affatur amaris:
Lucage, [12] nulla [13] tuos currus fuga segnis equorum
Prodidit, aut vanæ vertêre ex hostibus [14] umbræ.
Ipse [15] rotis saliens [16] juga deseris. Hæc ita fatus
Arripuit [17] bijugos. [18] Frater tendebat inermes
Infelix palmas, curru delapsus [19] eodem.
[20] Per te: per qui te [21] talem genuêre parentes,
Vir Trojane, [22] sine hanc animam, & [23] miserere precantis.
[24] Pluribus oranti [25] Æneas: [26] Haud talia [26] dudùm
Dicta dabas. Morere, & [27] fratrem ne desere frater.
Tùm latebras animæ [28] pectus mucrone [29] recludit.
Talia per campos [30] edebat funera [31] ductor
Dardanius, torrentis aquæ vel turbinis [32] atri
More furens. Tandem erumpunt, & [33] castra relinquunt
Ascanius puer, & nequidquam obsessa juventus.
[34] Junonem interea compellat Juppiter ultrò:
[35] O germana mihi atque eadem gratissima conjunx,
[36] Ut rebare, Venus (nec te sententia fallit)
Trojanas sustentat [37] opes: non [38] vivida bello
[39] Dextra viris, animusque ferox, patiensque pericli.
Cui [40] Juno [41] summissa: Quid, ô pulcherrime conjunx,

1 Habitum hunc aurigarum memoravit sub finem 3. Georg. *pronique in verbera pendent.* 2 Flagello aut telo instigavit. 3 Equos. 4 Extento. 5 Extremitates. 6 Ab Æneâ missa. 7 Hasta. 8 Femur. 9 Lucagus. 10 Per arva. 11 Quamvis pius. 12 Nec te equi tarde fugientes, nec territi prodiderunt, sed te ipse. 13 Ut meos. 14 Apparitiones. 15 Curru. 16 Equorum. 17 Equos albos. 18 Liger. 19 Quo frater deciderat. 20 Oro. 21 Tam inclytum & victoriosum. 22 In corpore. 23 Mei. 24 Verbis. 25 Respondit. 26 Paullò antè. 27 Lucagum. 28 Scilic. pectus. 29 Aperit. 30 Exhibebat. 31 Æneas. 32 Caliginosi. 33 Sua. 34 Interserit Poëticum figmentum. 35 Juno quare soror & conjux Jovis fingatur, vide suprà lib. 1. v. 50. & apud Macrob. in Som. Scip. lib. 1. cap. 17. 36 Ironicè: q. d. vides, quod non auxilio Veneris, sed propriâ virtute freti superent Trojani. 37 Facultates. 38 Fortis in bello, vel ad bellum. 39 Est. 40 Respondit. 41 Humilis.

[42] Sollicitas [43] ægram, & tua [44] tristia dicta timentem?
Si mihi, quæ quondam fuerat, quamque esse [45] decebat,
[46] Vis in amore foret; [47] non hoc mihi namque negares,
[48] Omnipotens; [49] quin & pugnæ subducere Turnum,
Et Dauno possem incolumem servare [50] parenti.
Nunc [51] pereat, Teucrisque [52] pio det sanguine pœnas.
Ille tamen [53] nostrâ deducit origine nomen.
Pilumnusque illi [54] quartus pater: & tua largâ
Sæpe manu, multisque oneravit [55] limina donis.
Cui Rex [56] ætherei breviter sic fatur Olympi,
Si [57] mora [58] præsentis leti tempusque [59] caduco
Oratur [60] juveni, [61] meque hoc ita ponere sentis;
[62] Tolle fugâ Turnum, atque instantibus [63] eripe fatis,
Hactenus indulsisse vacat. Sin [64] altior istis
Sub precibus [65] venia ulla latet, totumque [66] moveri
Mutarive putas bellum; spes [67] pascis inanis.
Et [68] Juno adlacrumans: [69] Quid si, quod [70] voce [71] gravaris,
[72] Mente dares; atque hæc Turno [73] rata vita maneret?
[74] Nunc [75] manet [76] insontem [77] gravis exsitus: aut ego veri
[78] Vana feror. [79] Quod ut ô potiùs formidine falsâ
Ludar, & in melius tua, qui potes, [80] orsa reflectas!

42 Afficis novo cruciatu. 43 Animos quia video, quod mihi maximè displicet, scil. virtute Trojanos superiore esse. 44 Severa. Ἐπικὰ μετρόμεια, 4. Il. 45 Scil. tum. 46 Ea vehementia. 47 Quod peto. 48 Cùm sis omnipotens. 49 Quo minùs possem clam subtrahere. 50 Patri Turni. 51 Turnus. Concedit ironicè: quod ne fiat, tacitè optat. 52 Te piè colentis. 53 A stirpe Deorum. 54 Suprà lib. 6. *parens*: hoc lib. *avus*; hic, *quartus pater*. A primo generis auctore Pilumno posteri quoque dicti Pilumni: ut Arsaces, Pharaones, Ptolemæi, Cæsares. 55 Templi tui. 56 Cœlestis: quia sunt Olympi montes in terris. 57 Dilatio. 58 Imminentis. 59 Mortali, & in bello hoc casura, sive morituro. 60 Turno. 61 Statuere me talem modum posse putas, cupisque. 62 Amove ab oculis Æneæ. 63 Libera. 64 Majoris momenti, scil. ut aliud indulgeam. 65 Indulgentia. 66 Scil. *putas*. 67 Foves. 68 Ait. 69 Quid mali esset. 70 Fato: namque *Jovis voces fata sequuntur*. 71 Negas dare. 72 Nutu ac voluntate. 73 Firma, & constans. 74 Quia fata mutare non vis. 75 Exspectat. 76 Turnum. 77 Molesta, ignominiosa mors. 78 Ducor imperita veritatis, id est, à vero aberro & falsa sum. 79 Utinam illudar, & decipiar potiùs. 80 Statuta fatalia exorsa.

Hæc

Hæc ubi dicta dedit, cœlo se protenùs alto
[81] Misit, [82] agens hiemem [83] nimbo succincta per auras:
Iliacamque aciem, & [84] Laurentia castra petivit.
[85] Tùm [86] Dea [87] nube cavâ tenuem sine viribus [88] umbram
[89] In faciem Æneæ (visu mirabile monstrum)
Dardaniis [90] ornat telis; clipeumque [91] jubasque
[92] Divini adsimulat [93] capitis: dat [94] inania verba;
Dat sine [95] mente sonum, [96] gressusque effingit [97] euntis.
Morte [98] obitâ [99] quales fama est * volitare figuras,
Aut quæ [1] sopitos deludunt [2] somnia sensus.
At primas læta ante acies exsultat [3] imago.
Irritatque [4] virum telis, & [5] voce lacessit.
[6] Instat cui Turnus: stridentemque eminùs hastam
Conjicit: [7] illa [8] dato [9] vestigia tergo.
Tùm verò Æneam aversum ut [10] cedere Turnus
Credidit, atque animo spem [11] turbidus hausit inanem:
[12] Quò fugis, Ænea? thalamos ne desere [13] pactos:
[14] Hâc dabitur [15] dextrâ [16] tellus quæsita per [17] undas.
Talia [18] vociferans [19] sequitur, [20] strictumque * coruscat

81 Demisit. 82 Impellens ante se tempestatem ventosam, qualis in hyeme esse solet. 83 In cyclum collecta condensâ nube. 84 Laurentium populorum. 85 Docet, quomodo abductus fuerit Turnus astutia Junonis *Αὐτὰρ ὁ εἴδωλον τεῦξ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων, Αὐτῷ τ' Αἰνείᾳ ἴκελον καὶ τεύχεσι τοῖον*. Hom. 5. Il. 86 Juno. 87 Ex aëre. 88 Simulacrum corporis. 89 In similitudinem. 90 Effingit. 91 *Terribilem cristis galeam.* Æneæ lib. 8. Galeas autem ornare solebant avium pennis, plumisque, leonum, & equorum jubis, vel etiam setis caudæ equinæ. 92 Quòd in Deum esset assumendus. 93 Ejus. 94 Fictilia, venientia ab umbrâ. 95 Mentis conceptu. 96 Modum incedendi. 97 Æneæ. 98 Suscepta, & completa. 99 Qualia simulacra. * Per umbras infernas. 1 Sopore oppressos. 2 Insomnia, & phantasmata. 3 Juno versa in umbram Æneæ. 4 Turnum. 5 Verbis contumeliosis provocat. 6 Instanter imminet. 7 Imago. 8 Insequenti. 9 Obvertit per fugam. 10 Locum dare. 11 Arrogantiâ tumens, atque adeò vanâ spe elatus. 12 Vociferabatur, *quo*, &c. 13 Cum Latino de Laviniâ. 14 Ironicè, ut illud: *En agros, &, quem bello, Trojane, petisti Hesperiam mentire jacens.* 15 Quia interfectum sepeliendum dabo. 16 Italia. 17 Maris. 18 Turnus. 19 Simulacrum Æneæ. 20 Evaginatum. * Vibrat.

Mu-

Mucronem: [21] nec ferre videt sua gaudia ventos.
[22] Fortè [23] ratis celsi [24] conjuncta [25] crepidine saxi
Expositis stabat [26] scalis, & [26] ponte parato;
[27] Quâ rex [28] Clusinis [29] advectus [30] Osinius [28] oris.
[31] Hùc sese trepida Æneæ fugientis imago
Conjicit in latebras: nec Turnos [32] segnior instat:
Exsuperatque [33] moras, & pontis transilit altos.
Vix proram [34] attigerat; rumpit [35] Saturnia [36] funem,
[37] Avolsamque rapit [38] revoluta per æquora navem.
[39] Illum autem Æneas absentem in prœlia poscit:
[40] Obvia multa [41] virûm demittit corpora [42] morti.
Tum [43] levis haud [44] ultrà latebras jam quærit imago,
Sed [45] sublime volans [46] nubi se immiscuit atræ:
Cùm Turnum [47] medio intereà fert æquore [48] turbo.
Respicit [49] ignarus rerum, [50] ingratusque salutis,
Et [51] duplices [52] cum voce manus ad sidera [53] tendit:
[54] Omnipotens genitor, tantòn'me [55] crimine dignum
[56] Duxisti, & [57] talis voluisti [58] expendere pœnas?
Quò [59] feror? undè abii? quæ me [60] fuga, [61] quemve
[62] reducet?
[63] Laurentisne iterùm muros aut castra videbo?
[64] Quid [65] manus illa virûm, qui me meaque arma secuti:

21 Nec animadvertit vanum esse suum gaudium, ut quod venti dissipent. 22 Præter spem Turni. 23 Navis. 24 Fune alligata eminentiæ abruptæ rupis. 25 Crepidini. 26 Quibus in navem conscenderetur. 27 Rate, aut nave. 28 Clusio, Thusciæ civitate. 29 Erat. 30 Osinius Massicus. 31 Ad hanc ratem. 32 Tardior. 33 Impedimenta, quæ moras facere possent. 34 Turnus. 35 Juno. 36 Retinacula, ne redire posset in prælium, deprehenso dolo. 37 A litore. 38 Navem revolutam. Hypallage. 39 Turnum. 40 Occurrentia. 41 Rutulorum. 42 Ad mortem. 43 Inane & sine corpore. 44 Ulteriùs, id est, Juno evanuit. 45 In altum. 46 Resoluta est in atram nubem. 47 Scilic. æ. 48 Impetus ventorum. 49 Turnus, nesciens propter suam salutem id Junonem egisse. 50 Acceptâ salute ingratus, nullamque gratiam habens pro illis, quæ in ejus salutem facta erant: utpotè qui ea nesciret. 51 Complicatus. 52 Simul precans ac dicens. 53 Tollit. 54 Juppiter. 55 Dedecore, aut tam nefando facinore inhonestæ fugæ. 56 Censuisti? 57 Tam contumeliosas. Credebat se in aqua perire. 58 Persolvere. 59 Impellor? 60 Auferet. 61 Qualem? fugæ scil. crimini obnoxium, meorumque desertorem. 62 Fuga. 63 Laurentis civitatis, id est: Laurolavini. 64 Faciet, aut me dices? 65 Ille exercitus.

Quos-

Quosque (nefas) omnis infandâ in morte reliqui?
[76] Et nunc [77] palantis [78] video, gemitumque [79] cadentum
[80] Accipio. Quid ago? aut quæ jam satis ima [81] dehiscat
Terra mihi? vos ô potiùs miserescite, [82] venti.
In rupes, in [83] saxa (volens vos Turnus adoro)
[84] Ferte ratem, [85] sævisque vadis immittite Syrtes:
[86] Quò neque me Rutuli, neque [87] conscia fama sequatur.
Hæc [88] memorans, animo [89] nunc hùc nunc fluctuat illùc;
An sese [90] mucrone ob tantum dedecus amens
[91] Induat, & crudum per costas exsigat ensem:
[92] Fluctibus an [93] jaciat [92] mediis, & litora nando
Curva petat, Teucrûmque iterùm se reddat [94] in arma.
Ter [95] conatus [96] utramque viam: ter maxima Juno
Continuit, [97] juvemque animo miserata [98] repressit.
[99] Labitur [1] alta secans fluctuque æstuque secundo:
Et [2] patris [3] antiquam Dauni defertur ad [4] urbem.
At Jovis intereà monitis Mezentius [5] ardens
Succedit pugnæ, Teucrosque invadit [6] ovantes.
Concurrunt [7] Tyrrhenæ acies, atque omnibus [8] uni,
Uni odiisque viro, telisque frequentibus instant.
[9] Ille, (velut rupes, vastum quæ [10] prodit in æquor,
Obvia ventorum [11] furiis, [12] expostaque ponto,
Vim cunctam, atque minas [13] perfert cœlique marisque:

[76] Scil. *quos*. [77] Oberrantes, quasi oves sine pastore, amisso duce. [78] Videre mihi videor. [79] Occumbentium. [80] Auribus scil. id est, audio. [81] Hiatum faciat. [82] Quia terra deest. [83] Scopulos. [84] Impellite navem, id est, rumpite navem, & submergite me. [85] Per vada sæva Syrtis, id est, in Syrtes & ad extrema maris loca, ut obruar, & peream. [86] Ad quas Syrtes. [87] Talis dedecoris. [88] Turnus. Docet, quò Turnus delatus sit, & in ejus locum suffectus Mezentius. [89] Nunc in hanc, nunc in illam sententiam per modum fluctus agitur. [90] Sic 7. Bell. Gall. Cæs. *Se ipsi acutissimis vallis inducbant: vel*, an se gladio suo transfigat. [91] Crudelem. [92] In medios fluctus. [93] Sese. [94] Armis. [95] Turnus. [96] Et se interficere, & in fluctus dare, & sic natare ad litus. [97] Turnum. [98] Eum. [99] Turnus celeriter navigat. [1] Maria. [2] Ejus. [3] Nobilem. [4] Ardeam. [5] Accensus furore bellico. [6] De victoria. [7] Etruscæ. [8] Mezentio 8. lib. [9] Mezentius. [10] Protenditur. [11] Vehementi impetui. [12] Exposita mari. [13] Ad finem sustinet.

Ip-

Ipsa immota [14] manens) [15] prolem Dolicaonis Hebrum,
Sternit humi, cum quo Latagum, Palmumque [16] fugacem:
Sed [17] Latagum saxo, atque ingenti fragmine montis
Occupat os [18] faciemque adversam: poplite Palmum
Succiso [19] volvi [20] segnem sinit; [21] armaque [22] Lauso
Donat habere [23] humeris, & [24] vertice figere [25] cristas.
[26] Necnon Evanthen [27] Phrygium, Paridisque Mimanta
[28] Æqualem comitemque: [29] una quem nocte [30] Theano
[31] In lucem genitori Amyco dedit, & face prægnans
Cisseis regina Parin creat: [32] urbe paternâ
Occubat: [33] ignarum [34] Laurens habet ora Mimanta.
Ac velut ille [35] canum morsu de montibus altis
[36] Actus aper, multos [37] Vesulus quem [38] pinifer annos
Defendit, multosque palus [39] Laurentia, silvâ
Pastus arundineâ, postquam inter retia ventum est,
Substitit, infremuitque ferox, & inhorruit [40] armos.
Nec [41] cuiquam [42] irasci [43] propiusve accedere [44] virtus;
Sed jaculis [45] tutisque procul clamoribus instant.
Haud aliter, justæ quibus est Mezentius [46] iræ,
[47] Non ulli est [48] animus stricto concurrere ferro:
[49] Missilibus longè; & [50] vasto clamore [51] lacessunt.
[52] Ille autem impavidus partes [53] cunctatur in omnis,
Dentibus infrendens, & [54] tergo decutit hastas,

14 Al. *manens*. 15 Filium. 16 Fugere solitum. 17 Mezentius sternit. 18 Ejus, id est, Latagis. 19 Occumbere. 20 Non ambulantem ob succisum poplitem ejus, id est, nervum post genua. 21 Palmi & Laragi. 22 Folio suo. 23 Ad ornatum humerorum. 24 Super caput suum. 25 Galmi. 26 Sternis. 27 Trojanum. 28 Cœvum. 29 Eadem nocte, quâ Hecuba, Cissei regis Thraciæ filia, peperit Paridem Priami filium, quem utero gestans se facem parturire somniavit. 30 Mater. 31 Peperit. 32 Qui Paris in Troja sepultus jacet. 33 Ignoratum, advenam, peregrinum. 34 Provincia, quæ est juxta Laurolavinium in agro Laurenti. 35 Quem canes minati erant. 36 Pulsus. 37 Mons Liguriæ. 38 Ferens pinos in vertice. 39 Latina. 40 Anteriores humeros. 41 Venatorum. 42 More iratorum irruere. 43 *Licet eminus esse Fortibus*, Ovid. 44 Fortitudo est. 45 Quibus se tutabantur, aut quibus nihil imminet periculi. 46 Ad iram. 47 Eorum. 48 Audentia. 49 Jaculis. 50 Valdè ample diffusso. 51 Provocant Mezentium. 52 Mezentius. 53 Versat, disponit se. 54 Scuto suo tergore bubulo munito.

Ve-

[55] Venerat antiquis [56] Corythi de finibus Acron,
Grajus homo; [57] infectos linquens [58] profugus himenæos:
Hunc ubi [59] miscentem longè media agmina [60] vidit,
[61] Purpureum pennis & [62] pactæ conjugis ostro:
[63] Impastus stabula alta leo ceu sæpè [64] peragrans,
[65] Suadet enim [66] vesana fames, si forte fugacem
[67] Conspexit capream, aut [68] surgentem in cornua cervum;
Gaudet hians [69] immane, comasque [70] arrexit, & hæret
Visceribus [71] super incumbens: [72] lavit [73] improba [74] teter
Ora cruor:
Sic [75] ruit in [76] densos alacer Mezentius hostes.
Sternitur [77] infelix Acron, & [78] calcibus [79] atram
Tundit humum [80] exspirans, [81] infractaque tela cruentat.
Atque [82] idem fugientem haud est dignatus Oroden
Sternere, nec [83] jactâ [84] cæcum dare cuspide volnus:
[85] Obvius, [86] adversoque occurrit, seseque viro [87] vir
Contulit, haud [88] furto melior, sed [89] fortibus armis.
Tùm super [90] abjectum posito pede nixus & hasta:
Pars belli [91] haud temnenda, [92] viri, [93] jacet [94] altus Orodes.
Conclamant socii lætum [95] Pæana [96] secuti:

55 Docet jam, quam stragem Mezentius ediderit, & primùm mortem Acronis, deindè Orodis. 56 Thusciæ oppidi, patriæ Dardani. 57 Sponsam, nuptias imperfectas. 58 Patriam fugiens. 59 Turbantem. 60 Mezentius. 61 Purpureâ eminentem cristâ, & purpurâ sponsæ suæ insigni. 62 Desponsatæ. 63 Famelicus. 64 Circumiens. 65 Lupo; id est, incitat lupum. 66 Vesaniam pariens. 67 Talis leo. 68 Cui cornua incipiunt surgere, *vel* cornibus eminentem. 69 Immaniter. 70 Erexit prius. 71 Quasi desuper. 72 Polluit. 73 Famelica. 74 Immundus. 75 Irruit. 76 Conferros. 77 Quòd cum tali congredi debebat. 78 Præ colore. Pathos à modo: de quo Macrob. Sat. lib. 4. cap. 4. 79 Perniciosam. 80 Spiritum emittens. 81 Quæ nunquam fregerat. 82 Mezentius. 83 A tergo. 84 Improvisum. 85 Mezentius. 86 Ex adverso occurrenti. 87 Mezentius. 88 Non insidiis, aut dolis petitior, quàm Orodes. 89 Multa virtute agendis. 90 Prostratum Oroden. 91 Sed magni faciendæ. 92 Mezentius ait, ô viri, &c. 93 Prostratus. 94 Magnus. 95 Acclamationem exsultantium super hoste Orode strato. Propriè *Pæan* est hymnus in laudem Apollinis, ἀπὸ τῦ παίειν, id est, à *feriendo*, quòd sagittis suis Pythonem serpentem confecisset. 96 Subsequentes, & approbantes dictum ejus.

Ille

[97] Ille autem expirans: [98] Non me, quicumque es, [99] inulto,
Victor, nec * longùm lætabere: te quoque [1] fata
Prospectant [2] paria, atque eadem mox [3] arva tenebis.
Ad quem [4] subridens mixtâ Mezentius irâ;
[5] Nunc morere. Ast [6] de me [7] Divûm pater atque hominum rex
Viderit. Hoc [8] dicens [9] eduxit corpore telum.
Olli [10] dura quies oculos & [11] ferreus urguet
[12] Somnus, in æternam clauduntur lumina noctem.
[13] Cædicus Alcathoum obtruncat, [14] Sacrator Hydaspen,
Partheniumque [15] Rapo, & [16] prædurum viribus Orsen:
[17] Messapus Cloniumque Lycaoniumque Erichaten;
[18] Illum [19] infrenis equi lapsu tellure jacentem,
[20] Hunc peditem [21] pedes. Et Lycius [22] processerat Argis:
[23] Quem tamen [24] haud expers [25] Valerus [26] virtutis avitæ
Dejicit: [27] Authronium Salius, Saliumque [28] Nealces,
[29] Insignis jaculo & [30] longè fallente sagittâ.
Jam [31] gravis æquabat luctus & [32] mutua Mavors
Funera: cædebant pariterque [33] ruebant
[34] Victores victique: neque [35] his fuga nota, neque [36] illis.
DI [37] Jovis in tectis [38] iram [39] miserantur [40] inanem
[41] Amborum, & tantos mortalibus esse labores,
[42] Hinc Venus, [43] hinc contrà spectat [44] Saturnia Juno:

97 Orodes inquit. 98 Scil. ea. 99 Ultio fiet de morte meâ in te. * Per longum tempus. 1 Similes exitus. 2 Prosternetis etiam in his arvis. 3 Dixit. 4 Mors tua tibi certa & inevitabilis est. 5 An mihi possit. 6 Quem vos talem putatis. 7 Mezentius. 8 Extraxit. 9 Mors. 10 Sopor mortis. 11 Rutuli, reliqui sunt Trojani. 12 Valdè durum. 13 Priorem, id est, Clonium. 14 Efferati, non parentis, nec audientis habenas. 15 Lycaonium. 16 Pedester obtruncat. 17 Dimicaturus contra Messapum. 18 Lycium. 19 Particeps, id est, non degenerans à virtute avi, & majorum suorum. 20 Valdè expeditus. 21 Ex improviso invadente, & quæ missa eminus non advertuntur, nec cavetur. 22 Durus. 23 Mutuò illata. 24 Cadebant. 25 Prius. 26 Unius partis viris. 27 Alterius partis viris. 28 In cœlo. 29 Mortalium. 30 Cum miserazione aspiciunt. 31 Nihil proficiscentem ad hujus, aut illius partis victoriam. 32 Populorum, Rutulorum scil. & Trojanorum. 33 Ex una parte Trojanos versus. 34 Contrario, ex oppositâ parte. 35 Saturni filia.

Pal-

[36] Pallida Tisiphone media inter [37] millia [38] sævit:
At [39] verò ingentem quatiens Mezentius hastam
Turbidus [40] ingreditur campo: [41] quàm magnus Orion,
Cum pedes incedit per maxima [42] Nerei 764
Stagna viam [43] scindens, humero supereminet [44] undas;
[45] Aut summis referens [46] annosam montibus ornum,
Ingrediturque [47] solo, & caput inter nubila [48] condit:
Talis se [49] vastis infert Mezentius armis.
[50] Huic contrà Æneas, [51] speculatus in agmine longo,
Obvius ire parat. Manet imperterritus [52] ille, 770
[53] Hostem magnanimum opperiens, & mole suâ [54] stat:
Atque oculis [55] spatium emensus, [56] quantum satis hastæ:
Dextra [57] mihi Deus, & telum quod missile [58] libro,
Nunc adsint: [59] voveo [60] prædonis corpore reptis
Indutum spoliis ipsum te, [61] Lause, [62] tropæum 775
Æneæ. [63] Dixit. [64] Scrideruntque eminus hastam
Injicit: illa volans, [65] clipeo ea excussa, [66] proculque
Egregium [67] Antorem latus inter & ilia figit:
Herculis Antorem comitem, qui missus ab [68] Argis
[69] Hæserat Evandro, atque [70] Italâ consederat urbe. 780
Sternitur [71] infelix [72] alieno vulnere, cœlumque
Adspicit, & dulcis moriens reminiscitur [73] Argos.
Tum pius Æneas hastam jacit: illa per [74] orbem

36 Pavor bellicus pallorem inducens. 37 Progressus. 38 Grassatur. 39 Præcipue. 40 Incedit per campum. 41 Qualis Orion, qui ab Œnopione occæcatus consuluit oraculum quo ratione posset visum recipere: responsum tulit, si per mare, omnia versus incederet, ut solis radii oculis illucescerent: quod fecit. 42 Maris. 43 Intersecans. 44 Maris. 45 Aut quem magnus incedit. 46 Venerandam, antiquam. 47 Super terram. 48 Abscondit. 49 Valdè ampla. 50 Mezentio. 51 Ipsum. 52 Mezentius. 53 Hostem. 54 In vestigio consistit virtute suâ confisus. 55 Tantum. 56 Sit. 57 Sint mihi fata tantum. Hinc supra: Contemptor Divûm Mezentius. 58 Conculio. 59 Consecro, dedico. 60 Alienam terram invademis. 61 Qui filius erat. 62 Conversi & victi hostis insigne. 63 Mezentius. 64 Ex eâdem manu. 65 Æneas, à Vulcano fabricatus. 66 Statim. 67 Ab Antonio: unde Antoniorum familiam duci volunt. 68 Civitate Peloponnesi. 69 Adhæserat. 70 Pallantea simul sedem & habitationem acceperat. 71 Auctor. 72 Telo in alium, scil. Æneam, non in illum, directo. Virgo Camil. Vide Macrob. lib. 6. cap. 4. 73 Patriam suam. In sing. dicitur hoc Argos: in plur. hi Argi. 74 Clypeum.

Alte

[75] Ære cavum triplici, per [76] linea terga, [77] tribusque
Transiit intextum [77] tauris opus, [78] imaque sedit
Inguine, sed [79] vires haud [80] pertulit. Ociùs ensem
Æneas, viso [81] Tyrrheni sanguine lætus,
Eripit [82] à femine, & [83] trepidanti fervidus instat.
Ingemuit cari graviter genitoris amore,
Ut [84] vidit, [85] Lausus, lacrimæque per [86] ora volutæ.
Hic mortis [87] duræ casum, tuaque optima facta,
(Si qua [88] fidem tanto est [89] operi [90] latura vetustas)
Non equidem nec te, juvenis memorande, silebo.
[91] Ille pedem referens, & inutilis, [92] inque ligatus
Cedebat, [93] clipeoque [94] inimicum hastile trahebat.
[95] Prorumpit [96] juvenis, seseque immiscuit armis:
Jamque [97] adsurgentis [98] dextra plagamque ferentis
Æneæ subiit mucronem, [99] ipsumque morando
Sustinuit. * Socii magno clamore sequuntur;
[1] Dum genitor nati [2] parmâ protectus abiret:
Telaque conjiciunt, proturbantque eminùs [3] hostem
Missilibus. [4] Furit Æneas, [5] tectusque tenet se.
[6] Ac velut, effusâ si [7] quando grandine [8] nimbi
[9] Præcipitant, omnis campis diffugit arator,
Omnis & agricola, & tutâ latet [10] arce viator,
Aut amnis ripis, aut alti [11] fornice saxi,
[12] Dùm pluit; in terris ut possint, sole reducto,

75 Confectum. 76 Tergora trium taurorum in scuto, tecta lino, cui posset appingi insigne. 77 Trium taurorum tergoribus. 78 Et ad imum deducta mansit hærens ad inguen Mezentii. 79 Armorum & corporis. 80 Superavit. 81 Mezentii. 82 Qui ad femur pendebant. 83 Mezentio. 84 Talia. 85 Filius Mezentii. 86 Lausi. 87 Acerbæ, & præmaturæ. 88 Credulitatem. 89 Pietati, & virtuti tuæ. Nam ex scelerato pater Lausus generatus, pius ac mitis erat. 90 Allatura. 91 Mezentius, Pater Lausi. 92 Illigatus, & impeditus hastâ Æneæ. 93 Simul cum clypeo. 94 Quo ab inimico vulneratus erat. 95 Al. *prorupit*. 96 Lausus. 97 Erigentis se, ut desuper feriat. 98 Al. *dextram*. 99 Æneam facientem impetum in patrem, impediendo impeditum tenuit. * Lausi, id est, Rutuli. 1 Donec. 2 Scuto. 3 Æneam. 4 Quod plenam de tanto hoste victoriam reportare non possit. 5 Tectus clypeo se tuetur, continetque, donec detonet telorum imber. 6 Comparatione Hyperbolica vim telorum, quæ in Æneam undique conjiciuntur, amplificat. 7 Quandoque. 8 Nubes ventosæ. 9 Se. 10 Arboris, ripæ, aut saxi, quæ vim, & injuriam tempestatis arceat. 11 Circumferentia. 12 Quamdiu.

Exer-

[13] Exercere diem, [14] sic obrutus undique [15] telis
Æneas [16] nubem belli, [17] dùm detonet, omnem
Sustinet, & Lausum [18] increpitat, Lausoque minatur: 810
Quò moriture ruis, majoraque [19] viribus audes?
[20] Fallit te incautum [21] pietas tua. Nec minùs [22] ille
[23] Exsultat demens. [24] Sævæ jamque [25] altiùs iræ
Dardanio surgunt [26] ductori, [27] extremaque Lauso
Parce fila legunt: validum namque [28] exsigit ensem
Per medium Æneas juvenem, [29] totumque [30] recondit.
Transiit & parmam mucro levia [31] arma [32] minacis,
Et tunicam, [33] molli [34] mater quam neverat auro:
Implevitque [35] sinum [36] sanguis: tùm [37] vita per auras
[38] Concessit mœsta ad [39] manis, corpusque reliquit. 820
At verò ut voltum vidit [40] morientis & ora,
[41] Ora modis [42] Anchisiades pallentia miris,
Ingemuit miserans graviter, dextramque [43] tetendit:
[44] Et mentem patriæ strinxit pietatis imago.
Quid tibi nunc, miserande puer, pro [45] laudibus istis, 825
Quid pius Æneas tantâ dabit indole dignum?
Arma, quibus [46] lætatus, habe tua: teque parentum
Manibus & [47] cineri, [48] si qua est ea cura, remitto.
Hoc tamen infelix miseram solabere mortem;
[49] Æneæ magni dextrâ cadis. Increpat ultrò 830

13 Redire ad opus diurnum, aut exerceri per diem. 14 Eodem modo, ut agricola serenitatem exspectans, grandine obruitur, oppressus est. 15 Inimicorum. 16 Bellantium impetum. 17 Donec deferveat. 18 Redarguit. 19 Quam sint virês tuæ. 20 Quia conaris, quod perficere non poteris. 21 In patrem. 22 Lausus. 23 Insultat in Æneam. 24 Magnæ & diræ. 25 Profundius, intensiùs. 26 Æneæ. 27 Extremum contextum vitæ, id est, mortem, jamjam impendentem Lauso, colligunt. 28 Educit. 29 Ensem. 30 Abscondit in corpore juvenis. 31 Juvenis. 32 Æneæ. 33 Nobili & subtili. A materia. 34 Lausi. 35 Lausi. 36 Effusus. Pathos ab attestatione: de quo Macrob. Sat. lib. 4. cap. 6. 37 Anima Lausi. 38 Commigravit. 39 Inferos. 40 Lausi. 41 Anadiplosis. 42 Anchisæ filius Æneas. 43 Extendit, & porrexit Lauso, *vel*, extensum & suspensam tenuit, ne amplius percutereret. 44 Et commovit animum Æneæ, quonam ipse afficeretur dolore, si quid simile suo contigisset Ascanio: *vel*, imago pietatis, quam erga patrem habuerat. 45 Laudabilibus tuis ausis. 46 Es in vita. 47 Antiquæ sepulturæ majorum tuorum. 48 Si qua te fato functum muneris hujus tangat cura, aut gratia. 49 Morienti solatium est, magni potius alicujus manibus perire, quàm gregarii militis.

[50] Cunctantis socios, & terrâ [51] sublevat ipsum,
Sanguine [52] turpantem comtos [53] de more capillos.
Interea [54] genitor Tiberini ad fluminis undam
[55] Volnera [56] siccabat lymphis, corpusque [57] levabat
Arboris [58] adclinis trunco. Procul ærea [59] ramis
Dependet galea, & prato gravia [60] arma quiescunt.
Stant [61] lecti circùm juvenes: ipse [62] æger, [63] anhelans
Colla fovet, fusus [64] propexam [65] in pectore barbam:
Multa [66] super [67] Lauso rogitat: multosque remittit,
Qui [68] revocent, [69] mœstique [70] ferant mandata parentis.
At Lausum socii [71] exanimem super [72] arma ferebant
[73] Flentes, [74] ingentem, atque [75] ingenti volnere victum:
Adgnovit longè [76] gemitum [77] præsaga mali [78] mens:
[79] Canitiem multo deformat pulvere, & ambas
[80] Ad cœlum tendit palmas, & [81] corpore inhæret.
Tantane me tenuit vivendi, nate, voluptas,
Ut pro me hostili [82] paterer succedere dextræ,
[83] Quem genui? Tuane hæc genitor per [84] volnera [85] servor,
Morte tuâ vivens? Heu, nunc misero mihi [86] demùm
[87] Exsilium infelix! nunc [88] altè [89] volnus [90] adactum!

50 Immorantes levare Lausum. 51 Sursùm levat. 52 Fœdantem. 53 Tunc enim viri, ut mulieres, componebant capillos. 54 Mezentius. Aut ad fabulam alludit, quâ dicuntur defuncti, ubi semel lethæas aquas gustaverint, rerum omnium terrenarum curam deponere. 55 Sua, ab Æneâ illata. 56 Sistebat sanguinem, lavabat, purgabatque aquis. 57 Al. *lavabat*. 58 Accumbens. 59 Arboris illius. 60 Clypeus jacet, positus est. Ab animali ad non animal. 61 Ad corporis tutelam. 62 Saucius. 63 Crebrò respirans reficit colla lassa, sustinens se arboris trunco. 64 Multum & per omnia pexam. 65 Per pectus. 66 De. 67 Filio suo. 68 Ipsum à pugnâ. 69 Quod filium in tali discrimine reliquerit. 70 Adferant. 71 Mortuum, 72 Clypeum ejus. 73 Defluentes. 74 Juvenem. 75 *Validum namque exsigit ensem Per medium Æneas juvenem, totumque recondit.* 76 Sociorum, id est, causam gemitûs, quæ mors Lausi erat. 77 Præsagiens malum. 78 Mezentii. 79 Quod in gravi luctu fieri solet, caput canum spargit fœdatque pulvere. Pathos ab ætate: ut est apud Macrob. Sat. lib. 4. cap. 3. 80 Non precaturus, sed execraturus Deos. 81 Hæret in corpore Lausi. 82 Te. 83 Pathos à relatione. 84 Vulnus, quod aspicio ab Æneâ tibi illatum. Invidiosè & patheticè. 85 Salvor. 86 Cum tui carendum est. 87 Expulsio è patriâ meâ est mihi dura & intolerabilis. 88 Profundè. 89 Doloris. 90 Per filii mei pectus, vel meum pectus.

Idem

[91] Idem ego, nate, tuum maculavi [92] crimine [93] nomen,
Pulsus [94] ob invidiam [95] solio, sceptrisque paternis.
[96] Debueram patriæ pœnas, odiisque [97] meorum:
[98] Omnis per mortes animam [99] sontem ipse * dedissem.
[1] Nunc vivo: neque adhuc [2] homines [3] lucemque relin-
quo: 855
Sed [4] linquam. Simul hoc dicens [5] attollit in [6] ægrum
Se femur; &, quamquam [7] vis alto volnere [8] tardat,
[9] Haud dejectus, [10] equum [11] duci jubet. [12] Hoc [13] decus
illi,
Hoc solamen erat: bellis [14] hoc victor [15] abibat
Omnibus. [16] Adloquitur [17] mærentem, & talibus insit:
[18] Rhœbe, diu (res si qua diu mortalibus ulla est) 860
Viximus. Aut hodie [19] victor spolia illa [20] cruenta,
Et caput Æneæ referes, [21] Lausique dolorum
Ultor eris mecum: aut, [22] aperit si nulla [23] viam vis,
Occumbes pariter. Neque enim, fortissime, credo 865
Jussa aliena pati, & [24] dominos dignabere Teucros.
[25] Dixit, & exceptus [26] tergo [27] consueta locavit
Membra, manusque ambas jaculis oneravit acutis;
[28] Ære caput fulgens, [29] cristâque hirsutus equinâ.
Sic cursum in [30] medios [31] rapidus dedit. [32] Æstuat in-
gens 870

91 Qui causa mortis fuit. 92 Tyrannide meâ. 93 Tuam gloriam: qui fuisses regis filius habitus. 94 Quia nihil mihi mei invidebant. 95 Regno meo. 96 Morte tuâ luis crimen, invidiam, pœnas meas, quas ipse lubens obiissem. 97 Quæ de me, patre tuo, erant. 98 Per omnia mortis genera. 99 Culpabilem, & noxiam. * Dare debuissem, id est, debueram me cuilibet periculo sine ullius mortis metu objicere. Est autem pathos per hyperbolen, id est, nimietatem. Vide Macrob. lib. 4. cap. 6. 1 Qui mori debui. 2 Societatem hominum. 3 Vitam, aut lumen cœli. 4 Statim vitam. 5 Erigit. 6 Saucium, vulneratum. 7 Violentia profundi vulneris prius suscepti. 8 Ipsum. 9 Tamen non dejectus animo. 10 Suum. 11 Adduci. 12 Equum tristem, quia dominum suum tristem sentiebat. Sic Achilles Xanthum equum alloquitur, 19. Il. 13 Equi. 14 Per hunc equum. 15 Evadebat. 16 Mezentius. 17 Mecum. 18 Arma Æneæ Lausi sanguine perfusa. Namque arma Lauso jussit habere sua. 19 Quos pro Lauso patior. 20 Si virtuti adversus sit eventus. 21 Ad tantam victoriam. 22 Tuos effectos. 23 Mezentius. 24 Equi se præbentis. 25 Equo. 26 Galeâ æneâ. 27 In galeâ positâ. Κίρνω ἱπποδασείᾳ. 28 Hostes. 29 Celer. 30 Ebullit.

Uno in corde [31] pudor, mixtoque insania [32] luctu,
(Et furiis agitatus [33] amor, & [34] conscia virtus:)
Atque hîc Æneam magnâ [35] ter voce vocavit.
Æneas adgnovit [36] enim, lætusque precatur:
[36] Sic pater ille Deûm faciat, [37] sic altus Apollo,
[38] Incipias [39] conferre manum.
[40] Tantum effatus, & [41] infestâ [42] subit [43] obvius hastâ.
[44] Ille autem: Quid me erepto, sævissime, nato
Terres? [45] hæc via sola fuit, quâ perdere posses.
Nec mortem [46] horremus, [47] nec Divûm parcimus ulli.
[48] Desine. Jam venio moriturus, & hæc tibi porto
[49] Dona priùs. Dixit, telumque intorsit in [50] hostem:
Indè [51] aliud [52] super atque aliud figitque volatque
Ingenti gyro: sed [53] sustinet aureus umbo.
Ter circùm [54] adstantem [55] lævos æquitavit in [56] orbis,
Tela manu jaciens: ter secum Troïus heros
Immanem ærato circumfert [57] tegmine [58] silvam.
Indè ubi [59] tot traxisse moras, tot [60] spicula [61] tædet
[62] Vellere, & urguetur pugnâ congressus [63] iniquâ;
Multa [64] movens animo, jam tandem [65] erumpit, & inter
[66] Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam.
Tollit se arrectum [67] quadrupes, & calcibus auras

31 Quod filium occidi permisisset, & vulneratus discesisset. 32 Quod filium amisisset. 33 In filium. 34 Cujus sibi conscius erat. 35 Sæpe. 36 Vocem ejus. 37 Al. *Sit* Precantis, optantisque. Adverbium. 38 Scil. *ut*. 39 Concertare mecum. 40 Id solum. 41 Ad vulnus infligendum paratâ, protensâ. 42 Accedit. 43 Mezentio. 44 Mezentius ait. 45 Exstincto nato: quia si vivere voluissem, nunquam me interficere potuisses: nunc autem, quia invitus vivo, forte me perdere poteris. 46 Expavescimus. 47 Neque enim Deorum quempiam veneror supplex, uti tu, neque ulli Deûm vitam debere volo, cujus me usque tædet amisso filio. Impiè, ex persona contemptoris Deum. 48 Terrere, aut mortem minari. 49 Infesta jacula. 50 Æneam. 51 Telum. 52 Insuper. 53 Vim telorum Mezentii. 54 Æneam. 55 Sibi lævos, ut scil. dextram Æneæ partem circumveniret, quæ nuda erat, neque scuto tecta. 56 Gyros. 57 Clypei. 58 Clypeum præfert impeditum, tot exceptis jaculis horrentem instar silvæ. 59 Tantum distulisse mortem Mezentii. 60 A Mezentio missa. 61 Æneam. 62 Avellere. 63 Inæquali: cùm ipse pedes contra Mezentium equitem ingressus esset. 64 Considerans, quomodo scil. se contra hostem inimitum teneret, & tamen filium vinceret. 65 In pugnam. 66 Belligeri. 67 Equus.

Ver-

Verberat, [68] effusumque equitem super ipse secutus
[69] Implicat, [70] ejectoque incumbit [71] cernuus armo.
Clamore incendunt cœlum Troësque, Latinique.
[72] Advolat Æneas, vaginâque eripit ensem,
Et [73] super hæc: Ubi [74] nunc Mezentius [75] acer, & illa
[76] Effera vis animi? contrà [77] Tyrrhenus, ut auras
Suspiciens [78] hausit cœlum, mentemque recepit:
Hostis amare, quid increpitas, mortemque minaris?
[79] Nullum in cæde nefas. Nec sic ad prælia veni,
Nec tecum [80] meus hæc pepigit mihi [81] fœdera Lausus.
[82] Unum hoc, [83] per, si qua est victis venia hostibus, oro;
Corpus [84] humo patiare [84] tegi. Scio [85] acerba meorum
Circunstare odia: hunc (oro) defende [86] furorem:
Et me [87] consortem nati concede sepulcro.
Hæc [88] loquitur, [89] juguloque [90] haud inscius accipit [91] ensem,
[92] Undantique animam diffundit in arma cruore.

68 Excussum. 69 Ipsum. 70 Mezentio. 71 Pronus ac in faciem cadens ruit supra dominum. 72 Celeriter accurrit ad lapsum. 73 Insuper ait. 74 Est ille. 75 Strenuus. 76 Immanis. 77 Mezentius, ut ad se rediit, recepitque animum ruinâ equi, & suâ consternatum. 78 Oculis. 79 Neque duxi nefas mori: neque vivendi animo huc veni. 80 Filius. 81 Ut mihi parcas. 82 Solum. 83 Eam veniam, quæ est hostibus. 84 Sepeliri. 85 Immitia in me. 86 Scil. *meorum*, ne propter hunc furorem insepultum me dilanient, & projiciant devorandum feris & alitibus. 87 Ejusdem sortis cum filio Lauso. 88 Mezentius. 89 Suo, id est, gutture. 90 Sciens, & videns. 91 Æneæ. Ostendit illum præbuisse jugulum. 92 Ordo est: *Et diffundit animam in arma* cum *cruore undanti*, id est, undatim effluenti.

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER UNDECIMUS.

ARGUMENTUM.

Occiso Mezentio, victor Æneas Marti tropæum erigit. Pallantis mortui corpus magno pompæ apparatu ad Evandri urbem remittit: ubi summo, & patris, & suorum omnium luctu excipitur. Interim oratores à Latinis missi, dierum 12. indicias impetrant: quo temporis spatio utrique suorum cadavera perquirant, supremoque sepulturæ honore prosequuntur. Eodem quoque tempore Venulus, quem sub belli initium legatum ad Diomedem miserant Latini, ad suos rediens, auxilia sibi denegata renunciat. Ea spe destitutus Latinus, consilio convocato, de summa belli consultat, legatosque de pacis conditionibus ad Æneam mittendos censet. Ibi Drances, & Turnus, pro inveterato inter ipsos odio, se mutuis conviciis proscindunt. Interim Æneas bipartito divisis copiis, levis armaturæ equites planis itineribus ad urbem præmittit: ipse cum reliquo exercitu per loca sylvis montibusque impedita, ad editiorem oppidi partem contendit. Cujus rei nuncio Laurentum perlato, concilium dimittitur: paranturque ea, quæ ad urbis defensionem putantur pertinere. Turnus, cognito per exploratores Æneæ consilio, bifariam & ipse suas copias partitur. Equitibus Messapum, & Camillam præficit, eosque hostium equitibus opponit: ipse cum peditibus angustias, quâ necessario Æneæ ad urbem iter erat, breviori itinere occupat, atque ibi in insidiis subsistit. Interim equestre prælium committitur, diuque dubio utrinque eventu pugnatur. Ibi Camilla, magnâ priùs editâ hostium strage, dum Chloreum Cybeles sacerdotem, armorum ejus pulchritudine capta insautius sequitur, ex insidiis ab Arunte hastâ trajicitur. Quam tamen sacræ virginis cædem Aruns non diu tulit inultam: nam & ipse paullò pòst ab Opi Dianæ ministrâ, sagittâ trajectus, offensæ numinis pœnas persolvit. Camillæ nece consternati Rutuli, fugam arripiunt. Trojani urbis oppugnationem parant. Ejus calamitatis nuntio ab Acca, Camillæ comite, ad Turnum perlato, relictis, quas obsederat, angustiis suis, auxilio accurrit. Eodem subsequitur & Æneas, & quoniam imminente jam nocte prælium committi non poterat, utrique positis ante urbem castris considunt.

[1]Oceanum [2] intereà surgens aurora reliquit.
Æneas, quamquam & [3] sociis dare tempus [4] humandis

1 Mare, quod totum circuit terrarum orbem. Exordium à temporis matutini descriptione. 2 Dum gererentur, quæ dicta sunt. 3 Interfectis. 4 Sepeliendis.

Præ-

[5] Præcipitant curæ, [6] turbataque [7] funere [8] mens est,
Vota [9] Deûm [10] primo [11] victor solvebat [12] Eoo.
Ingentem quercum decisis undique ramis
Constituit [13] tumulo, fulgentiaque [14] induit arma,
Mezentî ducis [15] exuvias; tibi, magne, [16] tropæum,
[17] Bellipotens: aptat [18] rorantis [19] sanguine [20] cristas,
[21] Telaque [22] trunca viri, & [23] bis sex [24] thoraca petitum
Perfossumque locis: [25] clipeumque ex ære [26] sinistræ
Subligat, atque [27] ensem [28] collo suspendit [29] eburnum.
Tûm socios, namque omnis eum [30] stipata tegebat
Turba ducum, sic [31] incipiens hortatur [32] ovantis:
[33] Maxima res effecta, viri. Timor omnis abesto.
[34] Quod [35] superest: hæc sunt spolia, & [36] de rege superbo
Primitiæ: manibusque [37] meis [38] Mezentius [39] hic est.
Nunc [40] iter ad [41] regem nobis murosque Latinos.
[42] Arma parate animis, & spe [43] præsumite bellum:

5 Festinatè urgent, premuntque. 6 Percussa. 7 Pallantis in primis. 8 Ejus. 9 Quæ Diis pro victoria habenda voverat. 10 Primo mane, cum primo ortu Solis. 11 Scil. *tamen*. 12 In colliculo: quia tropæa non figebantur: nisi in eminentioribus locis. 13 Quercum. 14 Quæ fuerant spolia, quibus exutus erat Mezentius. 15 Spolia detracta duci, & ad tuam gloriam suspensa. Solebant enim victores tropæum, in victoriæ signum, in colle aliquo constituere, & arma, hostibus victis erepta, & alias exuvias ad tropæum affixas suspendere. *Tropæum* propriè est signum & monumentum victoriæ ereptum, & quidem eo loco, in quo hostes in fugam versi ac victi sunt: à Τρέπω, id est, *verto*. 16 Mars. 17 Distillantes. 18 Mezentii. 19 Galeæ Mezentii. Ut tropæum referat hominis formam, ecce primum cristas galeæ, deindè tela in manu, clypeum ad sinistram, thoraca in media arbore, ensem dimissum ad latus ex balteo, qui collo appensus. 20 Perfracta: ita enim tropæa poni consuevêre. 21 Duodecim vulneribus ab Æneâ perfossum thoraca intelligo potius, quàm à duodecim Etruriæ principibus, ut volunt quidam. 22 Ad sinistram partem. 23 Ad collum Mezentii. 24 Habentem eburneam vaginam, aut capulum. 25 Densè circumstans. 26 Æneas. 27 Exsultantes præ gaudio. 28 Quia primam victoriam, eamque insignem consecutus erat. 29 Scil. ejus. 30 Scilic. de reliqua belli parte. 31 Primæ exuviæ Mezentio detractæ. 32 Cum respectu, ad spolia opima, ubi dux suâ manu hostium ducem confecit. 33 Refero ad titulum tropæi. *Mezentius hic est*, &c. 34 Talis, scil. victus & occisus. Ut, hunc *ego te, Euryale, aspicio*. 35 Est, aut restat. Propositio consilii. 36 Latinum. 37 Parate animos armis, Hypallage. 38 Mente præoccupate.

Ne qua mora [39] ignaros, ubi primùm [40] vellere signa
[41] Adnuerint Superi, [42] pubemque educere castris,
Impediat; segnesque metu sententia tardet.
Intereà socios [43] inhumataque corpora terræ
Mandemus: [44] qui solus [45] honos [46] Acheronte sub imo est.
Ite, [47] ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
Hanc [48] patriam peperêre suo, decorare [49] supremis
Muneribus: [50] mæstamque Evandri primus ad urbem
Mittatur Pallas, quem [51] non virtutis egentem
Abstulit [52] atra dies, & [53] funere [54] mersit [53] acerbo.
Sic ait [55] illacrimans, recipitque ad [56] limina gressum:
Corpus ubi exanimi [57] positum Pallantis Acœtes
Servabat senior: qui [58] Parrhasio Evandro
[59] Armiger [60] antè fuit; sed [61] non felicibus [62] æquè
Tùm comes auspiciis caro datus [63] ibat [64] alumno.
Circùm omnis [65] famulûmque manus, Trojanaque turba,
Et mæstum [66] Iliades crinem de more [67] solutæ.
Ut verò Æneas foribus sese intulit altis,
Ingentem gemitum [68] tunsis ad sidera [69] tollunt
Pectoribus, [70] mæstoque [71] immugit [72] regia luctu.

39 Vos improvisos & imprudentes. 40 A loco suo, ubi fixa erant. Bonum omen erat, si evulsa sequerentur. 41 Nutu concesserint. Neque enim nisi captato augurio, aut sine Deûm numine evellebantur signa. 42 Tirones, id est, novos milites. 43 Inhumatorum sociorum. Cæsorum in bello funebres pompæ à suis honestabantur elogiis, orationibus, epitaphiis, 44 *Τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων*, 16. Il. 45 Humandi. 46 Est apud inferos; quia sine sepultura non traducuntur ad inferos, sed *centum errant annos*, ut in 6. vidimus. 47 Æneas ad socios suos. 48 Regionem acquisiverunt. 49 Ultimis officiis. 50 Propter mortem futuri regis. 51 Abundè magnâ virtute præditum. Litotes, id est, tenuitas vel simplicitas sermonis. 52 Funesta & inimica. 53 Fato immaturo, & *miser ante diem*. Translatio à pomis. 54 Oppressit. 55 Æneas. 56 Castrorum. 57 Repositum. Ritè omnia conclamatorum corpora in limine ædium collocabantur efferenda: pedibus ad viam extentis, quasi non reversuris, aut quia homines capite nascuntur, pedibus efferuntur. In funere verò familia, amici, feminæ in primis *φιλοῖ κρίσου γένυος*, crinibus solutis, luctu, planctu, ejulatu omnia replebant. 58 Arcadico. 59 Ab officio. 60 Quàm Pallanti. 61 Propter mortem Pallantis. 62 Ut patri armiger fuerat. 63 Iverat. 64 Filio Pallanti. 65 Arcadum multitudo. 66 Trojanæ ancillæ erant, aut stabant in circuitu. 67 In signum tristitiæ. 68 Percussis. 69 Erigunt. 70 Mœstitiæ indice. 71 Intrinsecus mugit & resonat. 72 Æneæ in castris.

Ipse

[73] Ipse caput [74] nivei [75] fultum Pallantis & ora
Ut [76] vidit, [77] levique [78] patens in [79] pectore vulnus
[80] Cuspidis Ausoniæ, lacrimis ita fatur obortis:
Tene, inquit, miserande [81] puer, cùm [82] læta veniret,
Invidit Fortuna mihi, ne regna videres
Nostra, neque ad sedes victor veherêre paternas?
Non hæc Evandro de [83] te promissa parenti
Discedens dederam: cùm me [84] complexus [85] euntem
[86] Mitteret in magnum imperium, metuensque moneret
Acris esse [88] viros, cum [89] durâ [90] prælia gente.
Et nunc [91] ille [92] quidem [93] spe multum captus inani
[94] Fors & [95] vota facit, [96] cumulatque altaria donis.
Nos juvenem exanimum, & [97] nil jam cœlestibus ullis
Debentem, [98] vano mœsti comitamur honore,
[99] Infelix, nati funus * crudele videbis.
** Hi nostri reditus, *** exspectatique triumphi?
Hæc mea magna [1] fides? At [2] non, Evandre, pudendis
Volneribus [3] pulsum aspicies: [4] nec [5] sospite dirum
Optabis nato funus pater. Hei mihi, quantum
Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis, Iüle!
Hæc ubi deflevit, tolli miserabile [6] corpus
Imperat, & toto [7] lectos ex agmine mittit

73 Æneas. 74 Albissimi. 75 Sustentarum pulvinari, & toro funereo. 76 Pathos ab attestatione rei visæ: ut annotavit Macr. Sat. lib. 4. cap. 6. 77 Pulchro, nondum piloso. 78 Amplum, & latè apertum. 79 Ejus. 80 Ab hasta Turni illatum. 81 Pathos ab ætate. 82 Injectâ jam spe potiundæ Italiæ. 83 Incolumitate tuâ. 84 Evander. 85 Abire volentem. 86 Me. 87 Tibi. 88 Quibuscum bellandum esset. 89 Aspera, & laboris patiente, ut Latinâ, Rutulâ, Volsca, lib. 9. 90 Esse. 91 Pater tuus Evander. 92 Certè. 93 Pathos præter spem: de quo Macr. Sat. lib. 4. cap. 6. 94 Fortè etiam. 95 Pro salute & læto reditu tuo. 96 Cumulatim onerat. 97 Non ultrà obnoxium Diis cœlestibus pro salute & vita conservanda. 98 Nihil defuncto profuturo. 99 Evandre. * Crudeliter affectum. ** Sunt-ne hujusmodi? *** Multum optati. 1 Quâ promiseram te incolumen reducendum? 2 Non aversis, & tergo acceptis, sed pulchris, loco honestis, adverso pectore: id quod fortiter pugnando morientis est, non autem vertentis tergum. 3 Pallanta filium tuum. 4 Neque imprecaberis tibi, aut filio mortem, tædio aut pudore, quod filius inhonestâ fugâ saluti suæ consuluerit. 5 Incolumi. 6 Pallantis. 7 Electos.

Mil-

Mille [8] viros, qui supremum comitentur [9] honorem,
Intersintque [10] patris lacrimis; solatia luctus
Exsigua ingentis, misero [11] sed debita patri.
Haud segnes alii crates, & [12] molle feretrum
Arbuteis texunt virgis, & vimine [13] querno,
Exstructosque [14] toros [15] obtentu frondis [16] inumbrant.
Hîc [17] juvenem [18] agresti sublimem stramine ponunt:
[19] Qualem [20] virgineo demessum pollice florem,
Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,
Cui neque fulgor adhùc, nec dum [21] sua forma recessit:
Non jam [22] mater alit tellus, viresque ministrat.
[23] Tùm geminas vestis, auroque [24] ostroque rigentis
Extulit Æneas: quas [25] illi [26] læta laborum
Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido
Fecerat, & tenuî telas [27] discreverat auro.
[28] Harum unam [29] juveni [30] supremum mœstus honorem,
Induit, arsurasque [31] comas obnubit amictu.
Multaque præterea Laurentis [32] præmia pugnæ
[33] Aggerat, & longo prædam jubet ordine duci.
Addit equos, & tela, quibus spoliaverat hostem.
Vinxerat & post terga [34] manus, quos mitteret umbris
[35] Inferias, [36] cæso sparsuros sanguine flammam:
Indutosque jubet [37] truncos hostilibus armis
Ipsos ferre duces, [38] inimicaque nomina [39] figi.
[40] Ducitur [41] infelix [42] ævo confectus Acœtes,
Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus [43] ora:

8 Trojanos, Thuscos, Arcades. 9 Funeris. 10 Evandri. 11 Scil. *tamen*. 12 Mollem capulum, quo mortui efferri solent. 13 Quod ex quercu est. 14 Lectulos. 15 Obtentis frondibus. 16 Umbrâ tegunt. 17 Pallanta. 18 Super frondes. 19 Scil. *ponunt*. Vide Catul. 63. ep. Est autem Pathos à parabola, ut annotavit Macrob. Sat. lib. 4. cap. 5. 20 Virginis. 21 Propria pulchritudo. 22 Procreans eum. 23 Funebris pompæ descriptio. 24 Purpura. 25 Æneæ. 26 Quia in gratiam Æneæ, quem amabat, munus hoc fecerat. 27 Depinxerat. 28 Harum geminarum vestium. 29 Corpori Pallantis. 30 Scilic. *in*. 31 Capillos ejus velat altera veste. 32 Spolia. 33 Accumulat. Al. *Aggregat*. 34 Eorum. 35 *Inferiæ* sunt sacra mortuorum. 36 Quem cæsi spargerent. 37 Arborum. 38 Inimicorum, quibus anima illa fuerant adempta. 39 Affigi truncis. 40 Quasi præ dolore non posset ire. 41 *Qui non felicibus æque Tùm comes auspiciis*, &c. modò. 42 Senio confectus. Pallas ab ætate & gestu. 43 Faciem.

Ster-

Sternitur & toto projectus corpore [44] terræ.
Ducunt & [45] Rutulo perfusos sanguine [46] currus.
Pòst bellator [47] equus [48] positis insignibus Æthon
It lacrimans, guttisque humectat grandibus ora.
Hastam alii [49] galeamque ferunt: nam [50] cetera Turnus
Victor habet. Tùm mæsta [51] phalanx, Teucrique sequuntur,
[52] Tyrrhenique duces, & [53] versis Arcades armis.
Postquam omnis longè comitum processerat ordo,
Substitit Æneas, gemituque [54] hæc addidit alto:
Nos alias hinc [55] ad lacrimas eadem horrida belli
Fata vocant. [56] Salve æternùm mihi, maxume Palla,
Æternumque [56] vale. Nec plura [57] effatus ad altos
Tendebat muros, gressumque in castra ferebat,
[58] Jamque [59] oratores aderant ex [60] urbe Latinâ,
[61] Velati ramis [62] oleæ, [63] veniamque rogantes:
Corpora, per [64] campos [65] ferro quæ [66] fusa jacebant,
Redderet, ac tumulo sineret [67] succedere terræ:
[68] Nullum cum victis [69] certamen & [70] æthere cassis:
Parceret [71] hospitibus [72] quondam, [73] socerisque vocatis.
[74] Quos bonus Æneas, [75] haud aspernanda precantis,
[76] Prosequitur veniâ, & verbis hæc insuper addit:
[77] Quænam vos tanto Fortuna [78] indigna, Latini,
[79] Implicuit bello, [80] qui nos fugiatis amicos?

44 In terram. 45 Rutulorum. 46 Hostibus ereptos. 47 Pallantis. 48 Exsutus phaleris. 49 Pallantis. 50 Arma cum balteo. 51 Peditum multitudo. 52 Etrusci. 53 Inversis hastis, mucrone inclinato & per terram tracto, pro usitato more ac recepto in exsequiis militaribus. 54 Verba. 55 Ad alia funera sequentis belli. 56 Mortuis *Salve* & *Vale* dicitur, quod ab eis dividimur, non ultra visuri eos. 57 Æneas. 58 Describit adventum legatorum à Latino missorum, petentium veniam sepeliendi corpora defuncta, quam eis lubens concessit Æneas. 59 Caduceatores, legati. 60 Laurolavinio, urbe Latini. 61 In signum pacifici adventus. 62 Arboris olivæ. 63 Beneficium, concessionem petitionis cujusdam. 64 Qui jam penes Trojanos victores. 65 Armis ferreis. 66 Prostrata. 67 Terram subire, terrâ condi. 68 Scil. *dicentes*. 69 Esse debere. 70 Mortuis, vitâ privatis. 71 Latinis. 72 Antequàm Turnus fœdus inter Latinum, & Æneam disturbaret. 73 Al. *sociisque*. 74 Oratores. 75 Licita & honesta: quia sepeliendi beneficium universis debetur. 76 Quibus concedi veniam. 77 Qualis. Admirantis est, non dubitantis. 78 Aspernenda. 79 Illaqueavit. 80 Utpote qui.

Pa-

Pacem me exanimis, & [81] Martis sorte peremptis
Oratis? [82] equidem & vivis concedere vellem.
Nec [83] veni, nisi fata locum sedemque [84] dedissent;
Nec bellum cum [85] gente [86] gero: [87] rex [88] nostra reliquit
Hospitia, & Turni potiùs se credidit armis.
Æquius [89] huic Turnum fuerat se [90] opponere [91] morti.
Si bellum finire manu, si [91] pellere Teucros
[92] Adparat; his mecum [93] decuit concurrere telis:
[94] Vixet, cui vitam Deus aut sua dextra dedisset.
Nunc ite, & [95] miseris subponite civibus [96] ignem.
Dixerat Æneas. Olli obstupuêre silentes;
Conversique oculos inter se atque ora tenebant.
Tùm senior semperque odiis & [97] crimine Drances
Infensus juveni Turno sic ore vicissim
[98] Orsa refert: O famâ ingens, ingentior [99] armis,
Vir Trojane, quibus * cœlo te laudibus æquem?
[1] Justitiæne [2] priùs [3] mirer, belline laborum?
Nos verò [4] hæc patriam grati referemus ad [5] urbem:
Et te, [6] si qua [7] viam dederit Fortuna, Latino
[8] Jungemus regi. Quærat sibi fœdera Turnus.
Quin & [9] fatalis murorum [10] attollere moles,
Saxaque [11] subvectare humeris [12] Trojana [13] juvabit.

81 Bellica, quam Mars sibi vindicat. 82 Sepulturam mortuis, & pacem vivis concedere vellem. 83 Venissem in Italiam. Enallage modi. 84 Mihi. 85 Vestra Latina, sed cum Turno. 86 Volens, ac jubens. 87 Latinus. 88 Jura hospitalitatis inter nos contracta. 89 Huic periculo mortis. Q. d. decuisset Turnum, violatorem pacis, singulari potius certamine mecum decertasse, quam hunc suorum fudisse sanguinem. Δικτικῶς, quasi jacentes ostendit. 90 Objicere. 91 Ab Italiâ. 92 Prætendit. 93 Eum. 94 Is nostrum vixisset. Syncope. 95 Qui alienâ culpâ pereunt. 96 Quo crementur. 97 Turni qui pacem ruperat, aut invidiæ. 98 Exordia sermonis sui. 99 Effectu ipso. * Cœlitibus ob pietatem & virtutem æquiparem, & æqualem censeam: *vel*, quibus laudibus ad cœlum te tollam? 1 Constructio Græca; τῆς δικαιοσύνης σε θαυμάσαιμι ἄν; & subintelligendum *ipsæ*, id est, *causâ*, vel *laudem*. 2 Principalius. 3 In te. 4 Humanitatis tuæ indicia. 5 Laurolavinium. 6 Si voluntatem nostram fortuita occasio comitetur. 7 Modum. 8 Conciliabimus. 9 Fato tibi promissa novæ urbis mœnia. 10 Erigere. 11 Ad constructionem murorum. 12 Ad Trojæ novæ constructionem. 13 Delectabit nos.

Di-

[14] Dixerat hæc, [15] unoquè [16] omnes eadem [15] ore fremebant.
Bis senos [17] pepigêre dies, & [18] pace sequestrâ
Per silvas Teucri, mixtique impunè Latini,
[19] Erravêre jugis. [20] Ferro sonat [21] icta [20] bipenni
Fraxinus: evertunt [22] actas ad sidera pinus:
[23] Robora nec cuneis, & [24] olentem scindere [25] cedrum,
Nec [26] plaustris cessant [27] vectare [28] gementibus ornos.
[29] Et jam Fama volans, [30] tanti prænuncia luctus,
Evandrum, Evandrique domos & mœnia [31] complet,
[32] Quæ modo victorem Latio Pallanta ferebat
Arcades [33] ad portas ruere, & de [34] more vetusto
[35] Funereas rapuêre faces. Lucet via longo
Ordine flammarum, & latè [36] discriminat agros.
[37] Contrà turba [38] Phrygum veniens plangentia jungunt
Agmina. Quæ postquàm [39] matres succedere [40] tectis
Viderunt, mæstam [41] incendunt clamoribus urbem.
At non Evandrum potis est vis ulla tenere:
Sed venit in [42] medios. [43] Feretro [44] Pallanta [43] reposto
Procumbit super, atque [45] hæret lacrimansque gemensque,

14 Drances. 15 Pari consensu. 16 Reliqui legati. 17 Pacti sunt. 18 Ad tempus mediâ, & quasi depositâ, quæ non terminet, sed differat bellum, id est, induciis. 19 Libere divagati sunt in summitatibus sub vertice montium. 20 Securi ancipiti, aut duas pinnas habente. 21 Al. *alta*. 22 Extensas. 23 Ligna querna. 24 Ut cadaverum fœtorem expellat. 25 Funeream arborem, quæ & odorem in funere ipso, & famam fortiter cadentibus æternam referat. 26 Curribus. 27 Ad pyram construendam. 28 Præ magnitudine ponderis. 29 Prosequitur lamentationem, & affectus paternos Evandri in Pallanta filium unigenitum. 30 Qualis esse solet in nece unigeniti regis. 31 Luctu, aut sermone de morte Pallantis. 32 Eadem fama, quæ adferebat paullò antè Pallanta victorem esse in agro Latino: quia multos, priusquam occumberet, stravit. 33 Ex urbe ad portas effusim currebant. 34 Instituto. 35 Raptim & festinantèr tulerunt faces funeribus aptas, *vel* quas noctu ante funera gestare solebant. 36 Illustrat ita agros, ut in latum discerni, ac discriminari possent. 37 Ex adverso. 38 Trojanorum, ab Æneâ cum funere missorum. 39 Arcadum. 40 Ad tectum regium. 41 Quasi in publico incendio ululatibus omnia complent, misceantque. Ducta metaphora à re militari, quâ igne ac flammis urbes incenduntur. 42 Pompam ducentium. 43 Capulo, quo ferebatur, reposito. 44 Al. *Pallante*. 45 In eo.

Et

Et [46] via [47] vix tandem [48] voci laxata [49] dolore est:
Non [50] hæc, ô Palla, dederas promissa [51] parenti,
[52] Cautiùs ut sævo velles te [53] credere Marti.
Haud ignarus eram, quantum nova gloria in [54] armis,
Et [55] prædulce decus primo certamine posset.
[56] Primitiæ juvenis miseræ, bellique propinqui
[57] Dura rudimenta, & [58] nulli exaudita Deorum
Vota precesque meæ! tuque, ô [59] sanctissima [60] conjunx,
[61] Felix morte tuâ, neque in hunc servata dolorem!
Contrà ego vivendo [62] vici mea fata, superstes
Restarem ut genitor. Troûm [63] socia arma [64] secutum
[65] Obruerent Rutuli [66] telis: [67] animam ipse dedissem,
Atque [68] hæc pompa domum me, non Pallanta, [69] referret.
[70] Nec vos [71] arguerim Teucri, nec fœdera, [72] nec, quas
Junximus hospitio, dexteras: [73] sors ista senectæ
Debita erat nostræ. Quod si [74] immatura manebat
Mors natum, [75] cæsis Volscorum millibus [76] antè,
[77] Ducentem in Latium Teucros [78] cecidisse juvabit.

46 Meatus & arteria. 47 Cum difficultate. 48 Sermoni. 49 Propter dolorem nimium constricta. 50 Hujusmodi, pathos contrarium illi, quod sumitur à loco præter spem, id est, ex eo quod jam speraverit. Vide Macrob. Sat. l. 4. cap. 6. 51 Mihi. 52 Prudentiùs. 53 Committere bello. 54 Apud armatum: cujus consilium cupiditas victoriæ plerumque conturbat. 55 Belli gloria inexpertis nimium dulcis. 56 Principia tua, ô Palla, sunt infelicia. 57 Eruditiones, & tyrocinia ad bellum propinquum gerendum sunt difficilia atque infelicia. 58 A nullo. 59 Casta, pia, purissima, non alicujus religionis, sed solius castitatis respectu. Consule Macrob. Sat. lib. 3. c. 3. 60 Mater Pallantis. 61 Felix es, quod mortua sis. 62 Inverso & præpostero fatorum ordine, filio meo supervivo. Q. d. Superavi naturalem ordinem vitâ longiore, qui est, ut sint parentibus superstites filii. 63 Æquius fuerat me secutum Trojana arma, mortem oppetiisse, quam te. 64 Scilic. *quem*. 65 Obruere debebant. 69 Suis. 67 Ego dare debuissem vitam. 68 Hic magnificus apparatus funebris. 69 Referre deberet. 70 Quin & absolvo Teucros: misero meo fato magis imputo. 71 Reprehensos velim. 72 Neque fidem jure hospitalitatis mutuò datam & acceptam. 73 Hoc infortunium, & misera conditio. 74 Precox, & antè debitos annos veniens exspectabat. 75 Occisis âb eo. 76 Priusquam caderet. 77 Ipsum. 78 Oppetiisse delectabit me, solatio mihi erit.

Quin

[79] Quin ego [80] non alio digner te funere, Palla,
Quam pius [81] Æneas, & quàm [82] magni Phryges, & quàm
Tyrrhenique duces, Tyrrhenûm exercitus omnis.
Magna [83] tropæa ferunt, [84] quos [85] dat tua dextera leto.
[86] Tu quoque nunc stares immanis [87] truncus in [88] armis,
[89] Esset par ætas, & idem si robur ab annis,
Turne. Sed infelix Teucros quid [90] demoror armis?
[91] Vadite, & hæc memores [92] regi mandata referte:
Quòd vitam [93] moror [94] invisam, [95] Pallante perempto,
Dextera causa tua est; [96] Turnum, gnatoque patrique
[97] Quam debere vides. [98] Meritis vacat hic tibi solus
Fortunæque locus. Non vitæ gaudia quæro,
Nec fas [99] sed gnato * manis ** perferre sub imos.
[1] Aurora [2] intereà [3] miseris mortalibus [4] almam
Extulerat lucem, referens opera atque labores.
Jam pater Æneas, jam curvo in litore [5] Tarchon

79 Quinetiam. Aliud argumentum solatii. 80 Aliâ pompa funebri te non dignum censeam, aut faciam. 81 Dignatur. 82 Magnifici. 83 Nam ferunt secum magna spolia, ab hostibus superatis, aut in fugam versis detracta, eorum, &c. 84 Hi fuere, Lagus, Sthenius, Rhœtus, Anchemolus, Laridès, Tiber, Rhœteus, Hilus, Halesus. 85 Dedit. 86 Sicut reliqui duces, à Pallante cæsi, de quibus hæc sunt tropæa. 87 Detruncatus capite, aut aliis membris. 88 Tuis, sicut in Mezentii tropæo visum est. 89 Si Pallas fuisset æqualis tibi ætate, id est, si Pallas non fuisset junior, quam ut tecum contenderet. 90 Detineo ab armis, id est, cur eos non remitto, ut Turnum cædant? 91 Ite, ò Teucri. 92 Vestro Æneæ. 93 Sustineo. 94 Molestam & odiosam mihi. 95 Id est, non ampliùs vellem vivere, nisi dextera tua esset in causa. 96 Necem Turni. 97 Quam dextram ultricem necis filii mei futuram & spero, & ob hoc solum invita maneo, ut interfecti Turni nuncium ad natum ipse moriens deferam. 98 Benè merendi de Evandro, id est, dicite, nihil est aliud, quod possit vel virtus tua, vel fortuna præstare: (nam his rebus victoria contingit) nisi ut, occiso Turno, & vindices filium, & patrem consoleris orbatum. Id quod etiam paullò pòst ab Ænea præstitum est. 99 Desiderio. * Ad inferos, ubi sunt manes Pallantis. ** Nuntium necis Turni. 1 Refert, quomodo per inducias & pacem sequestram mandata sint sepulturæ interfectorum utrimque corpora. 2 Dùm hæc apud Evandrum fierent. 3 Quia lucis egentibus. 4 Altricem vitæ. 5 Etruscorum rex.

Con-

Constituêre [6] pyras. [7] Hùc corpora [8] quisque [9] suorum
[10] More tulêre patrum: [11] subjectisque ignibus [12] atris
Conditur in tenebras [13] altum [14] caligine cœlum.
Ter circùm accensos, [15] cincti fulgentibus * armis,
Decurrêre [16] rogos: ter [17] mæstum fureris ignem
[18] Lustravêre in equis, [19] ululatusque ore dedêre.
[20] Spargitur & tellus lacrimis, sparguntur & [21] arma.
[22] It cœlo clamorque virûm, clangorque tubarum.
[23] Hinc alii spolia occisis derepta Latinis
Conjiciunt [24] igni; galeas, ensisque decoros,
Frenaque, [25] ferventisque [26] rotas; [27] pars [28] munera nota,
Ipsorum clipeos, &c. [29] non felicia tela.
Multa boum [30] circà mactantur corpora morti;
[31] Sætigerosque sues, raptasque ex omnibus agris
[32] In flammam jugulant pecudes: tùm [33] litore toto
Ardentis spectant socios, semustaque servant
Busta; neque avelli possunt; [34] nox humida donec
Invertit cœlum stellis fulgentibus [35] aptum.
Nec minùs & miseri diversa in parte Latini
[36] Innumeras struxêre pyras, & corpora partim
Multa virûm [37] terræ infodiunt, [38] avectaque partim
Finitimos tollunt in agros, [39] urbique remittunt.
[40] Cetera, ** confusæque ingentem ** cædis acervum,

6 Strues lignorum, ut incendantur. 7 Ad has pyras. 8 Æneas Trojanos, Tarchon Etruscos suos: uterque Arcadas. 9 Amicorum. 10 Ex vetere patrum institutione. 11 Sub pyras. 12 Funebribus, aut fumosis futuris. 13 Altè, & profundè. 14 Fumi. 15 Teucri & Etrusci. * Gladiis. 16 Congeries lignorum. 17 Mæstitiam adferentem. 18 Circumierunt more lustrantium. 19 Ejulatus lamentabiles. 20 Conspergitur. 21 Eorum. 22 Diffunditur ad cœlum. 23 Deindè. 24 In ignem. 25 Quondam fervidè actas, ferventes continuo motu. 26 Currum. 27 Alii conjiciunt in ignem. 28 Arma ipsis occisis nota. 29 Quibus infeliciter usi erant, cùm prostrati sint. 30 Corpora urenda. 31 Apros. 32 Projiciendos. 33 Per totum litus. 34 Donec nox ingruit. Namque ossilegium de nocte erat, si planè essent combusti: alias extinguebatur flamma vino, & die sequente rursus accensa. 35 Ἀστήμαντον, ἄφατον, stellis quasi clavis fixum & distinctum. 36 Utpotè longè majori clade affecti. 37 In terram, super quam jacebant. 38 Amicorum cadavera nota cremanda mittunt. 39 Ad urbem eorum, qui illic oriundi erant. 40 Corpora. ** Stragis cæsorum commixtæ, quia ignobilium & plebejorum.

Nec

[41] Nec numero [42] nec honore cremant; tunc undique vasti
Certatim crebris collucent ignibus agri.
Tertia [43] lux gelidam cœlo dimoverat [44] umbram:
Mærentes [45] altum cinerem & confusa ruebant
Ossa focis, tepidoque [46] onerabant aggere terræ.
[47] Jam verò in tectis [48] prædivitis urbe Latini,
Præcipuus [49] fragor, & longi pars maxima luctus.
Hic [50] matres, miseræque [51] nurus, hîc cara sororum
Pectora [52] mærentum, [53] puerique parentibus orbi,
[54] Dirum execrantur bellum, [55] Turnique hymenæos:
[56] Ipsum armis, ipsumque [57] jubent decernere ferro;
Qui regnum Italiæ, & [58] primos sibi poscat honores.
[59] Ingravat hæc [60] sævus Drances, solumque [61] vocari
Testatur, solum [62] posci in certamina Turnum.
Multa simul contrà variis sententia dictis
[63] Pro Turno, & magnum [64] reginæ nomen obumbrat:
Multa [65] virum [66] meritis [67] sustentat fama [68] tropæis.
[69] Hos inter motus, medio in flagrante tumultu,
Ecce, [70] super mœsti magna Diomedis ad [71] urbe

41 Et sine numero, id est, non numerando eorum corpora. 42 Et sine honore, id est insignibus combusrunt. 43 Sol. 44 Terræ, id est, noctem humidam & frigidam. 45 Erlebrit ossa, & cineres è focis quæ terræ mandabant, exstructo aggere. 46 Ea. 47 Describit statum domus Latini, in qua varie de hoc bello sunt sententiæ, aliis Turnum accusantibus, aliis propter Amatam reginam defendentibus. 48 Præter ceteros, divitis, habebat lata familiam, multosque cives. 49 Concrepitus murmurantium erat. 50 Quæ liberos lugebant. 51 Quæ maritos, ac sponsos lugebant. 52 Propter necem fratrum. 53 Filii cæsorum. 54 Cum Dirum [illegible]. 55 Turnum. Latinæ nuptias, quasi sponsalium jure sibi debitas, poscentem. 56 Turnum. 57 Volunt. 58 Regales. 59 In malum Turni auget, & graviora, id est, majoris momenti facit illud quod eadem audierat ex ore Æneæ, suprà: *Aquis huic Pilum fuerat se opponere morti. Si bellum finire manu, si pellere Teucros Parat, his decet, mecum concurrere telis.* 60 Inimicus Turni. 61 Provocari ab Æneâ in singulare certamen ex legatione affirmat. 62 Ab Æneâ. 63 Contra Drancem facit. 64 Amatæ magnæ auctoritas quasi umbra sua protegit Turnum. Metaphora ab arbore. 65 Turnum. 66 Præclaris facinoribus, per quæ tropæa figere meruerat, nam multos oberuncaverat. 67 Defendit. 68 In urbe concitatos. 69 Ipsum par. 70 Arpis, sive Argyripa.

[71] Legati responsa [72] ferunt: nihil omnibus [73] actum.
[74] Tantorum impensis [74] operum: nil dona, neque aurum,
Nec magnas [75] valuisse preces: alia arma Latinis
Quærenda, aut [76] pacem [77] Trojano ab rege [76] petendum.
[78] Deficit ingenti [79] luctu rex ipse Latinus.
[80] Fatalem Æneam manifesto numine [81] ferri,
Admonet [82] ira Deûm, [83] tumulique [84] ante ora recentes.
Ergo [85] concilium magnum, [86] primosque suorum
[87] Imperio accitos, alta intra [88] limina [89] cogit.
[90] Olli convenêre, [91] fluuntque ad regia [92] plenis
Tecta [92] viis. Sedet in [93] mediis [94] & [95] maxumus ævo,
[96] Et primus sceptris, [97] haud lætâ fronte, Latinus.
Atque hîc legatos [98] Ætolâ ex urbe [99] remissos,
Quæ * referant, fari jubet, & [1] responsa [2] reposcit
Ordine cuncta suo. Tùm [3] facta silentia linguis,
Et [4] Venulus [5] dicto parens ita farier [6] infit.
Vidimus, ô cives, Diomede [7] Argivaque castra;
Atque iter emensi [8] casus superavimus omnis;

71 Venulus, aliique, missi à Latino, Turno, Mezentio ad Argyripam petitum auxilia à Diomede lib. 8. *Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem, Qui petat auxilium.* 72 Adferunt. 73 Esse, id est, frustrà petitum esse auxilium. 74 Tam sumptuosæ legationis. 75 Apud Diomedem contra Æneam. 76 Αἰτεῖν ἰέναι, Græcismus. Lucretio familiaris. *Pœnas in morte timendum: & motu privandum est corpora.* 77 Æneâ. 78 Viribus. 79 Dolore, quod spe auxiliorum à Diomede destitutus esset, in quo anchoram salutis suæ posuerat. 80 Fatis advectum. 81 Duci ad regnum Italiæ. 82 Pugna infelix, qui Diis iratis videtur commissa. 83 Occisorum. 84 Admonent id. 85 Convocatorum cœtum. 86 Primores. 87 Mandato regio advocatos. 88 Regiæ domus. 89 Congregat Latinus. 90 Omnes illi, qui convocati erant. 91 Confluunt, celeriter accurrunt. 92 Oppléndo vias. 93 Ut omnes audire posset. 94 Al. *Rex.* 95 Annosissimus. 96 Ut ætate, ita imperio primus: *vel*, primus inter sceptra tenentes duces, Turnum, Mezentium, &c. ut qui sceptris junixi curiam intrârint, 8. Æn. *Quam Turne regi*, &c. 97 Tristi, ob responsum inexspectatum. 98 Quam Ætoli, id est, ex Ætolia profecti construxerant in Apulia. 99 A Diomede. * Reportent à Diomede. 1 Diomedis. 2 Exsigit. 3 Sunt. 4 Princeps legationis. 5 Mandato regio obediens. 6 Incipit. 7 Castella ab Argivis in Italia constituta. 8 Itineris, ut flumina, latrones, id est, perfecimus legationem nostram.

Con-

Contigimusque [9] manum, quâ concidit [10] Ilia tellus. 245
[11] Ille urbem [12] Argyripam, [13] patriæ cognomine gentis,
[14] Victor [15] Gargani condebat [15] Japygis [16] arvis.
Postquàm [17] introgressi, & [18] coràm data [19] copia fandi;
[20] Munera præferimus, * nomen patriamque docemus:
[21] Qui bellum intulerint, quæ causa [22] attraxerit Arpos.
[23] Auditis ille hæc [23] placido sic reddidit ore: 250
O fortunatæ gentes, [24] Saturnia regna,
[25] Antiqui Ausonii, quæ vos fortuna [26] quietos
Sollicitat, [27] suadetque [28] ignota lacessere bella?
Quicumque Iliacos ferro [29] violavimus agros, 255
([30] Mitto ea, quæ [31] muris bellando [32] exhausta sub altis,
[33] Quos Simois [34] premat ille viros) [35] infanda per orbem
Supplicia, & [36] scelerum pœnas expendimus omnes,
Vel Priamo miserande [37] manus: [38] scit triste Minervæ 259

9 Diomedis. 10 Urbs Illi: nam sequi inde, scelesti *supplicia expendimus.* 30 Prætermitto & dicere nolo. 31 Trojæ, id est, quod striges de nobis illic editæ sint, quamvis victores fuerimus. 32 Transacta sunt. 33 Qui pro sepulchro habuerunt Simoëntа notissimum fluvium Trojæ. 34 Obrutos aquis, id est, immersos continet. Unde in 1. *Ubi tot Simois correpta sub undis Scuta virûm, galeasque, & fortia corpora volvit.* 35 Quæ effari nequeo. 36 De sceleribus in Trojanos commissis. 37 Exsistens multitudo armata miseranda etiam hosti nostro. 38 Testis & infensæ Minervæ frà tempestas concitata, quâ naufragi allisi sumus ad rupes Euboicas, & promontorium Capharea.

39 Sidus, & 40 Euboicæ cautes, 41 ultorque 42 Caphereus.
43 Militiâ ex illa diversum ad litus 44 adacti;
45 Atrides 46 Protei Menelaus 46 adusque columnas
Exsulat, 47 Ætnæos vidit Cyclopas Ulixes.
Regna 48 Neoptolemi 49 referam, 50 versosque penatis
51 Idomenei? Libycone habitantes 52 litore 53 Locros? 268
54 Ipse Mycenæus magnorum ductor Achivom,
55 Conjugis infandæ 56 prima intra limina dextrâ
57 Oppetiit: 58 devictam Asiam subsedit adulter.
59 Invidisse Deos, patriis ut redditus oris,
Conjugium 60 optatum & 61 pulchrum 62 Calydona videre[m]? 270
Nunc etiam horribili visu portenta 63 sequuntur,
Et socii amissi 64 petierunt æthera pennis,
65 Fluminibusque vagantur 66 aves (heu dira 67 meorum
Supplicia!) & scopulos lacrimosis vocibus implent.
68 Hæc 69 adeo ex illo mihi jam 70 speranda fuerunt 275
Tempore, cùm ferro 71 cœlestia corpora demens

39 Arcturus, alias Aries: alias ipsa Minerva tempestatem ex sideris ortu concitans; alias fax, quam Nauplius, Palamedis filii mortem ulturus, Minervæ suasu extulit noctu Græcis tempestate laborantibus, quasi signum portus; unde illi ad Capharea, & cautes Euboicas naufragi interierunt. 40 Quæ sunt in Eubœâ insulâ. 41 Injuriæ, Minervæ illatæ: (nam Ajax Oileus vim Cassandræ in Palladis templo obtulerat) vel Nauplio, propter mortem Palamedis. 42 Promontorium Græcorum naufragio infame. 43 Infausta scilic. quam apud Trojam gessimus. 44 Sumus. 45 Atrei filius. 46 Ad fines Ægypti, ubi regnavit Proteus. 47 Ulysses ilongis erroribus per Siciliam, Cyclopas, in Ætnâ, Siciliæ monte, habitantes, vectus est. 48 Ab Oreste occisi in templo Apollinis, cum vellet ducere Hermionem, Oresti desponsatam. 49 Vultis ut. 50 Eversos, diruitos, & ad alium translatos, ipso à civibus pulso. 51 Regis Cretensium. 52 In. 53 Ajacis Oilei socios, à Trojano bello redeuntes. 54 Agamemnon. 55 Uxoris Clytemnestræ. 56 Cum primùm domum suam ingrederetur. 57 Terram, id est, occisus est. 58 Cum Agamemnon Trojam devicisset, Ægisthus remansit inhabitans, id est, Trojam potuit vincere, sed non adversorum pellere. 59 Vultis ut referam, & mihi invidisse Deos, id est, noluisse quasi per invidiam. 60 Castum. 61 Impolutam. 62 Civitatem meam. 63 Persequuntur me. 64 Avolaverunt, in aves, quæ *Diomedeæ* dicuntur, mutati: de quibus Ovid. Met. 14. 65 Per flumina. 66 In aves conversi. 67 Sociorum. 68 Dicta mala. 69 Omninò. 70 Exspectanda, timenda. Sic lib. 1. *At* sperate *Deos memores fandi atque nefandi.* 71 Martis & Veneris II. 5.

Ap-

Appetii, & [72] Veneris [73] violavi vulnere dextram.
Ne verò, ne me ad [74] tales impellite pugnas.
Nec mihi cum Teucris ullum post [75] eruta [76] bellum
Pergama, nec veterum memini, [77] lætorve [78] malorum.
Munera, quæ patriis ad me portatis ab oris,
Vertite ad Æneam: stetimus [79] tela aspera contrà,
[80] Contulimusque manus: [81] experto credite, [82] quantus
In clipeum adsurgat, quo [83] turbine torqueat [84] hastam.
Si [85] duo [86] præterea [87] tales [88] Idæa [89] tulisset
Terra viros, ultrò [90] Inachias venisset ad urbes
Dardanus, & [91] versis lugeret Græcia fatis.
Quidquid apud [92] duræ [93] cessatum est mœnia Trojæ,
Hectoris Æneæque manu victoria Grajûm
[94] Hæsit, & in decumum vestigia [95] rettulit annum.
[96] Ambo [97] animis, ambo insignes præstantibus armis:
[98] Hic pietate [99] prior. * Coëant in fœdera dextræ,
[1] Quâ datur: ast, [2] armis concurrant [3] arma, cavete.
[4] Et responsa simul quæ [5] sint, [6] rex optime, regis
Audisti, & quæ [7] sit magno [8] sententia [9] bello.
[10] Vix ea legati: variusque per ora cucurrit

72 Æneæ filio succurrentis. 73 Vulneravi. 74 Quarum etiam victoria perniciosa est: quia contra Deorum gentem, & Veneris filium Æneam. 75 Eversa. 76 Est, aut erit. 77 Supra hoc lib. *quas illi læta laborum, Ipsa suis quondam manibus Sidonia Dido Fecerat.* Cui non dissimilis & illa constructio. *Justitia ne prius mitet, belli-ne laborum?* suprà hoc libro. 78 Quæ Teucris intulimus. 79 Æneæ 80 Cum eo, id est, & cominus & eminus inter nos bella tractavimus. Describit hanc pugnam Homer. Il. 5. 81 Mihi, qui periculum feci. 82 Quantum valeat impulsu clypei in congressu. 83 Impetu cum gyro. 84 Quam impellit. 85 Duos. 86 Præter hos. 87 Qualis est Æneas. 88 Phrygia. 89 Produxisset. 90 Argolicas, quas Inachus olim possederat, est est, populus Dardanius, seu Trojani in Græciam venissent. 91 Mutatis, ita ut, quæ nunc victoria gaudet, lugeret, quòd victa esset. 92 Difficulter expugnabilis. 93 Ab expugnatione. 94 Immorata est, dubia fuit. 95 Extendit, id est, dilata est. 96 Tam Æneas, quam Hector. Ἔστωρ, Αἰνείας τ' ὀι Τρώων ἄριστοι, Il. 17. 97 Magnanimitate. 98 Æneas. 99 Præstantior est. * Feriant fœdus cum Æneâ, & ineant pacem. 1 Quacumque ratione, aut conditione licet, & permittitur. 2 Cum armis illius. 3 Vestra. 4 Hæc erant verba Diomedis, quæ nunc refert Venulus concludens. 5 Nobis data, aut qualia sint responsa Diomedis. 6 Latinè. 7 Diomedi. 8 Quia suadet, ut pacem ineamus. 9 De. 10 Retulerant,

[11] Ausonidum [12] turbata frèmor: ceu saxa morantur
Cùm [13] rapidos amnis, fit [14] clauso [15] gurgite murmur,
Vicinæque fremunt ripæ [16] crepitantibus undis.
Ut primùm [17] placati animi, & [18] trepida ora quiêrunt;
[19] Præfatus Divos solio [20] rex [21] infit ab alto:
[22] Antè equidem [23] summâ de re statuisse, Latini,
Et vellem, & fuerat [24] melius; non tempore tali
[25] Cogere concilium, [26] cùm muros adsidet hostis.
Bellum [27] importunum, cives, cum [28] gente Deorum,
Invictisque viris, gerimus; [29] quos nulla [30] fatigant
Prœlia, [31] nec victi possunt absistere ferro.
Spem, si quam adscitis [32] Ætolûm habuistis in armis,
[33] Ponite; spes sibi [34] quisque. Sed hæc, [35] quàm angusta, videtis.
[36] Cetera [37] quâ rerum jaceant perculsa ruinâ,
Ante [38] oculos [39] interque manus sunt omnia vestras.
Nec quemquam [40] incuso. [41] Potuit quæ plurima virtus
Esse, fuit. Toto certatum est [42] corpore regni.
Nunc adeò, [43] quæ sit dubiæ sententia menti,

11 Ausonidarum. 12 De conditione belli. 13 Impetuosos. 14 Saxorum objectione præcluso. 15 Impetu aquarum. 16 Ex confractione. 17 Fuerunt. 18 Timore & irâ. 19 Præmissa precatione & invocatione Deorum. Nam apud antiquos, antequam verbà in Senatu, vel concione facerent, Deos precabantur. 20 Latinus. 21 Incipit loqui. 22 Priusquàm ad hunc statum, & acceptam cladem pervenisset. 23 De salute Reipublicæ consuluisse. 24 Utilius. 25 Congregare. 26 Q. d. cùm serum est. 27 Contra id quod oportebat, & non suo tempore susceptum. 28 Originem ducente à Diis, propter Æneam necnon Trojanos. 29 Hinc Annibali suo dat orationem illam Livius. *Cum eo hoste res est, qui nec bonam, nec malam ferre fortunam potest, seu vincit, ferociter instat victis: seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.* 30 Locus ab impossibili. 31 Etiam quando vincuntur, & inferiores sunt viribus, adhùc rebellant. 32 Ætolorum, qui cum Diomede in Apuliam venerant. 33 Deponite eam. 34 Sit, id est, quisque speret in virtute sua, & non in auxilio alieno. 35 Sit hæc spes, quam in se quisque locat. 36 Præter spem, scil. vires, auxilia. 37 At quam ruinam minentur, aut quomódo jàm labefactata sint. 38 Vestros. 39 Videtis & tractatis res bellicas, & ita nosse potestis, in quam fragili sint statu. 40 Damno. Occupatione tacitæ suspicioni occurrit, ne scil. videatur infelicem belli eventum aut Turni, aut alterius cujuspiam ignaviæ imputare. 41 Quia quid virtutis erat, impertitum est. 42 Totis imperii viribus. 43 Quid sentiam in hac re dubia faciendum.

Ex-

44 Expediam, & paucis (animos adhibete) 45 docebo.
46 Est 47 antiquus ager, 48 Tusco mihi próximus 48 amni,
49 Longus in occasum, finis super usque 50 Sicanos,
51 Aurunci Rutulique serunt, & vomere duros
Exercent collis, atque 52 horum 53 asperrima pascunt.
Hæc omnis regio, & celsi plaga 54 pinea montis
55 Cedat amicitiæ Teucrorum: & fœderis æquas
56 Dicamus 57 leges, sociosque 58 in regna vocemus:
Consideant, si 59 tantus amor, & mœnia condant.
Sin alios finis, aliamque capessere gentem
Est animus, 60 possuntque solo decedere nostro:
61 Bis denas 62 Italo 63 texamus robore navis,
Seu 64 pluris complere valent: 65 jacet omnis ad 66 undam
Materies: ipsi numerumque modumque 67 carinis
Præcipiant: nos 68 æra, 69 manus, 70 navalia demus.
Prætereà, qui dicta 71 ferant, & fœdera 72 firment,
Centum oratores 73 primâ de gente Latinos
74 Ire placet, 75 pacisque manu 76 prætendere 75 ramos;
77 Munera portantis aurique, eborisque talenta,
78 Et sellam, regni, 79 trabeamque, insignia nostri.

44 Expeditè, & paucis dicam. 45 Quid sentiam. 46 Describit agrum, qui est inter Laurentum, & Tiberim, quem ajunt à Latinis accepisse Æneam. 47 Diu à meis non innovatus, id est, inutilis mihi. 48 Tiberi. 49 Longè protensus occidentem versus. 50 Siculenses, id est, ad Siciliam. 51 Quem agrum Arunci, antiquissimi Italiæ populi, &c. 52 Collium, id est, loca montosa, & silvis aspera in pascuorum usum vertunt. 53 Incultissima depascunt per greges suos. 54 Finis consita. 55 Concedatur, aut convertatur ad amicitiam Trojanorum obtinendam. 56 Adferamus. 57 Ut neque victi planè, neque victores censeantur. 58 In partem regni. 59 Considendum in Italia est ipsis. 60 Al. *posuntque.* 61 Quo numero instructi Trojani à Troja exsierant, mare conscenderant, lib. 9. 62 In Italiâ nato. 63 Ædificemus. 64 Naves, texamus eas. 65 Parata. 66 Tiberinam. 67 Ædificandis. 68 Ad rostra facienda. 69 Operarios. 70 Trabes, & loca, atque cetera ad constructionem navium necessaria. 71 Adferant, & dicant. 72 Cum eo. 73 Nobilissimâ, ac principali progenie. 74 Proficisci ad Æneam. 75 Oleam, pacis insigne. 76 Præferre. 77 Ex consilio Diomedis, qui censuerat, regia munera ad Æneam justiùs verrenda, quam ad se. 78 Curulem. Cum respectu ad Romanos, qui regibus benè meritis, & sociis summo pro munere mittebant sellam eburneam curulem, quali vehebantur magistratus sui præcipui, Ædiles, Prætores, Consules. 79 Vestem auguralem, segmentis varii coloris, instar trabium pictam.

Consulite [80] in medium, & rebus succurrite [81] fessis.
[82] Tùm [83] Drances idem [84] infensus, quem gloria Turni
[85] Obliquâ invidiâ stimulisque agitabat amaris,
[86] Largus opus, & [87] lingua melior, sed [88] frigida bello
[89] Dextera, [90] consiliis habitus [91] non futilis auctor,
[92] Seditione potens (genus huic materna superbum
Nobilitas dabat, [93] incertum de patre [94] ferebat)
Surgit, & his [95] onerat dictis, atque [96] aggerat iras:
Rem [97] nulli obscuram, vostræ nec [98] vocis egentem,
Consulis, ô bone rex: Cuncti se scire fatentur,
[99] Quid Fortuna ferat populi; sed dicere * mussant.
Det [1] libertatem fandi, [2] flatusque remittat,
Cujus ob [3] auspicium infaustum moresque [4] sinistros
([5] Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur)
Lumina tot cecidisse ducum, totamque videmus
[6] Consedisse urbem luctu: dùm Troia [7] tentat
Castra, [8] fugæ fidens, & [9] cœlum territat armis.
[10] Unum etiam donis istis, quæ plurima [11] mitti

80 Εἰς κοινὸν, in rem communem, & non ad suum cuique commodum. 81 Debilibus, belloque depressis. 82 Deindè postquam conticuit Latinus. Post concionem Latini audit sententiam Drancis, qui admonuit Lavinium quoque cum ceteris donis Æneæ concedendam, aut Turno, si eam vindicare velit, cum Æneâ singulari certamine congrediendum esse. 83 De quo prius meminit. 84 Multum offensus & molestus Turno. 85 Occultâ, non apertâ. 86 Largitèr dives. 87 Abundantior sermone facundo. Contrà, Hercul. apud Ov. Met. *Meliorem hi dexteram linguæ.* 88 Tarda ad bellum. 89 Ejus erat. 90 In consiliis dandis. 91 Non inanis nec profusus verborum. 92 Per seditionem, aut ad seditionem concitandam valens. 93 Ignotum. 94 Efferebat: quia nesciebatur, quis ejus esset pater. 95 Turnum. 96 Ac umular. 97 Omnibus manifestam. 98 Declarationis. 99 Id est, pacem petendam esse. * Contra Turnum clarè eloqui non audent, ne mutire quidem: mussant ergo, & intra se murmurant: μύζουσι. 1 Ut det παῤῥησίαν. 2 φύσημα, spiritus altos, superbiam, ventosas minas. 3 Inauspicatos ductus. 4 Pravos. 5 Quod verum est, & quod Reipublicæ conducere sentio. 6 Clade afflictam in luctu jacere, in luctu esse demersam. 7 Quasi congredi non audens. 8 Fugam Turno objicit, quòd falsam Æneæ imaginem, à Junone objectam, quo Turnum eripere, ipse secutus è prælio fuerit subductus, lib. 10. 9 Multum minatur. 10 Donum. 11 Scilic. aurum, ebur & sellam.

Dar-

Dardanidis [12] dicique jubes, unum, optime regum,
Adjicias; nec te ullius violentia vincat,
[13] Quin [14] natam egregio genero dignisque [15] hymenæis
Des pater, & pacem hanc æterno [16] fœdere jungas.
[17] Quòd si tantus habet mentis & pectora [18] terror;
[19] Ipsum obtestemur, [20] veniamque oremus ab ipso:
[21] Cedat, jus proprium regi, [22] patriæque remittat.
Quid miseros toties in aperta pericula civis
Projicis, ô [23] Latio caput horum & causa malorum?
Nulla [24] salus bello: [25] pacem [26] te poscimus omnes,
Turne; simul pacis solum inviolabile [27] pignus.
Primus ego (invisum quem tu tibi fingis, & [28] esse
[29] Nil moror) en [30] supplex venio. Miserere tuorum;
[31] Pone animos, & [32] pulsus [33] abi. [34] Sat funera [35] fusi
Vidimus, ingentis & [36] desolavimus agros.
Aut, si [37] fama [38] movet, si tantum pectore [39] robur
Concipis, & si adeò [40] dotalis regia [41] cordi est;
Aude, atque [42] adversum fidens fer pectus in [43] hostem.
[44] Scilicet, ut Turno [45] contingat regia conjunx,
Nos, [46] animæ viles, inhumata infletaque turba,

12 Scil. de navibus, vel agro, quæ verbis offerenda sunt. Al. *ducique*, scil. Æneæ. 13 Quò minùs, ut non. 14 Filiam tuam Laviniam. 15 Æneæ, externo generi. 16 Affinitatis matrimonialis. 17 Quòd si per Turnum facere non audes, oremus ipsum tandem, ut patiatur te Regem ac patrem uti jure tuo. Invidiosè & ironicè. 18 Metus de Turno. 19 Turnum obsecremus. 20 Hanc gratiam. 21 Ut concedat. 22 Et concedat hoc propter salutem patriæ. 23 Italiæ, id est, ô Turne. 24 Est. 25 De pacis commodis lege Tibul lib. 1. El. 10. 26 O Turne, à te exsiginus pacem, qui solus das bellum. 27 Laviniam, quæ sola est inviolabile pignus pacis. 28 Invicto tibi. 29 Non recuso, dùm Reipubl. consulam. 30 Ironia. 31 Depone ferociam. 32 A fortiori. Respicit commentum illud Junonis, quo subtrahebatur Turnus, lib. 10. 33 Ab instituto. 34 satis funerum. 35 Fugati & prostrati 36 Inarato, ac vastos reliquimus, ut quibus desunt manus agricolarum, abductis ad bella colonis. 37 Nominis tui. 38 Incitat te ad audendum. 39 Fortitudinem. Metaphora à ligno ad animum. 40 Regnum Latini, quod tu tibi dotale ex nuptiis Laviniæ tibi deberi credis & spe devorasti. 41 Tantum tibi placet. 42 Tu singulari certamine cum Æn à congredere. 43 Æneam. 44 Nos interea, ut tu potiaris Laviniâ & regno, mactemur tamquam viles more pecudum honore funeris & luctus destituti. 45 Cæso Æneâ. 46 Tamquam animæ viles.

Ster-

[14] Si *I.* nullam nostris ultrà spem ponis in armis;
II. Si tam deserti sumus, *III.* & semel [15] agmine [16] verso
[17] Funditùs occidimus, *IV.* neque habet Fortuna [18] regressum;
[19] Oremus pacem, & dextras [20] tendamus [21] inertis.
[22] Quamquam, ô, si [23] solitæ quidquam virtutis [24] adesset,
[25] Ille mihi ante alios [26] fortunatusque laborum,
Egregiusque [27] animi, qui, ne [28] quid tale videret,
Procubuit moriens, & humum [29] semèl ore momordit.
I. Sin & opes nobis, & adhùc [30] intacta juventus,
II. [31] Auxilioque urbes Italæ, [32] populique supersunt;
III. sin & Trojanis cum multo [33] gloria venit
[34] Sanguine; sunt illis sua funera, parque per omnis
Tempestas; cur [35] indecores in [36] limine primo
Deficimus? [37] cur ante tubam tremor occupat artus?
[38] Multa dies variique [39] labor mutabilis ævi
Rettulit in [40] melius: *IV.* multos [41] alterna revisens
[42] Lusit, & in [43] solido [44] rursùs Fortuna locavit.

14 Objectiones *IV.* diluit disertè, rationibus contrà allatis totidem. *I. II. III. IV.* 15 Exercitu nostro. 16 In fugam. 17 Ad fundum usque penitùs occubuimus. 18 Reditum cum favore ad eum, unde discesserit. 19 Ab hoste nostro. 20 Protendamus. 21 Imbelles, victas. 22 Utinam sit mihi iterum cum hoste congrediendi potestas. Ἀποτρόπαιος, quasi abhorrentis illud *Oremus pacem.* Vide Macrob. Sat. lib. 4. c. 6. 23 Antiquæ. 24 Inesset nobis. 25 Haberetur à me præstans. 26 Felicitèr functus laboribus vitæ. Hellen. ut *Egregius animi.* 27 Egregium habens animum. 28 Deditionem hosti factam. 29 Uno impetu, id est, morsu terram petens ex indignatione, ne vocem emitteret viro forti indignam, id est, utinam potiùs, quam dedititius fiam, ego occubuerim fortiter, sicut Mezentius & Lausus occubuerunt. 30 De qua adhùc delectus habendus est. 31 Ad auxilium, id est, qui nobis auxilio sint. 32 Italiæ. 33 Victoriæ. 34 Suorum scil. effuso. 35 Contrà decus agentes. 36 Principio belli. 37 Cur ante classicum, & antequàm appareat periculum, trepidi malè ominamur belli exsitum? 38 Ecphonesis in ludibrium fortunæ inconstantis & variæ, quæ cùm in omnibus rebus, tùm maximè in bello dominatur. 39 Conatus & casus. 40 Meliorem exsitum, quàm incepta sint. 41 Alternatim, modò hos, modò illos. ἀλλοπρόσαλλος. 42 Illusit & depressit. Ovid. 3. Trist. *Nempe dat, & quodcumque libet fortuna, rapitque, Ius & est subitò, qui modò Crœsus erat.* Idem lib. 4. de Ponto: *Ludit in humanis divina potentia rebus, Et certam præsens vix habet ora fidem.* 43 Statu. Al. *solio.* 44 Jam illusos.

Non

[45] Non erit auxilio nobis Ætolus, & [46] Arpi.
At Messapus erit, [47] felixque Tolumnius, & quos
Tot populi misêre duces. [48] Nec tarda sequetur
Gloria [49] delectos Latio & Laurentibus agris.
Est [50] & [51] Volscorum egregiâ [52] de gente Camilla,
[53] Agmen agens equitum, & [54] florentis ære catervas.
[55] Quòd si me solum Teucri in [56] certamina poscunt,
Idque [57] placet, [58] tantumque [59] bonis communibus obsto:
[60] Non adeò has exosa manus Victoria fugit,
Ut tantâ quidquam pro spe tentare recusem.
Ibo animis [61] contrà: [62] vel magnum [63] præstet [64] Achillem,
[65] Factaque Volcani manibus [66] paria induat arma
Ille licet. [67] Vobis animam hanc soceroque Latino
Turnus ego, haud [68] ulli veterum virtute [69] secundus,
[70] Devovi. [71] Solum Æneas vocat. [72] Et, vocet oro.
Nec Drances [73] potiùs, [74] sive est hæc ira Deorum,

45 Quid si Græculus ille, Diomedem innuit, iners & infelix, quod accepistis ex oratione legatorum, neget auxilia: at certè aderit nobis Messapus fortis, utpote invulnerabilis, lib. 7. & Tolumnius augur, lib. 8. 46 Populi Arpenses. 47 In bello. 48 Immò magna. 49 Id est, sine externo milite superabunt. 50 Etiam auxilio nobis. 51 Populorum Italiæ. 52 Virgo bellatrix. De Camilla vide quæ ad lib. 7. sub finem; ubi & hoc hemistichium cum seqq. versu habetur. 53 Dux equitum. 54 Copias adunatas armis æreis. 55 Ad id respondet, quod in fine orationis adjecerat Drances, provocatum Turnum ab Æneâ, ut singulari certamine rem decernerent. 56 Singularia. 57 Tibi, ô Rex. 58 Quantum Drances dicit. 59 Paci, concordiæ, ac saluti Reipublicæ obsum, ut nisi dimicavero, concidant Latini. 60 Non tam infelix hactenus in bello fui, ut recusem conari quantumlibet difficile pro rebus communibus, *vel* pro spe tantæ laudis, quam consequar, si solus ceteris omnibus salutem peperisse dicat. 61 Æneam, vel obvius Æneæ. 62 Etiamsi. 63 Superet viribus. 64 Qui Hectora vicit. 65 Qualia Æneas revera habuit, licet id ignoraret Turnus. 66 Armis Achillis. 67 Pro salute vestrâ, ô Latini. 68 Ullo inferior. 69 Morti, addico. Allusum ad mortem & formulam Rom. ducum se pro legionibus & patria devoventium. De devotionis formula vide Liv. 9. & quæ nos ad Flor. p. 56. Videndus præter alios Casaubonus ad Suet. Calig. cap. 14. 70 Si verum est, quod Æneas vocat me solum. 71 Sine eum vocare, paratus sum. 72 Quam ego. 73 Sive Diis iratis, & nobis adversis bellare cœpimus.

Mor-

[74] Morte luat: [75] sive est virtus & gloria, [76] tollat.
[77] Illi hæc inter se dubiis de rebus [78] agebant
Certantes: castra [79] Æneas [80] aciemque movebat.
Nuncius ingenti per [81] regia tecta tumultu
Ecce [82] ruit, magnisque urbem terroribus implet,
Instructos acie [83] Tiberino à flumine [84] Teucros,
[85] Tyrrhenamque manum totis descendere campis.
[86] Extemplò turbati [87] animi, [88] concussaque volgi
Pectora, & [89] arrectæ stimulis haud mollibus iræ.
Arma manu trepidi poscunt: [90] fremit arma juventus.
Flent mæsti [91] mussantque patres. Hic undique clamor
[92] Dissensu vario magnus se tollit in auras.
[93] Haud secùs, atque alto in luco cùm fortè catervæ
[94] Consedêre avium, [95] piscosove amne [96] Padusæ
Dant sonitum [97] rauci per stagna [98] loquacia cycni.
Immò, ait, ô cives, [99] arrepto tempore, Turnus,
* Cogite concilium, & pacem [1] laudate [2] sedentes:
Illi armis in [3] regna ruant. Nec plura locutus
[4] Corripuit sese, & tectis citus extulit altis.

74 Oro, aut volo ut persolvat morte hoc discrimen belli. 75 Sive ex hoc bello maneat. 76 Ea, id est, nolo Drances, aut succumbat, aut vincat, ubi solus Turnus vocetur. 77 Turnus & Drances, aut Latini omnes. 78 Consultabant & dissertabant. 79 Sc. *dum*. 80 Instructam multitudinem populorum. 81 Regiam Latini. 82 Præcipitanter currit. 83 Ubi prima castra locaverant. 84 Nuncians. 85 Exercitum Etruscorum, quorum dux erat Tarchon. 86 E vestigio, statim. 87 Populi. 88 Attonita sunt. 89 Accensæ sunt punctures duris. 90 Cum fremitu efflagitat arma, conclamat ad arma. 91 Intra se murmurant & queruntur seniores: suprà, *sed dicere mussant*. 92 Quia alii à Turno, alii à Drance dissentiebant. 93 Scil. voces in auras tollunt. Comparatio ducta ab avium diversarum concentu. 94 Simul sedem ceperunt. 95 Piscibus abundanti. 96 Fluvii, qui in padum influit. 97 Cum raucedine quadam canori. *Raucus* enim, teste Servio, dictio media est, *Vocum rauca rum, ad litora nare bem*, Æn. 7. 98 Sonora, cygnorum voces referentia; *vel* loquaces cygni. Hypallage. 99 Sumpta hac occasione, id est, postquam ex subito assultu Æneæ opportunitatem habuit concilii dissolvendi. * Consultate. Ironica exhortatio in eos, qui pacem suaserant. 1 Est autem hic modus imperandi, qui vim prohibendi habet; vult enim dicere, non esse tempus consultandi, sed bellandi. 2 In concilio; *vel* desides, pigri. 3 Nostra. 4 Raptim se retraxit, & egressus est è concilio.

Tu,

Tu; Voluse, [5] armari Volscorum [6] edice [7] maniplis:
Duc, ait, & Rutulos. Equitem [8] Messapus [9] in armis,
Et cum [10] fratre Coras latis [11] diffundite campis.
[12] Pars [13] aditus urbis [14] firment, [15] turresque [16] capessant:
Cetera, [17] quà [18] jusso, mecum [19] manus inferat arma:
[20] Ilicet in muros tota discurritur urbe.
[21] Concilium ipse pater & magna [22] incepta Latinus
Deserit, ac tristi turbatus tempore [23] differt:
[24] Multaque se incusat, [25] qui non [26] acceperit ultrò
[27] Dardanium Æneam, [28] generumque adsciverit [29] urbi.
[30] Præfodiunt alii portas, aut [31] saxa [32] sudesque
Subvectant: [33] bello dat signum [34] rauca [35] cruentum
Buccina. Tum muros [36] variâ cinxêre [36] coronâ
Matronæ puerique: vocat [37] labor [38] ultimis omnis.
Necnon ad templum summasque ad Palladis arces
[39] Subvehitur maguâ [40] matrum [41] regina catervâ,
[42] Dona ferens: [43] juxtaque [44] comes Lavinia virgo,

5 Ut armentur. Sic lib. 1. *Tu das epulis* accumbere *Divum.* 6 Edic, impera. 7 Manipularibus, id est, signiferis militibus, qui triginta fuerunt in legione. *Manipulus* à *manu* fit, & propriè significat manualem herbarum fasciculum, quem manu quis apprehendit metendo. Ponitur tamen pro exsigua militum manu, quæ unum signum sequebatur. Erat autem pars Centuriæ ita dicta, quod sub Romulo pauper adhuc Romanus exercitus, *manipulos* fœni ac herbarum hastis alligatus pro signis, sive vexillis gerebat in bello. Hinc *Manipulares, milites* dicti. Ovid. 3. Fast. *Pertica suspensos portabat longa maniplos; Unde manipularis nomina miles habes.* 8 Messape. 9 Armatos. 10 Catillo, lib. 7. 11 Diffuse reducite. 12 Civium, aut militum. 13 Accessus. 14 Muniant, obstruant. 15 Murorum. 16 Teneant & defendant. 17 In omnem occasionem & eventum. 18 Jussero: ut *fa-xo*, pro fecero. 19 Armata multitudo. 20 Confestim. 21 Cœtum procerum. 22 De pace tractanda. 23 Pacem in aliud tempus. 24 πολλὰ, multùm, sæpè. 25 Quòd, quia! 26 In generum, & regnum. 27 A Dardano ortum. 28 Maritum filiæ. 29 Ad, aut in urbem suam. 30 Ducunt fossas ante portas: ut ex præcepto Turni *aditus urbis firment.* 31 Ad feriendum, & repellendum hostem. 32 Stipites. 33 Ineundo. 34 Rauco sonans. 35 Cruoris effundendi indicium. 36 Vario cœtu, in modum coronæ circumstante. 37 Extrema necessitas, quasi ille dies vitæ, aut mortis, libertatis, aut servitutis futurus sit arbiter. 38 Summus & maximus. 39 Sursum vehitur pilento: ut lib. 8. *castæ ducebant sacra per urbem Pilentis matres in mollibus.* 40 Matronarum. 41 Amata. 42 Palladi apta, ut peplum, adferens, aut offerens. 43 Propè ipsam. 44 Matri.

Cam-

Causa mali [45] tanti, oculos [46] dejecta [47] decoros. 410
[48] Succedunt matres, & templum ture vaporant;
Et mæstas alto fundunt de [49] limine voces:
[50] Armipotens præses belli, [51] Tritonia virgo,
[52] Frange manu telum [53] Phrygii [54] prædonis, & [55] ipsum
[56] Pronum sterne [57] solo, [58] portisque [59] effunde sub altis.
[60] Cingitur ipse [61] furens certatim in prœlia Turnus, 416
Jamque adeò [62] Rutulum [63] thoraca indutus aënis
Horrebat [64] squamis, [65] surasque incluserat [66] auro,
[67] Tempore [68] nudus adhuc; lateríque accinxerat ensem,
Fulgebatque altâ decurrens [69] aureus [70] arce: 420
Exsultatque animis, & spe jam [71] præcipit [72] hostem.
[73] Qualis, ubi abruptis fugit [74] præsepia vinclis,
Tandem liber equus, campoque potitus aperto,
Aut [75] ille in [76] pastus [77] armentaque [78] tendit equarum,
Aut adsuetus aquæ perfundi flumine noto 425
Emicat, arrectisque fremit cervicibus altè
[79] Luxurians: luduntque [80] jubæ per colla, per armos.
Obvia [81] cui, Volscorum acie comitante, Camilla,
Occurrit, portisque ab equo * regina ** sub ipsis
Desiluit. Quam tota *** cohors imitata relictis 430
Ad terram [82] defluxit equis. Tum talia [83] fatur:
Turne, [84] sui meritò si qua est fiducia [85] forti,

45 Quantum bellum adferebat. 46 Propter virginalem verecundiam. 47 Pulchros. 48 Templum intrant. 49 Templi. 50 Habens potestatem super arma & bella. 51 Pallas. 52 Irritum fac. 53 Æneæ. 54 Prædatoris, qui Turno conjugem prædari conatur. 55 Prædonem. 56 Inclinatum ad terram. 57 Nostris. 58 Evacua vires ejus. 59 Armis suis. 60 Amore Laviniæ. 61 Quali Rutuli utuntur. 62 Muninentum pectoris, sive loricam. 63 Integumentis in modum squammarum piscium factis. 64 Crura sua. 65 Aureis ocreis. 66 Quo obequitans agnoscerentur à suis, dum oratione eos cohortaretur. 67 Nondum habens galeam, id est, sine galea. 68 Aureis armis instructus. 69 Regiæ, quæ Laviniam videre sperabat. 70 Præcupit. 71 Præcipuum hostem. 72 Existens talis, *qualis* &c. Vide Macrob. Sat. lib. 6. cap. 7. 73 Stabulorum. 74 Equus. 75 Gregem. 76 Pascua. 77 Pecus. 78 Petulanter decurrens. 79 Ejus. 80 Turno sic decurrenti. * Volscorum. ** Ante ipsas portas, sc. lætatur Turnus, ut exercitus ducem. *** Turni Volscorumque nam equorum prope est æquitum. 81 Expedita, & cum arte quadam descendit ex equis. 82 Camilla. 83 Fidè sperandi de se. 84 Cuicunque, sive viro, sive mulieri, id est, si unusquisque fortis fidit viribus suis.

Au-

Audeo, & [85] Æneadûm promitto occurrere turmæ,
Solaque Tyrrhenos equites ire obvia contrà.
Me [86] sine prima manu tentare [87] pericula belli:
Tu [88] pedes ad [89] muros [90] subsiste, & mœnia [91] serva.
Turnus ad hæc, oculos [92] horrendâ in virgine fixus:
O [93] decus Italiæ, virgo, quas [94] dicere gratis,
Quasve [95] referre [96] parem? sed nunc, est omnia quando
[97] Iste animus [98] supra, mecum [99] partire laborem.
Æneas, ut famæ [1] fidem missique reportant
Exploratores, * equitum levia [2] improbus arma
Præmisit, [3] quaterent campos: ipse [4] ardua montis
Per deserta jugo superans adventat ad urbem.
[5] Furta paro belli convexo in tramite silvæ,
[6] Ut bivias armato obsidam milite fauces.
Tu [7] Tyrrhenum equitem collatis excipe signis:
Tecum [8] acer Messapus erit, turmæque Latinæ,
[9] Tiburnique manus: ducis & tu [10] concipe curam.
Sic [11] ait, & [12] paribus Messapum in [13] prœlia dictis
[14] Hortatur, [15] sociosque duces; & pergit in hostem.
Est curvo [16] amfractu valles, [17] adcommoda fraudi
[18] Armorumque dolis. [19] Quam densis frondibus [20] atrum
[21] Urguet utrimque latus; tenuis ** quo semita ducit,

85 Æneadarum ad urbem influentium. 86 Permitte. 87 Experimenta, seu præludia belli. 88 Pedester sine equo. 89 Civitatis hujus. 90 In insidiis remorare. 91 Custodi. 92 Armis terribili ac metuenda, aut veneratione colenda. 93 Ornamentum. 94 Coner dicere tibi verbis gratias. 95 Re ipsa exhibere & reddere. 96 Tuis. 97 Vincit omne genus beneficii, aut quia sine pari magna ex. 98 Divide. 99 Credulitatem, & certificationem. 1 Velites, id est, levis armaturæ equites. 2 Improbandus, & detestabilis prædo. 3 Ut perturbarent eos, qui in campis sunt. 4 Loca inaccessa. 5 Animus est mihi eum adoriri, aut insidiis excipere. 6 Postquam obsidebo exitus ab iis, qui in silva sunt, aut introitus ingredi volentibus, in duas vias divisos. 7 Tyrrhenos equites conjunctis ducibus (Messapo & Tyburno) per insidias capi & adoriri. 8 Strenuus bellator. 9 Exercitus Tyburti ducis, scil. Catiscus & Coras, Tyburti fratres. 10 Simul cum illis cape, ac gere. 11 Turnus 12 Iis, quibus Camillam hortatus est. 13 Obeundæ. 14 Eos, aut suos duces, id est, ductores aliorum 15 In loco circumfracto, id est, angulo. 16 Idonea insidiis, quas paulo antè appellavit furta belli. 17 Armatorum. 18 Vallem. 19 Obscurum. 20 Coarctat. ** Al. qua, id est, per quam viam.

Angustæque ferunt [21] fauces [22] aditusque maligni.
[23] Hanc super in [24] speculis summoque in vertice montis
Planities [25] ignota jacet, [26] tutique receptus:
Seu [27] dextrâ lævâque velis occurrere [28] pugnæ:
Sive [29] instare jugis, & grandia [30] volvere saxa.
[31] Hùc [32] juvenis notâ fertur regione viarum;
[33] Arripuitque locum, & silvis [34] insedit [35] iniquis.
[36] Velocem [37] intereà [38] superis in sedibus [39] Opim,
Unam ex [40] virginibus sociis [41] sacrâque catervâ,
[42] Compellabat, & has tristi [43] Latonia voces
[44] Ore dabat: Graditur bellum ad [45] crudele Camilla,
O [46] virgo, & nostris [47] nequidquam cingitur [48] armis,
[49] Cara mihi ante alias. Neque enim novus iste [50] Dianæ
Venit amor, [51] subitâque animum dulcedine [52] movit.
Pulsus ob invidiam [53] regno viresque [54] superbas
[55] Priverno [56] antiquâ [57] Metabus cùm excederet urbe
[58] Infantem, [59] fugiens media inter prœlia belli,
[60] Sustulit exsilio comitem, matrisque [61] vocavit
Nomine Casmillæ, [62] mutatâ parte, Camillam.

21 Exsitus. 22 Accessus obscuri & nimis arcti. 23 Vallem. 24 Loco apto speculationi. 25 Æneæ, aut occulta. 26 Latebræ, seu receptacula, quò se tutò recipere potest exercitus. 27 A dextra parte, vel sinistrâ. 28 In pugnam. 29 Velis insistere per juga. 30 Desuper in ascendentes hostes. 31 Ad hanc vallem. 32 Turnus. 33 Occupavit. 34 Insidias facturus locum cepit. 35 Quia videre permittunt & non videri. 36 Facta digressione in consilium & colloquium Dianæ cum Nympharum suarum una, de conservanda ab interitu Camilla, describit studium & genus Camillæ. 37 Dùm hæc à Turno fierent. 38 Cœlo. 39 Nympham venatricem. 40 Comitibus Dianæ, Nymphis: quin & ipsa Diana Opis vocabatur. Macrob. Sat. lib. 5. cap. 22. 41 Et ex choro Dianæ consecrato. 42 Alloquebatur. 43 Latonæ filia Diana. 44 Eloquebatur. 45 Quia fata ipsi per id monstrum minantur. 46 Opi. 47 Quippe illis peritura. 48 Sagittis. 49 Dilecta mihi plus quàm aliæ. 50 Mihi. 51 Quæ citò perire posset, sed antiqua. 52 Affecit. 53 Suo. 54 Potentiorem inimicorum. 55 Volscorum oppidum, hodie *Peperno*. 56 Nobili, & quæ diu regnaverat. 57 Privernorum rex, pater Camillæ. 58 Adhuc. 59 Camillam. 60 Sursum & in humeris tulit, ut esset comes exsilio suo. 61 Eam Camillam. 62 Quia ablata littera S. Al. *mutilatâ*.

Ip-

63 Ipse, 64 sinu 65 præ se 66 portans, juga 67 longa petebat
68 Solorum nemorum: tela undique 69 sæva 70 præmebant,
Et 71 circumfuso 72 volitabant milite 73 Volsci. 545
Ecce, 74 fugæ medio summis 75 Amasenus 76 abundans
Spumabat ripis; tantus se 77 nubibus imber
77 Ruperat. 78 Ille, 79 innare parans, infantis amore
80 Tardatur, 81 caroque oneri timet. 82 Omnia secum 550
83 Versanti subitò vix hæc sententia 84 sedit.
85 Telum immane, manu validâ quod fortè gerebat
Bellator, 86 solidum nodis & robore 87 coctо;
88 Huic 89 natam, 90 libro & silvestri subere clausam,
91 Implicat, atque 92 habilem mediæ 93 circumligat hastæ:
94 Quam dextrâ ingenti librans ita 95 ad æthera fatur:
Alma, tibi 96 hanc, nemorum 97 cultrix, Latonia virgo,
Ipse pater 98 famulam voveo: 99 tua prima per auras
Tela tenens supplex hostem fugit. Accipe, * testor,
Diva * tuam, quæ nunc 1 dubiis committitur auris. 560
2 Dixit, & 3 adducto 4 contortum hastile lacerto

63 Pater. 64 Suo, id est, in brachia. Ovid. de Latonâ Metam. 6. *Hinc quoque Junonem fugisse puerpera fertur, Inque suo portasse sinu duo numina natos.* Horat. Od. 18. lib. 2. *Pellitur paternos in sinu ferens Deos, Et uxor, & vir, sordidosque natos.* 65 Ante. 66 Filiam. 67 Longè posita, remotiore. 68 Desertorum: ne in manus persequentium veniret cum filia suâ. 69 Sævorum hostium, ipsum persequentium. 70 Eum. 71 Ut non esset evadendi locus. 72 Circa eum. 73 Pervernates. 74 Cùm Metabus, existens in medio fugæ, pervenisset transiturus ad eum. 75 Volscorum fluvius. 76 Superfluens. 77 Per nubes ruptas di solverat se, id est, descenderat. 78 Pater. 79 In Amaseno, ut salvet infantem. 80 Impeditur: quia noluit eam relinquere. 81 Filiæ, quam in sinu gerebat. 82 Omnes modos se & filiam servandi. 83 Cogitanti Metabo. 84 Placuit & cordi fuit. 85 Accipit hastam valde magnam. 86 Exsistens integrum & durum, non cavernosum, sed firmum propter nodos. 87 Indurato ab ætate, sole, igne, fumo: *ut ramale vetus pragrandi subere* coctum: Persius de hoc ipso Virgilii opere. 88 Telo, id est, hastæ. 89 Camillam. 90 Interiori arboris cortice, & ligno levi, quod facilè supernatat, è silvis rapto involutam. 91 Implicando alligat. 92 Portabilem per aquas. 93 Filiam. 94 Hastam. 95 Cœlum suspiciens me precatur. 96 Filiam eam. 97 Habitatrix. 98 Tibi dico & consecro, ut serviat tibi. 99 Tibi sacra, id est, illa tuis telis alligata. * Obtestor tibi devotam & deditiam. 1 De quibus dubitandum est, an incolumem eam reddituræ sint. 2 Metabus finiverat jam preces. 3 Ad se tracto. 4 Impulsum.

[5] Immittit: [6] sonuêre [7] undæ. Rapidum super [8] amnem
[9] Infelix fugit [10] in jaculo stridente Camilla.
At Metabus, magnâ propiùs jam urguente [11] catervâ,
Dat sese [12] fluvio, atque hastam [13] cum virgine [14] victor
[15] Gramineo [16] donum Triviæ de [15] cespite vellit. 566
Non [17] illum tectis [18] ullæ, non [19] mœnibus urbes
Accepêre, neque ipse [20] manus feritate dedisset:
Pastorum & [21] solis [22] exegit montibus [23] ævum.
[24] Hic natam, in dumis interque [25] horrentia [26] lustra, 570
[27] Armentalis equæ mammis & lacte [28] ferino
[29] Nutribat: teneris immulgens [30] ubera [31] labris.
Utque pedum primis [32] infans vestigia [33] plantis
[34] Institerat, jaculo [35] palmas oneravit acuto:
Spiculaque ex humero [36] parvæ suspendit, & Arcum. 575
[37] Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,
[38] Tigridis exuviæ per dorsum à vertice [38] pendent.
Tela manu [39] jam tùm tenerâ [40] puerilia [41] torsit,
Et [42] fundam [43] tereti circùm caput [44] egit [43] habenâ:
[45] Strymoniamque gruem, aut album dejecit [46] olorem.
Multæ [47] illam [48] frustrà [49] Tyrrhena per oppida matres 581

5 In auras. 6 Ex impulsu. 7 Amaseni. 8 Amasenum. 9 Misera. 10 Alligata jaculo stridenti. 11 Hostium. 12 In fluvium. 13 Ad quam Camilla erat alligata. 14 Voti compos, lib. 8. *mihi victor honorem Persolves*. 15 Terra herbosa, in quâ fixa erat hasta. 16 Filiam, Dianæ munere & opera incolumem. Al. quam pater Dianæ dederat. 17 Metabum. 18 Quæcumque in Italia essent. 19 Nec in civitate, nec in privatam admissus est domum. 20 Subdidisset se, consensisset recipere volentibus præ feritate suâ, id est, quia feræ vitæ assuetus erat. 21 Desertis. 22 Transegit. 23 Vitam. 24 In solis montibus. 25 Inculta. 26 Speluncas ferarum. 27 Indomitæ, & quæ gregatim inter armenta versabatur. 28 Equæ feræ. 29 Nutriebat. 30 Equæ. 31 In labia Camillæ. 32 Camilla. 33 Primo ingressu. 34 Signaverat. 35 Manus ejus. 36 Cum adhuc esset parva. 37 Loco vittæ aureæ, quâ virgines capillos suos alligant, & cooperimenti vestis muliebris, ad talos usque demissæ. 38 Pellis tigridis devictæ pendet illi. 39 Cum adhuc esset infans. 40 Puericiæ apta. 41 Illa. 42 Instrumentum effundendi, atque jaciendi lapidem. 43 Loro, quo habetur, id est, tenetur, retundo in longum. 44 Rotavit. 45 Threïciam, è Thraciâ advenam, & in Strymone fluvio versari solitam. 46 Cygnum. 47 Camillam. 48 Quia nubere nolebat. 49 Nobiles matronæ quæ habitant in diversis oppidis Tyrrhenis.

Op-

Optavêre [50] nurum. Solâ contenta [51] Dianâ
[52] Æternûm [53] telorum, & virginitatis amorem
[54] Intemerata colit. Vellem [55] haud correpta fuisset
Militiâ [56] tali, conata lacessere Teucros:
Cara mihi, comitumque foret nunc una mearum.
[57] Verùm age, quandoquidem fatis urguetur [58] acerbis,
[59] Labere, Nympha, polo, finisque [60] invise Latinos,
Tristis ubi [61] infausto committitur omine pugna.
[62] Hæc cape, & [63] ultricem pharetrâ deprome sagittam:
Hâc quicumque [64] sacrum violârit volnere corpus,
[65] Tros Italusve, mihi [66] pariter det sanguine pœnas.
[67] Pòst ego [68] nube cavâ miserandæ corpus & arma
[69] Inspoliata [70] feram [71] tumulo, [72] patriæque [73] reponam.
[74] Dixit: at [75] illa levis cœli delapsa per auras
Insonuit, [76] nigro circumdata turbine corpus.
[77] At [78] manus [79] intereà muris Trojana propinquat,
Etruscique duces, equitumque exercitus omnis;
[80] Compositi numero in turmas. Fremit [81] æquore toto
Insultans [82] sonipes, & [83] pressis [84] pugnat habenis

50 Filiorum suorum conjugem. 51 Me & præsidio meo. 52 In æternum. 53 Venatoriorum. 54 Exsistens intacta, & incorrupta. 55 Quod non implicata fuisset. 56 Quam Latini contra fata adversus Trojanos gerunt. 57 Epilogus constat mandatis exequendis. 58 Immaturis & inevitabilibus. 59 O Opi, leniter descende cœlo. Βάσα. ἰθὶ Ἶρι ταχεῖα λιπποῦ' ἴδος. Ολύμπου, Il. 23. 60 Scrutare. 61 Quia interficietur. 62 Tela. 63 Vindicatricem necis ejus. 64 Mihi dicatum. 65 Sive sit Trojanus, sive Italus. 66 Pari forma. 67 Posteà, quam interfecta fuerit. 68 Tecta in nube concava, quæ Deorum machina ferrur à Poëtis. 69 Per spoliationem non ablata. 70 Inferam in tumulum. Τὸ γὰρ γέρας ἐσὶ θανόντων, Il. 16. 71 Defendebantur cadavera ab amicis, ne spoliarentur. 72 Suæ. 73 Restituam. 74 Diana. 75 Opis. 76 Ad luctum concolori nube tecta descendit. Venus contra ad lætitiam *æthereos inter Dea candida nimbos Dona ferens aderat*. lib. 8. 77 Narrat, quomodo exercitus Æneæ ad urbem advenerit, & quomodo acceptus sit à Latinis, qui jam exierant. 78 Exercitus. 79 Distributi secundùm numerum debitum in turmas: turma autem constat ex 30. ut plurimùm equitibus. 80 Cum Opim dimittebat Dianâ. 81 Campo plano. 82 Equus, à calceamentis ferreis, quibus sonum dedit ingrediens. 83 Compressis ne in hostem ruat. 84 Repugnat.

[85] Hùc obversus & hùc: tùm latè [86] ferreus [87] hastis
[88] Horret ager, campique armis [89] sublimibus [90] ardent.
Necnon Messapus [91] contrà, [92] celeresque Latini,
Et cum [93] fratre Coras, & virginis [94] ala Camillæ,
[95] Adversi [96] campo apparent: hastasque [97] reductis
Protendunt longè dextris, & spicula [98] vibrant:
Adventûsque virûm fremitusque [99] ardescit equorum.
Jamque [100] intra jactum teli progressus * uterque
** Substiterat: subito *** erumpunt clamore, **** frementisque
Exhortantur equos: fundunt simul undique tela
Crebra [1] nivis ritu, [2] cœlumque [3] obtexitur [4] umbrâ
Continuò [5] adversis [6] Tyrrhenus & acer Aconteus
Conixi incurrunt [7] hastis, primique [8] ruinam
Dant sonitu ingenti, [9] perfractaque [10] quadrupedantum
Pectora [11] pectoribus rumpunt. [12] Excussus Aconteus,
Fulminis in morem, aut tormento [13] ponderis acti,
[14] Præcipitat longè, & vitam dispergit in auras.
[15] Extemplo [16] turbatæ [17] acies, [18] versique Latini
[19] Rejiciunt parmas, & [20] equos ad mœnia vertunt.

85 Modò in hanc, modò in illam partem, cùm maluisset in hostem progredi. 84 Armis ferreis armatorum coopertus. 87 Extensis. 88 Terribilis est. 89 Ab altis viris gestis. 90 Resplendent. 91 Ex adversa parte. 92 Agiles, & expediti in bello. Respicit militiam Romanam, & equites Romuli, quos *celeres* appellavit. 93 Catillo. 94 Equitum cornu, quod duxit Camilla. *Ala* enim propriè equitum, ut *Cornua* peditum. 95 Ex adverso stantes. 96 In. 97 Manu retrorsum ductis, ad majorem impetum. 98 Quatiunt. 99 Fervet moræ impatiens. 100 Ut telo jacto contingere se mutuò possent. * Exercitus Trojanorum, & Latinorum. ** Restiterat. *** Ex statione suâ in pugnam. **** Furentes, id est, Martio furore accensos. 1 Ad morem nivis ex aëre decidentis. 2 Licuit ergò in umbrâ pugnare, quod dixit Lacon. 3 Obtegitur. 4 Telorum. 5 In hastas mutuas. 6 Videtur hic esse Orphitus, Æneæ favens, cui à se interfectò infrà insultat Camilla: *Silvis te, Tyrrhene, feras agitare putasti?* 7 Dejecti mutuo impetu. 8 Pertracta. 9 Equorum, quaternis pedibus currentium. 10 Mutuò occurrentibus. 11 Equo. 12 Pilæ ferreæ, vel plumbeæ, sive glandulæ à machina bellica actæ. 13 Se, id est, præcipitatur, præceps ruit. 14 Illicò, ut viderunt Acontea excussum. 15 Attonitæ sunt. 16 Latinorum. 17 In fugam. 18 Retrò agunt, non abjiciunt, scuta sua levia. 19 Fugiunt Latini morte Acontei.

Troës

Troës [20] agunt: [21] princeps [22] turmas [23] inducit [24] Asylas.

Jamque propinquabant portis, [25] rursusque Latini
Clamorem tollunt, & mollia [26] colla reflectunt:
[27] Hi fugiunt, penitusque datis referuntur habenis.
Qualis ubi [28] alterno procurrens [29] gurgite [29] pontus
[30] Nunc ruit ad terras, [31] scopulosque superjacit undam
[32] Spumeus, [33] extremamque [34] sinu perfundit arenam:
Nunc rapidus retrò, atque æstu revoluta resorbens
Saxa fugit, litusque [35] vado labente relinquit.
Bis Tusci Rutulos egêre ad mœnia [36] versos:
Bis [37] rejecti [38] armis respectant terga tegentes.
Tertia sed postquam congressi in prœlia, totasque
[39] Implicuére inter se acies, [40] legitque virum vir;
Tùm verò & [41] gemitus morientum, & sanguine in [42] alto
Armaque, corporaque, & permixti cæde virorum
Semanimes volvuntur equi: pugna [43] aspera surgit
[44] Orsilochus Remuli, quando [45] ipsum horrebat adire,
Hastam intorsit equo, ferrumque sub aure reliquit.
[46] Quo sonipes ictu furit [47] arduus, altaque jactat
Volneris impatiens arrecto pectore crura.
Volvitur [48] ille [49] excussus humi. [50] Catillus Iolan,
Ingentemque animis, ingentem corpore & armis
Dejicit Herminium: nudo cui vertice fulva
[51] Cæsaries, nudique humeri. Nec [52] volnera [53] terrent:

20 Persequuntur sic arte fugientes. 21 Principium tenens, 22 Equitum Latinorum. 23 Immittit, contra hostes inducit. 24 Trojanus. 25 Resumptis viribus: *vel*, quia fugam ex arte, & consilio simularant. Al. *versique*, scilic. in persequentes. 26 Equorum. 27 Trojani, qui prius insecuti erant. 28 Alternis fluctibus, æstu reciproco fluens, refluensque. 29 Mare. 30 Aliquando. 31 Jacit undam super scopulos. 32 Spumosus. 33 Profundissimam, remotissimam. 34 Curvatione, & flexu undarum. 35 Labens ipse per vadum. Hypallage. 36 In fugam. 37 Repulit. 38 Rutulorum. 39 Statario jam prælio, & manu conserta. 40 Quisque sibi hostem ex adverso eligit cum quo confligeret. 41 Auditi, aut facti sunt. 42 Profundo & denso. 43 Quia neutri cedebant. 44 Tuscus ille. 45 Orsilochum formidabat invadere lancea. 46 Parem in equo Mezentii casum habes lib. 10. sub finem. 47 Erecta cervice. 48 Orsilochus. 49 Ab equo. 50 Frater Cosæ. 51 Erat. 52 Tela, quibus vulnera fiunt. 53 Eum.

[54] Tantus [55] in arma patet. Latos huic hasta per armos
Acta tremit, [56] duplicatque virum [57] transfixa dolore.
Funditur ater ubique cruor, [58] dant funera ferro
Certantes, [59] pulchramque petunt per volnera mortem.
[60] At medias inter cædes exsultat, [61] Amazon,
Unum exserta latus pugnæ, [62] pharetrata Camilla:
Et [63] nunc [64] lenta manu spargens hastilia [65] denset:
Nunc validam dextrâ rapit indefessa [66] bipennem.
Aureus ex [67] humero sonat arcus, & [68] arma Dianæ.
[69] Illa etiam, si quando [70] in tergum pulsa recessit,
Spicula [71] converso [72] fugientia dirigit arcu.
At [73] circùm [74] lectæ [75] comites, Latinaque virgo,
Tullaque, & æratam quatiens Tarpeja securim,
[76] Italides; [77] quas ipsa [78] decus sibi [79] dia Camilla
Delegit, pacisque bonas bellique ministras.
[80] Quales [81] Threïcia cùm flumina [82] Thermodontis
Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis:
Seu circum [83] Hippolyten, seu cùm se [84] Martia [85] curru
Penthesilea [86] refert, magnoque ululante tumultu
Feminea exsultant [87] lunatis agmina peltis.

54 Epiphonema in hominis infractum animi robur. 55 Contra tela hostilia. 56 Ingeminat dolorem à vulnere duplici, quia transfixa. 57 Secundum humerum penetrans. 58 Efficiunt. 59 Honorabilem. Æn. 2. *pulchrumque mori succurrit in armis.* 60 Refert pugnam, & variam stragem Camillæ. 61 Tamquam Amazon, Amazonidum more habens lævam mammam nudam, dextram verò cauterio exustam, ut expeditius tela torqueret, & sagittas mitteret. Hinc *Amazon* componitur ex ἀ priv. & μάζος, *mamma.* 62 Pharetris instructa. 63 Aliquando. 64 Flexibilia. 65 Multiplicat ea. 66 Securim duas pinnas habentem. 67 Ejus. 68 Sagittæ. 69 Camilla. 70 Retrorsum. 71 In hostem. 72 Cum ea; *vel,* ipsa fugiens. Parthorum more, *qui mittunt post terga sagittas.* 73 Camillam. 74 Delectæ ad hoc munus, scil. *erant.* 75 Camillæ. 76 In Italia ortæ fœminæ. 77 Italidas. 78 Ad decus, ad ornamentum. 79 Generosa. Al. *dura.* 80 Existentes tales, *quales*, &c. 81 In Thraciâ olim residentes. 82 Fluminis Thraciæ, hodiè *Parmon.* 83 Hippolyte & Penthesilea sorores erant reginæ Amazonum: illa Theseo, ex quo Hippolytum peperit: hæc bello Trojano nobilitata. 84 Bellatrix, bellicosa. 85 De quo pugnaverat. 86 E pugnâ. 87 Cetris, seu brevibus scutis in formam lunæ incisis, aut lunam semiplenam referentibus.

Quem

[1] Quem telo primum, quem postremum [2] aspera virgo
Dejicis? aut quot humi morientia corpora fundis? 665
Eunæum [3] Clytio [4] primùm patre: cujus [5] apertum
[6] Adversi longâ transverberat [7] abiete pectus.
Sanguinis [8] ille [9] vomens rivos cadit, atque cruentam
[10] Mandit humum, moriensque suo se in [11] volnere versat.
[12] Tum Lirim, Pagasumque * super: quorum [1] alter
[2] habenas 670
[3] Suffosso revolutus equo dùm colligit, [4] alter
Dum [5] subit, ac dextram [6] labenti [7] tendit [8] inermem,
Præcipites pariterque ruunt. His [9] addit Amastrum
[10] Hippotaden: [11] sequiturque incumbens eminùs hastâ
Tereaque, Harpalycumque, & Demophoonta, Chromimque: 675
Quotque emissa manu contorsit spicula virgo,
Tot Phrygii cecidêre viri. Procul [12] Ornytus armis
[13] Ignotis, & equo [14] venator [15] Iapyge fertur:
[16] Cui [17] pellis latos humeros erepta juvenco
[18] Pugnatori operit: [19] caput ingens oris [20] hiatus, 680
Et * malæ texêre lupi cum dentibus albis,
[21] Agrestisque manus armat [22] sparus. [23] Ipse [24] catervis
[25] Vertitur in mediis, & toto vertice [26] supra est.
Hunc illa [27] exceptum ([28] neque enim labor agmine verso)

---

82 Ἐκ τίνα πρῶτον, τίνα δ' ὕστατον ἐξενάριξεν: Hector 5. Il. Homeri. 89 Acris, & strenua Camilla. 90 Cui Clytius erat pater. 91 Illa dejicit. 92 Nudatum. 93 Ex adverso ruentis. 94 Hasta abiegna. 95 Eumenius. 96 Æn. 9. *Purpuream vomit ille animam*; & lib. 9. de Euryalo moriente: *Volvitur ille*, vomens *calidum de pectore flumen*. 97 Mordicus oppetit. Sic suprà: *Humum semel ore momordit*. 98 Sanguine. 99 Deindè dejicit. * Eumenium. 1 Prior Liris. 2 Equi. 3 Transfosso. 4 Posterior Pagasus. 5 Succurrit, & se ad sustentationem ruentis inclinat. 6 Liri. 7 Extendit, porrigit. 8 Parum efficacem, nihil proficientem. 9 Camilla. 10 Hippotæ filium. 11 Persequitur. 12 Tyrrhenus ille. 13 Novis, insuetis, quæ mox numerantur: pro loricâ tergus taurinum, pro galea lupi caput, pro hastâ sparus. 14 Quo venari solitus erat. 15 Apulo. Apulia *Japygia* dicta fuit. 16 Orphito. 17 Loricæ ex corio juvenci consertæ. 18 Bellaturi. 19 Et cui. 20 Pectus. * Maxillæ. 21 Et cui telum rusticum, &c. 22 Pugnator Orphitus. 23 Suis aut Rutulorum. 24 Agit. 25 Omnes, id est, eminet. 26 Prædæ circumventum, cum in eo irrueret. 27 Quod illi non difficile erat, toto agmine in fugam converso unaque Orphito.

Tra-

Trajecit, & super hæc inimico pectore fatur:
[28] Silvis te, [29] Tyrrhene, seras agitare putasti?
Advenit qui vestra dies [30] muliebribus armis
Verba redarguerit. [31] Nomen tamen [32] haud leve [33] patrum
[33] Manibus hoc referes, telo [34] cecidisse Camillæ.
[35] Protenùs Orsilochum, & Buten, duo maxima Teucrûm
Corpora: sed Buten [36] adversum cuspide [37] fixit
Loricam galeamque inter, quà colla [38] sedentis
Lucent, & lævo dependet [39] parma lacerto.
[40] Orsilochum [41] fugiens, magnumque agitata per [42] orbem
[43] Eludit [44] gyro interior, [45] sequiturque sequentem.
Tum validam perque arma [46] viro perque ossa securim,
Altior exsurgens, oranti & multa precanti
[47] Congeminat: vulnus [48] calido rigat ora cerebro.
Incidit [49] huic, subitoque aspectu territus [50] hæsit
[51] Apenninicolæ bellator filius Auni,
[52] Haud Ligurum extremus, [53] dùm [54] fallere fata sinebant.
[55] Isque ubi se nullo jam cursu evadere [56] pugnæ
Posse, neque [57] instantem [58] reginam avertere cernit;

28 An utique putabas tibi venatori rem esse cum feris? est cum viris, immò cum femina: eáque, cujus manu cecidisse tibi laudi erit, & apud inferos solatio. 29 Orphite. 30 A virgine tractaris. 31 Laudem gravem & magni momenti. 32 Majorum tuorum. 33 Ad manes. 34 Quòd occisus sis telo meo, cujus nomen tàm inclytum est. 35 Statim, post Orphiti necem. Prosequitur reliquam Camillæ pugnam, & quam fecerit stragem. 36 Ex adverso flantem. 37 Transfigit Camilla. Al. *figit*. 38 Sessoris, equitis. 39 Scutum. 40 Et fixit. 41 Cum fugam simularet. 42 Circuitum. 43 Eum. 44 Breviori scil. circulo, seu revolutione & recursu, & ad centrum tendente: revertendi scil. animo, illumque ex compendio adoriendi. 45 Quod necesse est in circulo redeuntibus: quia uterque alternus sequebatur. Unde Ovid. *Volvitur Ixion, & se sequiturque, fugitque.* 46 Orsilocho figit. 47 Multiplicat. 48 Recenter effuso. 49 In hanc virginem. 50 Restitit. 51 Apenninum montem incolentis. Liguria majore ex parte Apennino monti subjacet. 52 Bellator non vilissimus, sed inter primos Ligurum. 53 Donec. 54 Uti fallaciis in bello. 55 Aunus, filius Auni. 56 Ut 10. Æn. *tempus desistere* pugnæ. Al. *pugnam*, vel *pugnâ*. 57 Insequentes eum. 58 Camillam.

Con-

59 Consilio versare dolos ingressus & astu,
Incipit hæc: Quid 60 tam egregium, si femina forti
Fidis 61 equo? dimitte 62 fugam, & te comminùs 63 æquo
Mecum crede solo, pugnæque accinge 64 pedestri:
Jam nosces, 65 ventosa 66 ferat cui gloria 67 laudem.
68 Dixit: at 69 illa 70 furens, acrique accensa dolore,
Tradit equum 71 comiti, paribusque 72 resistit in armis,
Ense 73 pedes nudo 74 puràque interrita parmâ
At 75 juvenis, 76 vicisse dolo ratus, avolat ipse,
(Haud 77 mora) 78 conversisque 79 fugax aufertur habenis,
80 Quadrupedemque citum 81 ferratâ calce fatigat.
82 Vane Ligus, frustraque animis elate 83 superbis,
Nequidquam 84 patrias tentasti 85 lubricus artis:
Nec fraus te 86 incolumen fallaci perferet 87 Auno.
Hæc fatur virgo, & 88 pernicibus 89 ignea plantis
Transit equum cursu, frenisque 90 adversa prehensis
91 Congreditur, pœnasque 92 inimico ex sanguine sumit.

59 *Conatus tractare dolos providentiâ & calliditate.* 60 *Esse puras tam excellens facinus.* 61 *Quo avehi prave speras.* 62 *Equum fugæ præsidium & spem.* 63 *Comminus te terræ æqualiter utrique ad certamen concessæ.* 64 *Quæ fit à peditibus.* 65 *Vana, inanis more venti.* 66 *Adferat.* 67 *Id est, cedat in laudem. Al. fraudem, id est, damnum, perniciem.* 68 *Aunus.* 69 *Camilla.* 70 *Ira.* 71 *Suæ.* 72 *Astat congredi paratæ. Al. resistit.* 73 *Pedestris.* 74 *Sola sine alio munimento, vel, nondum depicta aliquo insigni. Jam enim primùm in bella descenderat Camilla, nec dum specimen aliquod virtutis ediderat, quo parmæ insigniri mereretur.* 75 *Aunus.* 76 *Evasisse illam, se votum obtinuisse.* 77 *Fit.* 78 *Ad nutum, id est, facta plena potestate.* 79 *Ut fugax vel fugiens* 80 *Equum celerem.* 81 *Ferreo calcari munita.* 82 *Inanis, mentiens in factis & verbis. Nam Ligures, qui Apenninum tenuerunt, latrones, insidiosi, fallaces, mendaces, fuerunt.* 83 *Quod sic viceris per fraudem evadens.* 84 *Patris tui, id est, fraudulentas.* 85 *Fallax, & ut anguilla lubrica elabi sperans, mobilis.* 86 *Salvum.* 87 *Patri.* 88 *Velocibus.* 89 *Citato cursu, & quasi igneo levis, ipsum equitem antevertit: de Camilla pernicitate dictum 7. lib. sub finem. Illa vel intacta segetis per summa volaret, &c.* 90 *Ex adverso veniens & opposita equo, quem præverterat.* 91 *Cum Auno.* 92 *Anni scilic.*

Quàm

[93] Quàm facilè accipiter saxo [94] sacer ales ab alto
Consequitur pennis [1] sublimem in nube columbam,
Comprensamque [2] tenet, [3] pedibusque eviscerat uncis:
Tùm cruor, & volsæ labuntur ab [4] æthere plumæ.
At [5] non [6] hæc [5] nullis [7] hominum sator atque Deorum
Observans oculis summo sedet altus Olympo.
[8] Tyrrhenum genitor Tarchonem in prœlia sæva
[9] Suscitat, & stimulis [10] haud mollibus [11] injicit iras.
Ergo inter cædes, [12] cedentiaque [13] agmina, Tarchon
Fertur equo, variisque instigat [14] vocibus [15] alas,
[16] Nomine quemque [17] vocans: [18] reficitque in prœlia [19] pulsos.
[20] Quis metus, ô [21] nunquam dolituri, ô semper [22] inertes
Tyrrheni, quæ tanta [23] animis ignavia venit?
[24] Femina [25] palantis agit, atque [26] hæc agmina [27] vertit?
[28] Quò ferrum, quidve hæc gerimus tela [29] irrita dextris?
At non in [30] Venerem segnes, [31] nocturnaque bella;
Aut, ubi curva [32] choros indixit tibia Bacchi,
[33] Exspectare dapes, & [34] plenæ pocula mensæ.

93 Tàm facilè, *quam* &c. Comparatione victoriæ celeritatem amplificat. 94 Marti consecratus, ut Aquila Jovi, Columba Veneri, Pavo Junoni. Huic avi nativum odium, & internecinum bellum est cum aquilâ. Ovid. 1. Trist. el. 1. *Terretur minimo pennæ stridore columba Unguibus, accipiter, saucia facta tuis.* 1 In sublimi volantem. 2 Columbam. 3 Unguibus eam visceribus spoliat. 4 Ubi columbam deprehendit & evisceravit. 5 Non negligentibus sed diligentibus & certis. 6 Quæ Camilla gesserat. 7 Juppiter. 8 Tyrrhenorum ducem. 9 Occulta inspiratione. 10 Duris & acribus. 11 Al. *incitat iras*, id est, indignationem & ulciscendi animum. 12 Terga dantia, id est, inter occisos & fugientes. 13 Peditum. 14 Cohortationibus. 15 Equitum. 16 Proprio. 17 Compellans. 18 Instaurat. 19 Priùs. 20 Qualis, vel quantus. 21 Stupidi dolorem non sentientes, semper toleraturi tantam stragem, tantumque dedecus. 22 Iguavi, sine arte. 23 Vestris. 24 Una. 25 Vos oberrantes, ut stolida pecora, fugat? A turpi. 26 Tanta. 27 In fugam. 28 Ad quem usum geritis gladium? 29 Inutilia vobis, cùm fugiatis omnes unam feminam. 30 Amores, id est, non soletis sic feminas fugere, rem Veneream cum eis habituri, ut nunc unam fugitis. 31 Quæ cum puellis geruntur in cubiculis. 32 Bacchantium. 33 Observate. 34 Qualia solent propinari in cœnâ opiparâ & plenâ.

Hic

[35] Hic amor, [36] hoc studium, [37] dùm [38] sacra [39] secundus haruspex
Nuntiet, ac [40] lucos [41] vocet hostia pinguis in altos
Hæc [42] effatus, equum in [43] medios, moriturus & [44] ipse,
Concitat, & Venulo adversum se [45] turbidus [46] infert,
Dereptumque ab equo dextrâ complectitur hostem,
Et gremium ante suum multâ vi concitus [47] aufert.
[48] Tollitur in cœlum clamor, cunctique Latini
Convertêre oculos. Volat [49] igneus æquore Tarchon,
Arma [50] virumque ferens: tùm summâ [51] ipsius ab hastâ
Defringit ferrum; & partis [52] rimatur [53] apertas,
Qua vulnus [54] letale ferat: contrà [55] ille repugnans
[56] Sustinet à [57] jugulo [58] dextram, & vim viribus [59] exit
Utque volans altè [60] raptum cùm fulva draconem
Fert aquila, [61] implicuitque pedes, atque unguibus hæsit:
[62] Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
Arrectisque [63] horret [64] squamis, & sibilat ore,
[65] Arduus insurgens: [66] illa [67] haud minus [68] urguet obunco
[69] Luctantem rostro, simul æthera verberat alis.
Haud aliter prædam [70] Tiburtum ex [71] agmine Tarchon
Portat [72] ovans. [73] Ducis exemplum eventumque secuti
[74] Mæonidæ [75] incurrunt. Tùm [76] fatis debitus Arruns

35 In hac re est vobis amor. 36 Hæc disciplina, hæc militia vestra est. 37 Donec. 38 Secunda. 39 Secunda & prospera nuntiaturus. 40 Ubi sacris diebus epulabantur posteà Romani. 41 Vos. 42 Tarchon. 43 Hostes. 44 Eo consilio, ut mortis discrimina adiret. 45 Commoto animo, vel terribilis. 46 Al. *offert*. 47 Ipsum. 48 A Tyrrhenis. Hoc est, quod alibi dixit: *it clamor cœlo*. 49 Cursu citatus celeri: ut modò de Camilla. 50 Venulum. 51 Venuli. 52 Diffindens scrutatur. 53 Nudatas. 54 Mortiferum. 55 Venulus obluctans, ne occidatur. 56 Seorsum tenet. 57 Suo. 58 Tarchontis. 59 Evitat, aut etiam evitare laborat: sic de Entello, lib. 5. *Corpora tela modò atque oculis vigilantibus* exit. 60 A se. 61 In draconem. 62 Vulneratus ab unguibus. 63 Fit asper, ac rigidus. 64 Ejus. 65 Desuper. 66 Aquila. 67 Immò plus. 68 Serpentem. 69 Ut evadat. 70 Tyburtinorum. 71 Toto. 72 Exsultans. 73 Tarchontis ductum, & virtutem, & felicitatem. 74 Tyrrheni, Tarchontis socii, ex Mœonia, id est, Lydia oriundi, lib. 8. Mœoniæ *delecta juventus*. 75 Impetum faciant. 76 Destinatus fataliter ad mortem. Fatale enim erat, ex mandato Dianæ, ut suprà, mori illum, quisquis Camillam interficeret.

Velocem jaculo, & multâ [77] prior [78] arte Camillam
Circuit, &, [79] quæ sit [80] fortuna [81] facillima, tentat.
[82] Quà se cumque furens [83] medio tulit [84] agmine virgo,
Hâc Arruns [85] subit, & tacitus [86] vestigia [87] lustrat:
Quà victrix redit [88] illa, pedemque ex hoste reportat,
Hâc [89] juvenis [90] furtim celeris detorquet [91] habenas.
Hos [92] aditus, jamque hos aditus, omnemque [93] pererrat
Undique [94] circuitum; & [95] certam quatit [96] improbus [97] hastam.
[98] Fortè sacer [99] Cybelæ Chloreus, olimque sacerdos,
Insignis longè Phrygiis fulgebat in armis,
[1] Spumantemque agitabat equum, * quem pellis æ[2]nis
[3] In plumam squamis, [4] auro conserta, [5] tegebat.
[6] Ipse, [7] peregrinâ ferrugine [8] clarus & ostro,
Spicula torquebat Lycio [9] Gortynia [10] cornu.
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea vati
[11] Cassida: tum [12] croceam chlamidemque [13] sinusque [14] crepantis
[15] Carbaseos fulvo in nodum collegerat auro,

77 *Peritior.* 78 *Fraude & quasi ex insidiis: non ausus congredi.* 79 *Quæ offeratur occasio, quâ citiùs, & tutius eam intercipere posset.* 80 *Adoriendi Camillam.* 81 *Maximè opportuna.* 82 *Quacumque viâ.* 83 *Per medium agmen.* 84 *Clam & successive subsequitur.* 85 *Ejus.* 86 *Observat.* 87 *Camilla.* 88 *Arruns.* 89 *Clam.* 90 *Quibus celeritèr utebatur.* 91 *Accessus ad Camillam.* 92 *More errantium circumvagatur.* 93 *Quem Camilla fecerat.* 94 *Inevitabilem.* 95 *Improbandus: quia nimium avidus & insidiosus.* 96 *Quam missurus est in Camillam.* 97 *Cum Camilla occurreret. In hac parte describit necem Camillæ ab Arunte illatam, dum ardentior atque incautior Chlorea sacerdotem Cybeles insequitur.* 98 *Consecratus Cybelæ. Al. Cybelo, nempè ut mons pro numine, quod ibi colitur, ponatur.* 99 *Animosum.* * *Equum.* 1 *In morem plumarum.* 2 *Squamis aureis co instructa.* 3 *Id est, habebat pro cooperimento tegmen ex pelle, cui inserta erant squamæ æreæ, & aureæ in morem plumarum, ac squammarum piscium se mutuò tegentes.* 4 *Chloreus eques erat.* 5 *Hispana ferrugine & ostro, propriè: utroque claruit enim Hispania ferro & cocco; ut & velleribus nativi ferruginei coloris, lib. 9. ferrugine clarus Iberâ.* 6 *Infixus.* 7 *Cretensia: Gortyna enim urbs Cretæ, sagittandi arte nobilis.* 8 *Arcu.* 9 *Cassis aut galea.* 10 *Crocei coloris.* 11 *Laxas vestes per sinum diffluentes ex carbaso factas.* 12 *Quia auro rigebant.*

Pi-

[13] Pictus acu tunicas, & [14] barbara [15] tegmina crurum.
[16] Hunc virgo, sive ut [17] templis præfigeret arma
Troia, [17] captivo sive ut se ferret [18] in auro,
Venatrix, [19] unum ex omni certamine pugnæ.
[20] Cæca sequebatur; totumque [21] incauta per agmen
[22] Femineo prædæ & spoliorum ardebat amore.
Telum ex insidiis [23] cum tandem, [24] tempore capto
Concitat, & superos Arruns sic voce precatur:
[25] Summe Deûm, sancti custos [26] Soractis Apollo,
Quem [27] primi colimus, cui [28] pineus ardor acervo
Pascitur; & [29] medium freti pietate per ignem
Cultores multâ premimus vestigia [30] prunâ;
Da, Pater, hoc nostris aboleri [31] dedecus [32] armis,
Omnipotens. Non exuvias, [33] pulsæve tropæum
Virginis, aut spolia ulla peto. Mihi [34] cetera laudem
Facta [35] ferent. Hæc dira meo [36] dùm volvere [37] pestis
Pulsa cadat, patrias [38] remeabo inglorius urbis.
[39] Audiit, & [40] voti Phœbus succedere [40] partem
[41] Mente dedit: [42] partem volucris dispersit in auras.
[40] Sterneret ut subitâ turbatam morte Camillam,
[41] adnuit oranti: [42] reducem ut [43] patria alta [44] videret,
Non [45] dedit; inque [46] notos [47] vocem vertêre procellæ.
Ergo, ut missa [48] manu sonitum dedit hasta per auras,

13 Indutus tunicam Phrygia pictam arte, & acu. 14 Externa. 15 Ut ocreas, vel braccas. 16 Chlorea sacerdotem. 17 Templo Dianæ A causâ finali. 18 In vestibus ac armis aureis ab hoste detractis. 19 Solum inter omnes in pugna certantes. 20 Cupidini potiundi horum spoliorum. 21 Al. *incauta*. 22 Vehementi. 23 Al. *cui*, id est, Camillæ moranti. 24 Opportunitate captâ. 25 Duo precatur, ut Camillam sternat, & in patriam redeat. 26 Montis Herpinorum. 27 Præcipui. 28 Pyra è prunis pineis acervatim aggerimur, id est, qui tibi ingentem pyram exstruimus. 29 Nos cultores tui incedimus illæsi per medium ignem super prunas. 30 Carbone. 31 Quod à virgine superamur tot viri. 32 Hoc telo. 33 Occisæ. 34 Quæ posthac facturus sum. 35 Adferent. 36 Dummodò. 37 Camilla, ut pestis multos interimens. 38 Repetam sine gloria. Soracte. 39 Preces Aruntis. 40 Τῷ δ' ἑτέρῳ μὲν ἐδωκε πατὴρ, ἑτέρῳ δ' ἀνένευσεν, Il. 16. Annuit scil. de occidenda Camillâ, abnuit de redeundo in patriam. 41 Secundum mentem & voluntatem ejus. 42 Voti partem irritam fecit, ventis itaque dedit, negavit scil. reditum in patriam. 43 Assensus est Aruntî. 44 Aruntem. 45 Concessit. 46 Ventos. 47 Preces. 48 Aruntis.

Con-

Convertêre [49] animos [50] acris, oculosque [51] tulêre
Cuncti ad [52] reginam Volsci. Nihil ipsa neque auræ,
Nec sonitus [53] memor, aut venientis ab æthere teli;
Hasta sub [54] exsertam donec perlata [55] papillam
[56] Hæsit, [57] virgineumque altè bibit acta cruorem.
[58] Concurrunt trepidæ [59] comites, [60] dominamque ruentem
Suscipiunt. Fugit ante omnis * exterritus Arruns,
** Lætitiâ mixtoque metu: nec jam ampliùs hastæ
Credere, nec telis occurrere [61] virginis audet.
At velut [62] ille, priùs quam tela inimica sequantur,
Continuo in montis sese [63] avius abdidit altos,
Occiso pastore, [64] lupus, magnove juvenco,
Conscius audacis facti, caudamque [65] remulcens
[66] Subjecit [67] pavitantem utero, silvasque petivit;
Haud secus ex oculis se [68] turbidus abstulit Arruns;
[69] Contentusque fugâ mediis se immiscuit armis.
[70] Illa manu moriens telum [71] trahit: ossa sed inter
Ferreus ad costas [72] alto stat volnere [73] mucro.
Labitur exsanguis: labuntur [74] frigida lêto
Lumina. Purpureus [75] quondam color [76] ora reliquit.
Tùm sic exspirans Accam, ex [77] æqualibus unam,
Adloquitur; fida ante alias quæ sola Camillæ,
Quîcum [78] partiri curas; atque hæc ita fatur:

49 Ad stridorem hastæ. 50 Al. *acies* scil. Volscorum. 51 Direxerunt. 52 Camillam. 53 Fuit. 54 Abscissam more Amazonum, ergo sinistram, ut sit habilis sagittationi: vide suprà hoc libr. 55 Mammillæ partem, quæ lactantibus immittitur. 56 Infixa est. 57 Et tincta est cruore Camillæ virginis. Pathos à sexu. 58 Refert fugam Aruntis, & ultima verba morientis Camillæ. 59 Latina, Acca, & reliquæ. 60 Reginam. Camillam. * Tanto facinore. ** Habens lætitiam admixtam metui: quia lætus erat de morte, sed metuebat ultionem. 61 Camillæ, lethaliter vulneratæ. 62 Sævissimus. 63 Exsistens, sine via, id est, nullam viam tenens, sed, quâ datur fugiens. 64 Aruntem lupo comparat. 65 Demittens & subter alvum retrahens. 66 Eam. 67 Ipse pavitans. 68 Turbatus metu, & lætitiâ. 69 Non attendens ad protectionem sui, sed soli fugæ intentus. 70 Camilla. 71 Extrahit. 72 Profundo. 73 Acumen hastæ. 74 Oculi morientes. 75 Dùm vivens, valensque esset. Pathos ab ætate & formâ. 76 Ejus. 77 Coævis & sodalibus. 78 Solebat partiri, partiebatur, communicabat.

Ha-

[79] Hactenus, Acca soror, [80] potui: nunc vulnus acerbum
[81] Conficit, & [82] tenebris nigrescunt omnia [83] circùm.
Effuge, & hæc [84] Turno mandata [85] novissima perfer:
Succedat [86] pugnæ, Trojanosque [87] arceat urbe.
Jamque vale. Simul his dictis linquebat [88] habenas,
Ad terram non [89] sponte fluens. Tùm frigidâ toto
Paullatim [90] exsolvit se corpore, [91] lentaque colla,
Et [92] captum leto posuit caput, arma relinquens:
[93] Vitaque cum gemitu fugit [94] indignata sub umbras.
Tùm verò immensus [95] surgens [96] ferit aurea [97] clamor
Sidera: dejectâ [98] crudescit pugna Camillâ:
[99] Incurrunt * densi simul omnis copia Teucrûm,
Tyrrhenûmque duces, [1] Evandrique Arcades alæ.
[2] At [3] Triviæ custos [4] jamdudùm in montibus [5] Opis
[6] Alta sedet summis, spectatque interrita pugnas:
Utque procul medio juvenum in clamore furentum
Prospexit [7] tristi [8] multatam morte Camillam;
Ingemuitque, dedítque has imo pectore voces:
Heu nimiùm, virgo, nimiùm crudele luisti
Supplicium, Teucros conata [9] lacessere bello!
Nec tibi [10] desertæ in dumis coluisse Dianam

79 Ad hanc usque ætatem. 80 Bello potens fui. 81 Interficit. Propriè hoc verbum convenit gladiatoribus iis, qui gravissimis vulneribus se mutuò dilaniant. Vide quæ nos ad Sal. p. 145. 82 Caligine mortis. 83 Me. 84 Ad Turnum. Sui securæ, de publico sollicita, ad Turnum mittit mandata. 85 Ultima. 86 Ad pugnam. 87 Depellat Laurolavinio. 88 Equi. 89 Ultrò, sicut priùs, cum Turno obviam veniret. 90 Animam exhalat. 91 Flexibilia, vigore defecta: *inque humeros cervix collapsa recumbit*, lib. 9. Pathos ab habitu. 92 Interceptum morte inclinavit. 93 Anima, quâ vivebat. Hoc etiam versu librum duodecimum clausit. 94 Quod ante diem cogebatur exire. 95 Oriens. 96 Extenditur usque ad sidera. 97 Trojanorum exsultantium ob interfectam Camillam. 98 Crudelior fit cæde multorum. 99 In Volscos & ceteros hostes. * Stipati, & agminatim irruentes. 1 Et milites leves, quos Evander Arcas cum Pallante filio suo miserat. 2 Redit ad narrationem necis Aruntis ab Opi interfecti sagittis Dianæ. 3 Ministra Dianæ, cui ultio Camillæ mandata. Macrob. lib. 3. cap. 6. 4 Ab eo tempore, quo à Diana dimissa erat. 5 Sic dicta quod ejus auxilio vita humana adjuvetur. 6 Ut melius prospiceret. 7 Quia insidiosa. 8 Afflictam. 9 Provocare. 10 In silvis degenti, solitariæ.

Profuit, aut [11] nostras humero gessisse pharetras:
Non tamen [12] indecorem tua te [13] regina reliquit
Extremâ jam in morte: neque hoc [14] sine nomine letum
[15] Per gentis erit, [16] aut famam patieris inultæ.
Nam quicumque tuum [17] violavit vulnere corpus,
Morte luet [18] meritâ. Fuit ingens [19] monte sub alto
Regis [20] Dercenni terreno ex aggere [21] bustum
Antiqui [22] Laurentis, [23] opacâque ilice tectum:
[24] Hîc Dea se primùm [25] rapido pulcherrima [26] nisu
Sistit, & Arruntem tumulo speculatur ab alto.
Ut [26] vidit fulgentem armis, ac [27] vana tumentem;
Cur, inquit, [28] diversus abis? hùc dirige gressum,
Hùc perituræ veni: capias ut [29] digna [30] Camillæ
Præmia. [31] Tune [32] etiam telis morière Dianæ?
[33] Dixit, & auratâ volucrem [34] Threissa sagittam
Depromsit pharetrâ, [35] cornuque [36] infensa tetendit,
Et [37] duxit [38] longè, donec curvata [39] coirent
Inter se [40] capita, & manibus jam tangeret [41] æquis,
Lævâ aciem [42] ferri, dextrâ [43] nervoque papillam.
Extemplò teli stridorem aurasque sonantis
Audiit unà Arruns, hæsitque in corpore ferrum.
[44] Illum exspirantem socii atque [45] extrema gementem
[46] Obliti ignoto camporum in pulvere [47] linquunt:

11 Venatorias. 12 Sine decore. 13 Diana. 14 Ignobile, immò gloriosum. 15 Divulgabitur. 16 Id est, ultio fiet de te. 17 Vulneravit. 18 Indecora, qualem meruit: quia insepultus relinquetur. 19 Aut enim sub montibus, aut domibus veteres sepeliebantur. 20 Regis forte antiqui Aborigenum, vel urbis Laurentis: cui certè deest lux historiæ. 21 Sepulchrum, continens cineres corporis combusti. 22 Soli. 23 Ramosa, & umbrosa. 24 Sub hac ilice. 25 Conatu celeri. 26 Illum. 27 Vano Camillæ à se interemptæ honore tumidum. 28 A nobis. 29 Te. 30 Pro Camillæ morte. 31 Usque adeò gloriosæ mortis te furiavit ambitio, ut Dianæ telis perire cuperes, violatâ, cæssâque ipsius ministrâ. 32 Respicit ad Niobes sobolum, quæ telis Dianæ confixa periit. 33 Opis. 34 Tamquam Threissa venatrix sagittandi arte nobilis. 35 Arcum. 36 Arunti. 37 Sinuavit. 38 A chorda. 39 In circuli formam. 40 Arcûs extremitates. 41 Æqualiter extensis. 42 Sagittæ scil. cujus ferrum pervenerat ad sinistram, quâ arcum tenebat. 43 Chorda ex nervo facta. 44 Aruntem efflantem animam. 45 Mala mortis. 46 Diana id procurante. 47 Eum.

Opis

Opis ad [48] ætherium [49] pennis aufertur Olympum.
Prima fugit, dominâ amissâ, [50] levis ala Camillæ:
[51] Turbati fugiunt Rutuli: [52] fugit [53] acer Atinas:
[54] Disjectique duces, [55] desolatique manipli,
Tuta petunt, & equis [56] aversi ad [57] mœnia tendunt.
Nec quisquam instantis Teucros, letumque ferentis
Sustentare valet telis, aut [58] sistere contrà:
Sed [59] laxos referunt humeris [60] languentibus arcus:
[61] Quadrupedumque [62] putrem cursu quatit ungula campum.
Volvitur ad muros caligine turbidus atrâ
Pulvis, & è [63] speculis percussæ pectora matres
Femineum [64] clamorem ad cœli sidera tollunt;
Qui cursu [65] portas primi irrupêre patentis,
Hos inimica super [66] mixto premit agmine [67] turba:
Nec miseram effugiunt mortem sed [68] limine in ipso,
Mœnibus in patriis, atque inter [69] tuta domorum,
Confixi [70] exspirant animas. Pars claudere portas;
Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere [71] orantis: [72] orituræque miserrima cædes
Defendentum armis [73] aditus, inque [74] arma [75] ruentum.
Exclusi ante oculos lacrimantumque ora parentum
[76] Pars in [77] præcipitis [78] fossas, urgente [79] ruina,

48 Cœlestem, undè demissa erat, dicente Dianâ: *Labere Nymphas polo.* 49 Alis assumptis. 50 Agilis & inconstans. 51 Consternati. 52 Tamen. 53 Quamvis strenuus. 54 A statione suâ. 55 Signiferi relicti sine consolatione. 56 A facie hostium. 57 Urbis. 58 Firmare gressum contrà irruentes Teucros. 59 Solutos, non amplius tensos. 60 Laxis & lassis, languente animo. 61 Equorum. Sic lib. 8. *Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.* 62 Resolutum in pulverem. 63 Undè speculabantur accursum, & fugam suorum. 64 Ejulatum. 65 Pathos à loco; ut annotavit Macrob. Sat. lib. 4. cap. 3. 66 Confuso. 67 Hostium persequentium. 68 Urbis. 69 Tecta. 70 Efflant. 71 Socios. 72 Surgit & fit. 73 Urbis. 74 Quæ tenebant contra hostem. 75 Cadentium. 76 Exclusorum. 77 Declives, in quas quis potest præcipitari. 78 Vallorum, aut mœnium. 79 Irruptione irruentium, multitudine cadentium.

Volvitur: [80] immissis pars [81] cæca & concita frenis:
[82] Arietat in portas, & [83] duros objice postes.
Ipsæ de muris summo certamine matres,
([84] Monstrat amor verus patriæ) ut vidêre [85] Camillam,
Tela manu [86] trepidæ jaciunt; [87] ac robore duro
Stipitibus ferrum sudibusque imitantur obustis
[88] Præcipites, [89] primæque mori pro mœnibus ardent.
Intereà Turnum in [90] silvis sævissimus implet
[91] Nuntius, & [92] juveni ingentem [93] fert [94] Acca tumultum:
Deletas Volscorum acies, [95] cecidisse Camillam:
[96] Ingruere infensos hostis, & Marte [97] secundo
[98] Omnia corripuisse: [99] metum jam ad mœnia ferri.
[100] Ille * furens (& ** sæva Jovis *** sic ** numina poscunt)
Deserit obsessos collis, nemora [1] aspera linquit.
Vix è conspectu exierat, campumque tenebat,
Cùm pater Æneas, saltus [2] ingressus [3] apertos,
[4] Exsuperatque [5] jugum, silvâque [6] evadit [7] opacâ.
Sic ambo ad muros [8] rapidi totoque feruntur
Agmine; nec longis inter se passibus [9] absunt:
Ac simul Æneas [10] fumantis pulvere campos

80 Equis. 81 Improvida, & festina. 82 More arietis, bellici instrumenti, irruit sive insultum facit in portas clausas. Sic Plaut. in Truc. *Quis tam proterve nostras ædes* arietat? 83 Propter obicem durè obstantes. 84 Indicat ita faciendum esse. 85 Mortuam. 86 *Vel*, natura sua, *vel* festinæ. 87 Pro ferro utuntur palis, & sudibus præustis, & igne obduratis. 88 Præcipitanter in mortem ruentes. 89 Etiam priùs quam viri. 90 Ubi insidias struebat. 91 Res nuntiata, aut nuncians. 92 Turno. 93 Refert. 94 Ex mandato Camillæ morientis: suprà. 95 Occisam esse. 96 Impetum facere: ut, Ingruit *Æneas armis*. 97 Favente. 98 Loca. 99 Timeri jam etiam urbi, periculum, jam ipsi urbi imminere. 100 Turnus. * Dolore amens. ** Fatum inevitabile, irrevocabile. *** Ut furore percitus, ulcisceretur Camillæ mortem, & omissâ intercipiendi ex insidiis Æneæ opportunitate, laborantibus suis succurreret, neque adventum ejus exspectare posset. 1 Difficilia accessu. 2 Ex silvis. 3 Insidiis jam vacantes, non, ut antè, obsessos. 4 Transcendit. 5 Montis. 6 Exit. 7 Frondibus densa. 8 Veloces. 9 Distant. 10 Veluti fumantes. A signis excitati pulveris, surgentes in cœlum; colligit hostem adesse.

Pro-

Prospexit longè, [11] Laurentiaque agmina vidit;
Et [12] sævum Æneam adgnovit Turnus in armis, 910
Adventumque [13] pedum [14] flatusque audivit equorum:
Continuoque [15] ineant pugnas, & prœlia tentent,
Ni [16] roseus fessos jam [17] gurgite [16] Phœbus [17] Hibero
[18] Tinguat equos, noctemque die [19] labente reducat.
Considunt [20] castris ante urbem, & mœnia [21] vallant. 915

11 Laurentium, seu Latinorum. 12 Hostem, jamque ferocius appropinquantem muris. 13 Scil. *strepitum*. 14 Hinnitus. 15 Inijssent pugnam singularem, tentassentque prœlia, nisi distinuisset utrumque nox interveniens. 16 Sol rubens sub occasum. 17 Mari, seu Oceano Hispanico *Iberus* fluvius ex Hispaniæ: à quo Hispani ipsi *Iberi* dicti sunt. 18 Periphrasis occidentis Solis. 19 Occidente. 20 In tentoriis suis. 21 Circumdant vallo Turnus, & Æneas.

PUBLII VIRGILII MARONIS

ÆNEIDOS

LIBER DUODECIMUS.

ARGUMENTUM.

ATteritis duobus adversis præliis Latinorum viribus, animisque eorum fractis, Turnus, ubi omnem spem suam in seipso sitam videt, frustrà dissuadente Latino, reginaque multis cum lacrimis nequicquam retinente, singulari certamine cum Æneâ dimicare statuit: ejusque rei Æneam, per quemdam ex suis, Idmonem nomine, facit certiorem. Accipit conditionem Æneas, sollemniique utrinque sacramento fœdus sancitur. Id Junonis impulsu à Juturna Nympha, Turni sorore, in falsam Camertis imaginem conversa, perturbatur: primusque omnium Talumnius, augur falso augurio certam suis victoriam promittens, unum ex Gysippi filiis hasta trajicit. Æneas quoque, dum subiti tumultus causam ignorans, suos revocare conatur, ab incerto auctore sagittâ vulneratus, prælio excedere cogitur. Quæ re intellectâ Turnus magnam sibi rei bene gerendæ occasionem oblatam ratus, ingentem hostium stragem edit. Interim Venus, decerpto ex Idâ Cretensi dictamno herbâ, filio suo medetur. Refectis viribus Æneas, Ascanium paucis suo exemplo ad virtutem cohortatus, suis auxilio accurrit, Turnumque nominatim ad pugnam deposcit. Verùm cum Turnus sui copiam non faceret (Juturna enim, quæ, excusso Metisco aurigæ, currum ejus moderabatur, in diversam semper partem habenas deflectens, congredi eos non patiebatur) oppugnandæ urbis consilium capit; admotoque ad mœnia exercitu, in propugnacula, proximaque ædificia ignem conficit. Ibi Amata, cum Turnum occisum arbitraretur, doloris impatientia laqueo vitam finit. His rebus Turno per Sagem nunciatis, cum eo rem reductam videret, ut sibi necessariò dimicandum esset, nisi perpeti mallet sociorum urbem, se inspiciente, in hostium potestatem pervenire, ultrò Æneam ex præscripto fœderis ad singulare certamen provocat. Ed pugnâ superior Æneas, cum victi hostis precibus jam pene ad misericordiam flecteretur, conspecto in humeris ejus balteo, quem occiso Pallanti Turnus detraxerat, repentè irâ accensus, gladio per pectus adacto, eum vitâ spoliat.

TUrnus ut [1] infractos [2] adverso Marte Latinos
[3] Defecisse videt, sua nunc [4] promissa [5] reposci,

1 Valde & vere fractos. Nam *in* auget hoc loco. Liv. lib. 3. *oratio submissa & infracta.* Valer. Max. l. 4. c. 7. *Accedit huc, quod* infractæ *fortunæ homines magis amicorum studia desiderant, vel prædii, vel solatii gratiâ:* vel, *infractos*, id est, nunquam antèà victos, antèà semper infractos & invictos. 2 Quia Martem & ceteros Deos adversos habuerant. 3 Animos despondisse. 4 De singulari certamine, quibus promiserat. Sic lib. 11. *Ibo animis contrà: vel magnum præstet Achillem.* 5 Exsigi à suis victis.

Se

Se [6] signari oculis, ultrò implacabilis [7] ardet:
Attollitque animos. [8] Pœnorum qualis in arvis,
Saucius [9] ille gravi [10] venantum vulnere pectus,
[11] Tùm demùm movet [12] arma leo, [13] gaudetque [14] comantis
Excutiens cervice toros, [15] fixumque [16] latronis
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento.
Haud secùs [17] accenso [18] gliscit violentia Turno.
Tùm sic adfatur [19] regem, atque ita [20] turbidus infit:
[21] Nulla mora in Turno, [22] nihil est quòd [23] dicta [24] retractent
[25] Ignavi Æneadæ; nec, quæ [26] pepigêre, [27] recusent.
[28] Congredior. [29] Fer sacra, [30] pater, & concipe [31] fœdus.
Aut hac Dardanium dextrâ [32] sub Tartara mittam,
[33] Desertorem Asiæ, (sedeant spectentque Latini)
Et solus ferro [34] crimen commune refellam:
Aut habeat [35] victos; [36] cedat Lavinia conjunx.
Olli [37] sedato respondit corde Latinus:
O præstans animi juvenis, quantùm ipse [38] feroci

6 Notari oculis omnium suorum, cum alloqui non audentium, sed tacitè id petentium miserabili conspectu. Undè post dicturus est: *In te ora Latini, In te oculos referunt.* 7 Excandescit. 8 Punicis. Species pro genere: sive quod in Africâ propter plagæ ejus ardorem sint violentiores. 9 Sævissimus princeps ferarum. Κατ' ἐξοχὴν, 10 Quod venantes fecerant. 11 Postquam vulneratus est. 12 Naturalia, id est, iram excitat arrectis jubis. 13 De futura pugna. 14 Erigens villos crispantes. 15 In pectore suo. 16 Venatoris, qui à latere, aut è latibulis adortus est eum. 17 Per iram. 18 Crescit. 19 Latinum. 20 Plenus perturbationis. Cui opponitur, *Sedato corde*, mox de Latino. 21 Paratus sum, quod excipiunt Trojani, singulare obire certamen. 22 Nulla est ratio, cur. 23 Respexit ad nuncium Æneæ, lib. 11. *His decuit mecum concurrere telis.* 24 Per alium contractum revocent. 25 Inertes, & sine industria suum periculum in caput regis sui rejicientes. 26 Pacti sunt nobiscum. 27 Pacti. 28 Paratus sum congredi. 29 Feri porcum ad fœdus percutiendum. 30 Latine. 31 Cum Æneâ dimicandi. Cujus formam habes infrà. 32 Interficiam. 33 Ex Asiâ profugum, patriæ desertorem, immò proditorem. 34 Quod est, ab externo omnes à sedibus pelli, aut iniquas leges suscipere. 35 Omnes. Q. d. aut ego occidar illius manibus. 36 Concedatur illi desertori Asiæ. 37 Tranquillo, & placato. Gravi sanè consilio & rationibus adductis *VII.* dissuadet à μονομαχίᾳ. 38 Bellica fortitudine me excedis.

Virtute exsuperas, tantò [39] me [40] impensius æquum est
[41] Consulere, atque omnis [42] metuentem [43] expendere casus.
I. Sunt tibi regna patris Dauni, sunt oppida capta.
Multa manu; necnon aurumque, [44] animusque Latino est.
II. Sunt [45] aliæ innuptæ Latio, & Laurentibus agris;
[46] Nec genus indecores. Sine me hæc [47] haud mollia fatu
Sublatis aperire [48] dolis: simul hoc [49] animo hauri.
III. Me natam nulli [50] veterum sociare procorum
[51] Fas erat, idque omnes [52] divique [53] hominesque canebant
[54] Victus amore tui, [55] cognato sanguine [56] victus,
[57] Conjugis & mœstæ lacrimis, [58] vincla omnia rupi:
[59] Promissam eripui [60] genero; arma [61] impia sumpsi.
IV. [62] Ex illo qui me casus, quæ, Turne, [63] sequantur
Bella, vides; quantos [64] primus patiare labores.
[65] Bis magnâ victi pugnâ vix urbe tuemur
Spes Italas; [66] recalent nostro Tiberina [67] fluenta
Sanguine adhuc, campique ingentes [68] ossibus albent.
[69] Quò referor toties? quæ [70] mentem insania mutat?
V. Si Turno exstincto [71] socios sum [72] adscire paratus;

39 Ætate provectiorem. 40 Diligentius. 41 Prospicere reipublicæ. 42 Me. 43 Examinare dubios rerum eventus. 44 Liberalis, id est, juvabo te opibus meis ad alias nuptias. 45 Virgines nubiles præter Laviniam. A facultate quærendi aliam. 46 Non habentes genus inhonestum, sed nobile & honestum. 47 Res non leves, seu frivolas ad fandum, sed graves & magni momenti. 48 Fraudibus, & verborum ambagibus. 49 Omni attentione animadverte. 50 Qui prius eam conjugem petierant. 51 Fatis permissum erat. 52 Fauni oraculum & vates: redi ad lib. 7. 53 Augures, & aruspices vaticinabantur illud, quod non erat fas. 54 Ego tamen contra fata, & responsa Deorum *victus*, &c. 55 Cognatione. Venilia enim, mater Turni, erat soror Amatæ, uxoris Latini. 56 Epanalepsis. 57 Amatæ. 58 Fœdera cum Æneâ icta. 59 Filiam. 60 Æneæ. 61 Quod, prohibentibus Diis, ea induerit. 62 Post illud tempus & factum. 63 Persequantur. 64 Præcipuus. 65 Semel, occiso Mezentio, l. 10. iterum, Camilla cæsa, lib. 11. 66 Ob repetitam cladem, quasi secundò calent. 67 Flumina. 68 Nostrorum scil. qui insepulti relicti sunt. 69 In quam sententiam reducor, id est, cur semel non ausim dicere, quod sæpè sensi? 70 Ut, quod rectè deliberaverim, exsequi non audeam? 71 Regni. 72 Trojanos.

Cur

Cur non [73] incolumi potiùs [74] certamina tollo?
Quid [75] consanguinei Rutuli, quid cetera dicet
[76] Italia; ad mortem sic te (77 Fors dicta [78] refutet)
[79] Prodiderim, natam & conubia nostra petentem?
VI. Respice [80] res bello varias: *VII.* miserere parentis
[81] Longævi, quem nunc [82] mœstum [83] patria Ardea longè
[84] Dividit. Haudquaquam [85] dictis violentia Turni
Flectitur: exsuperat magis, [86] ægrescitque [87] medendo.
Ut primùm fari potuit, sic institit [88] ore:
Quam pro [89] me curam geris, hanc precor, [90] optime, [91] pro me
Deponas, letumque sinas pro laude [92] pacisci.
[93] Et nos tela, pater, [94] ferrumque haud debile dextrâ
Spargimus, & [95] nostro sequitur de vulnere sanguis.
[96] Longè illi Dea mater erit, quæ nube [97] fugacem
[98] Femineâ tegat, & [99] vanis sese occultet umbris.
At * regina, [1] novâ pugnæ conterrita sorte,
Flebat; & [2] ardentem generum moritura tenebat:
Turne, per has ego te lacrimas, [3] per si quis Amatæ

73 Turno. 74 Cur non dirimo litem? Argumentatur, citrà bellum se debuisse sibi Trojanos adjungere. 75 Laviniæ per Amatam. 76 Gens Irata. 77 Quod omen averterent Superi. 78 Irrita faciat. 79 Exposuerim ac porrò dederim. 80 Incertos belli exitus, & quos suprà dixerat casus. 81 Dauni senioris. Patbos ab ætate: de quo Macrob. Sat. lib. 4. cap. 3. 82 Propter absentiam & periculum tuum. 83 Tua. 84 Separat. 85 Latini. 86 Quæ furoris remedia sperabat Latinus, sedatam orationem & rationes ponderosissimas, adaugent illa ægrum turbatumque Turni animum. 87 Dum illi mederi conatur. 88 Expresse loqui. 89 Vita mea servanda. 90 Pater aut rex. 91 Pro honore meo servando. 92 Eligere. 93 Etiam nos, non solum Trojani. 94 Tela robusta. 95 A nobis illato. 96 Procul erit Æneæ, nihil illi proderit, non semper eum victori eripiet Venus. Nam ut *adesse* alicui dicitur, qui eum defendit: ita *abesse* & longè *esse*, à quo non potest præsens auxilium sperari. Sic Flor. 2. 1. 8. Longè *illis nauticæ artes*; & 2. 6. 34. Longe *illi triplex murus*. Vide quæ nos ibid. 97 Frequenter fugere solitum. 98 Velamento feminis apto: ut in bello Trojano, cùm commissus cum Diomede, nube à matre morti subtraheretur. 99 Inanibus. * Amata regis uxor. 1 Insolita: quia Turnus non solitus erat cum tali viro congredi. 2 Turnum, quem generum esse cupiebat, vehementer incensum ad pugnam, similis morituræ vel certæ morti retinebat. 3 Per honorem, venerationem Amatæ.

Tan-

Tangit honos [4] animum: (spes tu nunc una, [5] senectæ
[6] Tu requies [7] miseræ: decus imperiumque Latini
[8] Te penes: in te omnis [9] domus [10] inclinata [11] recumbit)
Unum oro: desiste manum [12] committere Teucris.
[13] Qui te cumque [14] manent isto certamine casus,
Et me, Turne, manent. [15] Simul [16] hæc invisa relinquam
[16] Lumina, nec [17] generum Æneam captiva videbo.
[18] Accepit vocem lacrimis Lavinia matris,
[19] Flagrantis perfusa genas: [20] cui [21] plurimus ignem
Subjecit rubor, & [22] calefacta per ora [23] cucurrit.
[24] Indum [25] sanguineo veluti [26] violaverit ostro
Si quis ebur, aut mixta [27] rubent ubi lilia multâ
Alba rosâ: talis virgo dabat [28] ore colores.
[29] Illum turbat amor, [30] figitque in virgine vultus:
Ardet [31] in arma [32] magis, paucisque adfatur Amatam:
Ne, quæso, ne me lacrimis, neve [33] omine tanto
Proseque in [34] duri certamina Martis euntem,
O mater: [35] neque enim Turno [35] mora libera mortis.
Nuntius hæc Idmon Phrygio mea dicta [37] tyranno
Haud placitura refer. Cùm primùm crastina [38] cœlo
Puniceis invecta rotis Aurora rubebit,

4 Tuum. 5 Nostræ. 6 Pathos per repetitionem, quam Græci vocant Epanaphoram. Vide Macrob. Sat. lib. 4. cap. 6. 7 Amatæ. 8 Est in tuâ potestate. 9 Latini. 10 Ad ruinam. 11 Reposuit, spem in te, id est, tota domus tibi innititur, ita ut columen familiæ nostræ sis. 12 Conserere cum Trojanis. 13 Mihi enim certum exstincto tibi non superesse. 14 Exspectant. 15 Cùm mortem tuam audiero. 16 Hanc vitam mihi molestam. 17 Meum. 18 Lavinia virgo, filia Latini & Amatæ, intellexit vocem matris suæ una cum lacrymis. Amata enim, non Lavinia, flebat. 19 Igneo rubore præ pudore ardentes. 20 Cui Laviniæ verecundia, sive pudor, ruborem generans, per genas suffuderat ardorem, aut igneum colorem. 21 Abundantissimus. 22 Per ruborem. 23 Dispersus est. 24 Indicum, quod albissimum est. 25 Sanguineo coloris. 26 Miscuerit. 27 Attrahentia sibi ruborem à vicinia rosarum. 28 Facie suâ. 29 Turnum. 30 Postquam semel oculos in eam conjecerat. 31 Ad arma tractanda in certamine cum Æneâ. 32 Quam prius. 33 Indicio tristis exsitus. 34 Rigidi, inexorabilis. 35 Non est hæc res libera & arbitrii mei: detrectare certamen non licet: eundum mihi vel ad certam mortem. 36 Dilatio mortis: siquidem moriendum est. 37 Æneæ. 38 Per cœlum, per aërem.

Non

Non Teucros agat in Rutulos: Teucrûm arma quiescant,
Et Rutulûm. Nostro [39] dirimamus sanguine bellum.
[40] Illo quæratur [41] conjunx Lavinia campo.
[42] Hæc ubi dicta [43] dedit, [44] rapidusque in tecta recessit,
Poscit equos, gandetque [45] tuens ante [46] ora [47] frementis:
[48] Pilumno quos ipsa [49] decus dedit [50] Orithuia,
* Qui candore nives anteirent, ** cursibus auras.
Circumstant [51] properi aurigæ, manibusque [52] lacessunt
[53] Pectora [54] plausa cavis, & colla [55] comantia pectunt.
Ipse dehinc auro [56] squalentem [57] alboque [58] orichalco
Circumdat loricam humeris: simul aptat [59] habendo
Ensemque, clipeumque, & rubræ [60] cornua cristæ:
Ensem, quem Dauno [61] ignipotens Deus ipse [62] parenti
Fecerat, & [63] Stygiâ [64] candentem tinxerat undâ.
Exin, quæ mediis ingenti [65] adnixa columnæ
Ædibus adstabat, [66] validam vi corripit hastam,
[67] Actoris Aurunci spolium: [68] quassatque trementem,
Vociferans: [69] Nunc, ô [70] numquam frustrata vocatus

39 Finiamus. 40 Per tale certamen. *Ense petas: medio posuit Deus omnia campo.* Pompejus apud Lucanum, lib. 7. 41 Victoris. 42 Docet, quomodo se Turnus instruxerit ad pugnam, armaveritque insignibus. 43 Turnus. 44 Festinus. 45 Aspiciens eos. 46 Sua. 47 Animosè gestientes. 48 Atavo Turni. 49 Ad decus & insigne domum. Sic supra: *Quos ipsa decus sibi dia Camilla Delegit.* 50 Orithei, regis Athenarum, filia & uxor Boreæ, qui ex equabus Erichthonii genuit equos velocissimos. * Ἀμπόλλωνι χίονος θέειν ἀΐ ἀνέμοισιν ἐοικώς. Il. 20. de equis Rhesi. ** Velocitate ventos. 51 Agasones properare, & urgere parati. 52 Provocant ad cursum & animositatem. 53 Equorum. 54 Palpata. 55 Pilosa. 56 Aureis laminis contextam, in speciem squammarum dispositis. 57 Respectu auri, id est, paullò pallidiore. 58 Ὀρείχαλκος, quasi dicas, æs montanum. 59 Ad habendum, id est, habilem facit, ut congruè possit inhærere. 60 Comas. 61 Vulcanus. 62 Turni. 63 Qua inconsumptibilem effecerat. 64 Cùm ipsum temperaret. 65 Incumbens. 66 Valdè fortem, & magnam. 67 Dono acceptam ab Actore Aurunco, quam tamen ille inter alia spolia detraxerat cuipiam hosti. 68 Quassando trementem facit hastam. 69 Ita equum suum alloquitur Mezentius sub exsitu lib. 10. 70 Quæ semper perfecisti meas invocationes & desideria mea, ad quæ te vocavi.

Has-

Hasta meos, [71] nunc tempus adest: te maximus [72] Actor,
Te Turni nunc dextra gerit. Da sternere [73] corpus,
Loricamque manu valida lacerare [74] revolsam
[75] Semiviri Phrygis, & fœdare in pulvere crinis
[76] Vibratos calido ferro, myrrhâque madentis.
[77] His [78] agitur Furiis. Totoque ardentis ab ore
[79] Scintillæ absistunt: oculis micat [80] acribus ignis.
* Mugitus veluti cùm prima in prœlia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco; ventosque lacessit
** Ictibus, & sparsâ ad pugnam proludit arenâ.
[81] Nec minus interea [82] maternis [83] sævus in armis
Æneas acuit [84] Martem, & se [85] suscitat irâ,
[86] Oblato gaudens [87] componi fœdere bellum.
Tùm socios, [88] mœstique metum solatur Iüli,
[89] Fata docens: regique jubet responsa Latino
Certa referre viros, & [90] pacis dicere [91] leges.
[92] Postera [93] vix summos spargebat lumine montis
Orta dies; cùm primùm alto se [94] gurgite tollunt
Solis equi, [95] lucemque [96] elatis naribus efflant;

71 Quo tui egebo. 72 Aliquando gessit. 73 Æneæ. 74 A corpore. 75 Trojani Æneæ mollis, & effeminati. *Et nunc ille Paris cum semiviro comitatu*, &c. Hiarbas suprà lib. 4. 76 Crispatos calamistro, & unguento deliburus ex myrrhâ facto. 77 Ut hastam alloqueretur, quasi rationem habentem. 78 Turnus. 79 Signa ardoris diffunduntur, id est, inflammatur facies ejus. 80 Acrimoniæ indicibus, id est, scintillant oculi. Ov. 3. de Arte: *Ora tument irâ, nigrescunt sanguine venæ, Lumina Gorgonio sævius angue micant.* * Præludit pugnæ mugitu, experiendo cornua ad arboris truncum, tamquam ad pabulum se exercendo ventilatione, & arenâ pedum pulsu sparsâ; vide lib. 3. Georg. ubi hi versus. ** Cornuum. 81 Quàm Turnus. 82 Quæ mater ei impetraverat à Vulcano, lib. 8. 83 Fortis. 84 Acuit se ad futurum certamen. 85 Ad pugnam. 86 Ut singulariter certet cum hoste. 87 Finiri. Sic lib. 1. *Ante diem clauso* componet *vesper Olympo.* 88 Ob periculum in quod pater se immissurus erat. 86 Esse in fatis, ut ab ipsius victoriâ Urbi & Imperio æterno jaciantur fundamina. 90 Ineundæ. 91 Conditiones. 92 Postridie ejus diei. 93 Vix illuxerat dies. Sic 4. Æn. *Et jam prima novo spargebat lumine terras, Tithoni croceum linquens Aurora cubile.* 94 Muris. 95 Claritatem diei. Ennius: *fundunt elatis naribus lucem.* ἵπποι πῦρ πνέοντες. Pindarus Ode 7. Olymp. *ignemque vomentes.* Ovid. 2. Metam. 96 Erectis ad ortum.

Cam-

Campum [1] ad certamen magnæ sub mœnibus urbis
[2] Dimensi Rutulique viri Teucrique parabant;
In [3] medioque [4] focos, & [5] DIs communibus aras
[6] Gramineas. Alii [7] fontemque ignemque ferebant,
Velati [8] lino, & [9] verbenâ tempora vincti.
[10] Procedit legio [11] Ausonidûm, [12] pilataque [13] plenis
Agmina se [14] fundunt [15] portis. [15] Hinc Troïus omnis,
Tyrrhenusque ruit variis exercitus [16] armis;
Haud secùs instructi [17] ferro, quàm si aspera Martis
Pugna [18] vocet. Necnon mediis in millibus ipsi
Ductores auro volitant [19] ostroque decori,
Et [20] genus Assaraci Mnestheus, & fortis Asylas,
* Et Messapus equom domitor, Neptunia proles.
Utque dato signo spatia in sua quisque recessit,
[21] Defigunt tellure hastas, & scuta reclinant.
Tùm [22] studio effusæ matres, & [23] volgus inermum,
Invalidique senes, turris, & tecta domorum
Obsedêre: alii portis sublimibus adstant.
[24] At Juno è summo, qui nunc Albanus habetur,
([25] Tum neque nomen erat; nec honos, aut gloria monti)
Prospiciens tumulo campum aspectabat, & ambas

1 Scil. *aptum*. 2 Dimetientes, & per certa spatia inter se dividentes. 3 Campi. 4 Aras, ad quas, præsentibus Diis, fœdus percutiebatur. 5 Utriusque gentis Diis, & neutri partium plus, quàm alteri, faventibus, futuris scil. fœderum utrimque testibus. Sic lib. 5. *adhibete Penates, Et patrios epulis, & quos colit hospes Acestes*: quamvis agnoscam alias & Deos communes esse Martem, Bellonam, Victoriam. 6 E cespitibus factas. 7 Aquam. Synecdoche. Adhibita in fœderibus feriendis Aqua & Ignis, sicut etiam arcendi à societate interdicebantur aquâ & igni. 8 Ligneâ veste. Pro more sacrorum, ubi pura & candida omnia, fecialés, cognitores, arbitrique pacis & belli, lineis induti vestibus. 9 Herbâ pura, sacra. 10 In campum. 11 Ausonidarum. 12 Pilis, id est, telis urentia. 13 Quantos portæ effundere possunt. 14 Effundunt. 15 Deindè. 16 Instructus. 17 Ferreis armis. Al. *bello*. 18 Eos ad certamen. 19 Auratâ purpurâ insignes. 20 Duo filii Assaraci. * Hoc eodem versu his antea usus est, semel lib. 7. atque iterum lib. 9. 21 Milites deorsum figunt. Sic Il. 3. παρὰ δ' ἴγχια μακρὰ πέπηγε; & ἄσπιδες κεκλιμένοι. 22 Cupiditate videndi. 23 Puerorum. 24 Ad Dearum consilium transitio, ut fœdus aliquâ vi disturbetur. 25 Alba enim, à quâ mons Albanus nomen accepit, post mortem Æneæ ab Ascanio condita est, teste Liv. lib. 1.

Lau-

Laurentum Troumque acies, urbemque Latini.
Extemplò Turni sic est adfata [26] sororem,
[27] Diva Deam, [28] stagnis quæ fluminibusque sonoris
Præsidet: [29] hunc illi rex ætheris altus honorem
Juppiter ereptâ pro [30] virginitate sacravit:
[31] Nympha, [32] decus fluviorum, animo gratissima nostro,
Scis, ut te [33] cunctis [34] unam, quæcumque Latinæ
Magnanimi Jovis [35] ingratum ascendêre cubile,
Prætulerim, [36] cœlique lubens in parte locârim:
Disce tuum, [37] ne me incuses, Juturna, dolorem.
[38] Quà visa est fortuna pati, Parcæque sinebant,
[39] Cedere res Latio, Turnum, & tua mœnia rexi:
Nunc [40] juvenem [41] imparibus video [42] concurrere fatis:
[43] Parcarumque dies, & [44] vis inimica propinquat.
[45] Non pugnam aspicere hanc oculis, non fœdera possum.
Tu, pro germano si quid [46] præsentius audes,
[47] Perge: decet. Forsan [48] miseros [49] meliora sequentur.
[50] Vix ea: cùm lacrimas oculis Juturna profudit,
Terque quaterque manu pectus percussit [51] honestum.

26 Juturnam. 27 Dea divam. Hypallage. *Divi* enim assumpti sunt, *Dii* æterni. Quin & Juno Diva, quia Juppiter Divus: sub Divo, vel Dio, id est, sub Jove. 28 Italiæ: numen quippe fontis juxta Numicum fluvium. 29 Ut Nympha sit. 30 A meritis. 31 Nymphæ, id est, fontes omnes sub Junonis, id est, aëris præsidio sunt, ex causâ naturali. 32 vel à salubritate, utpote cujus aqua ægrotis medetur: vel à sanctitate: hinc enim aqua ad omnia sacrificia Romam allata. 33 Pellicibus Latinis. 34 Solam. 35 Eis minimè profuturum. 36 Divinitatis. Huic Deæ Lutatius Catulus templum fecit in campo Martio. 37 Quod non tibi significaverim. 38 Quatenus à fortuna & fatis concessum est, ego protexi fratrem tuum & urbem. 39 Succedere populo Latino. 40 Turnum. 41 Æneæ plus, quam ipsi, faventibus. 42 Concursurum esse. 43 Periodus vitæ à Parcis constituta. 44 Fatalis necessitas Turno adversa, cui mortem minatur, instat. 45 Ἐπεὶ οὐ πως πλήσομ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσθαι Μαχρμένον Φίλον υἱὸν ἀμυνόμενον Μενελάῳ. Priamus, 3. Il. quia & amica numina moriturum deserere dicuntur. 46 Felicius, efficaciùs. 47 Persevera & perfice id, quia decet. 48 Bis victus. 49 Ne forte possit fatorum ordo mutari. 50 Vix ea fata est juno, cum Juturna tota in lacrymas solvitur. 51 Pulchrum.

Non

[52] Non lacrimis hoc tempus, ait Saturnia Juno: 156
Adcelera, & fratrem (si quis modus) [53] eripe morti:
Aut tu bella [54] cie, conceptumque [55] exoute fœdus.
Auctor [56] ego audendi. Sic [57] exhortata reliquit
[58] Incertam, & tristi [59] turbatam volnere mentis. 160
Intereà [60] reges (ingenti [61] mole Latinus,
[62] Quadrijugo vehitur curru, cui tempora [63] circùm
[64] Aurati bis sex radii fulgentia [65] cingunt,
Solis avi specimen: bigis [65] it Turnus in [66] albis,
Bina manu lato [67] crispans hastilia ferro. 165
[68] Hinc pater Æneas, [69] Romanæ stirpis origo,
[70] Sidereo [71] flagrans clipeo, & [72] cœlestibus armis,
Et juxtà [73] Ascanius, magnæ spes altera Romæ)
Procedunt castris, [74] puràque in veste sacerdos
[75] Sætigeri fœtum suis, intonsamque bidentem 170
Attulit, admovitque [76] pecus [77] flagrantibus aris.
[78] Illi ad surgentem conversi lumina Solem
[79] Dant fruges manibus salsas, & tempora [80] ferro

52 Congruit, indiget. 53 Libera à morte. 54 Concita. 55 Rejice abs te. 56 Ero, aut esse volo. 57 Juturnam. 58 Quid agat. 59 Perculsam. 60 Latinus, & Turnus ex unâ parte, & Æneas & Ascanius ex alterâ. Docet, quomodo reges, icturi fœdus, convenerint: & primò, quibus verbis Æneas usus sit. 61 Pompâ & comitatu. 62 Quaternis equis tracto. 63 Circumcingunt. 64 Corona radios habens 12. referens signa Zodiaci, argumentum generis sui, cui mater erat Circe, filia Solis. 65 Invehitur. 66 Quod essent de genere equarum Erichthonii. 67 Vibrans, coruscans, *πάλλων*: versus hic habetur 1. Æn. 68 Ex hac parte. 69 Nam ab eò domus Julia orta est. 70 Cœlo demissis, à Vulcano fabricatis. 71 More siderum splendente, aut divino artificio fabricato. 72 Resplendens. 73 Vehitur juxtà patrem. 74 *Καθαρᾷ ἐσθῆτι πεπαρμένος*, candida scil. impolluta, & sacrificiis apta. *Casta placent superis, purâ cum veste venite.* Tibul. 2. Eleg. 2. 75 Porcum procreatum à sue setas gerente, & ovem biennem nondum tonsam, sed adhuc crescentem, ut fœdus diu duret. Porcum in fœderibus feriendis cædi solitum nemo non novit ex Liv. lib. 1. Sueton. Claud. cap. 25. suprà Æn. 8. *Cæsâ jungebant fœdera porcâ.* 76 Quod feriret. 77 Incensis. 78 Reges, qui fœdus percussuri sunt, ad orientem conversi. Diis superis sacra fiebant Sole oriente, inferis obeunte. 79 Prima hostiæ probatio fiebat sparsa mola, vel è frugibus salsis, id est, farre tosto, & sale misto. Secunda, setis inter cornua vel è fronte hostiæ avulsis, vel desectis, inde in ignem conjectis. Tertia, vino inter cornua fuso, & è pateris in aram libato. Æn. 4. & 6. 80 Forcipe.

Sum-

Summa [81] notant pecudum, [82] paterisque altaria libant.
Tùm pius Æneas stricto sic ense precatur :
[83] Esto nunc Sol testis, & hæc mihi [84] terra vocanti,
Quam propter tantos potui perferre labores,
Et [85] Pater omnipotens, & tu Saturnia Juno;
Jam [86] melior, jam, Diva, precor : tuque inclute Mavors,
Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine [87] torques:
Fontisque, fluviosque [88] voco, [89] quæque ætheris alti
Religio, & [90] quæ cæruleo sunt numina ponto :
Cesserit Ausonio si [91] fors victoria Turno;
[92] Convenit Evandri [93] victos discedere ad urbem.
Cedet [94] Iülus agris, [95] nec post arma ulla rebelles
Æneadæ referent, ferrove [96] hæc regna lacessent.
[97] Sin nostrum adnuerit nobis victoria Martem,
(Ut potiùs [98] reor, & potiùs DI [99] numine firment)
Non ego nec Teucris * Italos parêre jubebo,
[1] Nec mihi regna peto. Paribus se legibus ambæ
[2] Invictæ gentes [3] æterna in fœdera mittant.
[4] Sacra [5] Deosque dabo: socer [6] arma Latinus habeto;
Imperium [7] sollemne socer : mihi mœnia Teucri
Constituent, urbique dabit Lavinia nomen.
[8] Sic prior Æneas : sequitur sic deinde Latinus,
Suspiciens cœlum, [9] tenditque ad sidera dextram :

81 Vulnerant. 82 Et imbuunt ad futurum sacrificium altaria vino è pateris superfuso. 83 Cum respectu hæc ad Romani fœderis morem, quem dabit Liv. lib. 1. *Audi Juppiter, & tu Juno, Quirine, Diique omnes cælestes, vosque terrestres, vosque inferni audite*, &c. necnon fœdus Græcorum & Trojanorum, Il. 3. 84 Italica. 85 Juppiter. 86 Faventior, clementior solito jam, & verè Dea sis, precor. 87 Regis, sustines. 88 Invoco. 89 Et quicumque Dii in æthere religiosè coluntur. 90 Obtestor omnia numina cœli, maris, terræ, & inferorum. 91 Fortè. 92 Conveniens est & placet. 93 Nos. 94 Filius: cui regnum Italiæ sciebat deberi. 95 Nunquam deinceps rebellabunt. 96 Pro quibus certamus, quæ sunt Latini. 97 Hypallage. Si nobis annuerit victoriam Mars, & *noster*, id est, nobis favens. 98 Futurum. 99 Nutu & divinâ suâ voluntate confirment. * Ut dedititios. 1 Nec peto solus dominari. 2 Quasi invictæ sint. 3 Indissolubilia. 4 Ego fungar Pontificatu, ac religionis curam habebo. 5 Penates. 6 Jus armorum. 7 Solidum, & toto anno duraturum. 8 Recitat verba Latini ad fœdus sanciendum. 9 Extendit.

Hæc

[10] Hæc eadem, Ænea, terram, mare, sidera juro,
[11] Latonæque genus duplex, [12] Janumque [13] bifrontem,
Vimque Deûm [14] infernam, [15] duri sacraria Ditis:
Audiat [16] hæc Genitor, [17] qui fœdera fulmine sancit:
[18] Tango aras, medios ignis, & [19] Numina testor:
[20] Nulla dies pacem hanc Italis, nec fœdera rumpet,
[21] Quo res cumque cadent: nec me vis ulla [22] volentem
Avertet; [23] non si tellurem effundat in undas
Diluvio miscens, cœlumque in Tartara solvat:
[24] Ut sceptrum hoc (dextrâ sceptrum nam fortè gerebat)
Nunquam fronde levi [25] fundet virgulta, neque umbras,
Cùm semel in silvis imo de stirpe recisum
[26] Matre caret, [27] posuitque comas & brachia ferro;
[28] Olim arbos, nunc artificis manus [29] ære decoro
Inclusit, [30] patribusque dedit [31] gestare Latinis.
Talibus inter se [32] firmabant fœdera dictis,
Conspectu in medio procerum. Tùm [33] rite sacratas
In flammam jugulant pecudes, & viscera vivis

10 Quæ jurasti. 11 Apollinem & Dianam, id est, Solem & Lunam. 12 Deum patrium, necnon pacis, bellique arbitrum. 13 Bicipitem, ob singularem prudentiam, quâ prævidit futura, & præterita scivit. 14 Quæ est apud inferos: Proserpinam, Plutonem, & quantum Deorum apud inferos est, juro. 15 Loca execrabilia immitis Plutonis. 16 Quæ dicturus sum. 17 Qui sanctè constituit & stabilit fœdera punitione fulminis, si violentur. 18 Ex sollemni jusjurandum & preces concipientium more. 19 Deorum. 20 Nullum tempus. 21 In quemcumque statum res pervenient. 22 Hæc fœdera firma & rata esse. 23 Scil. *avertet ulla vis.* Perpetuitatem fœderis asseverat adjuncta conditione impossibili, quæ vim habet negationis, q. d. Diluvio priùs aut machinæ hujus in Chaos reversæ ruinâ interibunt omnia, quam pacis hujus fœderisque dissolutio. 24 Quemadmodum. 25 Germinabit. 26 Terra: ut 11. Æneid. *Non jam* mater *alit tellus; vel* arbore: ut 2. Geor. *Laurus parva sub ingenti* matris *se subjicit umbrâ.* 27 Deposuit, amisit frondes, & ramos cultro. Horat. Od. 7. lib. 4. *Diffugêre nives, redeunt jam gramina campis, Arboribusque* comæ. 28 Quod fuit olim arbor virens. 29 Orichalco splendorem auri possidente, ipsumque decorante. 30 Regibus. 31 Q. d. Non priùs dissolvetur hoc fœdus, quam hoc sceptrum revirebit & frondebit. 32 Reges Æneas & Latinus. 33 Expurgatas, probatas secundum ritum, & ceremonias sacrificantium.

[14] Eripiunt, [15] cumulantque [16] oneratis lancibus aras.
[17] At verò Rutulis [18] impar ea pugna videri
Jamdudùm, & vario misceri pectora [19] motu:
Tùm magis, ut [20] propius cernunt [21] non viribus æquis.
[22] Adjuvat [23] incessu tacito progressus, & aram
Suppliciter venerans demisso [24] lumine Turnus,
[25] Tabentesque genæ, & juvenali in corpore pallor.
Quem simul ac Juturna [26] soror [27] crebrescere vidit
[28] Sermonem, & volgi [29] variare [30] labantia corda:
In medias acies, [31] formam adsimilata [32] Camerti,
Cui genus a proavis ingens, clarumque paternæ
Nomen erat virtutis, & ipse [33] acerrimus armis,
In medias dat sese acies, haud nescia rerum,
Rumoresque [34] serit varios, ac talia [35] fatur:
Non pudet, ó Rutuli, pro [36] cunctis talibus [37] unam
Objectare animam? numerone, an viribus [38] æqui
Non sumus? En, omnes & [39] Troes, & Arcades, hi sunt,
[40] Fatalisque manus, [41] infensa Etruria Turno.

34 Palpitantia enim, & adhuc spirantia exta raptim evellebantur victimis, ut possent consuli Æn. 4. 35 Cumulatim oppleni. 36 plenis & ponderosis. 37 Refert, quomodo Juturna, videns Rutulos, diffidentes viribus Turni, de iniquâ conditione fœderis querulosos, in speciem Camertis fœdera disrumpere cohortata sit. 38 Inæqualis, qua Æneas animo, ætate, experientiâ, & militari scientiâ visus melior: Turni verò ad aram accedentis inflammatem proderent incessus segnis, oculi demissi, tabentes genæ, pallor. 39 Commotione. 40 Attentius & diligentius vident: videbantur Æneas & Turnus non habentes vires æquales. 41 Talem de eo opinionem. 42 Pathos à signis & testibus. 43 Vultu. Pathos ab habitu personæ. 44 Al. *habentes quę*, id est, tenui lanugine tectæ. 45 Turni. 46 Crebriores fieri, & magis magisque dispergi. 47 De Turno. 48 Sermonem aut sententias de Turno, ait, dicentibus cum victorum, alii vincendum esse. 49 Vacillantia. 50 Per formam. 51 Viro strenuo. 52 Maximè strenuus erat. 53 Dispergit. 54 Juturnæ; Camertæ assimilata. 55 Pro tam arduis negotiis, in quibus certatur pro libertate patriæ. 56 Unius hominis Turni vitam periculo, & alterius belli objicere? 57 Æquales Trojanis. 58 Qui observari nobis possint. 59 Trojanorum sed. qui iterum in Italiam se venisse jactant. 60 Propter societatem Mezentii.

[61] Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
[62] Ille quidem ad superos, quorum [63] se devovet aris,
Succedet famâ, vivusque per ora [64] feretur:
Nos, patriâ amissâ, [65] dominis parère superbis
Cogemur, qui nunc [66] lenti consedimus [67] arvis.
Talibus [68] incensa est juvenum sententia [69] dictis,
Jam magis atque magis; [70] serpitque per agmina murmur.
Ipsi Laurentes mutari, ipsique Latini.
Qui sibi jam requiem pugnæ, rebusque salutem
Sperabant, nunc arma volunt, fœdusque precantur
[71] Infectum, & [72] Turni [73] sortem miserantur iniquam.
His [74] aliud majus Juturnæ adjungit, & alto
Dat [75] signum cœlo; quo [76] non præsentius ullum
Turbavit mentis Italas, [77] monstroque fefellit.
Namque volans [78] rubrâ fulvos [79] Jovis ales in [78] æthrâ,
[80] Litoreas agitabat avis, turbamque [81] sonantem
Agminis aligeri; subitò cùm [82] lapsus ad undas
Cygnum excellentem [83] pedibus rapit [84] improbus uncis.
Arrexère animos Itali, cunctæque volucres
[85] Convertunt clamore fugam, mirabile visu;
Ætheraque obscurant pennis, [86] hostemque per auras

61 Alternatim, ut, dum alter habeat, alter non habeat, id est, pro dimidio exercitu, id est, si secundus quisque nostrûm congrediatur. Illis ergo duplo plures sumus. 62 Turnus quidem merebitur immortalitatem. 63 Morti addicit, & sacrificat se. 64 Transferetur, id est, tamquam de vivo omnes loquentur. 65 Tyrannis Phrygiis. A turpi. 66 Otiosi & ignavi. Ecl. 1. *tu Tityre* lentus *in umbrâ*, &c. Penelope Ulyssi apud Ovid. *Hanc tua Penelope* lento *tibi mittit Ulyssi.* 67 In campis, ubi illi congressuri sunt. 68 Ad disrumpendum fœdus. 69 Juturnæ sub specie Camertis. 70 Scilic. fœdum esse, Turnum solum pro omnium libertate dimicare. 71 Utsint non factum, aut annihilatum. 72 Qui solus contra fortiorem se dimicaturus sit. 73 Conditionem. 74 Portentum. 75 Prodigium in aëre. 76 Non efficacius, quia opportunum: vel ex mandato Junonis, supra: *Tu pro germano, si quid* præsentius *audes, Perge.* Al. *præsentius.* 77 Augurio, sed fusili, & sinistre excepto, expositoque. 78 Summâ aëris regione, propè ignem. 79 Aquila. 80 In litore versari solitas Has ipsi interpretabantur Rutulos, aquilam Æneam. 81 Bene sonantium, id est, canentium avium, id est, cygnorum. 82 Ales Jovis. 83 Unguibus. 84 Immuniter. 85 Redeunt cum clamore, sicut in exercitu solet fieri. 86 Aquilam, cui Æneam comparat, & Turnum cygno, à suis eripiendum.

[87] Factâ nube premunt: donec vi [88] victus, & ipso
[89] Pondere defecit, [90] prædamque ex unguibus ales
Projecit [91] fluvio, penitusque in [92] nubila fugit.
Tùm verò [93] augurium Rutuli clamore [94] salutant,
[95] Expediuntque manus: primusque Tolumnius augur,
Hoc erat, hoc votis, inquit, quod sæpè [96] petivi.
[97] Accipio, adgnoscoque Deos: [98] me, me duce ferrum
Corripite, ô miseri, [99] quos improbus * advena bello
Territat, invalidas ut avis; & litora vestra
Vi [1] populat. [2] Petet ille fugam, penitusque [3] profundo
Vela dabit. Vos unanimi densate catervas,
Et [4] regem vobis pugnâ defendite raptum.
[5] Dixit, & adversos telum contorsit in hostis
Procurrens: sonitum dat stridula [6] cornus, & auras
[7] Certa secat. Simul [8] hoc, simul ingens [9] clamor, & omnes
Turbati [10] cunei, calefactaque corda tumultu.
Hasta volans, ut fortè novem pulcherrima fratrum
Corpora [11] constiterant contrà, quos [12] fida creârat
Una tot Arcadio conjunx Tyrrhena Gilippo;
Horum [13] unum [14] ad medium, teritur quà [15] sutilis [16] alvo
Balteus, & [17] laterum junctûras fibula mordet,

87 Densitate alarum multarum factâ. 88 Ales. 89 Arduitas negotii. 90 Cygnum. 91 In fluvium. 92 Obscurum aërem. 93 Per Juturnam fraude oblatam. 94 Venerantur, & ratum esse cupiunt. 95 Aptant ad pugnam. 96 Desideravi. 97 Ratum habeo & agnosco favorem Deorum erga nos. Augurium oblativum in impetrativum vertit, sinistrè interpretatus. 98 Epizeuxis. 99 Consilium perversum consultori pessimum fuit. Aquilam interpretatur Æneam Italica litora vastantem: litoreas volucres, Rutulos; cygnum, Turnum. * Æneas. 1 Populatur ac deprædatur. 2 Sicut aquila periit. 3 Mari: sicut aquila penitus in nubila fugit. 4 Turnum. 5 Tolumnius augur. 6 Hasta cornea. Sic suprà lib. 9. *Volat Itala* cornus. Materia pro materiato. Nam cornus, cùm lignum habeat durissimum, hastis aptissima est: *& bona bello cornus.* Georg. 2. 7 Inevitabilis. 8 Fit. 9 Fit. 10 Peditum ordines in formam cunei redactorum. *Cuneus* propriè instrumentum ferreum est, quo ligna finduntur: à cujus similitudine peditum multitudo dicitur. *Cuneus*, quæ primâ fronte angustior quidem, sed paullatim latior procedit. 11 Simul steterant ex adverso. 12 Fidelis marito suo. 13 Uni. 14 Circa umbilicum. 15 Consutus. 16 Juxta alvum. 17 Quâ fibula morsu jungit latera baltei.

Egre-

Egregium formâ juvenem, & fulgentibus armis,
Transadigit costas, fulvâque [18] effundit arenâ.
At fratres, animosa [19] phalanx, accensaque [20] luctu,
Pars gladios stringunt manibus, pars, [21] missile ferrum
Corripiunt, [22] cæcique [23] ruunt. Quos agmina contra
Procurrunt Laurentum. Hinc [24] densi rursùs [25] inundant
Troës, [26] Agyllinique, & [27] pictis Arcades armis.
Sic omnis amor [28] unus habet [29] decernere ferro.
Diripuêre [30] aras: it [31] toto turbida cœlo
[32] Tempestas telorum, ac [33] ferreus [34] ingruit imber:
Craterasque, [35] focosque [36] ferunt. [37] Fugit ipse [38] Latinus,
[39] Pulsatos referens [40] infecto fœdere [39] Divos.
Infrenant alii [41] currus, [42] aut corpora saltu
Subjiciunt in equos, & strictis ensibus [43] adsunt.
Messapus regem, regisque [44] insigne gerentem,
Tyrrhenum Aulesten, avidus [45] confundere fœdus,
[46] Adverso [47] proterret equo: [48] ruit ille [49] recedens,
Et miser [50] oppositis à tergo involvitur aris
In caput, inque humeros. At fervidus advolat hasta
Messapus, teloque [51] orantem multa [52] trabali
Desuper [53] altus equo graviter ferit, atque ita fatur:
[54] Hoc habet: [55] hæc [56] melior magnis data victima Divis.

18 Al. *extendit*, extensum prosternit eum. 19 Conserta & instructa turba ad modum phalangis Macedonicæ. 20 Dolore fratris occisi. 21 Jaculum ferreum. 22 Excæcati ac perciti furore, salutis improvidi. 23 In hostem. 24 Stipati, & se mutuò comprimentes. 25 More undarum irruunt. 26 Cærites, ab Agylla urbe missi, lib. 7. 27 Insignitis. 28 Uniformis. 29 Utri fortiores sint armis. 30 Ad fœdus faciendum exstructas. In bello neque sacris, neque profanis parcitur. 31 Turbans & obscurans totum aërem. 32 Præcipitatio telorum grandinis, aut nivis similis. 33 Ferratorum telorum. *Hastati spargunt hastas, fit* ferreus *imber*. Ennius 8. 34 Toto cœlo. 35 In quibus fovebatur ignis sacrificiis aptus. 36 Auferunt Rutuli. 37 A tumultu belli. 38 Rex. 39 Simulacra Deorum violata, ex aris sublata. 40 Non consummato. 41 Equos: ut Georg. 1. *Neque audit* currus *habenas*. 42 Aut saliunt super equos. 43 Præsto sunt. 44 Diadema. 45 Disturbandi. 46 Ex adverso objecto. 47 Procul terret. 48 Præceps cadit. 49 Recedere parans. 50 Quia invenit aras oppositas. 51 Aulesten. 52 Ingenti instar trabis. 53 In equo alio. 54 Vulnus lethale: formula accepta ab arenâ & ludo gladiatorio: ubi hac voce usus victor insultabat victo. Ter. *Captus est*, habet. 55 Est. 56 Quam porcus, qui fuisset in fœdere cæsus.

Concurrunt Itali, [57] spoliantque [58] calentia membra.
[59] Obvius [60] ambustum torrem [61] Corynæus ab arâ
Corripit, & venienti Ebuso, [62] plagamque ferenti
[63] Occupat os flammis. Olli ingens barba reluxit,
[64] Nidoremque [65] ambusta dedit. [66] Super [67] ipse secutus
[68] Cæsariem lævâ [69] turbati corripit [70] hostis;
Impressoque genu nitens terræ [71] adplicat ipsum:
[72] Sic rigido latus ense ferit. [73] Podalirius Alsum
Pastorem, [74] primâque acie per tela ruentem,
Ense [75] sequens nudo [76] superimminet: [77] ille securi
[78] Adversi frontem mediam mentumque [79] reductâ
[80] Disjicit, & [81] sparso latè [82] rigat [83] arma [84] cruore.
Olli dura quies oculos & [85] ferreus urguet
[86] Somnus; in æternam clauduntur [87] lumina [88] noctem.
At pius Æneas dextram tendebat [89] inermem,
[90] Nudato capite, atque [91] suos clamore vocabat.
Quò ruitis? quæve ista [92] repens discordia surgit?
O cohibete iras! ictum jam fœdus, & omnes
Compositæ [93] leges: mihi jus [94] concurrere soli:

57 Diademate. 58 Adhùc palpitantia. 59 Obviam veniens. Docet, quæ reliqua subsecuta sit pugna, & quomodo vulneratus sit Æneas. 60 Facem circumustam. 61 Alterius Chorinei, cæsi ab Asylo, lib. 9. meminit. Vide Macrob. Sat. lib. 5. c. 15. 62 Inferenti, aut inferre volenti vulnus. 63 Impedit. 64 Fœtorem. 65 Circumusta. 66 Insuper. 67 Chorineus. 68 Capillos. 69 Flammis. 70 Ebusi. 71 Admoves. 72 Applicito terræ. 73 Etiam de parte Æneæ. 74 In. 75 Persequens. 76 Eminenter super illum incumbit. 77 Superimminens Podalirius, aut potius Alsus restans, ubi fugere ampliùs non poterat. 78 Oppositi, & contrà stantis. 79 Retrorsùm ductâ, ut fortiùs feriret. 80 Discidit. 81 Sparsim effuso. 82 Madefacit. 83 Interfecti. 84 Al. *cerebro*: ut lib. 9. *arma cruento cerebro*. 85 Durus & imperturbabilis. Hom. 22. Il. *καιμήσαντο χάλκεον ὕπνον*. 86 Mortem Poetæ noctem, soporem, somnum vocant. Est enim *consanguineus Lethi sopor*. Catul. *Soles occidere possunt, Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est perpetuâ una dormienda*. 87 Ejus. 88 Caliginem, id est, mortem obiit. 89 Quo in fœdere faciendo admoneret omnes pacis. 90 Ut agnosceretur. Alludi volunt ad Julium Cæsarem, qui, ut obequitans à suis agnosceretur, suosque alloqueretur, nudato capite processit in aciem, ut suos in prælium revocaret, quod & factitabant alii Imperatos, Cyrus, Annibal, Masinissa, Æmilius Adrianus, aliique. 91 Utrumque exercitum jam suum vocabat. 92 Repentina. Al. *recens*. 93 Conditiones pacis, aut fœderis. 94 Cum Turno.

[95] Me sinite, atque auferte [96] metus. Ego fœdera [97] faxo
Firma [98] manu: [99] Turnum jam debent hæc mihi * sacra
Has inter voces, media inter talia verba,
Ecce, [1] viro stridens alis adlapsa sagitta est,
[2] Incertum quâ [3] pulsa manu, quo [4] turbine adacta;
Quis [5] tantam Rutulis laudem, casusne, Deusne
Attulerit. [6] Pressa est insignis gloria facti:
Nec sese [7] Æneæ jactavit [7] vulnere quisquam.
[8] Turnus, ut Æneam cedentem ex agmine vidit,
[9] Turbatosque duces, [10] subitâ spe [11] fervidus ardet:
Poscit equos, atque arma simul, saltuque superbus
[12] Emicat in [13] currum, & manibus [14] molitur habenas.
Multa virûm [15] volitans dat fortia corpora leto:
[16] Semineces volvit multos, aut agmina curru
Proterit, aut [17] raptas fugientibus ingerit hastas.
Qualis apud [18] gelidi cùm flumina concitus [19] Hebri
Sanguineus Mavors clipeo [20] increpat, atque furentis
Bella movens immittit equos: [21] illi æquore aperto
Ante [22] Notos Zephyrumque [23] volant. Gemit [24] ultima pulsu
[25] Thraca [26] pedum, circumque [27] atræ formidinis ora
Iræque, insidiæque, Dei [28] comitatus, [29] aguntur.

95 Solum concurrere. 96 Quos inferris. 97 Faciem. 98 Victo scil. hoste capitali. 99 Vitam Turni. * Sacrificia à Turno violata. 1 In virum Æneam. 2 Autor vulneris ignotus est: creditur tamen submissus aliquis à Juturna, ex incusatione Jovis, infrà: *Mortalin' decuit violari vulnere civem?* & Junonis responso: *Juturnam misero, fateor sucurrere fratri Suasi, & pro vitâ majora audere probavi: Non ut tela tamen, non ut contenderet arcum.* 3 Allapsa sit. 4 Impetu, aut tormento. 5 Ut Ænea vulneratus sit. 6 Suppressa, ignorato auctore. 7 Quòd Æneam vulneraverit. 8 Inducit Æneam propter vulnus illatum à bello destitisse. 9 Animo consternatos. 10 Subitò ortâ. 11 Incensus. 12 Eminentèr pervenit. 13 Undè depugnaret. 14 Cum molimine regit. 15 Percurrens celeriter. 16 Semioccisos prosternit. 17 Celeriter correptas. 18 Nivibus. 19 Fluvii Thraciæ. 20 Crepare facit ac resonare illisa clypeo hasta. 21 Equi jam immissi. 22 Rapidissimos ventos. 23 Cursu prævertunt. 24 Tota, & ad ultimam usque oram. 25 Θρήκη, Thracia. 26 Equorum. 27 Perniciosæ. 28 Dignus Marte comitatus, Formido, Ira, Insidiæ, Illiade verò 4. Δείμός τ' ἠδὲ φόβος, καὶ Ἔρις ἄμοτον μεμαυῖα, Ἀρηος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρη τε. 29 Impelluntur.

[30] Talis equos alacer media inter prœlia Turnus
Fumantis sudore quatit, miserabile cæsis
Hostibus insultans: spargit rapida [31] ungula rores
Sanguineos, mixtâque cruor calcatur arenâ.
Jamque neci [32] Sthenelumque dedit, Thamyrimque, Pholumque,
[33] Hunc [34] congressus, & [35] hunc; [36] illum eminùs; eminùs ambos
[37] Imbrasidas, Glaucum atque Laden, quos Imbrasus ipse
Nutrierat Lyciâ, paribusque [38] ornaverat armis;
Vel [39] conferre manum, [40] equo prævertere ventos.
[41] Parte aliâ media Eumedes in prœlia fertur,
[42] Antiqui proles bello [43] præclara Dolonis;
[44] Nomine avom referens, [45] animo [46] manibusque parentem:
[47] Qui quondam, castra ut Danaûm speculator adiret,
[48] Ausus [49] Pelidæ [50] pretium sibi poscere currus:
Illum [51] Tydides alio pro talibus ausis
Adfecit [52] pretio: [53] nec equis adspirat Achillis.
Hunc procul ut [54] campo Turnus prospexit aperto,
Antè levi jaculo longum per [55] inane secutus;
[56] Sistit equos bijugis, & curru desilit, atque
Semianimi lapsoque supervenit, &, pede collo
Impresso, dextræ mucronem [57] extorquet, & alto
[58] Fulgentem [59] tinguit [60] jugulo; atque hæc insuper addit:
[61] En, agros, &, quam bello, Trojane, petisti,
[62] Hesperiam metire [63] jacens: hæc præmia, qui me

30 Qualis Mars. 31 Equorum. 32 Tres Trojanos. 33 Sthenelum. 34 Cominus. 35 Thamyrim. 36 Philum. 37 Imbrasi filios. 38 Ab infantiâ. 39 Invadere. 40 Celeriter effugere. 41 A Turno. 42 Nobilis aut annosi. 43 Inclyta. 44 Quia & avus ejus, pater Dolonis, Eumedes dictus erat. 45 Animositate. 46 Rebus præclarè gestis. 47 Dolon, missus speculatum res Græcorum, à Diomede & Ulysse interceptus, cæsusque fuit. 48 Fuerat. 49 Pelei filii. 50 In mercedem. 51 Diomedes, Tydei filius. 52 Mercede, pœna alia: quia occidit eum. 53 Nec ausus est aspirare ad equos Achillis habendos. 54 In. 55 Aërem, qui inanis putatur. 56 Stare facit. 57 Vi expellit. 58 Priùs. 59 Imbuit mucronem extortum. 60 Occisi. 61 Agros, quos sperasti tibi, tuisque, tamquam victoribus, dividendos. 62 Italiam. 63 Prostratus.

Fer-

Ferro ausi [64] tentare, [65] ferunt: [66] sic mœnia condunt.
[67] Huic comitem [68] Asbutan conjectâ cuspide [69] mittit:
Chloreaque, Sybarimque, Daretaque, Thersilochumque,
Et [70] sternacis equi lapsum [71] cervice [72] Thymœten.
Ac velut [73] Edoni Boreæ cùm spiritus alto
Insonat [74] Ægæo, sequiturque ad litora [75] fluctus,
Quà [76] venti incubuêre; [77] fugam dant nubila [78] cœlo:
Sic Turno, quacumque viam secat, agmina cedunt,
[79] Conversæque ruunt acies: fert impetus [80] ipsum,
Et cristam [81] adverso curru quatit aura [82] volantem.
[83] Non tulit instantem [84] Phegeus, animisque [85] frementem:
Objecit sese ad currum, & spumantia [86] frenis
Ora [87] citatorum dextrâ detorsit equorum.
Dùm [88] trahitur, pendetque jugis [89] hunc [90] lata retectum
Lancea consequitur, rumpitque infixa [91] bilicem
Loricam, & summum [92] degustat vulnere corpus.
[93] Ille tamen clipeo [94] objecto conversus in [95] hostem
Ibat, & auxilium [96] ducto mucrone petebat.
Cum [97] rota præcipitem, & [98] procursu concitus axis
Impulit, effuditque solo: Turnusque [99] secutus,
Imam inter galeam summi thoracis & [100] oras,
* Abstulit ense caput, ** truncumque reliquit arenæ.

64 Provocare. 65 Auferunt à me. 66 Q. d. prosternuntur exsangues. 67 Eumedi. 68 Trojanum. 69 Ad inferos. 70 Ferocis, qui sessorem facilè sternit, atque excutit: *vel*, calcitronis. 71 De. 72 Meminit hic noster Poëta lib. 2. Thymœtæ, qui primus, equum intra muros duci hortabatur, & arce locari. 73 Thracii: nam *Edon* mons est Thraciæ. 74 Mari. 75 Ægei maris. 76 Flatus Boreæ. 77 Boreas enim nubila disipat, cœlum serenat. 78 Per aërem, id est, quemadmodum nubes & procellæ aquarum diffugiunt à facie impetuosissimi venti. 79 In fugam. 80 Turnum. 81 Ex adverso veniente. 82 Celeritèr agitatam. 83 Non est perpessus Turnum instantem sibi, aut aliis. 84 Vir Trojanus. 85 Ferocientem. 86 Contrahendo frena. 87 Concitatorum. 88 Namque dum equos torquet ac trahit, ipse trahitur & pendet jugis equorum. 89 Phegea. 90 Latum ferrum habens. 91 Duabus liciis, seu ordinibus squammarum constantem. 92 Leviter sauciat superficiem corporis, id est, cutem. 93 Phegeus. 94 Contra ictus. 95 Turnum. 96 Nudato. 97 Currus. 98 Procurrendo concitatus. 99 Cadentem. 100 Extremitates, id est, secando cervicem, ubi ima pars galeæ fere conjungitur loricæ, seu thoraci: quamvis thorax in pectore propriè sit. * Illi. ** Truncatum & mutilum corpus.

At-

Atque ea dùm campis victor dat funera Turnus,
Interea Æneam Mnestheus, & fidus Achates,
Ascaniusque [1] comes, castris [2] statuêre [3] cruentum.
[4] Alternos longâ nitentem [5] cuspide gressus.
[6] Sævit, & infractâ luctatur [7] arundine telum
Eripere, [8] auxilioque viam, quæ proxima, poscit:
Ense [9] secent lato vulnus, [10] telique latebram
Rescindant penitùs, seseque in bella remittant.
Jamque [11] aderat [12] Phœbo ante alios dilectus Iâpyx
[13] Iasides: [14] acri quondam [15] cui captus amore
Ipse suas artis, sua [16] munera, lætus Apollo
[17] Augurium, [18] citharamque [19] dabat, celerisque sagittas.
[20] Ille, [21] ut depositi proferret fata parentis,
Scire [22] potestates herbarum, [23] usumque medendi
Maluit, & [24] mutas [25] agitare [26] inglorius artis.

1 Socius laboris. 2 Collocaverunt. 3 Ex vulnere. 4 Alternatim, & longo labore factos, id est, vulnerati pedis passus hastili sustentantem & fulcientem: alter enim pes, qui saucius non erat, sine adminiculo firmos & liberos metiebatur gressus. 5 Cui incumbebat. 6 Sui contemptor, gloriæ dominus, civium servator, indignatur, sibique irascitur, quod saucius ad pugnam procedere nequeat, neque suis adesse. 7 Cuspide intrinsecùs fractâ. 8 Et petit à præsentibus modum & rationem sanandi, quæ præsentissima, aut vicinissima est ad auxilium. 9 Hamata ergo sagitta hæc, & quæ citra ἰκλομὲν evelli non posset. 10 Latentem sagittæ cuspidem scindendo aperiant funditus. 11 Auxilio. 12 Ab Apolline, summo medicorum principe. 13 Medicus, Iasii filius: nec incepte παρὰ τὸ ἰᾶσθαι: à medendo. 14 Vehementi. 15 Iapi. 16 Officia. 17 Peritiam divinandi. 18 Artem Musicam. 19 Dare voluit, offerebat. 20 Iapis. 21 Ut protraheret, sive produceret vitam patris desperati, id est, de cujus vita desperatur à medicis. Talis antiquitus traditur fuisse consuetudo, ut, qui laborarent periculoso aliquo morbo, & de quibus desperatum erat, ante ædium suarum januas collocarentur, vel ut ibidem extremum spiritum ederent, vel ut à transeuntibus possent fortè curari, si quis aliquando simili morbo laborasset. Et hi *depositi* dicebantur. Ovid. *Jam prope* depositus, *certè jam frigidus æger.* 22 Vim, possibilitatem. 23 Medicinam in usu, non in ratione constantem. 24 Occultas, & gloriam non adferentes, si cum cæteris Apollinis artibus, Musicâ, & Divinatione, comparentur. Alii ad tactum venæ referunt. Alii *mutas* dici volunt, quia apud veteres manibus magis medicina tractata est, unde & *Chirurgia* dicta. Ubi enim manu res agebatur, cessabat oratio. 25 Sectari, exercere. 26 Sine gloriâ. Cum respectu hoc ad Romanos, & alias gentes, quibus medicina non in honore, adeoque servis communicata.

Sta-

Stabat [27] acerba fremens, ingentem nixus in hastam,
Æneas, magno juvenum & [28] mærentis Iüli
Concursu, [29] lacrimis [30] immobilis. [31] Ille retorto
Pæonium in morem [32] senior succinctus amictu,
[33] Multa manu medicâ [34] Phœbique [35] potentibus herbis
Nequidquam trepidat, nequidquam [36] spicula dextrâ
[37] Sollicitat, [38] prensatque tenaci forcipe [39] ferrum.
[40] Nulla viam Fortuna regit: nihil [41] auctor Apollo
Subvenit: & sævus [42] campis magis ac magis horror
[43] Crebrescit, propiusque [44] malum est. Jam pulvere cœlum
[45] Stare vident: [46] subeunt equites, & spicula castris
[47] Densa cadunt mediis. [48] It tristis ad æthera clamor
Bellantum juvenum, & duro sub Marte cadentum.
[49] Hîc Venus, [50] indigno nati [51] concussa dolore,
[52] Dictamnum [53] genetrix [54] Cretæâ carpit ab Idâ,
[55] Puberibus [56] caulem foliis, & flore comantem
Purpureo: [57] non illa feris incognita capris

27 Acerbè. 28 Propter dolorem patris, & belli periculum. 29 Julii & aliorum. 30 Stabat immutabilis. 31 Japis medicus retroverso, id est, rejecto amictu more medicorum manu operantium. *Pæan* enim nomen medici apud Homerum Il. 5. à quo Pluto curatus, quin & ipse Apollo *Pæan* dictus. 32 Ætate provectior, longævus: infrà vocatur ideò peritior, quia *seris venit usus ab annis*. 33 Multa trepidus & properans tentat, sed frustrà, nihil arte. 34 Quas Apollo eum docuerat, *vel*, quarum virtutes primus deprehendit. 35 Ad medicinalem virtutem. 36 Telum infixum. 37 Educere tentat. 38 Frequenter capere tentat. 39 Telum. 40 Nullus eventus inopinatus rationem dirigit, ac præstat. 41 Medicinæ inventor. Undè ipse apud Ovid. Met. 1. ait: *Inventum Medicina meum est*. 42 Per campos ubi Turnus stragem faciebat. 43 Fit creber. 44 Periculum ex fugâ Trojanorum. 45 Densum ac plenum esse. 46 Appropinquant. 47 Densè, aut frequenti. 48 Diffunditur. 49 Tùm. Narrat sanationem Æneæ operâ maternâ factam, ejusque armationem, & in prælium properationem. 50 Qui natus erat ex vulnere indignè illato filio suo, scil. per insidias, inter feriendum fœdus. 51 Perculsa. 52 Herbam. 53 Mater Æneæ. 54 Monte Cretensi: ad differentiam Idæ Phrygiæ. 55 Adultis, villosâ pube lanuginosis, vel succo pubescentibus ac florentibus: ut 4. Æn. *Pubentes herbæ*. 56 Costam per medium herbarum drutensam. 57 Ferunt in Creta capras, cùm sagittis feriuntur, Dictamnum quærere ibi nascens, quod ut ederint, excutiunt statim sagittas.

Gra-

[58] Gramina, cùm [59] tergo [60] volucres hæsêre sagittæ.
[61] Hoc Venus, [62] obscuro [63] faciem circumdata nimbo,
Detulit: hoc [64] fusum labris splendentibus [65] amnem
Inficit, occultè medicans, spargitque [66] salubris
[67] Ambrosiæ succos, & odoriferam [68] panaceam,
Fovit eâ [69] volnus [70] lymphâ [71] longævus Iâpyx
[72] Ignorans, subitoque omnis de [73] corpore [74] fugit
[75] Quippe dolor: omnis [76] stetit [77] imo volnere sanguis.
Jamque secuta [78] manum, nullo cogente, sagitta
Excidit, atque novæ redière in [79] pristina vires.
Arma [80] citi properate viro. Quid statis? Iâpyx
Conclamat, primusque [81] animos accendit in hostem.
Non hæc humanis [82] opibus, non [83] arte magistrâ
Proveniunt. Neque te, Ænea, mea dextera servat:
Major [84] agit [85] Deus, atque opera ad majora [86] remittit.
[87] Ille avidus pugnæ suras [88] incluserat [89] auro
[90] Hinc atque hinc, oditque moras, hastamque [91] coruscat.
Postquam habilis lateri clipeus [92] loricaque tergo est,
Ascanium [93] fusis circùm complectitur armis,
[94] Summaque per galeam [95] delibans oscula fatur:
Disce, puer, virtutem ex me, verumque laborem;
[96] Fortunam ex [97] aliis. Nunc te mea dextera bello

58 Herbæ Dictamni. 59 Dorso earum. 60 Veloces. 61 Dictamnum. 62 Aëre septa tota, ne videretur, atque agnosceretur. 63 Totum corpus. Pars pro toto. 64 Miscet hoc Dictamno aquam infusam lebeti splendenti, lavando ac fovendo vulneri. 65 Aquam. Totum pro parte. Sic suprà: Fontemque *ignemque ferebant*. 66 Salutem adferentis. 67 Herbæ. *Ambrosia* est cibus Deorum, ut *Nectar* potus. 68 Herbam ipso nomine omnia promittentem remedia: ex πᾶν & ἄκος. 69 Æneæ. 70 Aquâ sic temperatâ. 71 Longi ævi medicus: quem suprà *seniorem* appellavit. 72 Quod talis esset. 73 Æneæ. 74 Evanuit. 75 Utpote dolor, & non vulnus, fuisset. 76 Sistebat se. 77 Id est, non effluxit. 78 Medici. 79 Usum pristinum, aut membra pristina. 80 Festinantèr adferte Æneæ. 81 Teucrorum. 82 Potestatibus. 83 Magisterio artis medicinæ. 84 Hanc curam. 85 Apollo, inventor Medicinæ: *vel*, Venus, ut 2. Æneid. *ducente Deo*. Vide locum. 86 Iterum mittit. 87 Æneas. 88 Priusquàm advenerant, qui ipsum armarent. 89 Ocreis aureis, vel auratis. 90 Ex utraque parte. 91 Quarit, vibratque, πάλλει. 92 Postquam armatus erat. 93 Circumfusis. 94 Summis labris. 95 Præbens. 96 Et opta. 97 Felicioribus me.

De-

Defensum dabit, & [1] magna inter præmia ducet.
[2] Tu facito, mox cùm [3] matura adoleverit ætas,
[4] Sis memor, & te [5] animo repetentem exempla tuorum
Et [6] pater Æneas, & [7] avunculus excitet Hector.
Hæc ubi dicta [8] dedit, [9] portis sese extulit ingens,
[10] Telum immane manu quatiens: simul agmine denso
Antheusque Mnestheusque ruunt; omnisque relictis
Turba fluit castris. Tùm [11] cæco pulvere campus
Miscetur, pulsuque pedum tremit [12] excita tellus.
Vidit ab [13] adverso [14] venientis aggere Turnus,
[15] Vidêre Ausonii: [16] gelidusque per ima cucurrit
[17] Ossa tremor. Prima ante [18] omnis Juturna Latinos
Audiit, adgnovitque sonum, & tremefacta refugit.
[19] Ille volat, campoque [20] atrum [21] rapit agmen aperto.
[22] Qualis ubi ad terras [23] abrupto sidere [24] nimbus
It mare per medium: miseris, heu, [25] præscia longè
[26] Horrescunt corda agricolis: [27] dabit ille ruinas
Arboribus, stragemque satis; [28] ruet omnia latè:
[29] Antè volant, sonitumque ferunt ad litora venti.

1 Ducet te participem magnorum præmiorum. 2 A suo & Herculis exemplo. 3 Adolescendo cœperit esse matura. 4 Scilic. *meorum factorum. Auctores referat generosa propago*: respiciat suos: domi enim habet, undè discat. 5 Memoria repetentem, id est, considerantem. 6 Cicer. 1. Offic. *Optima hæreditas à patribus traditur liberis, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis, rerumque gestarum; cui dedecori esse, nefas & vitium judicandum est.* Sal. *Nam sæpe audivi, Q. Maximum, P. Scipionem, præterà civitatis nostræ præclaros viros solitos ita dicere: cùm majorum imagines intuerentur, vehementissimè sibi animum ad virtutem accendi.* 7 Frater Creüsæ, quæ filia Priami, & mater Ascanii. 8 Dixit Æneas. 9 Castrorum. 10 Hastam terribilem præ magnitudine. 11 Excæcante. 12 Commota. 13 Ex opposito sito. 14 Teucros cum Æneâ. 15 Itali viderunt venientes. 16 Frigidus & horrorem incutiens. 17 Italorum. 18 Latinos. 19 Æneas. 20 Pulveris nube coopertum. 21 Raptim secum trahit. 22 Gravi comparatione Æneæ descendentis in pugnam, robur, & hostium tacitum metum depingit. 23 Tempestate, quam sidus aliquod ortu, vel occasu suo ciere solet, dissolutâ. 24 Est. 25 Calamitatis futuræ. 26 Horrore rigescunt. 27 Nimbus prosternet arbores & sata. 28 Eruet, evertet. Simplex pro composito. 29 Antevolant nimbum; quia nimbus crassior aër est: itaque ventus post & antè, & cum illo.

Talis in [30] adversos ductor [31] Rhœteïus hostis
Agmen [32] agit: densi [33] cuneis se quisque [33] coactis
[34] Adglomerant. Ferit ense [35] gravem [36] Thymbræus Osirim,
Archetium [37] Mnestheus, Epulonem obtruncat Achates,
Ufentemque Gyas. [38] Cadit ipse Tolumnius augur,
Primus in adversos telum qui torserat hostis.
Tollitur in cœlum [39] clamor, versique [40] vicissim
Pulverulenta fuga Rutuli dant terga per agros.
[41] Ipse neque [42] aversos dignatur sternere [43] morti;
Nec pede congressos æquo, nec [44] tela ferentis
Insequitur: solum densa in caligine Turnum
[45] Vestigat lustrans, [46] solum in certamina poscit.
Hoc concussa metu mentem Juturna [47] virago
Aurigam Turni media inter lora Metiscum
[48] Excutit, & longè lapsum [49] temone relinquit.
[50] Ipsa [51] subit, manibusque [52] undantis flectit habenas,
Cuncta [53] gerens, vocemque, & corpus, & arma Metisci.
[54] Nigra velut magnas domini cùm divitis ædes
Pervolat, & [55] penitus alta atria [56] lustrat hirundo,
[57] Pabula parva legens, nidisque [58] loquacibus escas;
Et nunc porticibus [59] vacuis, nunc humida circùm
Stagna sonat: [60] similis medios Juturna per hostis

30 Hostem sibi oppositos. 31 Æneas Trojanus, à *Rhœteo*, promontorio Trojæ, sic denominatus. 32 Impellit. 33 Aciebus in morem cuneorum in unum compulsis. 34 Condensant. 35 Gravatum pondere aut senio. 36 Vir Trojanus. 37 Vir Trojanus. 38 Redit in auctorem scelus: recidit in Tolumnium augurium, consiliumque pessimum, fœdus ruptum. 39 Ex ejus casu. 40 Vulnerato quippè Æneâ, Trojanos priùs in fugam verterant. 41 Æneas. 42 Al. *Adversos*, id est, quos obvios, & adversos offendit. 43 Ad mortem. 44 Id est licet animosos offenderet, qui viriliter resisterent, tamen non dignatur eos *prosternere*. 45 Circumspiciens inquirit. 46 Turnum in singulare certamen: sic enim fœdus exigebat. 47 Virum agens, fungens virili officio. 48 Ab equis. 49 Ligno oblongo, quo currus connectitur, & dirigitur. 50 Juturna. 51 Officium gubernandi. 52 Undarum more crispantes & sinuosos. *Æn. 5. undantia lora.* 53 Præ se ferens. 54 Comparatione exornat pietatem Juturnæ. 55 Ubique. 56 Circumvolat. 57 Muscas & culices colligens. 58 In quibus sunt pulli garruli. 59 Magnis, ut lib. 2. *vacua atria lustrat Saucius.* 60 Similiter.

Fer-

Fertur equis, [61] rapidoque volans [62] obit omnia curru:
Jamque hic [63] germanum, jamque hîc ostentat ovantem:
Nec [64] conferre manum patitur: volat [65] avia longè.
Haud minùs Æneas [66] tortos legit obvius orbis,
[67] Vestigatque virum, & disjecta per agmina longa
Voce [68] vocat. Quoties oculos conjecit in hostem,
[69] Alipedumque fugam cursu [70] tentavit equorum;
[71] Aversos toties currus Juturna retorsit.
Heu, quid [72] agat; vario nequidquam fluctuat [73] æstu:
[74] Diversæque vocant animum in contraria curæ.
Huic Messapus, uti læva duo fortè gerebat
[75] Lenta [76] levis cursu [77] præfixa hastilia ferro,
[78] Horum unum [79] certo contorquens dirigit ictu.
Substitit Æneas, & [80] se collegit in arma,
Poplite subsidens: * apicem tamen incita summum
Hasta tulit, summasque excussit vertice cristas.
Tum verò [81] adsurgunt iræ, insidiisque [82] subactus,
[83] Diversos ubi sensit equos currumque [84] referri,
[85] Multa Jovem, & læsi testatus fœderis aras,
Jam tandem invadit medios, & [86] Marte secundo
Terribilis, sævam nullo discrimine cædem
Suscitat; irarumque omnes effundit [87] habenas.
Quis mihi nunc tot [88] acerba Deus, quis carmine cædes

61 Raptim acto. 62 Circumit. 63 Turnum. 64 Conserere cum manum cum Æneâ. 65 Sine via, & ordine longe ab Æneâ, id est, declinat congressum Æneæ. 66 Ut obvius sit, peragit circuitus obliquos. 67 Inquirit Turnum. 68 Ipsum. 69 Quasi alatos pedes habentium. 70 Simulavit. 71 Ab Æneâ. 72 Ageret Æneas? Pathos ab exclamatione & abdubitatione: de quo vide Macrob. Sat. lib. 4. cap. 6. 73 Fervore. 74 Nunc hoc, nunc illud attentavit, ut congrederetur cum Turno. 75 Flexibilia. 76 Levi militiâ instructus. 77 Hastas habentes ferrum præfixum. 78 Hastilium. 79 Invitabili & firmo. 80 Clypeo se texit adversus ictum hastæ. * Conum galeæ, vel cristam in cono: *tamen inde volans secum abstulit hasta insigne.* Ennius Macrob. 6. Sat. cap. 1. 81 Duci Trojano. 82 Impulsus: quia vidit se insidiis appeti. 83 In diversas partes agi. 84 A cursu instituto, cùm obviam traheretur. 85 Multùm. Nomen pro adverbio. 86 Prospero successu belli. 87 Potestatem, id est, iræ permittit sæviendi liberam potestatem: ut lib. 1. *Et premere, & laxas sciret dare jussus* habenas. Sumpta Metaphora ab equis, qui currum trahentes, habenis vel retinentur, vel laxis effunduntur soluti ad cursum. 88 Funera, aut vulnera.

Di-

Diversas, obitumque ducum, quos æquore toto
[89] Inque vicem nunc Turnus agit, nunc Troius heros,
Expediat? tanton' [90] placuit concurrere motu,
Juppiter, æternâ gentis in pace futuras?
Æneas Rutulum Sucronem (ea prima [91] ruentis
Pugna loco [92] statuit Teucros) haud [93] multa moratus,
Excipit in latus, &, [94] quâ fata celerrima, [95] crudum
Transadigit costas & [96] crates pectoris ensem.
Turnus equo dejectum Amycum, fratremque Diorem
Congressus [97] pedes, [98] hunc [99] venientem * cuspide longâ,
[1] Hunc [2] mucrone ferit; [3] curruque abscisa duorum
Suspendit capita, & [4] rorantia sanguine portat.
[5] Ille Talon Tanaïmque neci, fortemque Cethegum,
[6] Tris uno congressu, & [7] mæstum mittit Onyten,
[8] Nomen Echionium, matrisque genus Peridiæ.
[9] Hic fratres [10] Lyciâ missos & Apollinis agris,
Et juvenem exosum [11] nequidquam bella Menœten
[12] Arcada: [13] piscosæ [14] cui circùm flumina [15] Lernæ
Ars fuerat, [16] pauperque domus; [17] nec nota potentum
Munera, [18] conductâque pater tellure serebat.
[19] Ac velut immissis partibus [20] ignes
Arentem in silvam, & virgulta sonantia [21] lauro;

89 Invicem, vicissim. Tmesis. 90 Tibi. 91 Cum duce Æneâ persequentes hostem, palabundo fortasse agmine & effuso impetu, donec ventum est ad Sucronem, militem strenuum, is paullum remoratus est ruentium vim, stataria mque fecit pugnam: quem tamen Æneas interfecit. 92 Stare fecit. 93 Multùm. 94 Qua mors celerrimè accedit, *Quaque est via proxima letho*, Ovid. 18. Metam. quia vulnerato corde, statim morimur. 95 Duro. 96 Juncturas. 97 Pedester. 98 Priorem Amycum. 99 Contra se. * Hastâ. 1 Diorem. 2 Gladio cæsum. 3 A curru, ad currum. 4 Ea destillantia. 5 Æneas. 6 Viros. 7 Severum. 8 Thebanum genere, & filium Peridiæ. *Echion* autem Cadmi comes fuit, in condendis Thebis. 9 Turnus mittit neci. 10 Ex Lyciâ venientes auxilio Trojanis, ubi agri Apollini sacri. 11 Namque in bello occisus est. 12 Ex Arcadiâ. 13 Piscium plenæ. 14 Menœti. 15 Paludis in agro Argivo, seu Mycæneo. 16 Tugurium, casa rustica. 17 Neque enim cliens frequentabat potentiorum limina. Al. *Munera*, id est, obsequia, dona, id est, qui nihil à potentioribus acceperat. 18 Vectigali & stipendiariâ, qualem regis Latini agrum Aurunci, Rutulique ferebant. Æneid. 11. 19 Duabus comparationibus eædem utrimque editam velut ob oculos ponit. 20 Scil. *ruunt*. 21 Frondibus, aut foliis lauri.

Aut

Aut ubi decursu rapido de montibus altis
Dant sonitum spumosi amnes, & in [22] æquora currunt,
[23] Quisque suum populatus iter: [24] non segniùs ambo
Æneas Turnusque ruunt per prœlia: [25] nunc, nunc
Fluctuat ira intus: [26] rumpuntur nescia vinci
[27] Pectora: nunc totis in vulnera viribus [28] itur.
[29] Murrhanum [30] hic, [31] atavos & avorum antiqua sonantem
Nomina, per regesque [32] actum genus omne Latinos,
Præcipitem scopulo, atque [33] ingentis turbine saxi
[34] Excutit, effunditque [35] solo. [36] Hunc [37] lora & juga subter
Provolvêre rotæ: crebrò [38] super ungula pulsu
[39] Incita [40] nec domini [40] memorum [41] proculcat equorum.
[42] Ille [43] ruenti [44] Hyllo, animisque [45] immane frementi
Occurrit, telumque [46] aurata ad tempora torquet:
Olli per galeam fixo stetit hasta cerebro,
Dextera nec tua te, Grajûm fortissime Creteu,
Eripuit Turno: [47] nec DI texêre Cupencum,
Æneâ [48] veniente, [49] sui. [50] Dedit obvia * ferro
Pectora: nec [51] misero clipei mora profuit ærei.
Te quoque Laurentes viderunt, Æole, campi
Oppetere, & latè terram consternere tergo,
[52] Occidis, [53] Argivæ quem non potuêre [53] phalanges
Sternere, nec Priami regnorum [54] eversor Achilles.

22 Campos planos. 23 Uterque amnium currit devastans, & secum trahens, quidquid in viâ suâ offendit. 24 Sed æquè impetuosè, ut illi ignes in silvam aridam missi, & illi amnes in æquora decurrentes. 25 Maximè nunc. 26 Sævitia. 27 Amborum. 28 Ab ambobus. 29 Regem Latinorum. 30 Alter eorum Æneas. 31 Habentem nomen suorum majorum; quia omnes *Murrani* appellati erant. 32 Actum. 33 Saxo ingenti turbine impulso. *Ingenti fragmine montis*, lib. 9. 34 E curru. 35 In terram. 36 Murranum excussum. 37 Equorum. 38 Insuper, aut super hunc. 39 Incitata. 40 Oblitorum. 41 Eum. 42 Turnus. 43 Præcipitanter currenti. 44 Trojano. 45 Immaniter. 46 Tecta galea inaurata, lib. 8. *geminas cui tempora flammas Læta vomunt.* 47 Neque Dii, quorum sacerdos erat, potuerunt servare Cupencum. *Cupencus* autem lingua Sabina *sacerdotem* significat. 48 Impetum in eum facienti. 49 Favente. 50 Cupencus. * Mucroni ferreo. 51 Cupenco. 52 Tu Æole in mortem cadis. 53 Instructæ acies Græcorum. 54 Sublato Hectore, per quem stetit Troja.

[55] Hîc tibi mortis erant metæ, [56] domus alta sub Idâ;
[57] Lynessi domus alta, [58] solo Laurente sepulcrum.
Totæ [59] adeò conversæ acies, omnesque Latini,
Omnes Dardanidæ: Mnestheus, acerque Serestus,
Et [60] Messapus equûm domitor, & fortis [61] Asylas,
Tuscorumque phalanx, Evandrique Arcades [62] alæ:
Pro se [63] quisque viri [64] summâ nituntur [65] opum vi.
Nec mora, nec [66] requies: [67] vasto certamine [68] tendunt.
[69] Hîc [70] mentem Æneæ Genetrix [71] pulcherrima misit;
Iret ut ad muros, [72] urbique adverteret agmen
Ociùs, & [73] subitâ turbaret clade Latinos.
[74] Ille, ut [75] vestigans diversa per agmina Turnum,
Hùc atque hùc [76] acies circumtulit; aspicit urbem
Immunem tanti belli, atque [77] impunè quietam.
Continuò pugnæ [78] accendit majoris imago:
Mnesthea, Sergestumque [79] vocat, fortemque Serestum
[80] Ductores, [81] tumulumque capit: [82] quò cetera Teucrûm
Concurrit legio: nec scuta aut spicula [83] densi
Deponunt. Celso medius [84] stans [85] aggere fatur:
Ne qua meis esto dictis mora. Juppiter [86] hâc stat.
Neu quis ob inceptum subitum mihi segnior ito.
Urbem hodiè [87] causam belli, regna ipsa Latini,
Ni frenum accipere, & [88] victi parêre [89] fatentur,

55 Metæ, quas mors vitæ adfert, erant tibi constitutæ in campis Laurentibus. 56 Clara progenies erat tibi. 57 Opp. ad radices Idæ, patria Briseidos. Plin. 5. lib. 30. cap. est & insula Sigæo opposita. 58 In campo Latino sepulcrum est tibi. 59 Omnino coactæ sunt in prælium, ita ut contra se mutuò starent omnes. 60 Qui Italus erat. 61 Qui etiam Italus erat. 62 Velites, quos cum Pallante miserat Evander Arcas. 63 Nititur. 64 *Romani scalis summa nituntur opum vi*, ex Ennii lib. 6. citante Macrob. Sat. lib. 6. cap. 1. 65 Facultatum suarum. 66 Fuit. 67 Omnia vastante. 68 Contendunt. 69 In hoc rerum statu. 70 Consilium & animum. Sic lib. 1. *Qua facere id possis, nostram nunc accipe mentem.* 71 Venus. 72 Ad urbem appelleret. 73 Ex improviso orta. 74 Æneas. 75 Inquirens. 76 Oculorum acumen, id est, oculos. 77 Sine pœnâ, id est, quæ debuit pœnas luere propter fœdus abruptum. 78 Inflammat ipsum. 79 Ad se. 80 Duces exercitus. 81 Colliculum, aut locum altiorem. 82 Ad quem. 83 Quamvis stipati 84 Æneas. 85 In colliculo. 86 Hac parte nostrâ, id est, favet nobis: quia Rutuli fœdus ruperunt. Ex Ennio sumptum citat Macrob. Sat. lib. 6. c. 1. *Non semper vestra avertit, nunc Juppiter hac stat.* 87 Quia illic erat Lavinia, Latini filia. 88 Sicut equus, fræno constrictus, paret. 89 Cives.

Eruam,

[90] Eruam, & [91] æqua solo fumantia culmina ponam.
[92] Scilicet exspectem, libeat [93] dùm prœlia Turno
Nostra pati; rursusque velit concurrere [94] victus?
[95] Hoc caput, ô cives, hæc belli [96] summa nefandi.
Ferte faces properè, [97] fœdusque reposcite flammis.
[98] Dixerat: atque animis pariter certantibus omnes
[99] Dant cuneum; densâque ad muros * mole feruntur.
[1] Scalæ improvisò, subitusque [2] apparuit ignis.
Discurrunt [3] alii ad portas, [4] primosque trucidant:
Ferrum alii [5] torquent, & [6] obumbrant æthera telis.
Ipse inter primos dextram sub mœnia [7] tendit
Æneas, magnâque incusat voce Latinum;
Testaturque Deos iterum se ad prœlia [8] cogi:
[9] Bis jam [10] Italos hostis, hæc [11] altera fœdera [12] rumpi.
Exoritur trepidos inter discordia cives:
Urbem alii [13] reserare jubent, & [14] pandere portas
Dardanidis; ipsumque [15] trahunt in mœnia regem.
Arma ferunt alii, & pergunt defendere muros.
Inclusas ut cùm [16] latebroso in pumice [17] pastor
[18] Vestigavit apes, fumoque [19] implevit amaro;
Illæ intùs [20] trepidæ rerum per [21] cerea castra
Discurrunt, magnisque [22] acuunt stridoribus iras.
Volvitur [23] ater odor [24] tectis: tùm [25] murmure [26] cæco

90 Evertam. 91 Ponam domorum summitates, aut fumaria æqualia, & æque plana, ut solum est. 92 Quasi verò exspectare debeam. Ab iniquo. 93 Donec. 94 Cujus jam partes bis victæ. 95 Hæc urbs est præcipua causa. 96 Præcipua ratio. 97 Renovate fœdus urbis incendio. 98 Æneas. 99 Componunt se in cunei formam ad invadendos muros. * Multitudine. 1 Apparent. 2 Urbanis. 3 Teucrorum. 4 Quos primos obvios habent. 5 In eos, qui fortè in muris erant. 6 Obscurant quasi umbra. Hyperbole. 7 Extendit. 8 Non sponte, sed propter læsa numina. 9 Violato bis fœdere; semel in adventu, & nunc per Juturnam. 10 Esse aut effectos. 11 Secunda. 12 Primum fœdus initum, per Ilioneum legatum, lib. 7. alterum per me ipsum de singulari certamine, hoc ipso lib. utrumque violatum à Latinis. 12 Violari, dissolvi. 13 Aperire. 14 Aperire. 15 Trahere volunt Latinum, ut sit spectator suæ cladis: *vel*, trahunt ipsum Æneam, ut rex sit. 16 Cavo, latebris pleno. 17 Mellarius. 18 Inquisivit & invenit. 19 Cavernas. 20 Sollicitæ, quid rebus suis agant. 21 Favos suos cereos, *certa regna*, Georg. lib. 4. 22 Provocant. 23 Teter & rei fumosæ. Respexit ad colorem fumi: nam in odore color non est. 24 Pertecta. 25 Apum. 26 Occulto.

Intùs saxa sonant: vacuas it fumus ad auras.
[27] Accidit hæc fessis etiam [28] fortuna Latinis,
Quæ totam luctu [29] concussit funditùs urbem.
Regina ut [30] tectis venientem prospicit hostem,
[31] Incessi muros, ignis ad tecta volare;
Nusquam acies [32] contrà Rutulas, nulla agmina Turni:
Infelix pugnæ [33] juvenem in certamine credit
Exstinctum; &, subito mentem turbata dolore,
Se causam clamat, crimenque, caputque malorum:
Multaque per [34] mæstum demens effata furorem,
Purpureos [35] moritura manu [36] discindit amictus,
Et [37] nodum [38] informis leti trabe nectit ab altâ.
Quam [39] cladem miseræ postquam [40] accepêre Latinæ,
Filia prima manu flavos Lavinia crinis,
Et roseas laniata genas; tùm cetera [41] circùm
[42] Turba furit: resonant latæ plangoribus ædes.
[43] Hinc totam [44] infelix volgatur fama per urbem:
[45] Demittunt mentis: it [46] scissâ veste Latinus,
Conjugis [47] attonitus [48] fatis, urbisque [49] ruinâ,
[50] Canitiem immundo perfusam pulvere [51] turpans:
([52] Multaque se incusat, [53] qui non acceperit [54] antè
Dardanium Æneam, [55] generumque adsciverit ultrò.)

27 Docet, quomodo Amata, cùm videret urbem in periculo, laqueo vitam finiverit, &c. 28 Adversa, propter suspendium reginæ Amatæ. 29 Turbavit. 30 Ad tecta. 31 Referrur ad *scalas*, suprà. Al. *inscendi*, id est, invadi. 32 Esse, apparêre, aut stare ex adverso. 33 Turnum. 34 Ex mœstitiâ ortum. 35 Quia certa erat mori. 36 Ex more lugentium & furiatorum: *Tum pius Æneas humeris* abscindere *vestem*, Æn. 5. *it* scissa *veste Latinus*: infrà. *Et* scissâ *gaudens vadit Discordia pallâ* sub exitu lib. 8. 37 Laqueum in nodum contractum. 38 Inhonesti: quia qui laqueo sibi vitam ademerant, insepulti abjiciebantur propter fœditatem mortis. 39 Calamitatem. 40 Intellexerunt, scil. laniatæ genas furore feruntur. 41 Cadaver Amatæ. 42 Multitudo Latinarum. 43 Ex his ædibus, id est, ex regia. 44 Infelicia nuncians. 45 Omnes demittunt animos, id est, desperant, despondent animum. 46 Discerpta. 47 Quasi tonitru percussus. 48 Morte. 49 Quam imminere videbat. 50 Quod in dolore & luctu factitatum. Mezentius Ho. 10. *canitiem immundo deformat pulvere.* Patres ab habitu, & senecta. Macrob. Sat. lib. 1. cap. 3. 51 Fœdans. 52 Multum. 53 Utpote qui, quòd. 54 Priusquam cogeretur, aut ea mala provenissent. 55 In generum, vel ut sit sibi gener advocaverit.

In-

Interea [56] extremo bellator [56] in æquore Turnus
[57] Palantis sequitur paucos, jam segnior, atque
Jam minùs, atque minùs [58] successu lætus [59] equorum.
Attulit hunc [60] illi [61] cæcis terroribus aura
Commixtum clamorem, [62] arrectasque [63] impulit auris
Confusæ sonus urbis, & [64] illætabile murmur.
Hei mihi! quid tanto turbantur mœnia luctu?
Quisve ruit tantus [65] diversâ clamor ab urbe?
Sic ait, [66] adductisque amens subsistit habenis.
Atque [67] huic, in faciem [68] soror ut conversa Metisci
Aurigæ, currumque, & equos, & [69] lora regebat,
Talibus occurrit dictis: [70] Hâc, Turne, sequamur
Trojugenas, quà prima viam victoria [71] pandit:
Sunt alii, qui tecta manu defendere possint.
[72] Ingruit Æneas Italis, & prœlia miscet:
Et nos [73] sæva manu mittamus funera [74] Teucris:
Nec [75] numero [76] inferior, pugnæ nec honore [77] recedes.
[78] Turnus ad hæc:
O soror, & dudùm agnovi, [79] cùm prima per artem
Fœdera turbasti, teque hæc in bella dedisti:
[80] Et nunc [81] nequidquam fallis [82] Dea. Sed quis [83] Olympo
Demissam tantos voluit te [84] ferre labores?
An fratris miseri letum ut crudele videres?
Nam quid ago? aut quæ jam [85] spondet Fortuna salutem?

56 In acie extrema, non inter primos; idque dolo Juturnæ, animi sui languore, & equis fatigatis. 57 Oberrantes hostes sine ductore. 58 Invalido. 59 Quia videbat equos quoque segnes effectos, animosque demisisse. 60 Turno. 61 Clamoribus incertis, undè procederent. 62 Quas impulsas erigebat, ut melius audiret. Metaphora sumpta ab iis animantibus quæ ut à longè audiant, aures surrigunt, quæ etiam timidiora sunt. Æn. 1. *arrectisque auribus adstant*. 63 Percussit illi. 64 Nullo modo lætificans. 65 A diversâ parte urbis. 66 Animo consternatus & consilii inops ad se traxit habenas, & subsitit. 67 Turno. 68 Juturna. 69 Equorum. 70 Persequamur Trojanos per hanc viam. 71 Aperit & monstrat. 72 Irruit in Italos. 73 Magna & crudelia. 74 In Teucros. 75 Cæsorum à te hostium. 76 Æneâ, id est, tot & cum tanto honore occides. 77 Discedes sic faciendo. 78 Respondit. 79 Cum tu primum Camerti assimilata, nec minùs usa Tolumnii operâ, præcipuum fœdus turbasti per astutiam tuam. 80 Assumpta Metisci, aurigæ mei, personâ, & munere. 81 In nullo. 82 Quamvis Dea. 83 Cœlo. 84 Perferre. 85 Promittit.

Vidi oculos ante ipse meos [86] me voce vocantem
Murrhanum, quo non [87] superat mihi carior alter,
[88] Oppetere [89] ingentem, atque ingenti volnere victum.
Occidit infelix, [90] ne nostrum dedecus Ufens
Aspiceret. Teucri potiuntur corpore & [91] armis.
[92] Exscindine domos (id [93] rebus defuit unum)
Perpetiar? [94] dextrâ nec [95] Drancis dicta [96] refellam?
Terga dabo? & Turnum fugientem hæc terra videbit?
[97] Usque adeone mori miserum est? [98] vos ô mihi Manes
Este boni: quoniam Superis [99] aversa voluntas.
Sancta ad vos anima, atque istius * inscia [1] culpæ
Descendam, [2] magnorum haud umquam indignus [3] avorum.

Vix ea fatus erat; medios volat, ecce, per hostis
Vectus equo spumante Saces, adversa sagitta
Saucius ora, ruitque * implorans nomine Turnum:
Turne, [5] in te [6] suprema salus: miserere tuorum.
[7] Fulminat Æneas armis, summasque minatur
Dejecturum arcis Italûm, [8] excidioque daturum:
Jamque faces ad tecta volant. [9] In te ora Latini,
In te oculos referunt: [10] mussat rex ipse Latinus,

36 Κατὰ τὸ σιωπώμενον: nulla enim mentio suprà facta Turni, à Murrano in auxilium vocati: vel omen mortis est, sibi audire visi vocem Murrani vocantis, ut 4. lib. *Hinc exaudiri gemitus, & verba vocantis Visa viri.* 87 Superest, superstes est, vivit. 88 Mori. 89 Sic Lucret. 1. lib. *Et graviter magni magno cecidere tibi casu.* 90 Ne nos victos videret. 91 Ejus. 92 Urbem capi, & dirui. 93 Nostris miseris, quò minùs perissent funditùs. 94 Viriliter agendo. 95 Hostis mei capitalis, qui dixerat, *dum Trojæ tentat castra, fugæ fidens.* 96 Refutabo. 97 In tantum, ut malim inhonestè fugere, quam fortiter mori? Q. d. Non est miserum mori. 98 Vos inferi Manes estote mihi moriturò propitii & faventes: neque enim mei ulterior cura à Diis superis. 99 A me. * Nescia & insons. 1 Fugæ, quæ grave viro forti crimen. 2 Et ipse claris majoribus ortus. Constructio Græca. 3 Scil. *genere.* 4 Imploratu vocans. 5 Amata suprà, *decus imperiumque Latini Te penes: in te omnis domus inclinata recumbit.* 6 Ultima. 7 In morem fulminis prosternit ac sævit. *Horrendumque intonat armis:* infrà. 8 Ad excidium. 9 *Latini Te signant oculis, tua nunc promissa reposcunt:* suprà ad congressum singularem. 10 Intra se murmurat, dubius utrum admittat generum: *Flent mœsti, mussantque patres,* Æneid. 11.

Quos

Quos generos vocet, aut quæ sese ad fœdera [11] flectat.
Præteréà [12] Regina, tui fidissima, [13] dextrâ
Occidit ipsa suâ, [14] lucemque exterrita fugit.
Soli [15] pro portis Messapus & acer Atinas
Sustentant aciem. Circum hos utrimque phalanges
Stant densæ, [16] strictisque [17] seges mucronibus horret
[17] Ferrea, tu currum [18] deserto in gramine [19] versas.
Obstupuit [20] variâ confusus imagine rerum
Turnus, & obtutu tacito stetit. [21] Æstuat ingens
Uno in corde pudor, mixtoque insania luctu,
Et Furiis agitatus amor, & [22] conscia virtus.
[23] Ut primùm discussæ umbræ, & lux reddita menti,
Ardentis oculorum orbis ad mœnia torsit
Turbidus, [24] eque rotis magnam respexit ad urbem.
Ecce autem, flammis inter [25] tabulata volutus
Ad cœlum [26] undabat vortex, turrimque [27] tenebat.
[28] Turrim, compactis trabibus quam eduxerat [29] ipse,
Subdideratque [30] rotas, [31] pontisque instraverat altos.
Jam jam fata, soror, [32] superant; absiste morari:
Quò Deus, & quò dura vocat Fortuna, sequamur.
[33] Stat conferre manum [34] Æneæ, stat, quidquid acerbi est,
Morte pati: nec me [35] indecorem, germana, videbis
Amplius. Hunc, oro, sine me furere [36] antè [37] furorem.

11 Inclinet. 12 Amata. 13 Manu: quia se suspendit. Pathos à modo: de quo Macrob. Sat. l. 4. cap 4. 14 Vitalem, malens mori, quàm hostem tam terribilem videre. 15 Ante portas pro defensione earum. 16 *Densisque virûm seges horruit* hastis, 2. Georg. 17 Pubes armata. 18 Ab hostibus. *Extremo bellator in æquore Turnus.* 19 Agitas. 20 Tot simul rerum nuncio, quarum imago varia animum ipsius distraxit, accepto, & ipse vario confusus est affectu, stupore, pudore, insaniâ, luctu, amore, sui fiduciâ. 21 Effervet. 22 Cujus ipse conscius erat. 23 Quamprimum verò turbidam hanc affectuum caliginem dispulerat ratio & mora, sibique lux rationis reddita est. 24 Et è curru. Pars pro toto. 25 Turris. 26 Ingens cumulus flammarum, & fumi undatim ascendebat. 27 Occupabat. 28 Turrim ambulatoriam. 29 Turnus. 30 Ad motum, ut hùc illùc trahi posset. 31 Altas scalas, quibus in ipsam ascenderetur. 32 Vincunt me. 33 Certum mihi est, decrevi. 34 Cum Æneâ. 35 Expertem decoris, & honoris. 36 Priusquam moriar. 37 Ardentem hunc impetum, qui me incitat cum Æneâ confligere. *Aut pugnam, aut aliquid jamdudum invadere magnum Mens agitat mihi*, Nisus 9. Æn.

Dixit, & è curru saltum dedit ociùs [38] arvis:
Perque hostis, per tela ruit: mæstamque sororem
Deserit, ac rapido cursu media [39] agmina rumpit.
Ac veluti montis saxum, de vertice præceps
Cùm ruit avolsum, vento, seu turbidus imber
[40] Proluit, aut annis [41] solvit sublapsa vetustas,
[42] Fertur in [43] abruptum magno [44] mons improbus
[45] actu,
Exsultatque solo; silvas, armenta, virosque
Involvens secum. Disjecta per agmina Turnus
Sic urbis ruit ad muros; ubi plurima fuso
Sanguine terra mader, striduntque [46] hastilibus auræ:
[47] Significatque manu, & [48] magno simus incipit ore:
Parcite jam, Rutuli; & vos tela [49] inhibete, Latini:
Quæcumque est Fortuna, mea est: me [50] verius [51] unum
Pro vobis [52] fœdus luere, & [53] decernere ferro.
Discessêre omnes [54] medii, [55] spatiumque dedêre.
[56] At [57] pater Æneas, audito nomine Turni,
Deserit & muros, & summas deserit [58] arcis;
[59] Præcipitatque [60] moras omnis: [61] opera omnia rumpit:
Lætitiâ exsultans, [62] horrendùmque intonat [63] armis:
Quantus [64] Athos, aut quantus [65] Eryx, aut ipse coruscis
Cùm fremit ilicibus quantus, gaudetque [66] nivali
Vertice se attollens [67] pater [68] Apenninus ad auras.

38 In arva. 39 Hostium. 40 Ipsum saxum. 41 Saxum. 42 Saxum. 43 Præcipitium priùs excisum. 44 Exsistens instar montis improbis quia nulli parcit. 45 Agmine, impetu. 46 Missis. 47 Indicium sistendi. 48 Magniloquo ore, magnâ voce. 49 Continere thecis suis. 50 Justiùs, æquiùs est. 51 Solum. 52 Fœderis violati pœnas persolvere, ac purgare. 53 Pugnare pro vobis armis cum Æneâ. 54 Qui priùs erant in medio. 55 Turno scil. ut cum Æneâ dimicet. 56 Retert congressum Turni, & Æneæ, in quo Turnus gladio effracto, in fugam versus est, sed non effugit penitùs. 57 Vir paternâ veneratione dignus. 58 Quas expugnabat. 59 Celeritate superat. 60 Institutæ oppugnationis. 61 Interrumpit, prætermittitque omnes conatus inceptos. 62 Horribiliter. 63 Armatus, atque in ipsis armis. 64 Macedoniæ mons. 65 Siciliæ mons, ab *Eryce*, in eo sepulto, nomen sortitus. 66 Nivibus tecto. 67 Princeps montium est. 68 Italiæ mons, id est tantum eminebat Æneas inter ceteros bellatores, quantum montes in suis locis inter vicinos colles.

Jam

Jam verò & Rutuli certatim, & Troës, & omnes
[69] Convertére oculos Itali; [70] quique alta tenebant
Mœnia, [71] quique [72] imos pulsabant ariete muros:
[73] Armaque deposuére humeris. Stupet ipse [74] Latinus,
Ingentis, [75] genitos diversis partibus orbis,
Inter se coïsse viros, & [76] cernere ferro.
Atque [77] illi, ut [78] vacuo patuerunt [79] æquore campi,
[80] Procursu rapido, conjectis eminùs hastis,
[81] Invadunt Martem clipeis atque [82] ære sonoro.
Dat [83] gemitum tellus: tùm crebros ensibus ictus
Congeminant. [84] Fors, & virtus miscentur in unum.
Ac velut, ingenti [85] silâ, [86] summove [87] Taburno
Cùm duo [88] conversis inimica in prœlia tauri
Frontibus incurrunt, pavidi cessére [89] magistri:
Stat pecus omne [90] meru mutum, [91] mussantque juvencæ,
[92] Quis nemori imperitet, quem tota armenta sequantur:
[93] Illi inter sese multa vi vulnera [94] miscent,
Cornuaque obnixi infigunt, & sanguine largo
Colla armosque lavant: [95] gemitu nemus omne [96] remugit.
Haud aliter Tros Æneas & [97] Daunius heros
Concurrunt clipeis. Ingens fragor æthera complet.

69 In suum quique ducem. 70 Scilic. Latini. 71 Scil. Trojani, & Etrusci. 72 Conabantur evertere à fundamentis muros machinâ bellicâ in morem arietis fronte ferienti. 73 Quippe qui jus & officium bellandi ad duces suos referrent. 74 Rex, & cujus maximè intererat. 75 Æneam Asiâ oriundum, Turnum Europâ. 76 Decernere armis. 77 Turnus, & Æneas. 78 Hominibus. 79 Æquo spatio. 80 Cursu longè incepto, festino. 81 Incipiunt & ineunt pugnam. 82 Sonoritate ceterorum armorum. 83 Ex sonitu armorum; & procursu pedum. 84 Id est, quidquid fortuna, aut virtus poterat, impertitum est pugnæ. 85 Monte Lucaniæ. 86 Altissimo, aut in altissima ejus parte, ubi planitiem habet. 87 Monte Campaniæ; hodie *Tabor*. 88 Contra se invicem versis. 89 Bubulci, pastores. 90 Tacitum, & stupefactum præ horrore tanti certaminis. 91 Tacitè & intra se mugiunt. 92 Uter illorum. 93 Tauri concertantes. 94 Mixtim inferunt. 95 Ipsorum. 96 Resonat. 97 Dauni filius Turnus.

Jup-

[98] Juppiter ipse duas [99] æquato examine lances
Sustinet, & fata * imponit diversa [1] duorum;
[2] Quem damnet labor, [3] quo vergat pondere letum.
[4] Emicat hîc, [5] impunè putans, & corpore toto
Altè sublatum consurgit Turnus in ensem,
Et [6] ferit. [7] Exclamant Troës trepidique Latini,
[8] Arrectæque amborum acies. At [9] perfidus ensis
Frangitur, in medioque [10] ardentem deserit ictu:
Ni fuga [11] subsidio subeat. Fugit [12] ocior Euro,
[13] Ut capulum ignotum dextramque aspexit [14] inermem,
Fama est, [15] præcipitem, cùm prima in prœlia junctos
Conscendebat equos, [16] patrio mucrone relicto,
[17] Dùm trepidat, ferrum aurigæ rapuisse Metisci:
[18] Idque diu, dùm terga dabant [19] palantia Teucri,
[20] Suffecit. Postquam arma [21] Dei ad Volcania ventum,
[22] Mortalis mucro, glacies ceu [23] futilis, ictu
Dissiluit: fulvâ resplendent [24] fragmina arenâ.
[25] Ergo amens [26] diversa fugâ petit [27] æquora Turnus:
Et nunc hùc, indè hùc incertos [27] implicat orbis.

98 Fatorum conditor. 99 Hasta, seu lingua, qua de pondere discernitur, in æquali distantiâ constituta, id est, diu facit ambiguum, uter victurus sit. * Trutinæ æquali. 1 Amborum: quia alter victurus, alter vincendus erat. 2 Utrum eorum studium, & periculum bellandi damnet ad mortem, id est, à quo frustrà labor suscipiatur. Al. quem labor morti destinet. Al. liberet, parta victoria: ut, *damnabis tu quoque votis* 3 Qua vi mors ad exsitum tendat, & premat laborantem. 4 Eminenter agit sese. 5 Sine periculo & pœna posse ferire. 6 Percutit Æneam. 7 Ut sibi caveat deinceps Æneas. 8 Attentiores factæ sunt, cùm ambæ sperarent & timerent. 9 Fidem domino violans. 10 Ardenter percutientem. 11 Ad subsidium. 12 Celerior. Hyperbole. 13 Ut gladium ex manubrio non suum esse agnovit. 14 Sine gladio, cùm effractus esset, solusque capulus remansisset. 15 Festinum. Supra discusso fœdere festinus *poscit equos, atque arma simul.* 16 Paterno gladio, *quem Dauno ignipotens Deus ipse parenti fecerat, & Stygiâ candentem tinxerat undâ*, suprà: nam Dauni fuerat gladius. 17 Dùm properat. 18 Ferram. 19 Ob erraniis in variam fugam. 20 Satis fuit, ac valuit invadendis Teucris fugientibus. 23 A Deo Vulcano fabricata. Al. *Dei*, id est, Æneæ. 22 Mortali manu factus, fragilis. 23 Fragilis, & quæ citò rumpitur. 24 Ensis & gladii. 25 Quia dextram inermem habebat. 26 Diversa loca campi plani. 27 Implicando facit gyros.

Un-

Undique enim [28] densâ Teucri [29] inclusêre [28] coronâ:
Atque hinc vasta palus, hinc ardua mœnia cingunt.
Nec minùs Æneas, quamquam tardata [30] sagittâ
Interdùm genua impediunt, [31] cursumque recusant,
[32] Insequitur, [33] trepidique pedem pede [34] fervidus urguet,
[35] Inclusum veluti si quando flumine nactus
Cervum, aut [36] puniceæ septum * formidine [36] pennæ,
[37] Venator cursu canis & latratibus instat:
[38] Ille autem, insidiis & [39] ripâ territus altâ,
Mille fugit, refugitque vias: at [40] vividus Umber
Hæret hians, [41] jam jamque tenet, similisque tenenti
Increpuit [42] malis, [43] morsuque elusus [44] inani est.
[45] Tùm verò exoritur clamor, ripæque lacusque
[46] Responsant circà, & [47] cœlum tonat omne tumultu,
[48] Ille simul fugiens, Rutulos simul [49] increpat omnis.
Nomine [50] quemque vocans, [51] notumque efflagitat ensem.
Æneas mortem contrà, præsensque minatur
Exitium, si quisquam [52] adeat: terretque trementis,
Excisurum urbem minitans, & saucius [53] instat.
[54] Quinque orbis explent cursu, totidemque [55] retexunt
Hùc illùc. Neque enim levia aut ludicra [56] petuntur
Præmia: sed Turni de vitâ & sanguine certant.

28 Cœtu circumcingente, dense stante: Ideòque non potuit evadere, neque excurrere. 29 Eum. 30 Vulnere ex sagitta suscepto. 31 Cursuique vix sufficiunt, inepta sunt ad currendum. 32 Turnum. 33 Turni trepidanter. aufugientis. 34 Ferventèr instans. 35 Canibus, aut retibus. 36 Aquilarum insectantium, quibus pennæ punicei sunt coloris. * Linea plumis variis, iisdemque ustulatis intertexta suspenditur ad terrendas feras, quò in veras plagas obstantes impellat. 37 Venaticus canis. 38 Cervus, sic circumdatus. 39 Quam se superare non posse veretur, quin à canibus deprehendatur. 40 Canis Thuscus agilis persequitur inhians. 41 Et proximus est ut teneat. 42 Maxillis crepitum dedit, quibus mordere sperabat jam elapsum. 43 *Alter in ambiguo est, an sit comprensus, & ipsis Morsibus eripitur, tangentiaque ora relinquit.* Ovid. 1. Metam. 44 Nihil inter dentes offendenti. 45 Cum Turnum Æneas tenere videretur. 46 Frequenter respondent & sonitum referunt per circuitum. 47 Totus aër. 48 Turnus. 49 Objurgat, ob inertiam & imprudentiam, quia gladium non adferrent etiam non admoniti. 50 In quo spem habebat. 51 Paternum. 52 Accedat Turnum. 53 Instanter persequitur Turnum. 54 Illi (alter fugiendo, alter persequendo) percurrunt quinque gyros. 55 Replicam currentes hùc illùc. 56 Affectantur.

Eor-

Fortè [57] sacer [58] Fauno foliis [59] oleaster amaris
Hîc steterat, nautis [60] olim [61] venerabile lignum:
[62] Servati ex undis ubi figere dona solebant
Laurenti Divo, & [63] votas suspendere vestis.
Sed [64] stirpem Teucri [65] nullo discrimine [66] sacrum
Sustulerant, [67] puro ut possent concurrere campo.
[68] Hîc [69] hasta Æneæ stabat: hùc impetus illam
Detulerat fixam, & [70] lentâ in radice tenebat.
[71] Incubuit, voluitque manu convellere [72] ferrum
[73] Dardanides [74] teloque sequi, quem prendere cursu
Non poterat. Tùm rerò amens formidine Turnus,
Faune precor, [75] miserere, inquit: tuque optima [76] ferrum
Terra tene; colui vestros si semper honores;
Quos contrà [77] Æneadæ bello fecêre [78] profanos.
[79] Dixit, opemque Dei [80] non cassa in vota vocavit.
Namque diu luctans, lentoque in stirpe moratus,
Viribus haud ullis valuit [81] discludere morsus
Roboris Æneas. Dùm nititur acer, & instat,
Rursus in aurigæ faciem mutata Metisci
Procurrit, fratríque ensem [82] Dea Daunia reddit.
Quod Venus audaci [83] nymphæ indignata licere,
Accessit, telumque [84] altâ ab radice revellit.
[85] Olli sublimes, armis, animisque [86] refecti,

57 Consecratus. 58 Deo silvestri. 59 Olea silvestris. 60 Priusquam Trojani sustulerant. 61 Veneratione, & religione cultum à nautis. 62 Ad quam nautæ, qui fractâ navi incolumes in litus ejecti fuerant, solebat suspendere dona votiva Fauno. Sic lib. 3. Servatum ex undis *Strophadum me littora primùm Accipiunt.* 63 Voto promissas, quibus servati erant. 64 Radicem arboris. 65 Sine discretione, & intuitu religionis, nescientes arborem sacram esse. 66 Fauno. 67 Plano, & sine arborum asperitate. 68 Ad hujus arboris radicem. 69 Conjecta in Turnum fugientem. 70 Tenaci. 71 Innixus est. 72 Hastæ. 73 Hasta jacta consequi, ferire Turnum. 74 Dardani nepos Æneas. 75 Mei. 76 Hastæ. 77 Socii adhærentes Æneæ. 78 Procul à fano, id est, templo, id est, reprobandos, & Diis indignos. *Profanum* quid sit explicat Macrob. 3. Sat. cap. 3. 79 Turnum. 80 Quæ non carent, efficaciâ ratificanda. 81 Aperire, id est, non potuit recipere hastam, quam mordicus arbor oleaster tenebat. 82 Juturna, Dauni regis filia. 83 Juturnæ. 84 Profunda. 85 Illi, Turnus & Æneas. Antithesis. 86 Instaurati: antea enim armorum inopiâ animi utriusque torpebant.

Hîc

87 Hic gladio fidens, 88 hic acer & arduus hastâ,
Adsistunt contra certamina Martis 89 anheli.
Junonem intereà Rex 90 omnipotentis Olympi
Adloquitur, fulvâ 91 pugnas de 92 nube tuentem:
Quæ jam finis erit, conjunx? quid denique restat?
93 Indigetem Æneam scis ipsa, & scire fateris,
Deberi cœlo, fatisque ad sidera tolli.
94 Quid struis? aut quâ spe gelidis in nubibus hæres?
95 Mortalin' decuit violari vulnere divum?
Aut ensem (quid enim sine te Juturna valeret?)
Ereptum reddi Turno, & 96 vim crescere victis?
Desine jam tandem, precibusque 97 inflectere nostris:
98 Nec te tantus edat tacitam dolor, & mihi curæ
Sæpe tuo dulci tristes ex ore recursent.
Ventum 99 ad supremum est. Terris agitare, vel undis
Trojanos * potuisti: 1 infandum accendere bellum,
Deformare domum, & 2 luctu miscere 3 hymenæos.
Ulteriùs 4 tentare veto. Sic Juppiter orsus,
Sic dea 5 submisso contrà Saturnia vultu:
Ista quidem quia nota mihi tua, 6 magne, voluntas,
Juppiter, & Turnum, & 7 terras invita reliqui.
Nec tu me aëriâ solam nunc sede videres
8 Digna indigna pati; sed 9 flammis cincta sub ipsam
Starem aciem, traheremque 10 inimica in prælia Teucros.

87 Turnus. 88 Æneas elatus, & superbus. 89 Anhelantes. 90 Cœli, in quo est omnipotens. 91 Turni & Æneæ. 92 Propriè, ut quæ Dea sit regionis imæ aëris. 93 Inter Deos agentem, & nullius egentem futurum esse in cœlo post victoriam. Nam *Dii Indigetes* sunt, qui ex mortalibus indigenis in Deorum numerum relati sunt. 94 Quid conaris contra fata? 95 Æquum ne fuerat Æneam Divum futurum, vulnerari ut mortalem? *vel* vulnere, mortali manu inflicto, scil. ab aliquo à Juturnâ submisso: suprà: *Incertum quâ pulsa manu.* 96 Vires. 97 Permitte te flecti. 98 Si quid animum tuum edat, noli te cruciare, sed amantèr potiùs ad me defer querelas tuas. 99 Ad finem fatorum. * Scil. *hactenus.* 1 Detestabile inter generum, & socerum. 2 Matris Amatæ à se suspensæ, & aliorum interfectorum. Quod minata fuerat Juno, 7. lib. *Bellona manet te pronuba.* 3 Nuptias virginis. 4 Conari. 5 Humili: quia *Omnibus nobis, ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.* Ter. Hecyr. Act. 3. Sc. 3. 6 Al. *magna potentia.* 7 Negotia terrena. 8 Quæliber: ut *facta, infecta, dicenda, tacenda, locutus.* 9 Ut Æn. 2. *ferro accincta.* 10 Hostilia ipsis, id est, in quibus perirent.

Ju-

Juturnam misero, fateor, succurrere [11] fratri
Suasi, & pro [12] vitâ [13] majora audere [14] probavi;
Non ut tela [15] tamen, non ut contenderet arcum:
Adjuro [16] Stygii caput implacabile fontis:
[17] Una superstitio superis quæ [18] reddita [19] Divis.
Et nunc cedo equidem, pugnasque exosa relinquo.
Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
Pro Latio obtestor, pro majestate [20] tuorum:
Cùm jam connubiis pacem felicibus (esto)
Component, cùm jam leges & [21] fœdera jungent;
[22] Ne vetus [23] indigenas nomen mutare Latinos,
Neu Troas fieri jubeas, Teucrosque vocari;
Aut [24] vocem mutare [25] viros, aut [26] vertere vestis.
Sit Latium: sint Albani per sæcula reges:
Sit [27] Romana potens [28] Itala virtute propago:
Occidit, occideritque sinas [29] cum nomine Troja.
Olli subridens hominum rerumque [30] Repertor,
[31] Et germana Jovis, Saturnique [32] altera proles,
[33] Irarum tantos volvis sub pectore fluctus?
Verùm age, & inceptum frustrà [34] submitte furorem.
Do, quod vis; & me victusque volensque remitto.
Sermonem [35] Ausonii patrium, moresque tenebunt.

11 Turno. 12 Fratris servanda. 13 Quam alioqui liceret. 14 Approbavi. 15 Tamen non suasi, ut emitteret, id est, emittere faceret sagittam. Hinc intelligi potest, auctorem vulneris Æneæ fuisse Juturnam. 16 Ipsam Stygem, lacum infernalem, *Dii cujus jurare timent, & fallere numen.* Vide Æn. 6. 17 Quæ sola religio Diis superstes reddit eos inferis obnoxios, si Stygem jurati fallant. 18 Contra perjurium. 19 Quia non suaserim, ut contenderet arcum. 20 Latini ceterorumque Regum Italorum, qui à patre tuo Saturno in Latio regnaverunt: *vel*, qui magis tui sunt, quàm Trojani. 21 Perpetuæ concordiæ. 22 Aboleatur modò mihi infestum nomen Trojanorum, sub Latino nomine manente, vel etiam Albano, aut Romano vigeat, imperet, det jura triumphato orbi. Vide Horat. lib. 3. Od. 3. 23 Inde, id est, ex Latio, & non aliunde genitos. 24 Sermonem patrium. 25 Latinos. 26 Mutare formam vestium. 27 Ex Albanis orta. 28 Sub titulo virtutis Italicæ, & non Trojanæ. 29 Ita ut ne nomen quidem maneat. 30 Reparator, aut productor, scilic. *vicissim respondit.* 31 Non degeneras à patre aut fratre, si iram retineas; & hoc tibi indulgendum est, cognationis nomine, ut & indignationem & votum condonem: do ergo quod vis, nomen patrium, linguam, & vestes retineant. 32 Secunda. 33 Q. d. Non decet id. 34 Demitte, supprime. 35 Itali.

Ut-

Utque est, nomen [36] erit: commixti [37] corpore tanto
[38] Subsident Teucri. Morem, ritusque [39] sacrorum
Adjiciam, faciantque omnis [40] uno ore Latinos.
[41] Hinc genus, [42] Ausonio mixtum quod sanguine surget,
Supra homines, [43] supra ire Deos pietate videbis:
Nec gens ulla [44] tuos æquè celebrabit [45] honores.
[45] Adnuit his Juno, & mentem lætata [46] retorsit.
Interea excedit [47] cœlo, [48] nubemque reliquit.
His [49] actis [50] aliud Genitor secum ipse [51] volutat:
Juturnamque parat fratris dimittere ab armis.
Dicuntur [52] geminæ pestes, cognomine [53] Diræ,
Quas & [54] Tartaream Nox [55] intempesta [54] Megæram
Uno eodemque tulit partu, [56] paribusque [57] revinxit
Serpentum [58] spiris, [59] ventosasque addidit alas.
[60] Hæ Jovis ad solium, [61] sævique in limine [62] regis
[63] Apparent, [64] acuuntque metum [65] mortalibus ægris,
Si quando letum horrificum morbosque Deûm rex
[66] Molitur, [67] meritas aut bello territat urbis.

36 Eis. 37 Et non nomine, neque sermone. 38 Remanebant, occultè sedem capient. 39 Trojanorum. 40 Unâ appellatione, uno sermone. 41 Ex Trojanis. 42 Italico. 43 Quod dicit propter multos è Julia familia relatos in Deos: *vel* propter clementiam Julii Cæsaris & Augusti. 44 Propter templum Junonis in monte Aventino, & Junonia festa, celebrata summâ populi Romani propensione; necnon Junonis simulacrum evocatum Carthagine, & Romam advectum à Scipione Æmiliano tertio bello Punico. 45 Assensum præbuit. 46 Mutavit, reflexit ab irâ animum, aut memoriam odii. 47 Aëre. 48 E quâ priùs speculabatur. 49 Cum Junone jam placatâ. 50 Ad aperiendam fatis viam. 51 Agitat. 52 Secernit à sororibus Megæram, utpote huic ministerio à Jove destinatam. Acherontis & Noctis filias esse furias dictum 7. Æneid. ubi de Alecto. 53 Execrabiles. 54 Tertiam Furiam. 55 Ad nullum opus tempestiva sive opportuna. 56 Æqualibus numero & mole. 57 Illigarat. 58 Annulis, quos pro capillis habent. 59 Tam celeres, ut vento agi viderentur. 60 Furiæ Tisiphone, Alecto, & Megæra. 61 Cùm sævitiam suam ex aliqua causâ ostendere vult. 62 Jovis: aut de diversis loquitur, ut per *sævum regem* Plutonem intelligat. 63 Præstò sunt ad obsequium & mandata Jovis: estque nomen Juris: undè *Apparitores* Magistratuum dicti. 64 Acriorem faciunt. 65 Hominibus ægrè viventibus, multisque miseriis obnoxiis. 66 Cum difficultate disponit. 67 Ut ostenderet, Jovem non sævum esse, sed justum: illis enim hæc immittit, qui peccando meruerint.

Ha-

[68] Harum unam [69] celerem demisit ab æthere summo
Juppiter, [70] inque omen Juturnæ occurrere jussit.
Illa volat, celerique ad terram [71] turbine fertur:
[72] Non secùs, ac [73] nervo per nubem impulsa sagitta;
[74] Armatam sævi Parthus quam [75] felle veneni,
Parthus, sive [76] Cydon, telum immedicabile torsit.
Stridens, & [77] celeris incognita transilit umbras.
Talis se [78] sata Nocte tulit, terrasque petivit.
Postquam acies videt Iliacas, atque agmina Turni;
[79] Alitis in parvæ subitam collecta figuram,
Quæ quondam in bustis, aut culminibus desertis
Nocte sedens, [80] serum canit importuna per umbras:
Hanc [81] versa in [82] faciem, Turni se [81] pestis ob ora
Fertque, refertque sonans, [83] clipeumque everberat alis.
[84] Illi membra [85] novus [86] solvit formidine [85] torpor:
[87] Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus [88] hæsit.
At, procul ut Diræ [89] stridorem agnovit & [90] alas,
Infelix crinis scindit Juturna solutos,
[91] Unguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis;
Quid nunc te tua, Turne, potest germana juvare?
Aut quid jam duræ [92] superat mihi? qua tibi [93] lucem
Arte morer? talin' possum me opponere [94] monstro?
Jam jam linquo acies. Ne me terrete timentem
Obscœnæ [95] volucres: [96] alarum verbera nosco,

68 Trium Furiarum. 69 Celeriter descendentem. 70 Ut Juturnæ omen mortis fratris Turni efficeret, & illa, id agnoscens, abiret. 71 Impetu. 72 Hyperbolicâ comparatione amplificat velocitatem Furiæ. 73 Arcu nervato. 74 Infectam. Sic lib. 9. *Ungere tela manu, ferrumque* armare *veneno*, qui mos Parthis, aliisque barbaris, tingere spicula veneno, ut Hercules felle Hydræ. 75 Amaritudine. 76 Cretensis, à *Cydone*, urbe Cretæ: quæ insula sagittando clara. 77 Quas celeriter percurrit. 78 Progenita Nocte, id est, Furia, movit se. 79 In noctuæ figuram mutata ex Furiâ. 80 Serò, noctu. 81 Furia mutata. 82 Effigiem hujusmodi avis. 83 Turni. 84 Turno. 85 In Turno insolens, sive vehemens concretio sanguinis. 86 Dissolvit. 87 Ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἐφάνη. Il. υ. Idem versus l. 4. legitur. 88 Adhæsit. 89 Infelix augurium, oscinis in stridore, præpetis in alis. 90 Stridorem alarum Furiæ. 91 Pathos à gestibus. 92 Superest, restat. 93 Vitam detinebo? 94 Augurio ex Jovis voluntate venienti. 95 Invidiose, namque de unâ tantùm sermo. 96 Vestrarum, scil. *quid portendant.*

Le-

[1] Letalemque sonum. Nec [2] fallunt jussa superba
Magnanimi Jovis. [3] Hæc pro [4] virginitate [5] reponit?
[6] Quo vitam dedit æternam? cur mortis adempta est
Conditio? possem tantos finire dolores
Nunc certè, & misero fratri comes ire per [7] umbras.
[8] Immortalis ego? aut quidquam mihi dulce [9] meorum
Te sine, frater, erit? [10] O quæ satis * alta dehiscat
Terra mihi, manisque [11] Deam demittat ad imos?
Tantum [12] effata, caput [13] glauco [14] contexit amictu
[15] Multa gemens, & se fluvio Dea condidit alto.
Æneas [16] instat contrà, [17] telumque coruscat
Ingens arboreum, & [18] sævo sic pectore fatur:
Quæ nunc deindè mora est? aut quid jam, Turne, [19] res tractas?
Non cursu, [20] sævis certandum est comminùs armis.
Verte omnis tete in fracies; & [21] contrahe, quidquid.
Sive animis, sive arte vales: opta ardua [22] pennis
Astra [23] sequi; clausumque cavâ te condere terrâ.
[24] Ille caput [25] quassans, Non me tua fervida terrent
Dicta, ferox. DI me terrent, & [26] Juppiter hostis.
Nec plura effatus, saxum circumspicit ingens,
Saxum antiquum, ingens, [27] campo quod forte jacebat,
[28] Limes agro positus, [29] litem ut discerneret arvis.

1 Mortis Turni indicem. 2 Latent me. 3 Præmia. 4 Quæ rapta est. 5 Rependit, & persolvit? 6 Ad quid. 7 Infernales. 8 Al. *Immortalis ego? haud*, &c. id est, sed immortalis sum: *Nec finire licet tantos mihi morte dolores*. Al. *Jam mortalis ego*. 9 Eorum, quæ mihi contingent. 10 Optantis est. * Profunda, ut me devoret. 11 Quamvis Deam. 12 Juturna. 13 Marini coloris. Dea enim fluvii, cui convenit glaucus amictus. *Tiberinum glauco velabat amictu Carbasus*, lib. 8. 14 Præ tristitiâ, aut missurâ se in aquas. 15 Multùm. 16 Instanter urget Turnum. Ad singulare certamen, omissis Deorum consiliis, redit. 17 Hastam ingentem ex arbore factam. 18 Acri, & magnifico. 19 Declinas & refugis prælium? 20 Hostilibus. 21 In unum collige. 22 Involare. Ab impossibili. 23 Turnus. 24 Ex indignatione. 25 Juppiter mihi infensus. 26 In campo. 27 Situum termini. 28 Ut dirimeret agris contentionem agricolarum, aut possessorum.

Vix illud [29] lecti bis sex cervice subirent,
Qualia [30] nunc hominum producit corpora tellus.
Ille manu raptum [31] trepidâ [32] torquebat in hostem:
Altior [33] insurgens, & cursu [34] concitus heros.
[35] Sed neque currentem se, nec cognoscit euntem,
Tollentemve manu, saxumque immane moventem.
[36] Genua labant: gelidus concrevit [37] frigore sanguis.
[38] Tùm lapis ipse [39] viri, vacuum per [40] inane volutus,
[41] Nec spatium evasit totum, nec [42] pertulit ictum.
Ac velut in somnis, oculos ubi languida pressit
Nocte quies, nequidquam [43] avidos extendere cursus
Valle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus; non lingua [44] valet, non [45] corpore notæ
Sufficiunt vires, [46] nec vox aut verba [47] sequuntur:
Sic Turno, quacumque [48] viam virtute petivit,
Successum [49] Dea dira negat. [50] Tùm pectore sensus
[51] Vertuntur varii. [52] Rutulos aspectat & urbem,
Cunctanturque metu, [53] telumque instare tremiscit.
Nec quò se eripiat, nec quâ vi tendat in hostem,
Nec currus usquam videt, [54] aurigamve sororem.
Cunctanti telum Æneas [55] fatale [56] coruscat,
[57] Sortitus fortunam oculis; & corpore toto
Eminùs [58] intorquet. [59] Murali [60] concito numquam
Tormento sic saxa [61] fremunt, nec [62] fulmine tanti

29 Viri. 30 Nostra tempestate. 31 Festina. 32 Saxum illud. 33 Erigens se. 34 Concitatus Turnus. 35 Sed eventu irrito, quia ipse præ formidine nec mentis, nec virium compos. 36 Turni scil. auxilio numinis destituti. 37 Timoris. 38 Insuper. 39 Quem ipse impulit. 40 Aëreum. 41 Non pervenit ad hostem Æneam. 42 Et non ad finem usque tulit, id est, evacuatus est impetus ipsius spatio longiore. 43 Avide procul excurrere. 44 Proloqui. 45 Corpori, vel in corpore. 46 *Clamor frustratur hiantes*, Æn. 6. lib. 1. 47 Conatus nostros. 48 Processum. 49 Furia. 50 Insuper. 51 Fiunt. 52 Quod desperantis signum est. 53 Hastam Æneæ imminere. 54 Quæ priùs functa fuerat munere aurigæ. 55 Lethale. 56 Vibrat. 57 Hunc locum ad feriendum oculis elegit Æneas, quem fortuna destinaverat vulneri, & ubi Turnum ferret. *Εισορόων χρόα καλὸν ὀπυίξαι μάλιστα.* Il. 22. v. 321. 58 Telum. 59 Quo muri quatiuntur. 60 Concite missa. 61 Strident. 62 Tonitru, sine quo nunquam est fulmen.

Dis-

Dissultant crepitus. Valat [63] atri turbinis instar:
[64] Exsitium dirum hasta ferens, [65] orasque recludit
Loricæ, & clipei extremos [66] septemplicis orbis:
Per medium stridens transit femur. Incidit [67] ictus
Ingens ad terram [68] duplicato poplite Turnus.
[69] Consurgunt gemitu Rutuli, totusque remugit
Mons circùm, & [70] vocem latè nemora alta remittunt.
Ille [71] humilis supplexque oculos dextramque [72] precantem
Protendens, Equidem [73] merui, [74] nec deprecor, inquit:
[75] Utere sorte tuâ. [76] Miseri te si qua parentis
Tangere [77] cura potest; oro, (fuit & tibi [78] talis
Anchises genitor) Dauni miserere senectæ.
[79] Et me, seu corpus spoliatum lumine mavis,
Redde meis. Vicisti, & victum [80] tendere palmas
[81] Ausonii vidêre. Tua est [82] Lavinia conjunx:
[83] Ulterius ne tende odiis. Stetit [84] acer in armis
Æneas, [85] volvens oculos, dextramque [86] repressit.
Et jam jamque magis [87] cunctantem [88] flectere [89] sermo
Cœperat; [90] infelix [91] humero cùm apparuit alto
Balteus, & [92] notis fulserunt cingula [93] bullis
Pallantis pueri: [94] victum quem vulnere Turnus

63 Venti impetuosi. 64 Mortem diram. 65 Et aperit, resolvitque extremitates turicæ, quæ olim è loris fiebat. 66 Septies implicitis diversis tergoribus. 67 Percussus. 68 Compressis genibus. 69 Rutuli simul gemere incipiunt. 70 Gementium. 71 Turnus victus, & humi stratus. 72 Sublatam more supplicum. 73 Mortem. 74 Et non precor, ut non fiat mihi. 75 Interfice hostem tuum, in quem Fortuna tibi potestatem indulsit. 76 Non est quod mihi parcas causâ meâ: ego quidem mori meritus sum: Sed tamen, in gratiam patris mei senis Dauni, miserere: memor quam gravis foret tuo patri mors filii immatura. 77 Commiseratio. 78 Ut ejus gratiâ tibi parcendum esset. *Pathos à similitudine passionis.* Macrob. Sat. lib. 4. cap. 6. 79 Et me, si non vivum, mortuum saltem redde meis sepeliendum. 80 Extendere manus supplices. 81 Itali. 82 Regis filia, pro qua certavimus. 83 Ne procedas ad majorem ultionem: quia ad gloriam satis est me victum fateri. 84 Strenuus. 85 In supplicem. 86 Cohibuit ab ictu. 87 Æneam morantem. 88 Movere ad misericordiam. 89 Turni supplicantis. 90 Lethalis, atque infelicitatem adferens Turno, Æneæ in memoriam revocans cæsum à Turno Pallantem. 91 Turni. 92 Æneæ, qui agnoscebat insignia Pallantis sibi Turnum aptasse. 93 Quibus stellatum, & inoculatum fuit balteum. 94 Pallanta.

Straverat, atque humeris [95] inimicum insigne gerebat.
[96] Ille, oculis postquam sævi monumenta doloris
[97] Exuviasque hausit, furiis accensus, & irâ
Terribilis: Tune [98] hinc spoliis indute meorum
Eripiare mihi? [99] Pallas te *hoc volnere, [99] Pallas
[1] Immolat, & pœnam [2] scelerato ex sanguine [3] sumit.
Hoc [4] dicens ferrum [5] adverso sub pectore condit
[6] Fervidus. Ast [7] illi solvuntur [8] frigore membra,
[9] Vitaque cum gemitu fugit [10] indignata sub [11] umbras.

95 Quod ipse ad gloriam gestabat, utpote spolium hosti ereptum, *vel inimicum*, id est, perniciosum, exsitiale. 96 Æneas. 97 Spolia Pallantis vidit: ut l. 4. Hauriat *hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus*. 98 Ab hoc loco, ubi sub pedibus meis jaces? Q. d. minime. 99 Filius Evandri. Iteratum Pallantis nomen denotare videtur ictum repetitum. *Quod tibi ejus gratia infero. 1 Ad suæ mortis, & rupti fœderis ultionem te, tamquam hostiam, sacrificat Diis manibus. 2 Multis sceleribus polluto. 3 Per me. 4 Æneas. 5 Opposito. 6 Ad vindictam Pallantis sumendam. 7 Turno transfixo. 8 Morte frigere faciente. 9 Anima, quâ vivebat. Hunc eundem versum lib. 11. v. 831. posuit in morte Camillæ. 10 Quod ante diem fatalem exire cogeretur, *vel*, quia ab hoste precata veniam, exorare non poterat. 11 Infernales.

FINIS.

INDEX

RERUM AC VERBORUM OBSERVANDORUM

IN VIRGILIO.

A

Abantis clipeus 286
Abas 187
Abella malifera 526
Abies 91
Abjurata rapina, quæ? 545
Acalantis 139
Acanthus 20
Acca, Camillæ socia 704
Accingere operi 237
Accubare, quid? 459
Acerre, civitas Campaniæ, 100
Acestes, rex 361
Achemenides 305
Achates, Æneæ comes 196
Acheloia pocula 56
Acheron, fluvius inferorum 425, 438
Acherontis cymba *ibid.*
Achiles, quis fuerit? 21
Achilles Larissæus 236
Acidalia Venus, cur dicta? 221
Aclides tela 525
Aconitum 96
Acragas mons Siciliæ 310
Acrisionei coloni 508
Acron sternitur 653
Actia bella 568
Actia litora 285
Actius Apollo 570
Actoris Aurunci spolium 715
Addicere, quid sit? 307
Addunt se in spatia 86
Adfectare dextram 308
Adonis 51
Adrastus 450
Adorea liba 491
Adyta, quæ? 366
Æacides 479
Ænea insula Circes, & unde dicta? 292
Ægeon Gigas, cui centum brachia 646
Ægæum mare 273
Æges *ibid.*
Ægis, quod? 555
Ægrescit medendo 713
Æneæ clipeus 564, pietas in patrem 263, urbs ædificata 494, arma fabricata à Cyclopibus 555, & sequent. ad Evandrum profectio, & oratio 536, & sequent. monomachia cum Turno 744, ab inimico laus 676, Creusam amissam requirit 265, Didoni profectionem fatetur 335, recedit à Didone 356, Cumas delatus 417, Sibyllam accedit 419, infernum ingreditur 435, Italiam venit 492, Pallantem

mortuum alloquitur 664, vulneratur 727, curatur à Venere 732, Latinorum urbem oppugnat 739
Æolus, ventorum rex 183
Æolia Lipare 554
Æpytus 244
Ætnæ descriptio, & causa incendii 303, flammarum globos ejicit 84
Ætnæi fratres 309
Aganippe Aonia 50
Agathyrsi picti, qui? 322
Agenoris urbs 199
Ager novalis 59
Agmen propriè, quid? 563, pro impetu 236, 366
Agna Tempestatibus cædi solebat 409
Agnosco, & cognosco, quo modo distinguantur? 161
Agricolæ fortunatissimi 113
Agriculturæ laus 115
Agricolarum studia per hyemem, ludi 117
Agrippæ triumphus de Antonio 569
Agrorum natura 98, pestes 66
Agyllina urbs 521, ejus sedes, 557
Alæ equitum, undè sic dictæ? 321, 707
Alba civitas undè dicta? 292, 471, 534
Albani patres, qui? 180
Alcides, quis, & undè sic dictus? 426
Alcimedon artifex 14
Alcinoi silvæ 92
Alcyones Thetidi dilectæ 79, serenitatis nunciæ, ibid.
Alecto, luctifica 503
Alga, herba vilis 36
Alipedes equi 501
Allia fluvius, juxta quem exercitus Romanorum deletus 524
Almo, filius Thyrrhi 514
Aloidæ gemini 458
Alphæa flumina 131
Amasenus 691
Amata furiis correpta 504
Amazones, quæ, & cur ita dictæ? 208, 696
Amazonia phaletra, quæ? 381
Ambarvalia sacra 76
Ambire aliquem 330
Ambrosiæ comæ 203
Ambrosia & Nectar 732
Amellum, quid? 164
Amiterna cohors 524
Amor vincit omnia 54
Amphitryoniades magnus 537
Amphrysia vates, Sibylla 444
Amphrysius 120
Amsancti valles 516
Amyclæ tacitæ 646
Amyclæ urbs 126
Amyclæus canis 139
Ancile, scutum breve, &c. 496
Ancus Martius, rex Rom. undè dictus? 476
Androgei letum 418
Andromache, uxor Hectoris 249
Anguis cœleste signum 68
Anguitiæ nemus 527
Animus consilii est, anima via 417

Annales, qui? 201
Annos demorari 259
Annuus orbis 363
Anser inter olores 47
Ante diem 352
Antemnæ turrigeræ 519
Antenoridæ tres 451
Ante tubam trepidare 684
Antiquitati superstitiosæ erat in votis, terra levis, &c. 51
Anubis latrator 570
Apenninus mons 744
Apex, quid? 261, Apices lanigeri, qui? 567
Apum mores, & ingenium describitur 158, penitus amissæ ut reparentur? 165, amor, & studium erga regem suum 161, ira 163, Apibus Euri nocent 160, de procreatione apum *ibid.* gaudent tinnitu aeris: illis inest auditus, sensus 154, oderunt fœdos odores, &c. 155
Apollo crinitus, & cur? 607, pastor ab Amphryso dictus 120
Aprum stellis 343
Aquilo densus 131
Aræ saxa sunt, & cur ab Italis sic dicta? 186
Aræ gramineæ, quæ? 717
Aræ, undè dictè? 327
Aras tenebant sacrificantes, *ibid.*
Arctos metuentes tingi æquore, & quare? 71
Arcturi sidera 68
Argileti nemus 550
Argi 655
Argos 196
Arion inter Delphinas 4
Arrigere aures, qui dicantur? 242
Ariusia vina, quæ & undè dicta? 27
Arruns, Camillæ occisor 703, 704
Ascra 97
Asia palus 523
Asylum, undè dictum? 265, 319
Athenienses in memoriam pagorum, in quibus dispersi victitabant, ludos Libero patri celebrabant, &c. 246
Audentis fortuna juvat 632
Avernus lacus 295, undè dictus? 433, fons, per quem descensus ad inferos 406
Augusti gesta, & triumphi præcipui 568
Augusto viventi divini honores habiti 1, 58
Avitum, quid? 494
Aura, propriè quid? 476
Aura auri, pro splendore 431
Auræ omnia discerpunt 589
Auras ferre, quid? 111
Aurea mala, quæ? 16
Aurea sæcula 119, 549
Aurem vellere 29
Auri sacra fames 272
Auris, memoriæ consecrata, frons genio, &c. 29
Auroræ descriptio 304
Auroræ filius Memnon 223
Ausonia 279
Auspicari, quid? 270
Auspicia majora, quæ? 291
Auster frigidus 164
Automedon, Pyrrhi armig. 250

Axis, pro Cœlo 343, pro Septentrione 114, Axes qui? 474

B

Bacca fructus arborum agrestium 307
Bacchari, quid? 332
Bactra ultima, quæ? 569
Balearis funda 74
Balteus, quid? 381
Balteus Pallantis Turno mortis causa 755
Barathrum, quid? 294
Barbaricum aurum, quid? 252
Bellona pronuba 503, sanguineo flagello 570
Bello nulla salus 681
Berecynthia 578
Beroë, Rhæteia conjux Dorycli 402
Bidentes, quæ? 316
Bitias 222
Boves, qui optimi? 124
Bractea 431
Brevia & Syrtes, quid? 187
Briareus centumgeminus 437
Britanni orbe divisi 5
Brontes, Steropesque 554
Bruma 68
Bruti ultoris fasces 477
Bubo lethalis avis 342
Bucolica, undè dicta? 1
Bulla, quid? 755
Bumaste, quid? 93
Buthroti urbs 286
Busiridis aræ 120
Buxum rasile 112

C

CAci fabula 521
Cadaverum combustio 672
eremandorum ritus 431
Caducei descriptio 328
Cæcilus 522
Cæcæ fores, quæ? 249
Cæcus Alcathoum obtruncat 654
Cæneus ex juvene in feminam 448
Cæsaris imperium 196
Cæsaris de Antonio triumphus 569
Cæstus, quid? 364, 384, 387
Cætra, quid? 525
Caicus fluvius 169
Cajetæ portus 485
Calathis, & colo Minervæ 529
Calathus, quid? *ibid.*
Camœnæ alterna amant 15
Camerina palus, &c. 310
Caphereus ultor 676
Capitolium 479, 550
Caprarum morsus arboribus exsitiales 108
Capys 471
Carcer, quid? 370
Carceres, quid? 86
Carchesia, poculorum genera sunt 169
Carecta, quæ? 13
Carex, herba palustris 133
Carmentis Nymphæ monita 550
Carmentalis porta Romæ, *ibidem.*

Car-

Carpathium mare inter Ægyptum & Rhodum 398
Casæ Mapalia dicuntur 9
Casia, herba suavissimi odoris 10
Castaneæ moles 6
Castorea 59
Castra, pro classe: hinc castra nautica 300
Cato Censorinus 479, 568
Causas rerum qui novit, felix est 115
Caucasus, mons Scythiæ 112, 336
Cavea, quid? 383
Causare, quid? 48
Celæno 290, ejusdem vaticinium dirum *ibid.*
Cellæ Falernæ 93
Centaurea graveolentia 164
Centauri, qui? 437
Centauri à Lapithis victi 113
Centaurus navis 369
Ceraunia 75, 299
Cerberus 174, Herculi raptus 444, ejusdem descriptio 445
Ceres agriculturam docuit 64
Chalcidicus versus, quis? 52
Chaonia 57, undè dicta? 289
Charon portitor 438
Charybdis monstrum 294, navigatio 302
Chelasma, quid? 574
Chela 57
Chelydri anguis descriptio 143
Chimæra 437, navis 368
Chlamys Sidonia 322
Chorœbus, vide Chorœbus.
Chromus, Mnasylus, satyri 29
Cicones 17
Cinere conspergebant caput in luctu 740
Circe Solis filia 41, ejus fabula 486
Circenses ludi, qui? 121
Circus, quid, ejusque forma? 380
Cisseidis, id est, Hecubæ somnium 503
Cisseus, rex Thraciæ 395
Cithæron 123
Clarius Apollo 290
Cleopatræ fuga 569
Clipei Æneæ artificiosa sculptura 565
Cloelia 566
Coclitis facinus *ibid.*
Cocyti amnis 121, inferorum 174
Codrus, dux Atheniensium 24, Poeta 35
Cœus Gigas 73
Columba in aere transjecta sagitta 392
Cometæ diri 84, sanguinei 63
Compita, undè dicta? 108
Conclamare, castrense verbum 402
Conon 14
Consors, quid? 395
Conus, quid? 297
Copia, pro exercitu 255
Cornelius Cossus 479
Chorœbus, Cassandræ sponsus 244, ejus inconsultum consilium & interitus 248
Corœbo stultior 244
Coronas nautæ puppibus imponebant 74
Coronare vina 221, 493

Co-

Coronâ craterâ induere 300
Cortina 275, Phœbi, quid? 441
Corus, quid? 370
Corybantia æra, undè dicta? 276
Creussa amissa, ejusque simulachrum Æneæ visum 263, 265
Crimine ab uno, disce omnis 228 & seq.
Crista, quid? 495
Cristæ comantes 297
Cumæa Sibylla 295, 424
Cunabula, quæ? 275
Cunei loca in theatro 117, 403
Cuneus, quid? 403, 724
Cupencus, quid? 737
Cupressus, ad funera adhibebatur 273, 431
Cura, unde dicta? 504
Cures 468, 634
Curates, matris Deûm ministri 158
Currus non audit habenas 86, inventus ab Erichthonio 127
Cursus certamen 380
Cybele 276, 628
Cyclades 277
Cyclopia saxa, quæ? 191
Cyclopum labores 554, staturæ violentiaque 307
Cycni, & Phaetontis fabula 627
Cyllene 539
Cyllenius 329
Cymbala Cybeles sacris, & Bacchi orgiis adhibita 154
Cymbia 273
Cymodocea Nympha 629
Cynthius Apollo 28, auctor Trojæ 123
Cynthus 209, 322
Cyparissus cornifera 309
Cytherea 194
Cytheron insula Veneri sacra, vid. Cithæron.
Citisus 142
Cytorus mons 112

D

DAhæ 572
Da sternere 716
Dædala tecta 160
Dædali fabula 418
Damnare votis, quid? 28
Damnatus voti, quis 376
Dannai 225
Daphnidis mors & epitaphium 25
Dardanus, Illi auctor 497, 539
Dares contra Entellum 388, ejusdem stolida ferocia 385
Decii duo fuerunt 97, pater & filius 477
Deductum carmen, quid? 29
Defrutum, quid? 164
Degeneres animos timor arguit 313
Dejicere oculos, humilitatis indicium 688
Deiopea Nympha pulcherrima 184
Deiphobe 419
Deiphobus maritus Helenæ post obitum Paridis 451
Deiphobi & Æneæ apud inferos colloquium. *ibid.*
Deli descriptio 273
Delos Latonia 120

Delubrum, quid? 237
Delus materna 322
Deorum juramentum 579
Dentale, quid? 66
Depellere, quid? 3
Depositi, qui? 730
Depulsi à lacte 35
Deucalionis fabula 59
Deus undè dictus sit? 2 quibus vox Dei tribuatur? *ibid.*
Deus utriusque generis 258 de Venere 732
Dianæ forma 209, tergeminæ virginis ora 345, aræ placabilis 527
Dictamnus herba 731
Dicte 32, 279
Dicto citiùs 188
Dido regis officium exsequitur 209, ejus humanitas 212, hospitalitas *ibid.* insanus amor 317 331, conjugium cum Æneâ 323, oratio ad Æneam ne se deserat 332, imprecatio in Æneam 531, conventus cum Æneâ apud inferos 448
Didymaonis artis 384
Dierum brevium & longorum causa 114
Die pro diei 68
Dies civilis, quando inceperit? 454
Dii patrii, qui? 85, magni qui? 269
Dindyma 605
Diomedes Venerem vulnerat 677, ejus equi 223
Diomedeæ aves 676
Dionæa mater 270
Dionæus Cæsar, undè ita dictus? ejusque astrum 47
Dircæ 8
Diræ 352, 570 & ad Jovis solium perpetuo duæ 751, Noctefatæ *ibid.*
Disce, puer, virtutem 732
Discincti, qui? 571
Discumbentes & sedentes olim vescebantur 220
Dissimulare 210, 332
Divi & Dii, ut differant? 718
Dodona 64
Dodonei lebetes, qui? 296
Dolopes 225
Dolus an virtus, quis in hoste requirat? 246
Domina Ditis 444
Dona inimicorum suspecta 227
Doris regio 226
Dotalis regia 612
Drances Turno infensus 668, 680, melior linguâ, quàm dextrâ *ibid.*
Drepanum 311
Dryades 56
Drymoque, Xanthoque, &c. Nympharum nomina 167
Dryopes, qui? 322
Dulichium 285.
Dulichiæ rates 33
Duplex amictus 388
Duplicare, quid? 696

E

Erietatis mala 112, 590
Ebur illacrimat templis 84
Echo 371
Ἐ'χθρῶν δῶρα ἄδωρα 227
Eclipsis 114

Ecloga, undè dicta? 5
Elensina mater 65
Elissa 334
Elysium 407, 455
Elysiorum camporum descriptio 57
Emathia 84, 170
Enceladi corpus in Siciliâ 303
Enipeus 365
Ensis stellatus 329
Epeos, equi Trojani fabricator 239
Ephireia aera 113
Epidaurus Domitrix equorum 123
Epiros optimas equas creat 59
Equestre certamen puerorum 396
Equas è vento concipere, & ubi? 135, earum prægnantium cura 129, earum libido 135, & sequent.
Equi caput inventum, ubi Carthago 205, & seq.
Equitandi auctores Lapithæ 128
Equorum educatio 130, & seq.
Equorum omen 301
Equus lacrimas & doloris affectum sentiens 667
Equus linnens 225
Erato Musa 487
Erebus 445
Ericthonius primus usum currus docuit, &c. 127
Eridanus fl. 169
Erigone 57
Erinnys, undè dicta? 243
Eriphyle 448
Eryx 386
Evadne 448
Evander Romanæ condicor arcis 548, affectus erga Pallantem 562, luctus ob Pallantis filium 669
Eumenides, quæ, & cur ita dictæ? 70, 174, 434
Euphrates 85, 178, 571
Eurotas 339, 209
Eurystheus 120, ejus imperia in Herculem 547
Euryali & Nisi Historia 583, & seq. mutuus amor, *ibid.* capita hastis præfixa 697, matris lamentatio ob interritum Euryali 598
Eurydices & Orphei fabula 173 &c.
Eurydice icta, & ab inferis reducta *ibid.*
Exactus mensis, quis? 81
Examen apum 489
Examen, quid? *ibid.*
Exanimus & exanimis dicitur 208 642
Excipere, quid? 13, 288, 320
Excipere sorti, quid? 588
Exercere diem 657
Explere numerum, quid? 455
Exuviæ, de corio serpentis 250, de vestibus 344, undè dictæ? 246

F

Fabaris 524
Fabarum satio 68
Fabius Max. 480
Fabii, undè dicti? *ibid.*
Faces 73, præire solent nubentes puellas 39
Facilis descensus Averni 426

Fagus 1
Famæ descriptio 327
Far pium, quid? 407
Fasces attollere, quid? 495
Fascis, quid? 477
Fata viam invenient 292
Fauni, qui? 56
Faunus 488
Ferre pedem, quid? 56
Feretrum, quid? 432
Ferrugo, quid? 83
Fescenninæ acies 523
Fibræ, quæ propriè? 459
Fides cana, cur dicatur? 197
Figere cervos 9, leges, quid? 461
Fiscina 72
Florentes aere catervæ 529, 685
Floribus aspergere tumulos, mos antiquus 365
Fluctuare æstu curarum 533
Flumen piceum 615
Focus, quid? 277
Fœderum faciendorum ritus 719 & seq.
Fontes omnes sacri 4
Formido, quid? 141, in venatione, quid? 747
Formicarum sedulitas ac providentia 338
Fornix, quid? 462
Fortunatus laborum 684
Frons verecundiæ assignabatur 644
Frumentis optima terra quæ, & quomodo frangatur? 99
Fuimus Troes 243
Fulgura cœlo sereno 84
Fulminare, quid? 178
Funalia 221
Funda 64
Furor arma ministrat 188
Futilis glacies, quæ? 746

G

GAbii 472
Gabinus cinctus 518
Gæsa Alpina, quæ? 567
Galerus 523
Gangaridæ populi, qui? 122
Ganges 95, 575
Ganymedes & ejus raptus 182
Garamantes, qui? 474
Gaza agrestis, quid? 362
Geloni 571
Gemmâ bibere 117
Gemma, quid? 381
Genialis hyems 74
Genitale arvum 129
Genius loci, quis? 366, 493
Geryon 521, 542
Gigantum pœna apud inferos 458
Gnossus, quid? 381
Gorgones 257, 437
Gortynia stabula 32
Gradivus pater, cur sic dictus Mars? 271
Grandinis signa 82
Grynæus Apollo, undè dicatur? 334
Gryphes, quæ? 39

H

HAbet hoc, id est, percussus est 725
Hæc mea sunt: ejusque ritus 45

Hal-

Halcyones serenitatis nuncii 79 139
Haleſus Agamemnonius 525
Hamadryades Nymphæ, quales? 53
Harpalice 198
Harpyiæ 282, 437
Haud tanto ceſſabit cardine rerum 218
Hebrus 173, 176
Hecate tergemina, & undè? 345
Erebóque potens 434
Hector patri venditur 208
Hector Æneæ in ſomnis appareſt 240
Hecubæ centum nurus 252, fuga ad aram *ibid.*
Hederæ errantes 20, eâ Poetæ coronantur 35, pallentes 157
Helennæ in Deiphobum perfidia 452
Helenus vates 311
Helicon mons, Musis dicatus 121
Apollini ſacer 520
Herculea corona 91
Hercules Cerberum rapit 444, Cacum interficit 545
Herminius, ingens corpore 695
Hermione Oreſti & Pyrrho desponſata 288
Hermus fluvius 525
Hernica ſaxa 522
Herilus tricorpor 561, occiſus *ibid.*
Heſionæ regna 540
Heſperia, undè dicta? 417
Heſperia, ad diſcretionem Hiſpaniæ 210 & ſeq.
Heſperia magna 486
Heſperidum mala 32
Heſperidum templi cuſtos 343
Heu, nihil invitis fas quemquam fidere Divis? 247
Hiberus fluvius 709
Hibiſcus, genus herbæ 9
Hippocrene 50
Hippodame 121
Hippolyte 696
Hippolytus 527
Hippomanes, quid? 136
Hirundo tempeſtatis nuncia 78
Hiſter fluvius 116, Danubius dictus 139
Hœdi pluviales, ſtellæ 608
Hœdorum ortus pluvias faciunt 68
Honorem aris imponere 183
Honori non cedit 298
Hortinæ claſſes 524
Hoſti ſtare 139
Humati, qui? 443
Hyades 64, undè dictæ? 223
Hyades pluvia, quæ? *ibid.* & 299
Hybla, mons 5
Hydaſpes Medus 161
Hydra, quæ? 457
Hylas 31, Herculi dilectus, & à Nymphis raptus 120
Hylax, canis 44
Hylæus, Pholuſque 113, & ſequent. 547
Hymella fluvius 524
Hymenæus, quis? 176, 217
Hypanis fluvius 169
Hyperborei montes Scythiæ 131
Hyrcanæ tigres 336
Hyrtacides, accorrimus armis, Niſus 583

I

JAnus, à Januis dictus? 465 Bifrons. *ibid.* 721, Clusius, Pantheus dictus 197, 518, in Janiculo habitavit 551, de ejus nomine *ibid.*
Japygia 675
Jarbæ de repulsâ Didonis querentis ad Jovem oratio 325
Jasius, quis? 279
Iberus. Vide Hiberus.
Icari fabula 419
Idæum nemus 275
Idalium 219, Veneri sacrum 619
Idomeneus 676
Idumeæ palmæ 121
Ignes terræ, qui? 233
Ignis sacer 150
Ilia, &c. 195, 472
Ilia illi rumpantur 35
Ilicet 248, 265
Ilione Priami filia 217
Ilioneus Trojanorum orator 210, 499
Ilium in Italiam fertur 184
Imbris prognostica 81
Immunis belli 738
Imperatores Dii dicebantur, & post mortem in numerum Deorum referebantur 1
Importunæ volucres 83
Inamabilis unda 174
In limine primo deficere 684
Inachus, Acrisiusque patres 506
Inarime 610
Incedere, quid? 183
Incessit regibus discordia 155
Incondita, quæ dicantur? 7
Indago, quid? 321
India mittit ebur 59
Indicere forum, quid? 408
Indicere meritos honores 284
Indigetes Dii, qui? 749, Dii ex hominibus facti 85
Induet se in florem 67
Infantium locus apud inferos 446
Inferiæ 178, sacra mortuorum 643
Inferni lacus, qui? 292
Infracti Latini 710
Insula, quid? 248, 644
Inhiare, quid? 317
Inhorret messis campis 75
Inhumatos non vehi à Charonte 440, 444
Innabilis palus, quæ? 174
Insomnia, quæ? 313
Insomnium, quid? 84
Inspirare faces 73
Instaurare diem donis 317
Integer ævi 258
Intemerata munera 280
Intempesta nox, quæ dicatur 304
Interpres Divûm 335
Intyba segeti noxia 63
Involvere diem 285
Jo, Inachi filia 528
Jonium mare 282
Jopas, rex 222
Iphitus 244
Iris 399, undè dicta? 357
Ismara 89
Ister. Vide Hister.

Italia, undè dicta? 211
Italiæ antiquæ descriptio *ibid.*
encomium & fertilitas 95
Juba, quæ? 247
Juba crinita triplex 528
Julia unda, undè dicta? 96
Julii Cæsaris cædem quæ prodigia secuta? 83
Julus Ascanius 195
Juno Jovis soror, & conjux 183
Juno, quare invisa Trojanis? 182
Juno inferna 427
Juno secunda 315, pronuba 316, 323, Saturnia 182
Junonia hospitia 218
Juno, pro Turno rogat Jovem 750
Junonis contra Venerem oratio 319, 621, conquestio de Æneæ successibus 502
Juppiter infans à Curetibus custoditus 158
Juppiter Anxurus 529
Jura ferrea, quæ? 116
Jurare per caput 335, 589
Justitiam discite 461
Juturna Turno fœdus dissuadet 722, aurigæ officio fungitur 734, gladium reddit fratri 749, querela ad Turnum 752, fugit 753
Juturna, fons 718
Ixionis anguis 123, pœna apud inferos 174, 459

L

Labici picti scuta 529
Labor actus in orbem redit agricolis 109
Labor improbus omnia vincit 64
Labra, vasa 87
Labrusca 24
Labyrinthus, à Dædalo factus 398
Labyrinthus, quid? 419
Lacertus, genus serpentis 8
Lacinia Diva 302
Lacunæ 62
Læna, quid? 329
Laocoon, ejus liberorum interitus 236
Laodamia 448
Laomedontiada 283
Laomedontius heros 532
Lapithæ, qui? 459
Lappæ 65, 141
Lapis bibulus 106
Laquearia 221
Larissa 235
Larisseus Achilles 236
Latex Lyæus 219
Larini prisci, qui? 399
Latinus Fauni ex Maricâ filius 488, regiæ ejus descriptio 489, pacem cum Ænea suadet 494, ad Trojanos oratio 500
Latium, cur dicatur? 549
Latonæ genus duplex 721
Latro, pro venatore 711
Laudato ingentia rura, Exiguum

guum colito 110
Lavinia civitas 180
Lavinia Æneæ in uxorem datur 755, crines accensi 489
Laurentia 521
Laurentum, undè? 488
Laurus Parnassia 88
Lautæ carinæ, quæ? 551
Laxant arva sinus 106
Laxare foros 445
Ledæa Hermione 288
Leges figere, atque refigere 461
Lembus 67
Lemnius pater, Vulcanus 556
Lenæus pro vino 326, pro Bacchо, & cur? 87, 118
Lentandus remus 292
Lepores auriti 74
Lernæus anguis 547
Lethæus amnis 467
Lethæus ros 414
Lethæus somnus 60
Lethe 60
Levare auxilio 249
Leucata 285, 568
Libare oscula 194
Libare dapes 366, pro sacrificare 169
Liber, quid? 475
Libethrides Nymphæ 35
Libystidis ursæ pellis 362, 552
Licia telæ addere 73
Ligustrum, quid? 8
Lilybeia vada 310
Limbus, quid? 322
Lini seges urit campum 60
Liquentia mella 205
Lituus, quid, & undè dictus? 429, 496
Lituus Quirinalis 496
Lividum, quid? 439
Lolium infelix 26, 65
Lotos arbor 92
Lucifer 267
Lucina 20, 124
Lucrinus lacus 97
Luna, quando colligat revertentes ignes? 81, pallida, rubicunda, alba, quid designet? *ibid.*
Luna tacita, silens 239
Luna tempestatum significatrix 77
Lunæ labores 114
Lupatis parêre 134
Lupercal 550
Luperci nudi cur? hinc Lupercalia 567
Lustra 307, 323
Lustralia exta 541
Lustrarii Diis 285
Lustrum, quid? 196
Luteola caltha 10
Luxuriat toris pectus 126
Lyæus 101, 219
Lycæi summa 138
Lycæus 56
Lycaon Gnossius 589
Lyciæ sortes 334
Lycisca 13
Lycurgus 269
Lycus fluvius 169
Lydia gens 557, 625
Lydius Thybris 266
Lymphata 506
Lyrnessius Acmon 624
Lyrnessi domus 738

M

Machaon, quis? 239
Macte, quid? &c. 607
Mænalii versus 39
Mænala 56
Mænalus mons 39, 50
Mæonii Bacchi carchesia 169
Mæotica palus Scythiæ 139, telus 475
Magalia, vel mapalia, quæ? 204
Magni menses, qui? 20
Maja una Pleiadum 69, mater Mercurii 197
Malea 373
Manes 272
Manipli 687
Manipulus, quid? *ibid.*
Manipuli triginta in legione *ibid.*
Manlii virtus in Capitolio defendendo 567
Mapalia, quæ? 139, 204
Manto, filia Tiresiæ vatis 617
Mareotides uvæ, undè dictæ? 92
Marmor infidum 71
Marpessus mons, qualis? 450,
Marpesia cautes *ibid.*
Marrubia gens 526
Marsi 97
Mars pater Gradivus 271
Martis simulacrum vinctum, & ab Apelle pictum 197
Massicus humor 95
Massicus rex 625
Massyli, qui? 321, populi Mauritaniæ 421
Maturi Soles 59
Maturate fugam 188
Mavortia tellus 173
Mavors 727, sanguineus *ibid.*
Maurusia gens 326
Medica, qualis herba sit? 68
Medius locus honoratior apud Romanos 121, 220
Megæra tartarea 751
Megara, oppidum 309
Mel ex rore colligitur, & cur aërium dicatur? 151
Mel, quomodo eximendum 162
Melibœus, undè dictus? 1
Melisphylla 154
Melita, fluvius 165
Memnonis nigri arma 208
Menelaus, frater Agamemnonis 239, Delphobum in lecto obtruncat 454
Mens læva, quæ? 228
Mens, & animus, ut differant 417
Mensæ perpetuæ 495
Mensæ comesræ Trojanis 492
Menses incerti, qui 62
Menses magni, qui? 20
Mephitis 490
Mercurii descriptio, genus 539, ejus habitus 348, & seq.
Mercurius ad Didonem mittitur 198, Æneam ad profectionem hortatur 349
Mergi, aves à Mergendo dictæ 77
Meridiei periphrasis 171, descriptio 172
Meropes, aves 152

Messapus equûm domitor 523
Methymna civitas 92
Metius Sufferius, Albanorum rex, equis distractus 566
Mezentius, Latinorum dux, Deûm contemptor 520, pro Turno pugnæ succedit 651, crudelis 557, comparatur apro, & leoni 653, vulneratur 656, interimitur 661
Millesia vellera 137, 167
Minæ, quæ? 319
Minerva rennis, quæ? 554
Minio rubens 51
Minos quæsitor 447
Miror illius rei 668
Misenus tubicem 283, Æolides 428, ejus mors ibid.
Misericordiæ veteres assignabant genua, &c. 309
Mitra Mæonia, quæ? 326, quibus gestare licebat, quibus non? 606
Molossus canis 142
Monæci arx 478
Montes Romæ, qui, & quot? 118
Monstrum, quid, & undè dictum? 394
Monstra domita ab Hercule 547
Monumenta, undè dicta? 275, quæ? 298
Mopso Nisa datur 39
Morini 571
Mulciber, undè dictus? ibid.
Mulctra, quæ? 14
Mundum in vere conditum 108
Murex, quid? 329
Murex, undè purpura tingitur 22
Musa, pro carmine 1
Musæus vates 464
Muscosi fontes, qui? 36
Myrmidones 225
Myrta cruenta 74
Myrtus horrida 270, Veneri dicata 37
Mysia 61

N

Najades, quæ? 50
Nais candida 10
Napææ Nymphæ 177
Nar fluvius sulphurea aqua albus 513
Narycia pix 112
Naryçii Locri, qui? 292
Navale certamen 368
Navalia, quæ? 350, pro rebus navalibus 679
Naves Æneæ in Nymphas 629
Navis periphrasis 280
Navis gubernandæ peritia commendatur 414
Navium Trojanarum incendium 403
Nautæ primi observarunt stellas 57
Naxos Bacchata, cur dicatur? 277
Nemus, & saltus, ut differant? 50
Neoptolemus, quis? 239, 254
Neptunus omnibus aquis præest 56, Cum Minerva de Athena-

rum nomine contendens *ibid.* cum Apolline Trojæ muros fabricavit 257, Ægæus dictus, & cur? 273
Nereia Doto 529
Nescia mens hominum fati 642
Nilus Ægypti fluvius 165, 575
Nimbi tum ventos, tum pluvias, &c. significant 183
Nimbo effulgens 257
Niphates 122
Nisus pater Scyllæ 80
Nisi & Euryali Historia 583 amor mutuus 583, ad Lunam orario 594
Niti gradibus 249
Noctes atque dies patet atri janua Ditis 426
Noctis descriptio 346, 533 585, ejusdem initium 240
Nodus informis lethi 740
Nomadum genus 571
Nomentum & Gabii 472, 524
Non obtusa adeò gestamus pectora Pœni 212
Noricum 145
Novalia, quæ? 6
Novalis ager, quis dicatur? 60
Nox intempesta, quæ? 304
Nox civilis, quando incipiat? 454
Nubem belli detonare 657
Nubigenæ bimembres 522
Nucum spargendarum in nuptiis mos 40
Nulla salus bello, &c. 681
Numæ Pompilii periphrasis 479
Numero Deus impare gaudet 42
Numeros meminisse, si verba teneres 47
Numerum lupus non curat 37
Numidæ infreni, cur dicantur? 315
Numina magna, quæ sint? 284
Numitor Albæ rex 471
Nuptiarum inauspicatarum prodigia 323
Nusquam tuta fides 336
Nymphæ aquis præsident 4
Nysa 478

O

OAxis fluvius rapidus 5
Obiit morte 649
Obliquare sinus 360
Obloqui numeris 463
Obscæni canes 53, aves 283
Obscæna fames, quæ? 291
Obtestor, quid? 587
Obtutus, quid? 499, 743
Occupat os flammis 716
Oceanitides 167
Ocnus Mantuæ conditor 627
Odora canum vis 321
Oeagrius Hebrus 176
Oenotria Italiæ regio, undè dicta? 211, 490
Oenotrii 279
Oestron, quid? 129
Oleæ culturæ 111
Olea pacis signum 494
Oleo perfundi solebant luctatores, & cur? 370
Olivâ victor coronabatur 381, pacis insigne 111
Olivæ coronæ, quæ 112, 490
Oliva vivax 98
Olympica palma, quæ? 124 Im-

dorum origo *ibid.*
Olympus, pro cœlo & montes 133, mons Macedoniæ 73
Omina repetere, quid? 235
Omina turbare, quid? 293
Onagri cursus agitandi 142
Onerare æriera vocis 575
Operari in herbis, pro sacrificare 76
Opima spolia, quæ? 487
Oppida, unde dicta? 475
Opacare, pro effigere 204, 276
Oraculum Sibyllæ 422, perperam intellectum & interpretatum ab Anchisa 127
Oras belli evolvere 600
Oratores Æneæ ad Latinum missi 493
Oratores pro legatis 494
Orbes, qui? 130, ferrati 140
Orchades 92
Orcus, quid? 246, pallidus cur dicatur? 72
Ore favere omnes 364
Ore terram mordere 685
Oreades 209
Orestes Agamemnonius 342, scenis agitatus 343, furiis agitatus 288
Orgia, sacra Liberi, unde dicta? 176, 332, 508
Oricia terebinthus 624
Orion ortu suo & occasu tempestates ciet 211, 316, sidus Australe auro armatum 300
Orion aquosus 316, nimbosus 211
Orithya, Erechthei filia, Boreæ uxor 173, 715
Orodes altus 653
Orphei & Eurydices fabula 173, luctus ob amissam conjugem *ibid.* descensus ad inferos *ibid.* 425, cantus *ibid.* interitus 176 cithara septem chordas habuit 463
Ortygia 277, 278, 310
Ossa, mons 73
Ossa componendi ritus, qualis? 432
Ostentare, quid? 384
Oscia, propriè sunt fluminum 379
Ostrum superbum 216
Osyris, monstrator aratri 56
Ovantes, & quid Ovatio? 301
Ovantes gutture corvi 80

P

PAchynum promontorium 310
Pactolus fluvius, aurum trahens 624
Pæana, propriè Apollinis laudes 464
Pæoniis herbis revocatus 527
Pæonium in morem 731
Pæstum 157
Palæmon, Poetarum judex 15
Palamedis historia 229
Palæstra, quid, & unde dicta? 285
Palestra agrestis 118
Palearia, quæ? 124
Pales, pastorum Dea 26, 120
Palici placabilis ara 604
Palinurus, gubernator Æneæ 281, visitur ab Æneâ apud inferos 440

440 ejusdem interitus 415, 441
Paliurus, frutex arborescens 26
Palla, quæ? 692
Palla rigens, quæ? 217, scissa 570
Palladium, quid? 234, à Græcis raptum *ibid.* 581
Pallas Evandri filius ad Herculem 640, exercitus ejusdem 559, hortatur ad pugnam 635, interitus 641, remittitur patri 664
Pallas Trojanis iniqua 208
Palladis auxiliis spes Danaûm stetit 234
Pallentes herbæ, quæ? 32
Palma, quæ initio fuerit &c.? 368
Palumbes raucæ 5
Pampinatione quando utendum? 107
Pampineus autumnus 87
Pan Deus pastorum 9, 23
Panacea odorifera 732
Panchaia 95
Pandarus, quis? 392
Pandari & Bitiæ historia & interitus 608
Pandere mœnia urbis 237
Pangæa 173
Panopea 81
Panthus Otriades, sacerdos Apollinis 242
Papaver soporiferum 60 & 343
Papaver vescum, quid? 157
Cereale 68
Paphos Veneri sacra 240
Papulæ ardentes 150
Parcarum officia, cur ita dictæ, nomina, &c 22, 181
Parcæ injecêre manum 638
Paris Pastor Phrygius 505, silvas habitavit 10, Achillem interfecit 311, ejus judicium 182
Parius lapis 123, 214
Parma alba, quæ? 602, 699
Parnassus, mons Bœotiæ 50
Paros nivea 277
Parthenius mons 53
Parthenopæus 450
Parthus fidens fuga 122
Pascere, pro delectare 103, 207
Pascor 138
Pascua optima, ubi? 99
Pasiphae, tauri amore flagravit, &c. 31; undè & Minotaurus natus 419
Passum, quid? 92
Pater, religionis nomen 274
Pausia amara bacca 92
Pectine telas percurrere 73
Pecuaria, undè dicta? 125
Pecudes locutæ 83
Pedem facere, quid? 413
Pedicæ, quæ? 74
Pedum, quid? 28
Pelasgi 563, & 229
Pelethronium oppidum 128
Pelides 239
Pelion 126
Pelio Ossam imponere 73
Pella 165
Pellax 230
Pelops, Tantali filius, eburno humero 121
Pelori sedes, quæ? 309, promontorium Siciliæ 293
Peltæ æratæ 526
Pelta lunata 208, & 696

Pe-

Pelusiaca lens, quæ? 69
Penates, qui? 241
Pendère ab ore narrantis, quid? 318
Penetralia, quæ? 251
Peneus 168
Pennata fama 598
Penthesilea Amazonum regina 208
Pentheus furens 342
Peplum, quid? 208
Pergama 255
Permessus 32
Pero crudus 523
Perpetui tergo bovis vescitur 541
Pertentare, quid? 134
Pestis, pro incendio 601
Pestis descriptio 278
Petendum Pacem, & similes locutiones 674
Petilia civitas 293
Peculci hœdi 152
Phæacum arces 286
Phædra, quæ? 448
Phaethontiades, quæ? 32
Phaethontis equi 367
Phalanx, quid? 238, 667
Phalanx animosa 725
Phalarica, quæ? 610
Phaleræ, quæ, 381, 592
Phaselus, quid? 165
Pheretrum, quid? 432, 663
Philoctetæ Melibœus 293
Philippi, civitas 84
Philomela daper parat 33
Phineia domus 282
Phlegethon 435
Phlegyas 461
Phocæ 170
Phœbigena, Pro Æsculapio 527
Phœbi munera, laurus & hyacinthus 15
Phœbus dicitur Sol, Phœbe Luna 306
Phorci exercitus omnis 412
Phryges, bis capti 604
Phyllis 16, 24
Piacula 353
Piare 233, 235
Picturata vestis 297
Pierides 17, 54
Pilata agmina 717
Pila scabrâ rubigine 85
Pilenta, quæ? 567
Pilum, quid? 85, 521
Pilumnus Turni avus 574, 621
Pinaria domus, custos Herculei sacri 546
Pineus ardor 703
Pinnæ, quæ? 494
Pinnata. Vide Pennata.
Pinus matri Deûm consecrata 35
Piorum sedes apud inferos 466
Pirithous 459
Pistrix 294
Plagæ, quæ? 321
Plaustra 65
Pleiades, quæ? 64
Plemmyrium undosum, quid? 310
Plumata vestis, quæ? 702
Podagre turpes 137
Poli duo in cœlo 185
Pollio 17
Pollux, pro Castore positus 126
Polus, pro cœlo 215
Polydori Historia 272
Polyphemus Cyclops 307
Pometii 472

Pomorum cultura 111
Pompa, quid? 122, 363
Pomum, pro ipsa arbore 111
Populus Alcidæ gratissima 37
Herculea 546, bicolor *ibid.*
Porca silice feriebatur 450, in fœderibus faciendis cædebatur 566, 719
Porricere, quid? 376
Portitor, quis? 438
Portitor Orci 175
Potitiis sacra Herculi commissa 546
Potniades quadrigæ 135
Præcipitare moras 555
Præcipere spe hostem 688
Præcordia, quæ? 245
Præludere, quid? 716
Prænestina urbs 522
Præpetes aves, quæ? 290
Præpetes pennæ 418
Præsentes Divi, qui? 4
Præsumere spe bellum 663
Prætendere sepem 72
Priami mors 254, ubi occisus *ibid.*
Priami tellus, quæ? 56
Primitiæ victoriarum 663
Primitiæ & rudimenta belli 670
Pristis 368
Procas 471
Proceres 222
Producere funera, quid? 598
Profani, qui? 435
Profani à sacris arcebantur 393
Prognostica tempestatum 77, pluviæ 79, serenitatis *ibid.*
Proluere se auro 222
Prometheï fabula 31
Proscenia 108
Proserpina, undè dicta? 345
Prosubigit pede terram 134
Proteus vates, ejusque transformatio 170, *ibid.*
Psythia passo utilior 92
Pubentes herbæ 346, quæ? 731
Pumex latebrosus, quis? 739
Punica fides, ambigua 218
Puppes turritæ 569
Purus campus 748
Pyra 344
Pyracmon nudus 554
Pyrgi veteres 626
Pyrrhæ lapides 31
Pyrrhi ferocitas 251, interitus 288
Pyrrhus ex Andromache Molossum suscepit *ibid.*

Q

Quadrifidæ sudes 88
Quadrijuges equi 646
Quercus Jovi sacræ 138, oraculis addictæ 88
Quid vesper serus vehat 82
Quirinalis trabea 518
Quirinus, cur ita dictus? 197
Quisque suos patimur Manis 470

R

Radamanthus, Minos & Æacus, judices Inferorum 457
Radii, olivæ species 92
Radius, quid? 14, 488
Ranæ querelam veterem canentes 78

Recidiva Pergama 334, 503, 620
Recidivum, quid? 503
Resigere leges, quid? 461
Remigium alarum 198, pro arte volandi, &c. 418, pro remigibus 297, 379
Reliquiæ mortuorum quomodo servabantur? 432
Remulus Tiburtinus 592
Resignare 328
Retractare dicta 711
Rhadamanthus. Vide in Radamanthus.
Rhenus bicornis 572
Rhesus 207
Rhipæus Eurus 141
Rhipææ arces 70
Rhodia uba 93
Rhodope 30
Rhœbus 659
Rhœtejus ductor 734
Rhœteum, promontorium Trojæ 276
Rhœtus 636
Robigo vitium frumenti 64
Robore se promunt 239
Roma 118, 473 propriè urbs dicta 476
Romulus 196
Rorantia astra 303
Ros amarus 172
Roscida mella, quæ? 40
Rostra, quæ? 117, è Rostris habebantur conciones *ibid.*
Rostrata corona Agrippæ data 569
Rubea virga, quæ? 72
Rubigo. Vide Robigo.
Rudentes leones 486
Ruditus asinorum esi *ibid.*
Rudens prora 302
Rudentes qui? 185
Ruit nox Occeano 238
Ruminare, quid? 32
Rumor secundus, quis? 536
Rumpere vocem 232, silentium 620
Rumpi horrea, quando videantur? 58
Ruscum 110

S

SAbei 94, 524
Sabellicus sus 134
Sabini 118, 524
Sabinarum raplus 565
Sacer ignis 150
Sacranæ acies & gentes 529
Sacraria Ditis, quæ? 721
Sacrificantes aras tenebant 327
Sæcula aurea, argentea, ærea, ferrea, quæ? 474
Sætæ, quæ? 434
Sagittariorum certamen 392
Sagulum virgatum 567
Salentinum 293
Salicta 88
Salictum 5
Salignæ crates umbonum 520
Salii, qui, & undè dicti, 547, 567
Salix lenta 24
Salmoneus 458
Salsæ fruges 232
Sancire fœdera 721
Sanguis hebet, frigetque in senibus 386

Sanguinis gutta ex arboribus 270
Sardæ herbæ, quæ? 36
Sarpedon 186
Sarrano dormire ostro 117
Sarrastes 525
Saciculus 525
Saturæ palus atra 529
Saturnia tellus 97
Saturnia regna, quæ? 19
Saturni stella frigida 76
Saturnus 495, pulsus à Jove 549
Saxum Sisyphi 123
Scæa porta 257, 289
Scena 189
Scena versatilis, & ductilis, quæ? 122
Sceptra ad fœdera adhibebantur 721
Scilla, & Elleborus 144
Scipiades duri belli 97
Scipiones duo fulmina belli 479
Scorpius ardens 57
Scyllæ, & Charybdis descriptio 294
Scylla, quæ? 33, patri comam purpuream abscidit 80
Scillæ rabies, quæ? 191
Scyrus 250
Scythia 5
Sedere 313, 574
Seditionis descriptio 188
Seges, pro terra 55
Seges telorum 272
Sella & trabea 679
Semina flammæ, quæ? 417
Semina sæva leonum 96
Sepulchrorum violatoribus supplicia proposita 271
Sepultus vino, somnoque 239
Sequestra pax 669
Sera omina 394
Serenitatis indicia 79
Serranus, undè dictus? 479
Setæ. Vide Sætæ.
Sibylla, undè dicta, &c.? 296, 417, ejus cum Æneâ ad inferos descensus 435
Sibyllini libri, qui? 422
Sic omnia fatis in pejus ruere 67
Sicanæ gentes 549
Sicania 212
Sicani fines 679
Sicani veteres, qui? 529
Sicanium latus 554
Sicelides Musæ 19
Sicilia, quæ, & Trinacria, à tribus promontoriis 292, 302, ejusdem situs, *ibid.*
Sicyonia bacca 118
Sidera cadentia 225
Sidus sanctum 261
Sigæum 242
Silarus 129
Silentes umbræ, quæ? 435
Silvanus, silvarum Deus 56
Silvius 471
Simois 186
Simulachra pugnæ ciere, quid? 398
Sinistrum augurium, cur prosperum, &c. 262
Sinon proditor capitur 229
à viculis liberatur 233
Sinum, quid? 36